gnē ſ̄ occidat is qui [illegible] abſolui poſſit a peccato. et idē puto ſi nō fecit
Sicut no. Iho. in. c. ex lr̄is. de excel. pla. et Pa
nor. in. c. j. de fur. ⁊ eſt tex. in. c. ſi quis vidua. l.
di. ⁊ in. c. ſicut dignū. eo. ti. ⁊ ibi determinatur
clericꝰ vel alius interrogatꝰ de pena delicti: et
rñdēs qđ eſt moris eſt homicida ſi caſus immi
net de pñti p dicta iura. ⁊ p Archi. in. c. ois. di.
iu. vnde ſi ex cōſilio vel rñſione ipāli vel gñali
ſequit̄ ppinquū homicidiū irregularis eſt ſm
Hoſt. ꝑ tñ ſm Archi. xxiv. q. viu. peſſimam.
clericus interrogatꝰ a iudice qđ agendū de eo
qui penā ſanguinis de iure mereꝛ rñdere: hoc
nō pertinet ad me: cōſulatis peritos: ⁊ caueat
ne ppter ſuā rñſionē directā vel indirectā intel
ligat iudex qđ eū debeat ſanguine punire ſm
Ray. dicit tñ quidā qđ poteſt dicere vt puniat
ſm qđ ius dictauerit dūmodo nō exprimat qđ
puniat ad ſanguinē vel ad mortem: qđ Archi.
diſt. iu. ois. dicit poſſe intelligi verū qñ crimē
nō imminet puniendum: alioquin ſi ex cōcilio
generali vel ſpeciali ſequit̄ propinquū homici
dium irregularis eſt ſm Hoſti. de homi. ſicut
dignū. et de hoc etiā. j. homicidiū. iu. ⁊ v. partic
4 cula. iiij. ¶ Quartū. Qui errās cōſulit in gene
te qđ occidendi ſunt adulteri vel alij q̄ de iure
nō ſunt occidēdi ⁊ inde quis ſuo cōſilio ſiſcus
occidit eſt irregularis ſm Rodo. ſi putabatur
iuris peritus ⁊ errauit non in apicibus iuris:
ſed in iure claro ⁊ certo. ſi vero non reputabat
iuris peritꝰ: ſed ſimplex vel idiota: aut errauit
in aliqua ſubtilitate in qua ſunt diuerſe opi
nones ſic nō erit irregularis: modo caſus nō
5 imminerꝰ de preſenti. ¶ Quintū. Cōſulēs alicui vt alium interficiat ſm Iho. in. d. c. ad audiē
tiam. non eſt homicida: nec ꝓpr̄ irregularis ſi
occidat is cui cōſuluꝫ datū eſt ⁊ veriſimile fuit
qđ non poterat occidi ſecꝰ ſi fuit veriſimile qđ
potuit occidi: ſed Jo. an. in. c. ſi. eo. ti. lib. vj. et
Pañ. in. d. c. ad audiētiā. tenēt indiſtincte talē
cōſultorē eſſe homicidā quo ad penā irregula
ritatis: ⁊ in hoc magis cōſentit Jnno. ⁊ verius
eſt: quia iſtud homicidiū eſt caſuale cū exerci
tio illicite rei. i. iniuſti cōſilij: ſi tñ cōſiliū fuiſ
ſet licitū vt qz cōſuluꝫ occiſionē eius qui iniu
6 ſte erat occiſurus ſecus eſt. ¶ Sextū. Cōſulens
alicui vt aliquē interficiat homicida eſt ⁊ irre
gularis ſm Panor. poſt Jnn. in. d. c. ad audiē
tiam. et ſi ille ſteterit longo tpe anteq̄ occide
ret: quia debuit reuocare cōſiliū: et ſi putabat
amicū ſibi reſiſtere: debebat hoc inimico indi
care vt caueret in generali vel etiā in ſpeciali
ad arbitriū boni viri. ¶ Septimū qui conſuluit
7 vt infirmus verteretur quo citius moreretur
ſm ☞. eſt irregularis ſi citius mouit ⁊ ſimili
ter exequens: nec pōt per eꝑm diſpenſari licet
illo fine ſed tñ pbabiliter putare debuerat ſic
accidere ſed laborauit in conſideratione lata.
¶ Octauū. Qui alicui cōſuluit vt ſe exponeret 2. q.
periculo pro patria vel iure ſuo non eſt irregu
laris ſi ille occidatur ſm Jnno. xxiv. q. iu. pro
mēbris. ⁊. c. ſeq. ⁊. q. viu. igitur. ⁊. c. ſeq. ſed tñ
ſi ſciret eū veriſimiliter moriturū fieret irregu
laris ſm eūdē Jnno. ⁊ idē Hoſtiē. qz ordinata
charitas eſt qđ quis plus diligat corpus ſuum
ꝙ alterius vt inquit idē Jnno. Ex qua proba
tione patet qđ id qđ dictū eſt: ſed tñ ſi ſciret ꝛc.
intelligendū eſt qñ cōſuleret qđ ſe exponeret
pro defenſione rerū aut ꝑſonarū particulariū:
qz cōſuleret cōtra ordinē charitatis: ſecus pro
fide chriſti ſm eūdē Jnno. ⁊ Hoſti. ⁊ ſic̄ ſecus
pro ſtatu eccleſie: qz etiā ſi ſciret inde eū mori
turū nō eſt irregularis quia ſm ordinē charita
tis hoc pōt ⁊ debet quiſq̄ vite ſue ⁊ proximi
preponere: vnde ⁊ iſto modo plati eccleſie ſua
ſiones facere pñt in bello: et ſimiliter ſecus ſi
pro patria ſm ſum. Ang. ⁊ ſupple. cōtra Roſ. et
hoc patet ex eadē ratione qz bonū totiꝰ melius
eſt ꝙ partis. ¶ Monū. Qui volēti fugere inimi
cos ſuaſit vt maneret ⁊ pcuraret pacē irregu
laris nō eſt ſi ille occidat qñ ipſe habuit proba
bilē cauſam credendi qđ illi periculū nō immi
neret: puta qz erāt adeo cōſanguinei vel amici
qđ merito ꝓſumere potuit eos poſſe cohiberi.
¶ Decimum. Qui conſuluit homicidiū fieri: et
ante f. ctū reuocauit: aut ſi reuocationem ſuffi
cientē nō credidit occidēdo intimaut non eſt
irregularis ſi occidat vt. ſ. eo. ſ vij. particu. iij.
¶ Mono queritur quid iuris de homicidio qđ 9
fit defenſione: et dico multa. ¶ Primū. Homi
cidiū defenſione cōmittit: primo defendendo
ſuis verbis homicidā cōtra eos qui eum vole
bant ab homicidio retrahere vel impedire di.
l. ſi quis viduam. Et ſcđo ſm Ray. diſſuadēdo
alicui bonū propoſitū quo volebat aliquem a
morte liberare: qđ gl. eius intelligit ſi intētio
ſit corrupta: quia mater diſſuadēs hoc filio ne
ipſe moriat: aut parū peccat aut nihil: et alius
cōſanguineus vel amicus ⁊ ſic̄ hac intētione.
Et tertio ſm. d. gl. qñ aduocatus defendit reū
in cauſa criminali vbi accuſatoꝛ ſi nō probaue
rit tenetur ad talionē. Et quarto defendendo
perſonas aut res. Et quinto aſſociādo homici
dam ad factū homicidij vt ſi oportet defendat:
vñ talis etiā ſi homicidiū diſſuadeat ſm Hoſ.
eſt homicida: nec poterit promoueri: et facit. c.
henricus. de cle. pug. in duello. nec in hoc di
ſtinguit an alias eſſet facturus vel ne quo ad
irregularitatē: ſed ſolū quo ad reſtitutionem
quia ſi alias erat facturus non teneꝛ. ¶ Scōm.

prin.ff.de dā.ifc.q̄ honestꝰ modꝰ ꝓuādꝰ ē:nō
imoderata cuiuscq̄ luxuria seq̄nda: ⁊ in.l. filiꝰ
q̄.de 2di.isti.ōr q̄ q̄ facta ied ût pretatē estima-
mꝰ ꝓ ecūdiā nr̄ā: vtq̄ gñalr dicerī q̄ bonos mo
res fiūt nec nos facere posse credēdū ē.hec ibi.

¶ De honore ⁊ honorātione.

HOnor ē testimoniū excellētie q̄ ē in
boie ꝛz maxime ꝓ ꝓtuiē ꝑm.s.Tho.
ii.ij.q.lxiij.⁊ ē iterdū exteriora ma
timū.ij.q.q.ciij.vñ potētatꝰ ⁊ diuitie
ppter honores desiderabilia sunt.iiij.etb.vt ꝛ
litati ꝑferī.ar.in.l.iulianꝰ.ff.si.q̄s ob.ca.ti.⁊ ē
premium virtutis non sufficiens sed vt possibi
le bof.ꝓ.s.tb.ij.ij.q.c.ij.ar.ſ.ij.⁊.iiij.etb.vl'.ix.

¶ Prio ꝺ q̄rit cui debeat honor: ⁊ dico q̄ ꝑ- 1.q̄
pue debeꝫ solū virtuti.iiij.etbi.excellētie autē
honorū exteriorū debeꝫ ꝑm extimationē vulgi
ii.ij.q.clxxxvj. Et ꝛz solaꝝ virtꝰ ꝑ se honorē: tñ
nō ꝓtuosi sine pcō honorari pñt: q̄rt colligit
ij.ij.q.lxiij. duplr aliqs pōt honorari prio ꝓ
virtutē ppriā vt virtuosi: ⁊ sco ꝓpter ꝓtutē al
terius sicut ꝓncipes ⁊ ꝓlati honorant ēt si sint
mali: q̄ repsentāt ⁊ gerūt pson̄ dei virtuosi et
cōitatis cui ꝓficiunt: ⁊ sil'r parētes ac dñi pro-
pter participationē diuine 2ditiōis. q̄ deꝰ est
oim pater ⁊ dñs: ⁊ senes: q̄ sunt sig num virtu
tis: ⁊ similiter diuites nō ppter diuitias q̄ ef-
fect acceptio personarum: sed q̄ gradum eminē
tiorem in communitatem obtinent.

¶ Sco q̄rit vtrū honorās diuitē ppter diui- 2
tias sit pctūs acceptiōis pson̄ū: ⁊ distinguit
s.Th.in.ꝓ.q̄li.dicēs q̄ duplex est honor. Unꝰ
ſcz q̄ debeꝫ alicui rōne suupsꝰ ppter ppriā ꝓtu
tē sicut cōmēdatio: imitatio ⁊ hmōi: ⁊ ad hunc
diuitie nihil faciūt: vnde ⁊ si alicui propter di
uitias exhibeaꝫ: erit acceptio personaꝝ vnde
apud ātiquos romanos ꝑm Uale. honores de
biti virtuti vt triumphi ⁊ hmōi: nulla poterāt
pecunia: redimi. ¶ Alius est honor qui debeꝫ
alicui ꝓ statutū quē habet in republica: sic em̄
res publica honorat in persona propter q̄d
reges ⁊ principes et hutusmodi honorantur
ꝑm illud prime ℘et.iiij.regem honorificate: ⁊
sic diuites honorare illis dūtaxat honoribus
qui ad exteriorem conuictum pertinent licitus
est: q̄ in republica terrena statum obtinent
altiorem. Sed in his que pertinēt ad fidē cbri
sti pctūs eēt diuitē pauperib⁹ ꝑferre: sicut sunt
sacroꝝ ministrationes. hec ex illo. qui intēdit
q̄d diuites licite honoramus ꝓpter virtutez
communitatis seu membro cōmunitatis quā
in eis honoramus.

¶ Tertio q̄rit vtrū in his q̄ sunt fidei sit semp 3
peccatum ꝓferre diuitem pauperi magis illū
honorādo: ⁊ dico q̄d causa ppter quā in hmōi
vnꝰ ꝓferꝫ alteri pōt eē duplex. vna.ſ. facies ali
q̄d ad hmōi exhibitionē: vt deuotio: necessitas
bonoꝝ dei dispositio ⁊ hmōi: ⁊ alia q̄ nihil facit
ad honorē i gñe vt diuitie.
Igit si pria in diuite sit maior vl'eq̄lis licite ꝓ-
ferꝫ dives: q̄ ceteris pib⁹ adhuc dives bz vnā
cām q̄ facit ad honorē i gñe quā nō bz paup vt
sunt diuitie: si ꝓ pria sit maior in pauꝑ pctūs
eē diuitē ꝓferre: q̄ respicit ad pson̄ā ſ. ad cāz.
Uñ ōt archi. q̄ ꝓferre i ꝓdict diuitē: q̄ magis
dīget: vl' q̄ maior sequit fructꝰ vl' q̄ nō ita pa
tiēter expectat: vt paup nō ptinet ad acceptio-
nē pson̄ax. hinc ē q̄ ꝛz.s.tho.facilꝰ dispēsat
i gradibꝰ ꝓhibitis circa pson̄as excellētes: q̄ sit
ꝓpfedꝰ pacis firmādū. q̄ magis est necessariū
cōi vtilitati circa excellētes pson̄as q̄ circa alꝫs.

¶ 4. queritur vtrum honor possit licite app e- 4
ri: ⁊ dicit.s.Tho.ij.ij.q.cxxxj. q̄d honor est te
stimoniū excellētie in qua duo considerantur:
primo q̄ eam non bz homo a se: sed est q̄dā
diuinum in eo: secundo quod eam habet a deo
vt inde alijs prosit: vnde intantum debet ho-
mini placere testimoium sue excellentie. i. bo-
noꝝ: inquātū inde paratur via vt alijs prosit:
Igit quantū ab eo ibi ⁊ alibi colligit: licite ap
petitur honor vt dictum est supra dignitas. ſ.
ſ. si appetatur ꝑm ꝓprias vires et ad debitum
finem. Sed tñ in hoc appetitu tripl'r contin-
git esse pctūm. Primo si appetatur de excellen
tia q̄ non habet: q̄d est appetere supra suā pro-
portionem aut vires: sicut si malus desideret
honorem ac si esset bonus vel presidentiaz que
non debetur nisi virtuoso: sco si appetatur de
excellentia habita: sed non referatur in deum
cupiendo principl'r honorari deum sue excellē
tie ⁊ virtutis auctorem: sed referat in se cupien
do illum sibi vt quoddā bonum. Nec obstat
si dicatur q̄ honor est premium virtutis: et cō-
sequenter abiq̄ vitio appeti possit a virtuoso:
q̄ vt dicit.s.tho. honor nō est premiū virtutis
ex parte virtuosi: vt ꝛz hoc pro premio debeat
expectare sed beatitudo: sed est ꝑmium ex pte
aliorū qui aliud maius q̄ virtuoso retribuant
nō habēt: nō tñ est sufficiēs ꝑmiū vt ōr quarto
etbi. tertio si sic appetitur vt appetitus in eo
quiescat non referendo ad vtilitatem aliorum
bi tñ duo modi reducuntur ad vnū: ⁊ sic appe
titus honoris est malus duplr. ſ. si non fit pro-
portionatus: vel si non sit ad aliquem bonum
finem qui est honor dei ⁊ vtilitas proximi.

¶ Quinto queritur vtruz appetitus honoris 5
malus sine inordinatus sit peccatum mortale
semp aut nunq̄: aut aliq̄n: ⁊ dico q̄d aliq̄n: non
autē semper: nec nunq̄ sicut ⁊ appetitus ambi
tiosus. de quo vide infra superbia. ℣ vlti.

6.q. ¶ 6.ḡrīs vtrū oblatꝰ honor sit suscipiēdꝰ: & dicit sum.an.idistincte qō nō. alle.s.q.s.nō ē.i fi.sz ibi ēsermo de honore dignitat cclīastice circa curā alax quā nullꝰ dz acceptare nisi coactꝰ p superiores vl a deo prolūtatē ppl'ox cū nl'ꝰ sciat ad illā se cē dignū al's aūt ridiculū est q̄ honorē liceat aliq̄ casu appetere & nō acceptare: vnde dico q̄ acceptare lz eo mō q̄ & appetere.

¶ 7.ḡrīs vtrū ḡrēti sit dād'ꝰ: & dico q̄ nō loqn̄do de ecclīastico sz potiꝰ auferēdꝰ.s.q.vs. sicut bis.dād'ꝰ ēxo fugiēti ibidē: & viij.q.s.i scripturis.secularē aūt honorē q̄ talis licite aliq̄ casu appetit & querit. vt supra dignitas.§ iij. nihil prohibet querentibus aliquando dari.

8 ¶ 8.ḡrīs vtrū doctor: docēs pp honorē peccet mortal'r: & dicit Rich. de gā. quol.s.q.xxxiij. q̄ si cipal'r ḡrīt honorē suū: & sic p̄fert eū diuino q: vtēs alīq̄ p̄ncipal'r ad q̄ nō est ordinatū in q̄ deū p̄tēnit peccat mortal'r: sicut aūt ptz ex Aug. prio de doc. xp̄ia. tota diuina scriptura ordinat ad honorē dei in q̄ deus p̄tēnit: si p̄ncipal'r ad alteri' honorē ordinat. Et hoc sequit sum.an.limitās cū legit aliq̄d p̄ncipal'r ordinatū ad honorē dei: vt cū p̄dicat & bmōi sec' in legib' & multis sciētijs q̄ ad pacē boīm & vtilitatē p̄ncipal'r ordinant. Sed ego i casu isto ex dorina & mēte. s.tho. distinguo: q: dupl'r aliquid p̄fert alteri. prio sz estimationē. s.q: pl' estimat q̄s vnū ḡaliud: vt honorē q̄ deū. & hoc est ponere finē i creatura: q̄ ē mortale: scdo sz actuale p̄placētiā. & hoc nō ē mortale sicut casta spōsa plus habitual'r amās xp̄m q̄ sponsum aliq̄n magis cōpleat actu in amplexu spōsi q̄ xp̄i. Et isto mō docēs pp p̄placētiā honoris nō peccat mortal'r. Hec rō Henr. q: maior ē falsa: alio quin cantās ep'la pp inanē gloriā in q̄ finē nō ponit peccaret mortaliter. Distinctio ēt summe

Sū. ang. nihil vz. q: vbi p̄fertur honor proprius
ang. diuino primo modo: est semp vbiq̄ mortale:
car. cum ponatur finis in creatura.
pis.

¶ De horis canonicis & officio diuino.

HOra q̄d sit: dictū est in ro.s.au.s. dñica in. lxx. sz hora canonica est offīm diuinū dicēdū certa hora ex istōne sc̄ōrū canonū & sunt septē p̄m gl. in cle. s. de cele. mis. & cōiter doct. s. matutinū: p̄ma: tertia: sexta: nona: vesperes p̄plectoriū: lz archi. in rosa sepet matutinū a septē horis ponēdo diei artificialis p̄mā horā laudes. Quarū rō ē q: sunt istituēad laudādū deū. p̄ bñficijs iter q̄ maxia sunt bñficij creatiōis: q̄ septē diebꝰ expletus est geñ. s. & redēptionē p xp̄i passionē q̄ septē q̄dāmō bis horis pactū ē: p q̄ ēt spāl'r & offīm crucis: q̄ q̄ dicit hz a Jo. xxj. dietim quatuor dies idulgētie. De hoc ēt gl. in. c. s. de cel. mis.

¶ Prio xo ḡrīs q̄d debeat dici p horis: & dico 1.q.
multa. ℣ Primū. Scōz zab. post Lau. si sup hoc
est q̄stō certa vel q̄suetudo laudabilis seruāda
est. di. xij. nouit q: dicere hoc vel illud nō est in
p̄cepto cū diuersi diuersa dicāt. de q̄sc. dis. v. in
die. ℣ Scōm. Quantū ad clericos aūt seculares
mod' dicēdi ab eccl'ia romana sumēd' est: vt in
d. c. in die. vel metropolitana eccl'ia nō seruet di. xij. de his q̄ de
vsu antiquo alicuius eccl'ie nō de eo quē sibi
facit priuata persona idem intelligendum putat. ℣ Tertiū. In regularibus sz eūdē Laud. at
tendenda est ordinatio regule & suorū statuto
rū. di. xij. placuit ibi. neq̄ monasteriorū: & hoc
nisi essent p̄uilegiati. ℣ Quartū. Dicit tñ i dir.
lib.). ti. vij. q̄ ordinat' ad titulū sui patrimonij dicere pōt officiū q̄dcūq̄ voluerit: q: nō est
obligat' ad istā vel illā regulā spāliter ordinat'
vero vel intitulatus ad certā regulā vel eccl'iā
tenet dicere officiū ibi cōsuetū sc̄z de bene esse
dist. xl. in his. nisi esset super hoc priuilegiat'
vt clerici & religiosi cōmensales domestici cardinaliū & ep̄orū: quibus indulget q̄ idem dicāt officium nec ad aliud teneant: vt in cle. dignū. de celebr. mis. ℣ Quintū. Prebendat' vel
bñficiatus in duabus eccl'ijs dz offīm dicere
illi' in qua tenet facere residentiā: & si ad nullius residētiā tenet dz se cōformare illi in qua
se reperit nisi dicat de per se: q: tunc habet locum dictū. s. tho. in quol. q̄ dz dicere offīm ei'
in qua maiorē habet dignitatē licet in alia pinguī' habeat beneficiū: q̄ intellige de bñ esse:
cum modus dicēdi nō sit in p̄cepto p̄m zab. & cōiter docto. & si vtraq̄ si paris dignitatis p̄sens dicet offīm illius in q̄ est absens dicet q̄dcunq̄ voluerit. ℣ Septū. Monach' p̄fectus
eccl'ie seculari sequit consuetudinē eccl'ie
ad quā transit p̄m Ho. dist. xij. illa. si tamē non
esset translatus perpetuo sed ad tps dz dicere
monachale vt videtur sentire glo. in cle. fin. de
cele. mis. Fratres aūt p̄dicatores p̄nt & debēt
esse contenti officio eccl'ie ad quam declinat
p̄m eorum constitu. 2.

¶ Scdo ḡrīs q̄s teneat ad horas ex p̄cepto: et 1.
dico multa. ℣ Primo. Scōz. s. Tho. in. v. s. q̄li. &
in. iij. di. xv. cleric' tenet ad horas si sit bñficiatus vel in sacris: & idē Pan. in. c. s. de cele. mi. &
Car. in cle. s. eo. ti. & oēs doct. & adde q̄ tenet:
tertio qui ad hoc p̄fessione aut voto ligatur.
℣ Scōm. Quantum ad beneficiatos hoc pbat
Ult. q: ideo eis dati sunt redditus: vt vices laicorum suppleant in diuino officio: vnde ad illud ex iustitia tenentur & ex statuto ecclie: vt

patet

R. P. F.

PHILIPPI DIEZ

LVSITANI, ORDINIS Minorum, regularis obſeruantiæ, prouinciæ Sancti Iacobi,

DOMINICARVM ÆSTIVALIVM Concionum, quæ à Dominica in Albis, vſque ad Pentecoſten, & in Rogationibus, & à Pentecoſte, vſque ad Aduentum, in omnibus Dominicis in Sancta Dei Eccleſia habentur,

TOMVS QVARTVS.

EDITIO PRIMA.



Dor Contreras

PROVINCIA SORIA

CVM PRIVILEGIO.

Salmanticæ, Excudebat Ioannes Ferdinandus.

MDLXXXV.

+

Soy del Curato de Villaconejos y lo
uuii p.r en Julio de año de 1707

D.n Matheo
Macarron

Dió este Libro al Ilustrissimo y R.l Colegio
de Sta Catharina Mr. y Vniversidad de
Alcala el D.r D.n Dn. Manuel de Amezcuas. Abbad de la Insig.e Colegial de
Berlanga, Colegial que fue de dho Colegio
Año de 1755.

Fray Joseph
de Olivares

EL REY.

POR quanto por parte de vos Fray Phelipe Diez, Predicador de la orden de señor Sant Francisco, de la ciudad de Salamanca, nos ha sido hecha relacion, que auiades compuesto vn libro de Sermones de todas las Dominicas dentre año, el qual os auia costado mucho estudio y trabajo, y que seria de mucho prouecho para las almas christianas: supplicādonos os mandasse mos dar licencia para lo poder imprimir y priuilegio por veynte años, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro consejo; y como por su mandado se hizo enel dicho libro la diligencia que la prematica por nos hecha sobre ello dispone. Fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razō, y nos tuuimos lo por bien. Por lo qual vos damos licēcia y facultad, para que por tiempo de ocho años primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia dela data della, vos, o la persona que vuestro poder ouiere, podays imprimir y vēder el dicho libro, que de suso se haze mencion, en estos nuestros reynos, y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor delos que vos nombraredes, para que por esta vez le pueda imprimir por el original que en el nuestro consejo se vio que van rubricadas las planas y firmado al fin del, de Miguel de Ondarça Çauala nuestro Escriuano de camara, de los que enel nuestro consejo residen: y con que antes que se venda lo trayays ante los del nuestro consejo, juntamente con el original para que se vea si la dicha impresiō esta conforme a el, o trayays fe en publica forma en como por el corrector nōbrado por nuestro mandado se vio y corrigio la otra impresion con el original y se imprimio conforme a el, y quedando assi mismo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que ansi fueren impressos, y se os tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer: So pena de caer y incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes de nuestros reynos. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no pueda imprimirlo ni venderlo, so pena q̄ el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido y pierda todos y qualesquier li

bros y moldes que del tuuiere y vendiere en eſtos nueſtros Reynos: y incurra en pena de cincuenta mil marauedis, la tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte, para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el Iuez que lo ſentenciare. Y mandamos alos del nueſtro conſejo, Preſidentes, y Oydores, de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa, corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtentes, Gouernadores, Alcaldes mayores y Ordinarios y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas, y lugares de nueſtros Reynos y Señorios, aſsi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden, y cumplan eſta nueſtra cedula, y merced que aſsi vos hazemos, y contra el tenor y forma della, no vayan, ni paſſen en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Fecha en Sant Lorenço a veynte y dos dias del mes de Agoſto, de mil y quinientos, y ochenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.
Antonio de Eraſſo.

FRATER Franciſcus Alderete Prouinciæ Sancti Iacobi ordinis Minorum miniſter Prouincialis admodum Reuerendo Patri Fratri Philippo Diez noſtri Conuentus Salmanticenſis Prædicatori ſalutem. Aſſiduos tuos labores quibus quotidie concionandi munere Dei Eccleſiam iuuas, iacere in tenebris ferendum non eſt. Quare publicæ conſulentes vtilitati per præſentes literas facultatem tibi concedimus vt quartum tuarum concionum volumen à te iam confectum, quo omnes Dominicæ per annum continentur, poſt ipſius correctionem, & à Regio Senatu conceſſam facultatem, in lucem edere poſſis. Magnam enim ex eo vtilitatem Chriſti fideles conſequuturos ſperamus. Datæ in noſtro Conuentu Salmanticenſi tertio Calend. Decembris. 1583.

Frater Franciſcus Miniſter
Alderete Prouincialis.

Approbatio Reuerendi admodum & Doctiſsimi patris Magiſtri Fratris Dominici Bañes, primariæ Theologorum Cathedræ, in Academia Salmantina præfecti.

ADmodum Reuerendi patris & egregij cõcionatoris fratris Philippi Diez æſtiualiũ Dominicarũ conciones à Dominica in Albis & deinceps, vſq; ad Dominicam vigeſimam quartam poſt Pentecoſten, vidi ac diligẽter legi, & in eis nihil quod Sacræ doctrinæ aduerſetur inueni, quin potius omnia dogmata Catholica & ad ædificationem & ſalutem animarum maximè vtilia iudicaui. Et quoniam, vt in prouerbio eſt, vino vendibili nõ opus eſt hedera, ſuperuacaneum eſſe arbitratus ſum, huius viri & moribus & doctrina omnibus notiſsimi commendationem pluribus verbis inſinuare. Aliorum quidẽ ſcripta oleum & lucernam olere ſolent: huius autem Euangelici prædicatoris opera ſpiritualẽ meditationẽ redolẽt. Securus ergo lector tam ſanctis laboribus vtere.

Frater Dominicus
Bañes.

FRATER PHILIPpus Diez Christiano lectori Salutem.



CRIBENS Diuus Paulus Epistolam primam ad Thessalonicenses capit. 2. dicit, Facti sumus in medio vestrum tanquam si nutrix foueat filios suos : ita desiderantes vos cupide volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras : quoniam charissimi nobis facti estis. Hæc erat illorum cælestium Apostolorum, nostræq; sanctissimæ fidei patrum charitas. Et licet ego miserrimus, ac maximus peccator sim, his tamen cælestibus excitatus exemplis animarum salutem studiosissime concupiscens hoc opus in lucem edere curaui : in quo laborũ, quos in toto vitæ meæ cursu, atq; in literarum studijs toleraui, flores illucescunt. Intelligentesq; plurimi viri eximiæ probitatis, literarumq; splendore non mediocriter illustrati hunc librum maximæ animarum ædificationi esse futurum, meum hoc desiderium adiuuerunt, me sæpenumero solicitando, mihiq́ persuadendo, maximum fore malum si res tam vtiles, ac necessarias, cùm ad explorandos quam plurimos Euangelicæ doctrinæ, totiusque sacræ paginæ fontes, tum ad hominum mores, vitamque prorsus in officio continendam, quas triginta annorum spatio prædicaui, literis non mandarem : quæ quidem diuina cælestis numinis aspirante gratia maximæ luci futuris temporibus esse possunt. Quæ cùm ita sint, Christiane lector, per viscera misericordiæ Dei nostri te deprecor, ne tot thesauros, quot hic tam in multis, nimisq; profundis considerationibus quam literalibus innumerabilium obscurissimorum locorum diuinæ scripturæ declarationibus inuenies, absconditos delitere patiaris. Quos vt rectè intelligas, maxima cum attentione, & simul cum puritate cordis piaq; intentione legere debes,

debes, quò ex his ſpiritualibus admonitionibus fructum percipias: ne meum pium deſiderium finis ſui immune remaneat. Quod cùm feceris, labores, quos Deus à me ſuſcipi voluit, multum tibi conducent, & perquam pauciſſimis libris indigebis, quos antea tibi diligenter euoluere neceſſum erat. Etenim tot, tamque notabilia in hoc quadruplici quadrageſimali myſteria reperies, vt quãuis plurimos annos viuas, concionandi potius tempus, quàm illa tibi defutura ſint. Præterea ſuper Euangelia, quæ in reliquis anni temporibus tam in Dominicis diebus, quam in Sanctorum ſolennitatibus à Sancta Eccleſia decantantur alia tria volumina (ſi Deus optimus Maximus faxit, mihiq; valetudinem cum vita concedat, ad quod impetrandum tuæ piæ preces maximè proderunt) à me componenda ſunt. In quibus omnibus quicquid dixero, ſacroſanctæ Matris Eccleſiæ correctioni volo ſubmitti. Nec verò vitio vertendum cenſeas, librum hunc implicatis, nimiumq; curioſis linguæ latinæ phraſibus, ac decoris rhetoricæ elocutionis floribus carere. Neq; enim eis indiget. Imo velim tibi perſuadeas, eum ita plano, atque communi ſermone conſilio fuiſſe compoſitum, videlicet ne tot, tamq; diuina myſteria, quot lucido, ac perſpicuo dicendi modo meridiana luce clariora cõperies, intricatæ, atq; obſcuræ orationis tenebris deliteſcant. Vale.

DOMINICA
In Albis,
CONCIO PRIMA.

Cum esset sero die illa, &c. Ioannis. 20.

1  MNES, qui de aduentu filij Dei in mundum facti hominis loquuti sunt, causam eius præcipuam hanc fuisse dixerũt, vt nos æterno patri suo reconciliaret, pacemque inter homines constitueret. Atque ità S. Isaias dixit: Vocabitur princeps pacis. Et D. Paulus: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluit. Vbi illud, &, efficit hunc sensum, Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, quia medium parietem maceriæ, idest, peccatum soluit. Dauid etiam homines hortabatur, vt hanc ipsam pacem à Deo poscerent, dicens: Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalē. Eandem postulabat Propheta Isaias
2 cùm clamabat: Veniat pax. Atque ità nascente Domino Iesu Christo in præsepe Bethlehem Angeli suauiter cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vbi illud, & (vt puto) etiam causam denotat, & est sensus: Gloria in excelsis Deo, quia pax datur hominibus: & illud, bonę voluntatis, ad pacem, & non ad homines referendum est. Ita notauit S. Cyprianus, qui vt amphybologiam auferret, sic trãstulit: Pax bonæ voluntatis datur hominibus. Ornem excellentiſimã pacem: siquidem propter eam Dominus Iesus in mundum venit, eam hominibus prædicauit, ac tandem ob eam mori dignatus est. D. Augustinus inter huius vitæ bona, dulcius, suauius, ac preciosius pacem esse affirmat. Ac sicut (inquit) nullus est, qui

Isa. c. 9. *Ephes. 2.* *Psal. 121.* *Isa. 57.* *Cypri. in ser. de natiui. Domini.* D. *Aug. lib. 19. de ciuita. Dei.*

 lætitiam

lætitiam naturaliter non exoptet, ita nullus eſt, qui pacem 3
ardenti ſtudio non deſideret. Rationem huius rei non aſsignat
S. Doctor, quoniam cum prudentibus agebat: ſed hæc poteſt
eſſe, quia vt pax, & lætitia ſunt idem, aut ſunt adeo coniunctæ,
& vicinæ, vt vna ſine altera eſſe nequeat. Creaturæ tam inſenſi-
biles, quam irrationales, pacem quærunt. Interrogate, quæſo,
lapidem, qui tanta velocitate ex alto in profundum deſcendit,
quid per illum deſcenſum intendit. Certè ſi ſciret loqui, reſpon-
deret, pacem: mea enim inclinatio naturalis me ipſum in hoc
bello ponit, quouſq; centrum, vbi quieſcam, teneam. Interroga-
te fumum, qui per caminum aſcendit, quò vadit. Dicet, certè in
aërem pacem quæſiturus tendo, quoniam naturalis propenſio
me, niſi in eo, quieſcere non permittit. Interrogate ignem, qua-
re lignum combuſit: ſi poſſet reſponderet, vt pacem habeam: 4
nam hoc lignum contrarias mihi qualitates habet, & in ignem
omnia conuertere mea eſt inclinatio, & ſic in pace ero. Deniq;
interrogate bruta, quid in ſuis operationibus intendunt. Profe-
ctò reſpondebunt, pacem: tanta eſt enim fames noſtra, vt, niſi
veſcamur, cum illa ſimus ſemper in perpetuo bello. Quòd ſi ir-
rationalia ita pacem quęrunt, profectò multò maiori ſtudio de-
bent homines rem tam precioſam, vt pacem, auidiſsimè inqui-
rere. Sed iam ratio poſtulat, ſi quidem de pace agitur, vt quid ſit
intelligamus. Et quidem, ſi ab indoctis, & ſcientiarum imperitis
hoc quæris, per negationes reſpondebunt. Pax, dicent, eſt non
rixari, non bellum gerere, & non cum alio litigare, ac non adin-
uicem ſe interficere. Sed omnia iſta, non pacem, imò potiùs effe
ctum, & oſtenſionem eius eſſe cenſeo, nam quidditas, ac ſubſtan 5
tia eius in ſpiritu, & interiori hominis exiſtit. Cum Dominus di
Ioan. 14. xit: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, non quomo-
do mundus dat ego do vobis, innuit duo eſſe pacis genera, alte-
rum mundi, alterum vero Dei. Pax mundi eſt, vnumquenq; de-
ſideria ſua ſatiare, iniurias ſibi illatas vlciſci, cupiditatem ex ple-
re, & ambitioni, ac ſenſualitati ſuæ ſatisfacere. Pax verò Dei
eſt, ſuis quemq; proprijs appetitibus, & cupiditatibus terminū
conſtituere, id quod iuſtum eſt appetendo. Diuinæ autem legis
præcepta ſunt quædam veluti fræna ad praua deſideria cohi-
bēda, & vt animus pace interiori fruatur. Nam cū omnia huius
miſerrimę vitę bona nimis anguſta, aclimitata ſint, ſi deſideria eo

rum

6 rũ ampliẽtur cũ deſiderijs cæleſtiũ bonorũ cõgrediãtur neceſſe
eſt atq; ita diſſẽſiones, cõtẽtiones, ac bella oriẽtur. Et ne iſta duo
deſideria inter ſe pugnarent, Deus proximo tuo iubet, ne te inter-
ficiat, ne furetur bona tua, ne deſideret vxorem tuam: tibi verò
eandem legem cum eo ſeruare imperat. Et ideò immenſas ei
gratias agere debemus, propterea quòd terminos iſtos, ac le-
ges, quibus alij alijs non nocerent hominibus, poſuit. O æterne
Deus, infinitæ bonitatis pelagus, quò magis te diligit homo, ma
gisq; deſiderat, eò amplius maiora à te conſequitur, nec ad hoc
alter alteri erit impedimento. Quod quidem non ità ſe habet
in rebus creatis, & ideò reſpectu earum Deus deſiderijs noſtris
finem imponit. Hanc igitur pacem definit Caſsiodorus dicens: *Caſsiod. ſu*
Pax eſt tranquillitas, & quies animorum concordantium in bo *per pſal.*
7 no. Notanter dixit, in bono, quoniam multi ſunt, qui in malo
concordant: & his non eſt pax, ſicut ait. S. Iſaias: Non eſt pax *iſai. 48.*
impijs. Hæc legitima eſt charitatis filia, nam charitas ſecundum
propriam etymologiam, nihil aliud eſt, quàm chara & amica
vnitas. Quapropter eam D. Dionyſius virtutem vnitiuam ap-
pellauit eſt enim ſicut gluten, quo multa, atque diuerſa glutinan
tur vnumq; efficiuntur. Nam, ſicut glutine librarius multa folia
eo modo coniungit, vt potiùs rumpantur, quàm vnum ab alio
diſiungatur: ità per charitatem homines tam perfecta vnione
ligantur, vt multi in fruſta (quod aiunt) ſe effici potiùs permit-
tant, quàm à proximorum ſuorum vnitate ſeparari. Sic vniti
erant Dauid & Ionathas, de quibus dicitur: Anima Ionathæ cõ- *1. Reg. 18.*
glutinata eſt animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas, quaſi ani-
8 mam ſuam. At hæc vnitas, quæ à charitate procedit, eſt ipſa
pax in diuinis literis maximè laudata, quam D. Paulus ſic com *Epheſ. 4.*
mendat. Soliciti ſeruare vnitatem in vinculo pacis. Vbi hoc ver
bum, vinculũ pacis, valde notandũ eſt, in quo oſtenditur, pacẽ
nõ ſolùm corda cõiungere, verùm etiã funibus quodãmodo li-
gare. Cum autẽ pax hæc ſit quædã quies animorum cõcordãtiũ
in bono, vt animi noſtri illam cõſequantur, oportet à ſeipſis paſ
ſiones cunctas, inordinatasq; affectiones illam impedientes ex
pellere. Loquens Dominus ad Noe dixit: Fac tibi arcam deli- *Geneſ. 6.*
gnis leuigatis, mãſiũculas in arca facies, & bitumine linies intrin
ſecus, & extrinſecus. Ne, ſcilicet, aquæ in eam ingrederẽtur,
hoc iuſsit. Hæc arca non ſolum vniuerſalis Eccleſiæ, ſed etiam

cuiuſcunque reipublicæ, aut congregationis rectè conſtitutæ typum geſsit. Ac ſicut lignaillius arcæ oportuit dolari, ex eis, vt optimè coniungerentur nodos corticesq; proſcindi: ità, niſi noſmetipſos aſcia poliamus, *Y nos desbaſtemos de nuestras iras ambiciones è imperfectiones*, Proximis noſtris in vnitate pacis, & amoris vinculo coniungi impoſsibile erit. Atque his omnibus betumen charitatis interioris & exterioris accedere maximè oportet: volumus dicere, q̃ taliter diligamus proximum, vt exterius
3. Reg. 5. hunc amorem operibus exhibeamus. Volens Salomon templũ Domino ędificare dixit: Nunc non eſt Sathan: quamobrem cogito ædificare templum in nomine Domini Dei mei. Per illud, non eſt Sathan, intellexit ſe non habere hoſtem, bellum, vel aliquem inimicum, qui eum ab illo ſancto opere deterreret. Iure optimo Sathanam vocauit inimicum, qui proximum ſuum immeritò conturbat: nam in tali Sathanas regnum tenet. Propter
Apoc. 6. quod D. Ioannes ait, ſe equum rufum vidiſſe. Et qui ſedebat, inquit, ſuper eum, datum eſt ei vt ſumeret pacem de terra, & vt inuicem ſe interficiant. Equus iſte, diſcordes, iracundos, atque illos qui nimio furore, velut ſanguis, rubicundi efficiuntur, ſignificat. Eques verò, qui in eo ſedet, Dæmon eſt: qui quidem huiuſmodi improbos homines gubernat: & cuius eſt proprium munus pacem de medio tollere, ac diſcordias inimicitiaſq;, vnde mors oriatur, ſeminare. O nimium infœlices, ſiquidem tam teterrimo equiti vos ipſos ſubmiſiſtis, quibus poſt quam defeſſi atque ab oneribus eius fatigati fueritis, æterni ignis & innumerabilium tormentorum præmium paratum eſt. Quocirca, ſicut Salomon ad ædificandam Dei domum pacis tempus opportunum eſſe inuenit: ita nobis pacem cum omnibus habere, vt in noſtra republica templum Deo viuo ædificetur, maximè opus eſt. Ad hanc virtutem nos, totius noſtri eſſe modus, inuitat: vix enim reperitur animal, cui natura in defenſionem ſui, & offenſionem aliorum arma non conceſſerit. Alijs namque cornua, alijs dentes, alijs vngues, auibus roſtra, apibus etiam ac muſcis ſtimulos in ſui propugnaculum dedit: tibi verò, ò homo, non cornua, ſicut boui, non vngues, ſicut leoni, non dentes, vt cani, nec ſtimulos ſicut apibus, quibus proximo nocere poſsis, ſed imaginem ac ſimilitudinem ſuam, qua illum imiteris, qui ſumma pax, & tranquillitas eſt, Deus Optimus, Maximus donauit.

Sed

12 Sed, proh dolor, ô Deus infinitæ maiestatis, concede obsecro mihi verba, quibus multorum huius tempestatis Christianorũ deprauatum viuendi genus perpendere, exaggerare: &, vt decet possim arguere. Iam non est, cur homines, Leones, vrsos, lupos, aut alia ferocia animalia timeant, sed alios sicut se ipsos homines perhorrescant. Leones enim non ita in homines sunt crudeles, sicut ipsi homines in se ipsos. Continuo nanque in conficiendis armis in interitũ fratrum suorum occupantur: atque ex cauernis terræ ferrum depromunt, vt animas corporibus inclusas interimant. Iam totus mundus in repugnantia, ex contradictione situs est: ac non solum pax inter extraneos minime reperitur sed vix inter parentes, filios, aut fratres, nec dum inter virũ & vxorem eam inuenies. In pœnam aliorum peccatorum, nos
13 hac pace priuare Deum permittere credo, quoniam cum Christus Saluator noster natus est Angeli implorantes gloriam, & honorem Deo ac pacem hominibus, cecinerunt. At, quia homines gloriam à Deo suis abominationibus, quãtum ex se est, auferunt: ideò Deus illos pacem amittere sinit. Perimmensam igitur Iesu Christi charitatem fratres charissimi vos oro, atque obsecro, nè rem tanti ponderis contemnatis: imò eam totis viribus corda vestra pœnitentia vera purgantes inquirere contendite, & à Deo magna cum efficacia postulate. Ait enim D. Iacobus: Omne datum optimum, & omne donum perfectũ desursum est, descendens à patre luminum. Ac, siquidem pax donum est optimum, de sursum, eam magna cum fiducia expectemus. Pacem habete, & Deus pacis erit vobiscũ: inquit
14 S. Paulus. Dominum, Deum pacis vocat: quoniam ipse est præcipuus eius autor, & ab ipso petenda est, ipsique gratiæ pro ea sunt referendæ. V tantem virtutem hanc ardenti studio inquiramus, magnopere nos scire oportet, Redemptorem nostrum Iesum Christum cum pace natum, & cum ea mortuum fuisse, ac tandem cum ea resurrexisse. Natus est cum pace: siquidẽ ob gloriam eius angeli tunc eam decantarunt: mortuus est cum ea: quandoquidem in morte sua dixit: Pacem meam do vobis. Denique cum pace surrexit, quoniam primum, quod suis sacris discipulis tunc protulit, verbum fuit, Pax vobis. Ac si diceret, Propter hanc triginta tribus annis laborans dimicaui, iam illã emerui, & obtinui, eam accipite, & illa fruimini. Animaduerti-

Iacob. 1.

2. Corin. 13.

te, obſecrò, quoties bonus Ieſus poſt ſacratiſsimam ſuam reſur- 15
rectionem verba hæc, Pax vobis, repetit: in quo magnum vidē-
di in nobis hanc pacem deſiderium ſignificauit. Valde etiam eſt
notandum, quod, vt hanc pacem nuntiaret, *Stetit in medio diſci-*
pulorum ſuorum. Qui eſt in medio æqualiter ab extremis diſtat:
In hoc Diuinus magiſter Ieſus Chriſtus generaliter docet,
Regem ſuo regno, Prælatum monaſterio, ac patrem domui
ſuæ pacem non poſſe dare, niſi ſit in medio conſtitutus, ne ſit
perſonarum acceptator. Facite rotundum circulum, in cuius
medio ſit punctus, omnes lineæ ductæ ab illo puncto in circun
ferentiam erunt æquales, & rectæ: ſi verò punctus non eſt in me-
dio, atque ad aliquam circunferētiæ partem magis accedit, om
nes lineæ ductæ ab eo puncto erunt inæquales, & indirectę. Sic
Rex, Iudex, ac quicunque Prælatus punctus eſt & centrum 16
ſuorum inferiorum, ſubditi verò, circunferentia: at ſi illi magis
in vnam, quam in aliam partem animum inclinant, ſententiæ
ab eis prolatæ, beneficia ſubditis collata, omnia denique verba
eorum ac facta obliqua erunt, & inæqualia: ac ſic magna diſcor-
diarum cauſa erunt. Qua propter eos in medio ſine perſonarum
acceptione eſſe oportet: quod facientes ſanctiſsimæ pacis cauſa
Rom. 2. efficax, veriq; Dei ſui erunt imitatores. De quo D. Paulus in-
quit: Non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Ita faciebat S.
Iob. 32. Iob, qui de ſe ait: Non accipiam perſonam viri, & Deum homi
ni non æquabo: neſcio enim quandiu ſubſiſtā, & ſi poſt modicū
tollat me. His verbis S. Propheta timorem mortis, & iudicij ad
refrænandos homines ab iniuſtitijs fortiſsima fræna eſſe, nos
docuit. Maximi etiam ſolaminis ad hoc ſunt nobis verba, quæ 17
in huius euangelij principio ponuntur, ſcilicet: *Cum eſſet ſero die*
illa, vna Sabbathorum, &c. Vſque venit Ieſus, & ſtetit in medio eorum.
O fideliſsime hominum amator Ieſu Chriſte, quare Domine cū
mane reſurrexeris veſperi diſcipulis apparuiſti, ſciens eorum
maximum timorem atq; triſtitiam? Hoc feciſſe credendum eſt,
vt illorum ſpem, & fiduciam probaret. Scitote fratres mei ſpem
ſicuti virtus eſt maximè excelſa, ita rariſsimam eſſe. Inuenies nā
que plurimos plurimis virtutibus ornatos, qui tamen vbi aliqua
calamitas impēderit animā deſpōdēt, affligūtur, angūtur, ac de
nique ſpiritu puſillanimitatis ſic abſorbentur, vt nullum in eis
ſpei veſtigium eſſe videatur. His meritò dici poteſt illud Pro-

phetæ

phetæ Michææ: Et nũc quare mœrore contraheris? Nunquid Rex non eſt tibi, aut conſiliarius tuus perijt, quia cõprehendit te dolor, vt parturientem? O miſeri animi, ſiquidem talem Regem, Patrem, ac Deum habetis, quare non reuiuiſcitis, & eo freti conſolamini? Hoc ſolatiũ erat Dauid, quando animæ ſuæ multis calamitatibus fere deficienti dicebat, Quare triſtis es anima mea, quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei & Deus meus. Et pro eo, quod nos legimus: Dum anxiaretur cor meum in petra exaltaſti me: B. Hieronymus ex Hebræo vertit: Cum triſte fuerit cor meum, cum fortis eleuabitur aduerſum me, tu eris ductor meus, fuiſti ſpes mea turris fortitudinis à facie inimici. Hoc in ſacra pagina manifeſte apparuit, vbi ſic legitur: Saul & viri eius in modũ coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eum. Satis humano iudicio, tunc videbatur non poſſe Dauid à ſuorum inimicorum manibus, niſi auis efficeretur, euadere: ac forſan ei famuli dicebant: Domine, ſi pennas, vt aquila non ſumis ſtatim ſine dubio morieris. Sed longe aliter omnipotens Deus ordinauit, nã eo tẽpore, quo in illa afflictione erant, nuncius venit ad Saul dicens. Feſtina, & veni: quoniam infuderunt ſe Philiſtijm ſuper terrã. Et reuerſus eſt Saul, deſiſtẽs perſequi Dauid. Atqui credibile eſt, eum, cùm ſe ab hoſtibus obſeſſum vidit magna fiducia circunſtantibus dixiſſe: In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montẽ ſicut paſſer? Potens eſt enim Deus ſine aliquo alarũ adminiculo ab his omnibus me liberare: ac deniq;, vt confidit, incolumis euaſit. O quanto otio, quiete, ac tranquillitate viuit anima illa, quæ hanc virtutẽ diuino fauore conſequitur. Nam ſicut perfecta Charitas, (vt ait B. Ioãnes) foras mittit timorem, ità perfecta fiducia inanẽ formidinẽ, & anxias curas ab animo depellit. Ideo chariſsimi fratres eã feruenti oratione, ſanctiſsimis exercitijs, ac bonis operibus totis viribus adipiſci contendite. Dicit enim D. Paulus: Qui bene miniſtrauerint gradũ bonum ſibi acquirẽt, & multã fiduciam, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Ideò Dñs ſtatim cũ reſurrexit diſcipulis nõ apparuit, vt, ſcilicet, eis anſam fiduciæ, ac maioris meriti præberet. In diuinis literis legitur Deus Patriarchæ Abrahæ imperaſſe, vt filium ſuũ Iſaac primogenitũ immolaret: & quanuis puerũ à morte, & ſenẽ ab illa magna afflictione eximere voluerit,

Mich. 4.

Pſal. 41.

Pſal. 60.

1. Reg. 23.

Pſal. 10.

Ioan. 1. Cano. 4.

2. Tim. 1.

Gene. 22.

rit, tamen, nec cùm ad montis sinum accesserunt, neque cùm 21
Patriarcha filium suum super struem lignorum posuit, neq; quã
do eum ligabat, sed cum brachium iam ad puerum interficien-
dum, eleuatum habebat, ipse Deus voluit subuenire. Quæ om-
nia, vt duo illi sancti viri plus præmij mererentur, & vt mundus
Abac. 2. vere seruorum Dei fiduciam intelligeret, acta sunt. Merito igi-
tur S. Abacuc propheta ait: Si moram fecerit expecta illum,
quia veniens veniet & non tardabit. Qua propter dilectissime
frater, si cũ labor aliquis te opprimit, auxilium tuum differri vi
deris, ne deficias, Dominus enim tempus, quo tibi subueniet, &
quod vtilius est, non ignorat. Dominus igitur Iesus, ad con-
ferendum discipulis singularia beneficia, *Cum fores essent clausæ in*
gressus est domum: vbi erant congregati. In hoc docemur Deũ, quie 22
tis amatoribus, ac & ijs, qui sensus suos occludere sciunt, & non
dissoluti, qui omnia videre, audire, loqui, ac tãgere cupiunt do
Gene. 27. na sua communicare. Nunquam sanctus ille patriarcha Isaac
hæredem suum Iacob, nisi cæcus esset, institueret. Qui cunque
1. Tom. fidelis Christianus (vt est doctrina D. Hieronymi) omnium bo-
norum suorum Iesum Christum hæredem facit, & vt seipsum
quæque omnia illi tradat, oculos ac sensus omnes rebus visibi
libus claudere valde oportet. Cùm esset cæcus sanctus Isaac
fragrantiam odoris filij sui Iacob sentiens inquit: Ecce odor filij
mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, ò quam sua-
uitatem sentit anima illa, quæ huius mundi rebus sensus suos ob
thurat, & interiori visu operans res Saluatoris nostri Iesu Chri- 23
sti suauissimè pertractat. In topiarium varijs arboribus consi-
tum, & odoriferis herbis plenum ingrederis, & tanta animi vo
luptate ibi afficeris, vt inde discedere tibi sit grauissimum. Ovi-
ta suauissima Redemptoris mei, tu campus spatiosus, & ple
nus suauissimis herbis, tu hortus iucunditate repletus, illis saltẽ,
qui, vt decet res tuas pertractant, quibus tanta est dulcedo,
vt nullus ab eis valeat separari. Quod, quæso, gaudium sen
tit anima iusta, in dulcissimi Iesu Christi natiuitate, atque in
altissimis ibi celebratis mysterijs? Quid in eius ad AEgyptum
peregrinatione? Quid denique in alijs, quæ in toto vitæ cur-
su vsque ad sanctam suam resurrectionem, ac incœlos glorio-
sam ascensionem operatus est? O quam rectè dicere poterit:
Ecce odor hæredis mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit
Domi-

24 Dominus. O vtinam, chariſsimi fratres, vos ipſos ad omnia mundi cæcos faciatis, ſenſuſque veſtros occludere velitis, atque ab huius miſerrimæ vitæ tumultibus alieni, viua fide, odorifera filij Dei opera agere, atque animo euoluere gaudeatis: certe equidem ab hoc ſuauiſsimo horto nunquam diſcedere, ſemperque tam diuinum exercitium habere cupere-tis. Poſtquam igitur Dominus dixit eis.

Pax vobis, oſtendit eis manus & latus. Hoc idem D. Lucas narrans affirmat, Dominum eis ſtupore turbatis (exiſtimabant enim ſe ſpiritum videre) dixiſſe: Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum: palpate, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Quare Domine vulnera tua manibus contrectanda oſtendis? Nō-
25 ne vides dolorem denuò tibi excitari? Non equidem: corpus nanque meum poſt reſurrectiònem glorioſum eſt. Inter præcipua ſigna, quæ hominem cum Chriſto ſpiritualiter ſurrexiſſe oſtendunt, hoc vnum eſt: ſi patienter contradictiones proximi, & iniurias illatas perfert. Non dico, vt ſias inſenſibilis, hoc enim impoſsibile eſt, ſed te, & omnes admonitos volo, quòd taliter res fratris tui ſentias, vt eas propter Dei amorem, quaſi non ſentiendo libenter patiaris. Poſtquam Diuinus magiſter Ieſus Chriſtus cæco à natiuitate viſum dedit, atque eius intellectum illuminauit, mentemque iuſtificauit, tanta patientia præditus fuit, vt cùm ei Phariſæi dicerent: In peccatis natus es totus, eumque à ſynagoga veluti excommunicatum detruderent, non ideò indignatus
26 fuerit, nec veram lucem Ieſum Chriſtum confiteri, & proſequi ceſſauerit. Et quanuis etiam Phariſæus Magdalenam peccatricem, diſcipuli prodigam (dum dixerunt, vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt?) ſoror eius otioſam eſſe dixerunt, ipſa tamen ſe ad gratiam ſurrexiſſe hæc omnia pacifico animo perferendo clariſsime oſtendit. Propheta etiam Dauid huius ſpiritualis reſurrectionis ſingulare ſpecimen dedit, cum dixit: Factus ſum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem commorantium in circuitu. O admirandam ſanctiſsimi viri patientiam, & admirandum ad ſe ipſum vincendum artificium: quia enim ab inimicis multas iniurias, & opprobria ipſi inferentibus ſe obſideri videbat, ideò

Ioan. 9.

Lucæ. 7. Marci. 14. Lucæ. 10.

Pſal. 30.

tanquã vas fractũ, q̃ nõ niſi ad recipiẽdas totius domus immũ- 27
ditias deſeruit, eſſe putabat. Quaſi diceret: Quoties ignominias
Similc. ac dedecora in me audiebã apud me patiẽter dicebã illos vera
dicere, meq; his omnibus, & multò pluribus dignũ eſſe. Si iter
facis per ſaltuoſos mõtes, videbis forſan rupẽ magnã, per quam
rapido curſu torrẽs aquarũ fluit, & attẽte cõtẽplaris diuerſita
tẽ illarũ duarũ rerũ, aquæ, ſcilicet, quæ indeſinẽter & cõtinuo
fluit, & rupis, per quã tãta copia aquarũ labitur, ipſa perpetuò
in ſe permanẽte: atq; inde, vt prudẽs labores ſeruorũ Dei, & pa-
tiẽtiã, qua illos perferũt, animo euoluis. Cũ enim labores, ęgri
tudines, ignominiæ, ac perſecutiones ſint, velut aquarũ torren
tes, qui per viros iuſtos inceſſanter percurrũt ipſi tãta cõſtantia
quiete, ac patiẽtia permanẽt, ac ſi rupes eſſẽt inſenſibiles: q̃ qui
Rom. 5. dẽ eorũ ſanctitatis ſignũ eſt apertiſsimũ. Propter q̃ D. Paul. ſic 28
ait: Tribulatio patientiã operatur, patientia autẽ probationẽ.
Oſtendit eis manus, & latus. Dignũ profectò ſcitu eſt, quare Dñs
tãta gloria reſurgẽs voluit in glorioſo corpore ſuo ſanctiſsima
vulnera relinqui? Atq; inter eas, quæ adduci ſolẽt, rationes, vnã
vobis tantũmodò proponã. Omnes pro cõperto habetis benefi
ciũ incarnationis filij Dei, & ſanctiſsimæ mortis eius immẽſum
eſſe, taleq; ac tantũ, vt nec linguę ſiue intellectus humani, aut an
gelici illud valeãt explicare. Vt autẽ nullũ tẽpus, vel occaſio ali
qua tanti beneficij memoriã deleret, Dñs Ieſus Chriſtus ineffa
bile ſui corporis, ac ſanguinis ſacramentũ vſq; ad finẽ ſæculi du
1. Corin 11. raturũ inſtituit. Atq; ità D. Paul. ait. Quotieſcũq; mãducabitis
panẽ hũc, & calicẽ bibetis, mortẽ Dñi annũciabitis donec ve-
niat, ſcilicet, ad iudicandũ viuos, & mortuos. Sed quoniã poſt 29
huius ſæculi finẽ hoc ſacramentum amplius non erit, ſiquidem
facie ad faciem ſponſum illum qui ſub accidentibus continetur
aſpiciemus, idem Dominus aliud ſuæ ſanctiſsimæ paſſionis, ac
mortis perenne memoriale ordinauit, vt beati viuant ſemper,
ac recentem tanti beneficij memoriam haberent. Hoc autem
memoriale ipſa ſunt vulnera, quæ in ſuo ſacratiſsimo corpore
in cælis continuò ſuis videnda reliquit. O *ſancta Maria ſeñora.*
Quid Beati illi in cælis ſentient, quandò ſeipſos aby ſſo gloriæ
fruentes contemplati fuerint, atque vulnera illa, vnde eis tot, tã
taque bona emanarunt intueantur? Quas gratiarum actiones,
eo quòd tale remedium eis adhibuerit, Deo reddent? Et harum

laudum

3 laudum occaſionem innumerabilis damnatorum, inter quos ip
ſi vitam degerunt, viſus numerus augebit. Beati nanque cæli
vbi ſunt, reprobos in inferno vident, vt S. Iſaias in Dei nomine Iſa. 66.
loquens teſtatur. Egredientur, inquit, & videbunt cadavera viro
rum, qui præuaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur,
& ignis eorum non extinguetur, & erunt ad viſionem omni car
ni. Animaduertite, fratres chariſsimi, quo amore dominum glo
rificabunt, propterea quod eos à tantis malis eripuerit, quibus
oculis ſanctiſsima illa vulnera, per quæ eis tot bona fluxerunt,
luſtrabunt. Atque ita Diuus Ioannes ait, illos ſemper hæc ver
ba prolaturos: Dignus es Domine accipere librum, & aperire Apoc. 5.
ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſan
guine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fe-
3 ciſti nos Deo noſtro regnum: hoc eſt, elegiſti nos ex tot homi-
num, qui perierunt, multitudine. Quid ſentiet S. Iacob cùm
fratrem ſuum Eſau vno eodemque partu editum damnatum, &
ſe diuino conſpectu fruentem viderit. *Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino.* Ecce iam quod promiſerat adimplet. Dixerat enim:
Iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrum. O vtinam verba Ioan. 16.
promiſſa Deo, ſicut quæ ipſe nobis promittit, ſeruaremus. Dic
mihi peccator, qualiter nunc promiſſa præſtas, quæ ad pedes
confeſſoris proiectus, ei fidem tuam obligans, te amplius cum
fœmina, cum qua antea conſortium habueras, non loquuturum
ſemper vera, & nō falſa dicturū, nūquā luſurū, nec iuraturū, ſum
mo Deo, & immortali, qui decipi nō poteſt, reddidiſti? Hęc om
nia qualiter proditor adimpleſti, ſiquidē ſtatim poſt ſanctiſsi-
3 2 mū paſcha ad ſcelera, quæ antea patraueras rediiſti? Qui per pla
teas vrbis nocte incedit pulſato cymbalo, quo nocturno tēpore
vagari, phibetur, ſi enſem pretioſum ſecū portat, eū, ne à lictori
bus capiatur amico ſuo vſq; ad mane ſeruādū tradit: at vero pri
mo manè illū omni cura, & ſolicitudine ab amico repetit. Sic tē
pore Quadrageſimæ omnes prædicatores, prælati, ac cōfeſſo-
res proclamant. Y *tañen a queda de peccados*, cunctoſq; admo-
nēt dicētes: Relinquite cōcubinas, omittite vſuras, deponite
odia, & cōdonate iniurias. Peccator vero ppter ſonitū vocūre
ſonātiū deponit enſem cōcubinā deſerit, dictis clamātiū obtēpe
rat: ſed primo mane ideſt, trāſacta Quadrageſima enſē ſuo lateri
reponit, & ſine Dei timore tandē ad ſcortū redit. Statua illa quā

vidit

vidit Nabuchodonosor, ac tota illa auri, argenti, ferri, atque 33
æris machina in luto fictili fundamentum habebat, & ideo primo ictu cecidit: ita omnia nostra desideria bonæ intentiones, ac virtutes, dum hanc miseram vitam degimus, in luto, & limo corporis nostri fundãtur, atque ideò minima quaque tentatione dilabimur, & in antiquam miseriam redimus. Dominũ ergo cœlestem, qui tanta firmitate promissa nobis reddit, deprecemur, vt nobis vires, fortitudinem, constantiamque conferat, quibus maximo spiritus feruore ei deseruire incipiamus: ità, vt perseuerantes pleni gratia perueniamus ad gloriam. Amen.

In eadem Dominica in Albis

CONCIO SECVNDA

Cum esset sero die illa, &c. Ioannis. 20.

Apoc. 21. Ioan. 7. DOminus Deus noster in Apocalypsi hæc verba profert: ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Et alibi idem Dominus inquit: Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Sitientes tantum Dominus vocat. Vnde infertur admirabilem ad recipienda Dei dona dispositionem esse, ea ipsa magnopere exoptari: ef 2
ficax enim desiderium facit, vt homo ea ardenter inquirat, seq; vt oportet, ad ea consequendum disponat. Ideò recẽter conuersos Deus spiritualibus gaudijs, vt infiniti boni amor in eis crescat, solet præuenire: bona enim spiritualia, quò magis quis gustat eò plus appetit. Atque ita dicit Dñs, Spiritus meus super
Eccle. 24. mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauum: qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Quando
Simile. aliquis venator ab alio canes accõmodatos accipit, eos quia domo exire nolunt, funibus, aut catenis ligat, violenterque in saltibus collocat: qui vbi primum nemora venationi apta recognoscunt à nullo possunt detineri, sed huc atque illuc feras per valles, & cacumina cursitantes se in spinas, tribulos, atque aspera montis loca conferendo indagant. Ita ma- 31
ximus venator Iesus Christus, vt homines à dæmonum

potestate

4 potestate eripiat, eos catenis minarum, suppliciorum, promissionum, ac quodammodo per vim, & violentiam à Sathanæ domo auferre contendit. Postquam autem ij à peccato sunt liberi, & diuinas res, ac misericordias Domini degustare incipiunt, ità earum desiderio inflãmantur, vt per spinas currere, hoc est, omnia libenti animo perferre ad tantum præmium consequendũ, eis suauissimum esse videatur. Hoc ad literam ab sponso postulabat sponsa dicens: Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Trahere vim quandam, & violentiam denotat. Vbi apertè significatur, quàm necessarium sit, vt homines à peccatis exeant, ac rectè operari incipiant, Deum diuinis artificijs eos violenter (si ita dici potest) trahere & impellere. Sed vbi primùm ipsi spiritualia pertingere incipiunt, statim di- *Cant. 1.*

5 cere poterunt: Curremus in odorem vnguentorum tuorum. O quàm parum huius rei hodie in mundo inuenitur, quàm parum sitimus, & quàm parum diuina dona concupiscimus. Quæro à vobis, charissimi fratres, quoties ploraſtis, & ab intimis visceribus suspiria traxistis Deum deprecantes, vt vos castos corpore & animo, humiles corde, pauperes spiritu, & in proximum misericordes continuò efficiendo seruaret? Forsitan neque alicui vestrum hoc in mentem venit. Contra verò quæ confusio, & quàm lachrymabile est corda vestra improbis, & inhonestis desiderijs incensa videre? In quæ pericula, vt ea opere compleatis vos ipsos infertis? Filij Ruben, & Gad (vt in libro Numerorum legitur) habebant pecora multa, & erat illis in iumentis in- *Numer. 32*

finita substantia. Cumq; eis regio trans Iordanem ad pascẽdum

6 pecudes placeret, sanctum Moysem, vt eam ipsis tribueret, precibus exorarunt. Existimans autem vir sanctus eos ad vitandum belli laborem hoc pacisci velle, noluit eorum dictis acquiescere, nè fortè cæteri propter hoc ad pugnam ignaui fierẽt, eisq; animus deficeret. Ipsi verò, vt votis suis satisfacerent, dixerunt: Armati & accincti pergemus ad prelium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Satis melior portio, & quę minoris staret, quam illa, quam petebant, his postea in diuisione terræ promissionis contingeret: nemo enim illos obligaret, vt primi essent in exercitu, & in aduerso bello collocarentur: ipsi tamen huic se periculo committere voluerunt, solum vt optata sua adimplerent. Hæc est cuiusq; hominis insania, qui,

vt

vt compos ſui voti fiat ſuaq; deſideria licèt caduca & ad rem nõ 7
pertinentia compleat multis ſe laboribus exponit: cumq; faciliùs diuina conſequi poſsit terrena ſemper ac miſera inſectatur. Per infinitam ergo huius liberaliſsimi Domini miſericordiam vos obſecro, vt ſanctis conſiderationibus, orationibuſq; feruidis vos ſanctis deſiderijs ditare contendatis. *Surrexit igitur author vitæ Chriſtus Dominus manè, & apparuit diſcipulis ſuis cum ſerò eſſet die illa.* Hoc fecit Dominus, vt in ſacris diſcipulis deſiderium, ipſum videndi augeret. In quo docuit ſe tantò citiùs nouis fauoribus ac delicijs ſuos afficere, quantò ardentiùs ab ipſis deſideratur, vt planè videatis quanti refert homines cæleſtia ac diuina appetere.

Dixit eis pax vobis. Et cum hoc dixiſſet oſtendit eis manus & latus. Valdè notandum eſt Dominum Ieſum Chriſtum corpus ſuum 8
micans, & glorioſum, ſicut in monte Thabor diſcipulis non oſtendiſſe, imò in humilibus, vtpotè in vulneribus clauorum, ac lanceæ manifeſtare voluiſſe. Sicut (vt notat S. Chryſoſtomus) cum ad D. Paulum deſcendit, proiecto Paulo in terram, &
Actuum. 9. interroganti: Quis es Domine, non reſpondit: Ego ſum verbum diuinum, Dominus Angelorum: ego ſum qui ad dexteram Patris ſuper omnem principatum, & poteſtatem conſiſto. Quod per humilia ab illo cognoſci voluit dicens: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris, hoc, ad titulum, quem in cruce habuerat, referens: placuit enim illi per tormenta, quæ in ſua ſanctiſsima humanitate paſſus eſt, cognoſci. O cæleſtem erga omnes doctrinam, beatus ille, qui eam, & perdiderit & ſecutus
Geneſ. 24. fuerit. Cum ſancta Rebecca in camelo iter faceret, & ſponſum 9
ſuum Iſaac peditem per campum deambulantem videret, à bellua, in qua ſedebat deſiluiſſe legitur: quam cùm ità cerneret S. Patriarcha ſtatim ſponſam accepit. Omnes nos ſupra camelos ſuperbiæ, arrogantiæ, & inanis gloriæ ambulamus, ſed videntes ſponſum Ieſum Chriſtum peditem, & humilem, quique poſt glorioſam reſurrectionem profundiſsimæ ſummiſsionis ſuæ ſigna oſtendit à noſtræ ſuperbiæ, atque inſolentiæ camelis deſcendamus oportet, & ei aſsimilemur, ſi illi tanquam vero ſponſo volumus coniungi: excellentias verò, ſi quæ in vobis fuerint oſtendere nolite: imò quo ad poteritis defectus & miſerias veſtras quibus ſubmittamini ab omnibus cognoſci laborate.

Aquila

10 Aquila licèt in altum volet, & in nubibus commoretur, tamen in terram deſcendere opus habet, quoniam in ea, & non aëre alimenta inuenit. Ita licèt homo in altum volet, quamuis ſit nobiliſsimus, ſapientiſsimus, fortiſsimus, ac pulcherrimus, tamen in his omnibus animæ ſuſtentationem non inueniet. Ei igitur in cognitionem ſui per humilitatem deſcendere maximè conducit. Ita nos monet Eccleſiaſticus dicens: Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gloriam, quoniam magna potentia Dei ſolius, etiam ab humilibus honoratur. Quemadmodum enim arbores in montis cacumine conſitæ procellis ac ventorum flatibus ſunt ſubiectæ, ità homines in ſummitate dignitatum, diuitiarum, bonorumq; huius ſæculi collocati à ſuperbiæ, & inſolentiæ ventis concutiuntur. Ideò ve- *Eccleſ. 3.*

11 ram eſſe cenſeo illam ſententiam, quæ ait: Rara eſt humilitas honorata. Et D. Bernardus diuinum magis quam humanum putat eſſe illum, qui inter epulas optimè conditas, vina ſuauia, atque opipara conuiuia ſobrietatem ſeruat. Sic huius nominis gloria æquè dignus erit ille, qui in honoribus, & dignitatibus omni efficacia humilis, & abiectus eſſe ſtudet. Adeò S. Ioſeph humilis, *Geneſ. 47.* ac demiſſus fuiſſe legitur, vt patre eius ac tota familia ſua ad AEgyptum perueniente minores fratrum ſuorum quinque viros, viribus & corpore debiliores, formaque præ cæteris deformiores coram rege cõſtituerit, eiſque (vt præcedenti capite apparet) hæc verba dixerit: Cùm vocauerit vos Rex, & interrogauerit, Quod eſt opus veſtrum? reſpondebitis: Viri paſtores ſumus ſerui tui, & patres noſtri. In quibus omnibus ſatis apparet

12 ſanctum virum viam magis, qua humiliaretur, quam vt exaltaretur, quæſiuiſſe: ſciebat namque ſuperbiam malum eſſe ingens, & viris ſanctis deteſtabile.

Dicens igitur Dominus eis iterum: Pax vobis, addidit ſtatim: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet inſufflauit. Hæc ſufflatio Domini nouam dignitatem homini conceſſam ſignificat. Poſtquam Deus (vt legitur in ſacra pagina) corpus primi parentis Adam de limo terræ formauit inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Nunc verò iterum in hominem ſufflauit, ac ſicut anteà limum in homi nem viuentem ſuo flatu mutauit, ſic modo eodem ſpiritu homi nem in Deum certo quodammodo conuertit. Illic Dei flatu, ter *Geneſ. 2.*

ræ lutum factus homo, hic verò homo velut factus Deus surre- 13
xit: Deus enim est, qui spiritu Dei plenus exiſtit. Ex his apparet
nos Deo propter redemptionē multò plus quam propter crea-
tionem debere: nam quia nos creauit esse hominis, quia verò re
demit, esse diuinū ei debemus, cum eius gratiæ participes facti
2. Pet. 1. simus. Propter quod D. Petrus ait, Deum diuina sua dona nō-
bis dediſſe, vt per hoc efficeremur diuinæ conſortes naturæ. *Et*
dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remit-
tuntur eis &c. Hinc colligitur verus intellectus verborum Diui
Rom. 4. Pauli: ſcilicet: Traditus est propter peccata noſtra, & reſurrexit
propter iuſtificationem noſtram. Quæ quidem verba magnam
videntur habere difficultatem. Nam cùm Chriſtus Redemptor
noſter ſua paſsione ac ſacratiſsima morte nobis gratiam, & iu-
ſtificationē pleniſsimè meruerit, atque in reſurrectione ſua iam 14
non potuerit mereri, quia iam non erat viator, cuius est poſſe
mereri: qualiter verum esse poteſt id, quod in præſentiarum B.
Apoſtolus nos docet, ſcilicet, reſurrectionem Ieſu Chriſti fuiſſe
noſtræ iuſtificationis cauſam? Locus iſte, qui prima facie diffi-
1. Cor. 15. cilis videtur, optimè per aliū eiuſdem apoſtoli explicatur. Vbi
poſtquam ad confirmandum reſurrectionis articulum multas
attulit rationes, hoc addidit: Si mortui non reſurgunt, neq; Chri
ſtus reſurrexit: quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana est fides ve
ſtra, adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. Sed quare adhuc in pec
catis eſſemus? Quoniam iuſtificationis gratia peccatorum re-
miſsio, ac dona Spiritus ſancti, ſicut Dominus promiſerat poſt
reſurrectionem fidelibus danda erant, vt quod nobis ipſe mo-
riendo meruit, reſuſcitando largiretur. Et hoc est quod dicit D. 15
Ioan. 7. Ioannes, Spiritus ſanctus nondum erat datus, quia Ieſus non-
dum erat glorificatus, & eodem die, quo fuit glorificatus inquit:
Accipite Spiritum ſanctum. Atque ità reſurrexit propter iuſti-
ficationem noſtram. Ex quo patet, glorioſam eius reſurrectio-
nem, non ſolùm cauſam exemplarem noſtræ reſurrectionis, ſed
etiam cauſam efficientem noſtræ iuſtificationis fuiſſe: fidem
enim noſtram & ſpem, quæ ſunt ad iuſtificationem neceſſariæ,
confirmauit. Vnde etiam infertur, ex reſurrectione Ieſu Chriſti
duas noſtras, animi, ſcilicet, in iuſtificatione, & corporis in
vniuerſali iudicio, reſurrectiones dependere: quarum prima
est cauſa ſecundæ. Nam ex eo, quòd Spiritus ſanctus in nobis
habitat

habitat ratio poſtulat, vt idem diuinus ſpiritus domicilium ſuũ honore afficiat. Ita concludit D. Paul. dicens: Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis: eadem nãque cauſa idem effectus oriri oportet. Ideò D. Ioannes ait: Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima, in his non habet poteſtatem ſecunda mors. Primam reſurrectionem vocat eam, quæ animarum eſt, ſecundam vero eam, quæ corporum erit. Propter hanc prudens ille mercator D. Paul. non ſolùm omnia ſua pauperibus diſtribuere, ſed participem laborũ Ieſu Chriſti ſe eſſe optabat. Atque ità addidit: Si quomodo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis. O fœlix negociatio, in qua corruptibile, & mortale corpus ſeminatur, & ſurgit ſpirituale, & glorioſum. O miſeri auari, quare hãc artem nõ addiſcitis, vt tãtam fælicitatem lucrari, participeſque tam mirabilis reſurrectionis eſſe valeatis? De hac loquutus eſt Dominus ad S. Eſaiam dicens: Viuent mortui tui. Ille autem in admirationem adductus interrogauit: Interfecti mei reſurgent? Et ſtatim in hæc verba cœpit exclamare: Expergiſcimini, & laudate qui habitatis in puluere. Vbi ſeptuaginta interpretes tranſtulerũt: Reſurgent mortui, & reſurgent de ſepulchris, & lætabuntur qui ſunt in terra. Ex quo aperte conſtat omnes, qui de ſepulchris cum gaudio, & lætitia ſurrecturi ſunt, prius ex morte culpæ reſurrexiſſe. Poſtquam enim S. Propheta dixit, Reſurgẽt mortui: addidit: Et reſurgent de ſepulchris. Animaduertite quæ ſo diligenter, fratres mei, ſecundam reſurrectionem neminem (reſurrectionem inquam glorioſam de qua Paulus ait, Non omnes immutabimur) eſſe conſecuturum, qui primam anteà non obtinuerit. Vt autem ſciamus, nos in illa partem aliquam habere, multa ſigna à ſacris doctoribus afferri ſolent. Ex quibus hoc vnum tantummodo dicam: quando, ſcilicet, homo ea, quæ propter inclinationẽ propriam caro abhorrere ſolet, victa quodã modo eiuſdem carnis natura ardenti cupiditate, & ſtudio operatur. Certum eſt enim gratiam eſſe quandam ſupernaturalem formam animis noſtris ſingulari Dei optimi maximi beneficio inſignitam. Atque ſicut (vt philoſophi teſtantur) rerũ actiones naturam formarum conſequuntur: ita ab hac forma ſuperna

Roma. 8.

Apoca. 20.

Philip. 3.

Iſaiæ. 26.

turali, ſupernaturalia emanare debent. Si verò quæris, quid iſta ſupernaturalia ſint, reſpondeo, cõmune eſſe naturę corruptæ, vt homo ſeſe diligat, ac magni æſtimet, carni ſuæ faueat, eiq; diligenter indulgeat, nimis ſit anxius de ſui commodi rebus, honoribus ac voluptatibus perfruatur, omni deniq; cura & ſolicitudine huius ſæculi damna deuitet: & ad hæc omnia natura corrupta, & ſine gratia propenſa eſt. Sed eadem natura Dei gratia adiuta, atque in diuino eſſe eleuata iã alia via incedit, & aliter erga hæc omnia ſeſe habet. Ideò qui honoribus, & voluptatibus huius mundi contẽptis patienter iniurias perfert, diligenterque carnem ſuam ſpiritui ſubijcere, & tanquam ancillam ei famulari cõtendit, & bono animo pœnitẽtię dura & aſpera amplectitur, hũc nõ ſolũ eſſe ingratia, ſed euãgelicã perfectionẽ cõſequutũ fuiſſe, ſatis euidens eſt argumentũ. Nam cùm hæc opera ſupra ipſam naturã eſſe videantur, aliquid etiã ſupernaturale in huiuſmodi mente eſſe demonſtrant. Ex ijs poterit vnuſquiſque veſtrum de ſua ſpirituali reſurrectione philoſophari. Vnũ tamen mihi credite fratres mei, peſsimum eſſe ſignum, nè minimam quidem in vobis ſcintillam harum rerũ, aut veſtigium apparere. *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.* His verbis ſuper nus Redemptor noſter die reſurrectionis triumphi, & victoriæ ſuæ, pœnitentiæ ſacramentum promulgauit, & ſacerdotibus poteſtatem atque authoritatem dimittendi ac retinendi peccata præbens, peccatoribus imperauit, vt ea ipſa illis ſoluẽda manifeſtarent. Nullus enim iudex ſententiã, quin priùs cauſam cognoſcat, proferre poteſt: ergo nec ſacerdos poterit iudicare vel abſoluere niſi ei priùs peccata oſtendantur. Voluit autem Dominus ſacramẽtum hoc in ſuæ victoriæ die manifeſtare: quoniã in eo de ſuis hoſtibus homo victoriam reportat. Ex quo manifeſte colligitur, magnã eſſe ignauiam illius, qui propter pudorẽ peccata ſua occultare contendit. Sunt enim aliqui, quos delictorũ ſuorũ pœnitet, ad pedes verò confeſſoris proiecti tanto rubore contrahuntur, vt ea proferre non audeãt. Nõnè filij Iſrael puſillanimes æſtimarẽtur, ſi cũ AEgyptios in mari demerſos vidérũt, tũc illos imitarẽtur pertimeſcere? Ità profecto. Simileshis cenſendi ſunt illi, qui ſcelerum ſuorum pœnitentiam habentes ea propter pudorẽ haud confitẽtur. Si igitur fratres mei peccatum veſtrum in cõtritione, & lacrymarum flumine iam demerſiſtis, & de-

Exod. 14

& demersa ad huc ore proferre pertimescitis, toto cœlo erratis, vosq; ipsos seducitis, si ob hoc aliquid ex honore vestro auferri cogitatis. Quod autē his, quæ diximus, multò peius est, quodq; sine lacrymis dici nō potest, crimina illa, quę mūdi vanitas honore digna existimat (qualia sunt iniurias vlcisci, proximū cōtumelijs afficere, & cætera huiusmodi) libēti animo faeerdoti ostēditis, cogitantes apud ipsum vos propterea in maiori æstimatione, & nō ignauos habēdos esse. O infernalis, ac detestāda superbia, quantū erga homines vales, siquidē eos tanti pōderis ac momēti negocia ità agere efficis, vt in dānationē potiùs, quā in vtilitatē animarū eis vertantur. Pudeat ergo vos (fratres mei) peccata cōmittere: ait enim Spiritus Sanctus: Ante verecūdiā peribit gratia. Sed postquā cōmissa fuerint ea prodere nō erubescatis, id enim nihil aliud est, quā propter victoriā ab hostibus reportatā, pudore affici. Doctissimus quidā pater ex familia ordinis Prædicatorū in libro, quē de cōcionibus scripsit, narrat duos viros sanctos, alterū summi pōtificis pœnitentiariū, alterū verò prædicatorē, & ipsius fratrē, Roma profectos fuisse, qui apostolicē in diuersis locis prædicātes tandē in oppidū cuiusdam nobilis fœminæ peruenerunt, vbi ad ecclesiā rem facturi sacrā se contulerunt. Cum autē mulier eos vidisset maximalætitia, & gaudio affecta secū loquuta dixit, Alteri horū crimina mea sine dubio absque aliqua verecundia, vel pudore, siquidem peregrini & extranei sunt purganda committam. Denique, vt decreuit apud se ità euenit. Cum verò, dum illa sordes animę ablueret, alter eorum prædicator, scilicet, orationi vacaret, in spiritus visione nigros bubones ab eius ore exeuntes & ab ecclesia discedētes vidit. Et cum hæc contēplaretur, ecce terribilis draco volēs etiā exire apparuit, qui tandē non exiuit, sed intra os se misit. Hic horrēdus draco peccatū erat, quod pudore detenta misera fœmina cōfiteri nō est ausa. Ergo sanctus vir iterū aues illas pessimas, quæ antea egressæ fuerāt, peridē os, vnde exierant, ingredientes aspexit. Cùm igitur ambo inde proficiscerētur, habitis in itinere vltro citroq; sermonibus diuinis, cōcionator pœnitētiario rē, vt euenerat, narrauit. Qui dolore plenus iterūm in oppidū cū socio redijt, fœminā miserandam admoniturus, vt peccata sua plenè & sine pudore manifestaret. Cūq; ad oppidū accessissent mortuā inuenerūt. Tunc mœrore

Eccle. 32.

confecti ieiunijs,&orationibus ſe dediderunt. Tandem die ter- 25
tia eis miſerrima,& infœliciſsima mulier ſuper horrendum dra
conem,duobus crudeliſsimis ſerpentibus eius pectora ſugenti
bus atque crudeliter dilaniantibus apparuit. Exibat ab ore eius
execrandi fœtoris ignis ardentiſsimus, manus duo rabidi canes
dilacerabant,aures igneis ſagittis plenæ erant,caput venenoſiſ-
ſimi lacerti corrodebant,oculos deniq; duo horrendi bubones
extorquebant. Hac igitur viſione horribili ſancti viri perter-
riti obſtupuerunt,& prætimore magno in terrā ceciderūt. Qui
bus illa ſic ait: Nolite ſerui Dei, nolite timere. Infœlix illa mu-
lier ego ſum,quæ,quoniam graue peccatum cum mihi conſan
guineo cōmiſſum non fui confeſſa æternis ſuppliciorum tormē
tis damnata ſum. Quam venerandus pater pœnitentiarius ex
parte Dei adiurauit,vt,quid illa tam diuerſa tormenta ſignifi- 26
cabant,explicaret? At illa ſic orſa eſt: Belluę,quę in capite meo
ſunt propter vanum ornatum,quo illud multis fucorum gene-
ribus compoſui me continuo torquent. Illæ autem, quæ in ocu
lis: propter inhoneſta ab eis viſa me exagitant. Igneæ ſagittæ
auriū de ipſis,propter res profanas,quas audierunt ſupplicium
ſumunt,flamma ignis,os meū propter turpia ab eo gutlata, ac
propter detractiones & mendacia affligit. Canes rabidi manus
meas diſcerpunt,eo quòd eas non ad pauperes ſuſtinendos, ſed
ad alendos canes extendi. Porrò draco, in quo ſedeo, corpus
meū à ſummitate pectoris ad infra propter turpia à me com-
miſſa peccata comburit atque inflammat. Quæſiuit etiam
ab ea ſanctus vir,ob quæ peccata plures damnantur? Cui illa
reſpondit: Homines in omne peccatorum genus plęrumq; in- 27
cidunt,ac propterea iuſte puniuntur: mulieres verò quatuor
præcipuè ſcelerum genera,quæ illas in damnationem afferunt,
ſcilicet,peccata linguę,ornatus ſuperfluos,ſuperſtitiones,& ve
recundiam in confeſsione criminum amplectuntur. Deniq; pa
tri interroganti: An qui apud inferos commorantur fauore ali-
cuius ſuffragij adiuuentur, voce quadam horrida, & terribili re
ſpondit: Non. Quibus dictis amplius non apparuit. O rem di-
ctu,atque auditu tremendam. Cauete obſecro, fratres ac ſoro-
res,à tam graui crimine, cauete, in quam, nè iniquitatibus ve-
ſtris ſcelus hoc addatis,vt,ſcilicet,propter pudorem eas conte-
gere velitis,ſed potiùs toto animi conatu efficite, vt ab eis per-

fectam

28 fectam in ſanctiſsimo pœnitentiæ ſacramento victoriam obtineatis. Si autem quæritis, quare Dominus Ieſus Chriſtus, cùm in vltima cœna ſacris diſcipulis ſupra ſacratiſsimũ verũque corpus ſuum poteſtatem dederit, dicens: Accipite & manducate: hoc eſt corpus meũ: hoc facite in meã cõmemorationem, imperiũ ſuper oues ſuas, quæ myſticum ipſius Chriſti Domini corpus ſunt, eis nõ conceſsit, ſed illud poſt reſurrectionẽ tribuendũ reſeruauit? Ad hoc reſpondetur, Dominum ſuper corpus quod ex puriſsimis ſanctiſsimę matris viſceribus aſſumpſerat, cò quòd ſuum erat, & non ſupra oues, quas nondũ redemerat, ſed adhuc in Sathanæ iuriſdictione erant, diſcipulis tunc poteſtatẽ tribuiſſe. Poſt quã autem mortuus eſt & oues proprio ſanguine redemit, ſtatim in ſua ſanctiſsima reſurrectione diſcipulis dixit: Accipite ſuper eas, quia iam meæ ſunt, plenariam po-

29 teſtatem. *Thomas autem non erat cum eis quando venit Ieſus, &c. Vſq; Poſt dies octo iterum erãt diſcipuli eius intus, &c.* Solùm dies octo diſcipulos ſuos ſua voluit Dominus præſentia priuare, ne, ſcilicet chariſsimus eius diſcipulus diu in errore verſaretur. Animaduertite, quàm paruo temporis ſpatio B. Petrum in peccato dereliquit: vix enim peccandi finem fecerat, cùm eum ſtatim miſericordiæ oculis reſpexit. Magnum profectò, fratres mei, argumentum eſt, ex numero reproborum illum eſſe, qui per longũ tempus in peccatis ſine aliqua moleſtia commoratur. Prædeſtinatus nanq;, ſi aliquando peccat à delicto ſuo maxima cum ſolicitudine, & angore reſurgere conatur, neq; in eo poteſt quieſcere: intelligit enim homines peccatorum perſeuerãtia, in quã

30 plurima damna, & incommoda deuenire. De quibus D. Paul. *Romã. 2.* ait: Tu autem ſecũdum duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Põderate, obſecro, diligẽter, qualiter S. Apoſtolus ab aſſiduo peccato multa mala emanare nos docet: ex quibus vnum eſt cordis duritia, ſanctas inſpirationes, & optima quæq; cõſilia nõ aliter expellens, quàm res dura ſagittam, quæ ſi in ferri maſſam mitta tur, ſtatim ſine mora aliquã retrocedit. Aliud verò eſt, quod miſeri peccatoris cor impœnitens reddit, ſicut in Apocalypſi di- *Apoca. 2.* citur: Dedit illi Deus vt pœnitentiã ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua. Aliud deniq; malũ eſt, quo miſer homo cunctis horis, ac momentis iræ in diuino pectore theſaurizat, &

huiuſmodi peccatori alijſq; ſimilibus Dominus ait: Super quō
Iſa. 1. percutiā vos vltrà addentes præuaricationē: id eſt, addentes pec
cata peccatis, & ſuper omnia veſtra ſcelera addentes impœni-
tentiam. Quanuis autē Deus in iſtos hoc mūdo tot pœnis ani-
maduertat, vt nihil quod illis maiorē dolorē faciat, ſupereſſe vi
deatur, tamē hæc omnia tormēta, quibus in hac vita illos Deus
punit, nihili putanda ſunt reſpectu ſuppliciorū, & pœnarum,
quas ob nouas complacentias de præteritis iniquitatibus habi-
tis addētes quotidiè peccata peccatis, iuſtiſsimè merētur. Prin
cipes filiorū Ephraim malū hoc cognouiſſe in ſacra ſcriptura
2. Para. 28. manifeſtè apparet. Dixerūt namq;: Non introducetis huc captī
uos, ne peccemus Domino. Quare vultis adijcere ſuper pecca-
ta noſtra, & vetera cumulare delicta? Grande quidē peccatū eſt
& ira furoris Domini imminet ſuper Iſrael. Videte qualiter hi
ſcelus nō imponētes finē peccatis, exaggerāt. Multi autē ex vo
bis adviā peccatorū indefeſsi eſtis, atq; cū in eis ità cōtinui ſitis,
ſi aliquando bonū aliquod opus aggredi vultis in eo vix per ſpa
tiū vnius diei cōmoramini. O quot huius veritatis teſtes fortaſ-
ſis hic erūt qui cū crimina ſua hebdomada præterita expiaue-
rint, ſanctiſsimūq; corpus Ieſu Chriſti ſumpſerint iterū in abo-
minationibus, ac ſcelerū ſuorū multitudine cōtegūtur. Solent
Simile. pueri exercere ludū, quē vocant ludū Maurorū & Chriſtianoꝝ
rū, Hiſpanè (*Iuego de Moros y Chriſtianos*) & ità in eo alij cū alijs de
certant, vt adinuicē ſe ipſos odiſſe videantur: finito verò ludo
omnes ſimul eſſe, magno cū gaudio ridētes, ſeq; amplexantes
videbitis. Non nè antea ò pueri inter vos dimicabatis qualiter
modo tanta amicitia cōiuncti eſtis? Omnia illa iocò & nō ſeriò
ſe egiſſe reſpōdebūt. O miſerandi peccatores veſtras pœniten-
tias, ieiunia, & cōfeſsiones puerorū ludis poſſumus comparare.
Nā qui vos pectora percutere, ſuſpiria ab intimo corde trahere,
ac cū crimina cōfeſsi eſtis, promittere nunquā ampliùs in ea re
uerſuros eſſe, videret certè, vos ea vehemēter deteſtari, maxi-
moq; odio proſequi exiſtimaret. Sed lōgè aliter res ſe habet: nā
tranſacto paſchate libēter iterū ea amplexi iſtis, & in illis maxi
ma cūvoluptate delectati. Profectò omnia per deriſionē quodā
modo vos feciſſe ſignificatis. Nō ergo, fratres mei, Deū illū ſum
mū, & immortalē, cui non ampliùs vos iniuriā facturos promiſi
ſtis, ita offendatis, ſed potiùs cōtinuā agite pœnitētiam: glorio
ſum

34 sum hunc discipulū imitari conātes, qui tactis vulneribus illuminatus diuina claritate fideliter credidit, & se ad Dominū voluit cōuertere. Deniq; in diuino amore fidelissime tādiu perseuerauit, quò vsq; plenus gratia migrauit in cœlū fruiturus gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica in Albis
CONCIO TERTIA.

Cum esset sero die illa, &c. Ioannis. 20.

Vemadmodū pia mater intimis visceribus cō- *Simile.*
11 mota, infantem suū diu plorare nō patitur: quin potiùs cū primum videt ad eum amplexādum eiusq; lacrymas præ delicijs, atq; amore detinendas accurrit: ita Christus Redēptor noster, amore, teneritudine, ac pietate matres omnes longè superans, discipulos suos dolore ac tristitia ob ipsius mortē multo tempore confici non est passus: imò eo die, quò resurrexit, vt illos consolaretur, eorūq; lacrymas suæ sanctissimæ resurrectionis lætitia cohiberet, inuisit. O quāta ratione iusti etiam in hac vita illud Prophetæ dicere poterunt, Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Tribulationes S. Propheta in præsenti, ignem vocat. Sicut enim ignis lignum, & paleas inflammat, & comburit, aurum verò emundat & purificat: *Simile.*
ità improbi tanquam lignum aridum tribulationum igne consumuntur: iusti autem tāquam aurum in fornace illis, & purgan
a tur & perficiuntur: atque inde argumentum sumunt Dei manum, si in hac vita grauis est multò magis in futura vltricē esse. Et ita vbi nos legimus: Cognoscetur Dominus iudicia faciens, alij transtulerunt. Cognoscitur Dominus iudicia faciens: & sic etiam est in contextu Græco, ac paraphrasis Chaldaica habet: Cognitus est Dñs iudicia faciēs. In quo rigorē vltionis Dñi nō solū in finali iudicio cognoscēdū, sed etiā in præsenti vita à prę destinatis in multis supplicijs, quę de ipsis Deus sumit, vt ab imperfectionibus mūdentur, & vt in posterū maiori timore viuāt sentiēdū esse significat. Vocat etiā propheta Dauid tribulatiōes aquā, quoniā leuia in aqua nō demergūtur neq; absorbētur, imò potiùs super eā enatāt: grauia verò statim suo pōderein, pfundū *Psal. 65.* *Psal. 9.*

descendunt. Sic in tribulationibus impij, peccatorum pondere demerguntur, iusti verò laborum aquas quodammodo calcãt, neq; ab ipsis suffocari permittunt, quoniã scelerũ põdere carẽt. 3

Sapi. 10. In libro Sapientiæ cũ de Hebræis ageretur, sic scriptum est: Transuexisti illos per aquã nimiã, inimicos autẽ eorũ demersit mare. Filios Israel, quoniã erant amici Dei mare deuorare nõ est ausum: Ægyptios verò quia nefarij & scelerati erant aquæ ipsæ absorbuerunt. vbi apertè figuratũ fuit quã variè laborum mare in iustis & peccatoribus operetur. Quamuis autẽ boni in hac vita ignem hũc laborum sæpenumero transeant, tamẽ pijssimus Dominus põst calamitates eos dilicijs, consolationibusque solet afficere. Sicut cum sacris discipulis actum est, qui post passionẽ ac mortem sui amantissimi magistri tandem gaudio & voluptate ab ipso perfusi sunt. O nimiũ fœlices illi, qui tali tamque pio Domino deseruiunt. 4

Venit Iesus & stetit in medio eorum. Id est, stetit in loco vbi ab omnibus videri posset, hoc enim significat, in medio eorũ, sicut

Eccle. 15. in Ecclesiastico dicitur: In medio ecclesiæ aperuit eos eius, hoc est, publicè aperuit Dominus ostimentis se. *Et dixit eis, Pax vobis.* Oc cælestẽ salutationẽ. Sic profectò esse debent serui Dei ad inuicẽ salutare. Nè quæ sõ fratres mei improba cõsuetudine dicẽ di, *Beso las manos de V.m.* Vt ivelitis: diuinũ magistrũ Iesum Christum in salutationibus vestris imitari contendite.

Et cum hoc dixisset ostendit eis manus, & latus. Quasi diceret dominus. Pacem, quam his vulneribus ac crudelissima morte lucratus sum, accipite. O quam horrendũ malum, & ingens miseria est, vos pacem, quæ Christo reparatori nostro tanti stetit, ita 5
parui pendere, tamque vili pretio cõmutare. Solent enim homines ob quamcunque rem minimam, pacem, qua erga proximum fruuntur amittere. Testes huius veritatis certissimi sunt dissensiones, quæ quotidie circa prælationes, sedilia, ac cæterahuiusmodi leuia, ac nullius fere ponderis eueniunt, testes sunt lites & controuersiæ, quæ continuò in prætorijs exercentur. Quod autem hoc sit pessimum signum docet Diuus

1. Corin. 6. Paul. dicens: Iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Notate fratres mei diligenter quod S. Apostolus ait: scilicet, omnino delictum est in vobis. Vnde colligis diuine Apostole in illis esse delictum? In hoc, quia videlicet,

6 licet, iudicia inter se habebant. O admirabilis exaggeratio, vt
à iurgijs & contentionibus abhorreamus. Et statim addidit:
Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudē
patimini. Aperite ergo fratres viscera vestra, & pacē hanc quā
Dominus Iesus vobis offert, libēter accipite, vt cum proximis
vestris in illa viuere valeatis. Animaduertite etiam pacis nomi
ne non solum peculiare donum, sed etiam, vt mos est apud He-
bræos, omnia bona simul intelligi. Ita habetur in sacris literis *Gene.37.*
vbi Iacob misit filium suum Ioseph, vt videret an prospera cir
ca fratres, & pecora eius cuncta euenirent. Et pro his omnibus
sic habet litera Hebraica. Ito, & vide, an fratres, & pecora sint in
pace, idest, si cuncta sint prospera. Ita etiā, cùm Christus Redē
ptor noster pacem discipulis, & in ipsis toti ecclesiæ deprecatē
7 tur, omnia bona sub isto nomine, pacem, deprecatus est. Ac si di
ceret: Pax, amor, patientia, mansuetudo, omnia denique spiri-
tualia bona, quibus egetis, in cordibus vestris continuò habitēt.
Faciunt ad rem verba illa D. Pauli, scilicet: Iustificati ergo ex fi *Roma.5.*
de pacē habeamus ad Deū per Dominum nostrū Iesum Chri-
stum. Ex fide, ait, quia (vt alibi explicuimus) fides est principiū
iustificationis: atq; his verbis B. Apostolus apertè ostendit, vnū
ex præcipuis iustificationis fructib⁹ esse animā cū creatore suo
pace frui. Ita affirmat Propheta Isaias dicens: Et erit fructus iu *Isai.32.*
stitiæ pax. Idem annuunt verba Psalmi, vbi dicitur: Iustitia & *Psal.84.*
pax osculatæ sunt: ad significandū mētis iustitiam & pacē ni-
mis coniūctas esse sorores. Propter quod S. Zachariasvirtutum
iter, ac sanctitatē cunctam, viam pacis appellauit, qui de fine ad *Luca.1.*
8 uentus filij Dei in mundum loquesillum, Ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis venisse, testatur. O quàm dulce, quàmq;
suaue homini, esse debet Deum amicū habere: qua tranquillita-
te cor eius perfruetur? Vnde Regius Psaltes postquam dixit, *Psal.90.*
Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli com
morabitur, de huiusmodi verba faciens inquit, scapulis suis obū
brabit tibi & sub pennis eius sperabis, id est, (*Al teal Dios le hara espaldas:*) ac sicut pullus sub matris alis ita sub protectione Dei
atq; auxilio fouebit. Benedictus ergo sit talis pater, glorificatus
talis Dominus. Beati iusti qui tantā pacē, quietē, ac tranquillita
tē etiam in hac vita consequuntur. Qui erga Deum in hac pace
viuunt, etiam erga proximū eā habēt: in quibus facile illud Da-

Psalm. 133 uid, Ecce quã bonũ & quam iucundum habitare fratres in vnũ, 9
experiri videmus: in quo Psalmo statim duæ ex effectibus, qui
à pace oriuntur, similitudines elegantissimè describuntur. Qua
rum altera est, Sicut vnguẽtum in capite, quod descẽdit in bar-
bã, barbã Aaró, q̃ descẽdit in orã vestimẽti ei⁹, ideſt: Magnates
Reipublicæ, vbi pax fuerit, virtute Dei replebũtur, & suo exẽ
plo tanquam pretioso vnguento cunctã ipsam Rempublicam
suauissimè vngent. Altera est: Et sicut ros Hermon: qui descẽ
dit in montẽ Siõ, hoc est, sicut rores ac niues, quæ è cœlis in mõ
tes & alta cacumina ceciderunt, & inde præter labentes vmbro
sas valles irrigant, ità pròcerum Reipublicę doctrina sanctitas
ac rectè viuendi exemplum in minores confluit ideo sequitur:
Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem & vitam
vsque in sæculum. Omnia hæc ex eo nascuntur, quia vbi pax 10
reperitur, ibi nidus & domicilium misericordiæ Dei, ac vitæ,
quæ est eius diuina gratia, existunt. Quis est igitur, fratres mei
qui tot tantasque pacis excellẽtias audiẽs eam totis viribus, ac
licèt difficillimis vijs adipisci non contendat? Et quis est, qui
vitam potius, quàm singularem hanc virtutem nolit amittere?
Faxit Deus, vt & oculi vestri illuminentur, & corda vestra ad
hæc opere complenda excitentur. Vt autẽ negotium hoc in
dies in melius augeatur Reipublicæ gubernatores, ac prælatos
omnes contestor, vt in illos, qui discordiarum & dissensionum
causa sunt, seuere animaduertant: istos nãque meritò possumus
dicere improbum Sathanæ munus velle vsurpare: qui (vt legi-
Gene. 3. tur) primæ mulieri fallaciter dixit: Cur præcepit vobis Deus, vt
non comederetis ex omni ligno paradisi? O infernalis astutia. 11
Tantum prohibuerat Deus arborẽ scientiæ boni & mali: & hu
mani generis hostis, videte, qualiter rem amplificat: Non enim
ait, Quare Deus vobis præcepit nè ex illa arbore comederetis,
sed vt rem verbis magis ampliaret per circuitũ locutus est. Cur,
inquit, præcepit vobis Dominus nè comederetis ex omni ligno? Hoc etiam est sequacium cacoda monis pessimum ingeniũ,
Simile. id, scilicet, quod parui pendendum erat, nimis exaggerare, atq;
amplificare. Siquis (verbi gratia) verba ignominiosa in aliũ siuè
absentẽ siuè præsentẽ profert, statim infamis delator domum
illius, in quẽ dicta fuerũt, pergit, ac suis execrandis sermonibus
efficit, vt miser homo in aliũ indignetur, & quo magis ira incen

ditur

12 ditur eò plura verba improbus ſuſurro addit dicens, Hoc nè ab q; vltione ferē dū eſt? (*Como y fulano os auia de hazer tal y tal agrauio?*) O maledictū Sathanæ inſtrumentū, non nè attendis, quam ſeminas tuis verbis diſcordiā? Ego nomine Beatiſsimæ Trinitatis vos omnes, in quos iuſtitiæ munus incūbit hodierna die adiuro, vt iſtos imitatores diaboli impunè abire nō permittatis. Si verò cōtigerit (q̄ Deus auertat) vt adhibitis remedijs ſe in melio rē frugē recipere noluerint, illos tanquā peſtē è Republica ex pellere conemini. Apud Prophetā Ionā legitur, cùm in mari tēpeſtas excitaretur, nauē, quā ipſe & alij cōſcenderāt in magno fuiſſe periculo. Cum autē (vt poſteà apparuit) propter Ionam nautæ procelloſum mare turbatūq; viderēt, hęc, vt nauis inco lumis ad portū peruenirēt, eorū animis ſententia ſtetit, ſcilicet, 13 ſanctū Prophetā ab ipſa naui exturbare, & in aquas proijcere: quo facto tēpeſtas ceſſauit. Ita cùm Rempublicam, cœnobium, aut congregationē aliquis cōturbat, optimū remediū eſt, eū ab illo hominū cœtu, vt, reliqui pace fruantur, detrudere. Poſtquā igitur Dominus pacē ſuā diſcipulis dedit, eos ſic eſt alloquutus, *Sicut miſit me pater & ego mitto vos.* Diuinus ille concionator. D. Paulus altiſsimum reſurrectionis myſteriū perſuadere volens inquit: Quæ ad patres noſtros repromiſsio facta eſt hanc Deus adimpleuit reſuſcitans Ieſum Chriſtum, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodiè genui te. Vbi apertè conſpicimus S. Apoſtolum verba hæc de ſanctiſsima reſurrectione intellexiſſe, quæ ita Chriſto Redemptori noſtro à Patre æterno dicta ſunt ac ſi quidam pater filio ſuo, qui à magno periculo euaſerat, dicat, Exiſtima fili, te hodiè à me & 14 genitum & natum fuiſſe. Sic pater æternus, quoniam Filium ſuum vnigenitum, vt hominē reſuſcitauit, ei dicit, Ego hodie genui te. Sed quoniam in illo Pſalmo nullis interpoſitis verbis eū hortatur, vt à ſe poſtulet, & Dabo, ait, tibi gentes in hæreditatem tuam (vbi multitudinē fidelium, qui in eum crediturі erāt pollicitus eſt) cū reſurrexit ſtatim diſcipulis imperauit, vt præclarū hoc opus, ſcilicet, conuerſionē infidelium inchoarent: & ità ait, *Sicut miſit me pater & ego mitto vos.* Quaſi diceret: quemadmodū pater me ad illuminandū mūdū à ſuis erroribus miſit, ſiquidē ego vos doctrina mea atq; exēplo illuminaui, modò ite & lucē hanc vniuerſo mundo diligentiſsimè cōmunicate. Quibus

verbis

Ionæ. 1.

verbis admirabilē Apoſtolorum authoritatem eis conceſſam 15
oſtendit. Quibus tūc meritò illud Diui Pauli dici potuit: Luce
Philip. 2. tis ſicut luminaria in mūdo verbū vitæ cōtinentes. Notandū tamen eſt aduerbiū illud, ſicut, in euangelio poſitū non omnimodam dicere ſimilitudinem, quoniam Chriſtus filius Dei, vt mūdū redimeret, noſq; patri ſuo recōciliaret, è cælis deſcēdit: Apoſtoli autē minimè. Vult ergo dicere, quòd, ſicut pater filiū, vt gloriā ſuā manifeſtaret, miſit, ità filius ſacris diſcipulis imperauit, vt gloriā ſui ſanctiſsimi nominis cūctis gētib⁹ demōſtrarēt.

Hæc cum dixiſſet inſufflauit, & dixit eis, Accipite ſpiritum ſanctum. O quàm Potentes ſunt Dei flatus. Pauperculos hic piſcatores Dominus vno flamine gratiæ, & benedictionis vaſa effecit. Flatus etiam regū ac principū mundi potentes ſunt, ſed non vt gratiæ imò iniquitatis, ſuperbiæ, & arrogantiæ vaſa confingant. 16
Atq; ità quotidiè illos, qui à Magnatibus, & fouentur & diligūtur tā inflatos, tantaq; pompa incedere videmus, vt vix eos totus terrarum orbis capere poſsit, nec alios in mundo conſiſtere
Gene. 2. patiuntur. In ſacris literis Deus ſic loquutus fuiſſe legitur, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā. Vbi maximè immenſa bonitas eius apparuit. Nam cum eſſet ſummus Deus, cui nullus par eſſe poteſt, tamen ſibi ſimilem, & quē etiā ipſe condidit voluit habere. Miſer verò homo ſuperbia, & elatione plenus neminē ſibi ſimilem in hac vita videre cupit. Imò eò ipſo, quòd alium in aliqua re, ſiue literis, ſiuè fauore, ſiue nobilitate, aut alijs huiuſmodi ſimilem conſpicit, eum ſtatim toto animi conatu ab illo ſtatu deijcere, &, vt poteſt quodammodo annihilare intendit. Superbiam, ſcitote fratres, eſſe inui- 17
diæ matrem, inuidiam verò odium, & iram peperiſſe. Quæ quidem mala, Proh dolor, magnam eccleſiæ Dei partem, non ſine iactura, euerterunt. Propter quod diuinus Pſalmographus
Pſalm. 79. ait, Singularis ferus depaſtus eſt eam. Ferus iſte ſingularitas ipſa, nūcupari poteſt, qua iſtorum quiſque erga proximum vtitur. Ideo Deum deprecamini, vt vos à tam venenoſis flatibus, ſi quidem id damnū inferunt, ſua miſericordia eripiat. Eſt ſuperbia veluti ſubtilis aer, qui (etiā nobis ferè inuitis) tanquā per rimulas in interiora mentis noſtræ ingreditur: & multo melius, ſi flatus, & fauores mūdi quærimus, eiq; cordis ianuas patefacim⁹ ingredietur. Date igitoperā, fratres mei, vt flatib⁹ diuinis, diuina

gratia

18 gratia mentem ditantibus ostia reseretis, qui flatus ex parte sua in omnes sufflare parati sunt. Quemadmodum vno eodemq; vento decem vel duodecim naues æquora sulcant, quarum aliæ velociori, aliæ tardiori, cursu nauigant, quod quidem non ex parte venti, idem enim est, sed ex parte ipsarum nauium proue nit, quædam nanque multis locis confractæ, sunt, quędam verò minimè: quædam oneratæ, quędam verò exoneratæ: atq; ita hę in portum securè plęrumq; perueniunt, illæ vero naufragium faciunt: sic vnus & idem diuinus flatus suis fauoribus in omnes inflat, sed alij tāquam excellentes naues tā prospere nauigāt vt securissimum Paradisi portum teneant, alij autem in purgatorio hyemant, alij denique quia cupiditatibus, affectionibus, atque huius sæculi rebus velut naues onerati se mari commiserūt,
19 tandem in profundum inferni demersi sunt. Quāobrem vnusquisque vestrūm, charissimi fratres, diligēter animaduertat qua liter diuinis flatibus vtitur. *Et dixit eis, Accipite spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c.* O admirabilem hominum dignitatem, Orem admiratione dignā. Adeò nè Deus hominem magnificare voluit vt in eius manibus, ore, ac voluntate animarum remedium comparauerit? Tanto honore ac reuerentia apud Hebræos, Græcos, & Romanos olim sacerdotes habiti sunt vt si aliquem illustrem excellentemque volebant appellare eum sacerdotem nuncupauerint. Ita intelliguntur aliqua loca sacræ scripturæ, inquibus sic legitur. Filij autē Dauid sacerdotes erant. Nec potest intelligi illos sacerdotis munere fungi quoniā eis qui erāt ex Tribu Iuda hoc prohibitum erat
20 vt ex D. Paul. patet: atq; ita ibi diuina scriptura significat filios Dauid illustres, excellentes, atque in magna æstimatione habitos fuisse vt in nostro modo loquendi crudeles, Nerones, disertos Senecas: & sapientes, Salomones vocamus. Si igitur eo tempore ita venerabantur sacerdotes, quantò maiori honore nunc digni illi debent esse, quibus Dominus potestatē supra verum ac mysticum suum corpus concesit? Hinc etiam inferturillos puriores ac sanctiores antiquis sacerdotibus esse debere: atque hoc ornamenta, vestesque, quibus induuntur significant, nec vacuas cæremonias esse putetis: nam, Amictus pudorem, Alba cōscientiæ puritatem, Cingulum castitatem, Stola obedientiam, Manipulum temperantiam, Casulla quæ eum

2. Reg. 8. 1. Par. 18.

Heb. 7.

totum

totum contegit, charitatem, quæ ſuper omnes virtutes eminet, 21
innuunt & repræſentant. Cùm aliqua comœdia nobis ob oculos
Simile. proponitur, in qua alius perſonam Regis ſuſtinet, alius verò paſtoris perſonam induit, vnuſquiſque horum veſtes illius perſonæ, quam agit, ſumit. Decens ne eſſet vt ille qui paſtoris perſonam repreſentat, ſermone concinno, eleganti atque vrbano alter verò, qui regis perſonam induit, rudi ac pingui loqueretur? Certè ſic repreſentationis ordo peruerteretur: decet enim vnum quemque loqui ſicuti induit. Ita etiam rationi conſentaneum eſt vt ſacerdos vt veſtium, quibus ornatur dignitas poſtulat loquatur, & operetur: cõtinuoque ei ob oculos obuerſetur ſe ſummum ſacerdotem Ieſum Chriſtum filium Dei, cuius perſonam interris gerit, debere imitari. Regius Propheta Deũ ſic interro- 22
Pſal. 14. gat: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Et ipſemet reſpondit: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam: qui loquitur veritatem in corde ſuo. Veritas eſt conformitas rei ad intellectum: & ille loquitur veritatem in corde ſuo, qui qualis optat exteriùs apparere, talis interiùs eſſe nititur. Quapropter ſiquidem, ò ſacerdos exteriùs Ieſum Chriſtum repreſentas, atque in bona æſtimatione ab omnibus haberi deſideras, proviri lilaborare debes, talis interiùs eſſe, qualis à cunctis exteriùs videri exoptas.

Sed dicet aliquis, Quare (cum ſumma veritas ſacerdotibus dicat, Cùm remiſeritis peccata, remittuntur eis:) quãdo ipſi nos à peccatis abſoluunt, pœnitentiam nobis imponunt? Ad hoc facile reſpondetur illis ſingularibus verbis Prophetæ Naum quę
Naum. 1. ſic habent. Dominus patiens & magnus fortitudine & mundãs 23
non faciet innocentem. O admirandum myſterium. Quid ſancte Propheta ais? Si Dominus aliquem emundat qualiter eum dãnatum ſinit, & ſi damnatum, qualiter purgat? Ad hoc reſpondeo quòd ſacerdos ex parte Dei delinquentem, vt oportet, diſpoſitum à culpa ita abſoluit, vt pœna æterna, quã propter peccatum meruerat, in temporalẽ maneat cõmutata: excepto, ſi tantam contritionem afferret, vt propter illã ab omni pœna eſſet immunis. Verum eſt tamen, virtute abſolutionis aliquam etiam pœnæ partem remitti: ideò ſaluti animæ non parum conducere videtur, eadem crimina ſæpenumero confiteri, toties enim ea quis poterit confiteri, vt virtute abſolutionis ab omni pœna liberetur.

liberetur. Sed proh dolor, qualiter eadē peccata ſæpe confitebi-
24 tur ille, qui vix ſemel in anno, idq; penè inuitus, & magis ad ec-
cleſiæ mandatū explendū, quam ad vtilitatē, & cōmodum ani-
mæ ſuæ reportandū confitetur? Si eſſet carbonarius, qui per to- *Simile.*
tū annū in ſaltibus cōmorans indutus ſemper vna ſubucula car-
bones efficeret, & in vrbem veniens fullonamq; aliquā linthea
mundantē vidēs, ſe celeriter tunica exueret, mulierē deprecās,
vteā ſibi nulla interpoſita mora emundaret, certè, vt ab ipſa ful-
lona derideretur, meritò dignus erat. Diceret namq; carbona-
rio mulier: Amice videris inſanire: nam ſubucula hæc taliter
immunda eſt, & ita ſordes cōtraxit, vt ſi rectè abluēda ſit priùs
madefieri, poſtea candificari, tandem ſapone tergi neceſſariū
eſt: & his omnibus diligentijs adhibitis albam ſubuculam rema-
25 nere, non parum erit. O quot peccatores animę ſuæ maculas per
totum annum non abluunt, ſcelera ſceleribus, quibus conſcien-
tiæ inficiuntur, ac nigriores carbone fiunt, continuò addentes.
Cumq; veluti carbonarij effecti ſint, (ſicut illi de quibus S. Iere- *Ieremi. 4.*
mias inquit, Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum) veniūt
ad lauatricē Ieſu Chriſti, ideſt, ad ſacerdotē confeſſorem. Et,
quia eum aliorum confeſsiones audientem aſpiciunt, ſtatim ſi-
ne examine conſcientiæ, ac ſine madefactione lacrymarum
contritionis, & abſque præparatione, vel diligentia aliqua, vt
lauentur, ab ipſo petunt inſenſati, Inſenſati putatis non plus ad
confeſsionem requiri, quàm vos ad pedes confeſſoris proiectos
ore hoc proferre? Pater peccator ſum, me interroga, & à deli-
ctis me abſolue. Non ſufficit hoc, fratres mei, non ſufficit: opor-
26 tet enim ea omnia vos in memoriam reuocare, & de ipſis con-
teri, ac tandem firmiſsimo propoſito ab illis abſtinere: & hoc
modo vobis ſacerdotis proderit abſolutio. Ecce igitur quali-
ter Dominus patiens & mundans non faciet innocentem. Si- *Simile.*
quis amicus Regis eum proderet, & poſtea ei reconciliatur,
non ideò ſtatim in priſtinum ſtatum reſtituitur, ſed, vt illatæ
iniuriæ, ſeque proditorem fuiſſe recordetur, aliquo ſupplicio
afficitur: ita peccatori taliter culpa à Deo cōdonatur, vt velit
ipſum pœnam aliquam pati, eique, vt pro peccatis ſatisfaciat,
& diuinam maieſtatem tradidiſſe non obliuiſcatur, pœniten-
tiam imponi. Animalia illa, quæ in ſuo Apocalypſi D. Ioan- *Apoc. 4.*
nes vidit, plena oculis erāt ante & retro; ſic veros pœnitētes in

hoc

hoc mundo esse oportet, decetque oculos in vultu habere vt at- 27
tente occasiones vitare possint: & retro, vt ante actæ vitæ, &
offensionum in Deum commissarum, ac misericordiæ eius
propter absolutionis beneficium reminiscantur. Est etiam pœ-
nitentia velut frænum, quo peccator ne in posterum delicta cõ
mittat, detinetur. Atque ideo confessorem in imponendis pœ
nitentijs prudentem esse maximè necessum est. Non esset in
sua arte peritus Chirurgus ille, qui vna vnctione varijs vlcerum
generibus mederi voluisset, artis etiam medicinæ esset expers
medicus, ille qui vnam eandemque medicinam multis ægritu
dinibus adhibere cõtenderet: ita confessoris munere abutitur
ille, qui diuersis peccatoribus diuersa peccata committentibus
eandem pœnitentiam imponit. Carnali enim homini flagella
& ieiunia, atque cilicia, quibus caro eius maceretur & contera-
tur iniungenda sunt. Canis solitus in macello sanguinẽ lambe-
re difficile nisi per fustium vim potest ab hoc abstinere: ita cor- 28
pori helluonis, voracis, & effæminati violentiã inferre, vt ab-
stinens fiat & castitatem seruet, opus est. Maximè etiam ad hoc
conducit pœnitentem, vt crebrò & frequenter peccata sua con
fiteatur, sanctissimumque Christi corpus accipiat, admonere.
Auaro autem hæc pœnitentia est imponenda vt scilicet quoti
die pauperem sustentet, si dives est: si autem opere seruili quæ-
stum sibi quærit, imperetur ei vt ex eo quod sudore lucratur sti
Leui. 14. pem eroget. Loquens de peccatore Deus hoc iussit. Si pauper
est pro delicto assumat agnum ad oblationem. Mirabile certè
est, qualiter Dominus in lege purificationis mulierum iusserit, ne
paupercula teneretur offerre agnum, hic verò vt quis quantũ- 29
uis pauper pro delicto agnum offerat, imperat: debebat enim,
si inops erat, siquidem minorem occasionem habebat, à vitijs
se abstinere: quia verò non abstinuit, in pœnam criminis victu
abstineat & agnũ offerat. Quoniam autem cum Dominus pri-
mò apparuit, *Thomas non erat cum eis, post dies octo venit Iesus & ste-*
tit in medio, &c. Per octo dies absens fuit Dominus. Vnde colli
gitur eum post resurrectionem nõ tam continuò sicut anteà cũ
sacris discipulis fuisse versatum, vt nos doceret, eos qui cũ Chri
sto resurgunt, familiariterque cum eo agunt, ab hominum licet
sanctorum cœtu & congregatione, quo ad fieri poterit, sepa ra
ri debere. Quod si frequentia colloquia iustorum diuinam con

uersatio-

30 uersationem impediunt, multò magis eidem improborum cõmercium obstabit. Hoc fuit causa, quare Iacob filijs suis præcepit, vt eum cum patribus suis, & non in AEgypto sepelirent. Iusti nanque ab improbis non solum in vita, sed etiam post mortem seiungi volunt. Gene. 49.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, &c. O vere afflictorum consolator Iesu Christe, quare Magdalenæ in horto flenti & amoris plenę dicis, Noli me tangere, huic verò indurato, vt digitum in vulnus inferat tuum, iubes? Vt te hominem admoneam, ne, quantumcunque in occulto sis loco, fœminæ licèt sanctæ cõtactũ patiaris. In sacris literis sic legit: Tulit Deus vnã de costis Adã, & repleuit carnẽ pro ea: & ædificauit Domi- Gene. 2.
31 nus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. In hoc, quòd homo in formatione mulieris amisit costã vnam, & pro ea carnem accepit, aliquo modo significatum fuit homines propter conuersationem fœminarum constantiam, & fortitudinẽ amissuros, ac mollitiem & imbecillitatem acquisituros. Denique cum Diuus Thomas sanctissima illa vulnera tetigit, lucem fidei recepit, ac medicinam gratiæ, qua consequimur gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

AD LECTOREM.

SVpra secundam partem huius euangelij, & hanc secundã apparitionẽ quatuor sermones festiuitatis sancti Thomæ in libro, quẽ de concionibus aduẽtus scripsimus, inuenies.

DOMINICA II.

Post Pascha.

CONCIO PRIMA.

Ego sum pastor bonus, &c. Ioan. 10.

CVm de anima iusta in Canticis ageretur sic dicitur: Cant. 4.
Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuũ dulce. Verba iusti adeò plena charitatis, atque attractiua sunt, vt peccatores suo creatori per amorem &

charitatem vinciant sicut vitta capillos virginis ligat & capiti 2
eius constringit, Amor enim diuersos loquē di modos, variasq;
verborum excogitationes, quas qui non diligit, non scrutatur
imò in ore eius verba rigescere videntur, continuò facit quæ re-
Psal. 62. re. Ideo S. Dauid dicebat: Sicut adipe, & pinguedine repleatur
anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Hoc est,
Reple Domine mentem meā tuo diuino amore, & statim lin-
gua mea eloquia viuida & ad te laudandū, & ad alijs tuū amo-
rem persuadendum habebit. Quòd, si hanc efficaciam verba iu
sti habent, quantò efficaciores erunt iustissimi inter omnes iu-
stos Iesu Christi sermones? Quo iure ei possumus dicere, Elo- 1
quium tuum dulce? Apertissimum huius veritatis testimoniū
nobis in hoc sacro euāgelio ante oculos proponitur, in quo cœ
lestis Dominus dulcissima hæc verba protulit. Ego sum pastor 3
bonus. Attendite, quibus tantæ dignitatis nominibus, vt nos ad
se alliceret, diuinus Dominus vsus est. At si per aliena ora (vt in
Hebræ. 1. quit Apostolus) loquens patribus in Prophetis locutus est tam
Oseæ. 11. dulcia verba, vt sunt illa, quæ à sancto Osea scribuntur: Ego qua
si nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescie-
runt, quòd curarē eos: in funiculis Adam traham eos, in vincu-
lis charitatis, & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eo
rum, & declinaui ad eum, vt vesceretur. Quibus verbis amorē,
quo populum Israel prosequebatur Dominus, tribus amoris ge
neribus comparauit. Per Ephraim autem Hebræus Populus, su
per quem Ieroboā, quierat de tribu Ephraim, regnabat, intelli
gitur. Et primò amorem suū confert cum amore nutricis, quæ
tanta cordis teneritudine, pietate, & amoris affectione infantē 4
nutrit, vt matres ipsas longe superare videatur: deinde cū amo-
re pauperis agricolæ iuga boum, quorum opera sustentatur, pos
sidētis, qui finito diei labore boues suos comiter & beneuolè
domum ducit, eis iugum, vt pascantur & quiescant à cer-
uicibus auferens. Tādem cum amore pijssimi patris cōparat,
qui ægrotū filiū omnē cibū fastidientē habens, sua propria ma
nu ei epulas ministrat. Hæc tria amorū genera erga filios Israel
Dñs habuisse confitetur: illis enim amantissimè indulgebat,
eosq; in humeris (sicut nutrix infantem) à captiuitatibus duris
eripiendo portabat, ac deniq; sicut obseruantissimus pater cu
mulatissimè sustentabat. Sed his adhuc contentus vide quid

per

per S. Isaiam dicat: Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt nō miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamē nō obliuiſcar tui: ecce in manibus meis deſcripſi te. Si hęc inquā, verba tanta dulcedine, & ſuauitate plena Deus per prophetarū ora loquutus eſt, quid modò in filio ſuo, qui eſt propriū ſuū os nobis ipſum loquutū fuiſſe credemus? Dulciſſima ſuper omnē modū verba diuini verbi facti hominis fuerūt, & quę deliciis & cōſolationib⁹ plena nos diuino eius amori deuincire, atq; religare poterant. Voluit Chriſtus Redēptor vocari frater noſter amicus, Magiſter, & ſponſus. Voluit etiam gallinę comparari, vt apud D. Matthęum. Quemadmodum, inquit, gallina congregat pullos ſuos ſub alas: ſic ego meos amore, & beneuolentia protego. Modo autem ſe paſtorem nominat dicens: Ego ſum paſtor bonus. Nō hic ait: Sū iudex, vt vos iudicē: non Rex vt vos opprimā, non, dñs: vt vos euertā, & quodammodo euiſcerem: ſed piiſſimo domino placuit, vt ſibi nomē hic imponeretur quod nobis terrorem non incuteret, imò nos emolliret, & in diuino ſuo amore incēderet atq; inflāmaret, Benedictus acglorificatus ſit talis paſtor: fœlices oues, quæ ab illo ſe paſci ſinunt. Teſte Propheta Ezechiele Deus optimum paſtorem ſuis ouibus ſedaturum in hunc modum promiſerat: Suſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid, & ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem. Quæ verba D. Hieronymus non poſſe de Dauid Rege intelligi, quia multis retrò temporibus mortem obierat, ſed de Chriſto Redemptore noſtro intelligenda eſſe teſtatur. Qui (vt ait D. Paulus) factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Illum verò Prophetaſeruum vocat, quia patris æterni ſeruus, in quantum homo eſt: & per excellentiam nuncupatur vnus paſtor, quem (vt ſcriptum S. Iſaias reliquit) ipſe pater ęternus ſic nominat dicens: Vocaui eū & benedixi eum. Mirabile videtur, quòd cum cæleſtis humani generis reparator multis de cauſis bonus paſtor potuerit appellari, vnā tantū modo hic aſſignauit, ſcilicet: Animā meā pono pro ouib⁹ meis, dicere potuiſſet: Sum paſtor bonus, quoniā oues meas optimis paſcuis, atq; alimētis depaſco nō ſolū enim cœleſti doctrina eas ſuſtēto, ſed etiā meo proprio corpore ſuauiſsime reficio. Ac de hoc gloriatur ſponſa dicēs: Dilectus meus qui paſcitur inter lilia, ideſt, qui me ſuo ſacro corpore inter lilia,

Iſaiæ. 49

Matthæ. 24

6

Ezechiel. 34

Roma. 1.

7

Iſa. 51.

Cantic. 2.

qui sunt angeli, Dominum suum ibi comitantes, pascit. Nã quia 8
nos tam diuino cibo pasci magnopere gaudet, ideò se esse eum
qui pascitur, vult, vt sponsa affirmet. Vel etiam potuisset Do-
minus dicere: Sum pastor bonus, quoniã oues meas accuratissi-
Sapien. 3. mè seruo. Scriptum est enim: Iustorũ animæ in manu Dei sunt.
Cùm autem in meis manibus fuerint, nunquã ab eis oculos auer
tam. His tamen, atque alijs causis omissis, solùm propter hoc
se bonum pastorem esse ait, scilicet, quia pro ouibus suis vitam
posuit, hoc enim præclarum opus amorem eius apertius & cla-
Valerius Maximus. rius præ cæteris demonstrauit. ¶ Valerius Maximus inter anti
quos insignis Historiographus de pietate erga patriam disse-
rens narrat Codrum Athenienſium Imperatorem, cùm bellũ
Dorensibus inferre vellet, magnum exercitum comparasse: cũ
que belli euentum scire optaret, se ad oraculũ contulisse Apol- 9
linis, qui consultus respondit: exercitum eius, nisi ipse in præ-
lio moreretur, victoriam minimè reportaturũ. Quo à Doren-
sibus cognito, præconis voce cautum esse iusserunt, nequis eorũ
sub pœna capitis Codrum Imperatorem, licèt inermis in me-
dio exercitus inueniretur, interficeret. At vbi Codrus hostium
præconium intellexit, nè sui vincerentur, habitum mutauit: &
indutus pauperis agricolæ vestibus, fascemque lignorum in hu
meris portãs se in hostium copias interficiendũ contulit. Quod
quidem ità euenit: nam cùm à nemine cognosceretur vita priua
tus est. Sed (dictu mirabile) statim post mortem eius victoria,
quæ anteà dubia erat, in ipsius partem inclinauit: ac tandem ho
stibus profligatis eam ab ipsis obtinuerunt. Singulari profectò
amore princeps hic suos prosecutus est, siquidem maluit mor- 10
tem oppetere, quàm eos in vitæ discrimen, periculumque vo-
care. Ergo siquidem Ethnicus Princeps suos sic charos habuis-
se, ostendit: multò magis ineffabilem Christi Redemptoris no-
stri bonitatem decebat, amorem eximium ouibus suis, vitam,
omnium pretiosiorem, offerendo, ostendere. Aduertite, quæ-
so, qualiter postquam dixit: Bonus pastor animam suã dat pro
ouibus suis, paulò inferiùs concludit dicens: Animam meã po-
no pro ouibus meis. Non ait, se obtulisse vitam pro omnibus,
quantum ad efficaciã, vel efficientiã, sed solum pro ouibus
suis, quæ sunt electi & prædestinati: hi enim meritò oues, qua
rũ naturam quodammodo sequũtur, appellantur. Et in primis

inter

11 inter alia illas in obedientia imitantur: est enim ouis animal ni
mis obediēs, & quod facile à pastore suo duci patitur. Atq; ità
cū Propheta Dauid obedientiā sancti Ioseph amplificare vel-
let sic ait, Qui deducis velut ouem Ioseph, hoc est, qui à te, Do Psal. 79.
mine, duci permittit, tibiq; tanquam ouis pastori suo obtempe
rat: & hoc ex ijs, quæ Deus à suis postulat, præcipuum est.

Postquā Deus Patriarchę Abrahæ dixit: Et statuā pactū meū Gene. 17.
inter me & te, addit statim: Tu ergo custodies pactū meū, ideſt:
Licèt ego ex propria mea voluntate beneficia hæc in te confe
ro, & fœdus hoc tecum ineo, ratio postulat, vt quantū exte est,
pactum & fidē hanc non frangas. Non profanabo testamentū
meum, & quæ procedunt de labijs meis non faciā irrita, ait idē Psalm. 89.
Dñs. Ac si diceret: Siquidem ego promissa tibi præstabo, tu
12 etiā proviri li, quæ pollicitus es, obserua. Ego Deus tuus ero, in
quo omnia bona includuntur, ideò, vt promissis stes, meæ volū
tati, & obedientiæ adhærendo, maximè oportet. Ad hoc D. Roma. 1.
Paulus, se socios q; suos gratiā, & apostolatum accepisse fatetur.
Accepimus, inquit, gratiam & apostolatum ad obediendum fi-
dei in omnibus gētibus, hoc est, vt omnes gētes rebus illis, quas
fides docet, obtemperent: pro nomine eius (quod exponit B.
Ambrosius) tanquā vicarij Christi vices eius gerentes in eccle-
sia. Et hoc est, quod antea idē B. Apostolus dixerat: Pro Chri- 2. Corin. 6.
sto enim legatione fungimur. Theophylactus verò sic interpre
tatur: Pro nomine eius: Ideſt, pro exaltatione nominis
Christi, vt virtus ipsius nominis per totum mundum diuulge-
tur. De ijs ouibus dici potest illud Psalmi: Herodij domus dux Psal. 113.
13 est eorum.

Gryphs animal est habens crura agni, dorsa verò leonis ac Simile.
pectus, caputq; aquilæ simillimum: & ideo nomen Gryphis
optimè Christo Redemptori nostro quadrat: fuit enim in pas-
sione sua sicut agnus, in resurrectiōe, vt leo, & in ascēsione velut
Aquila. Domus autē huius diuini Gryphis ecclesia sancta est,
quę dux & gubernatrix eorū, qui saluādi sunt, existit: nisi enim
homo, quicunque ille fuerit, ab ecclesia ducatur & gubernetur,
nūquam Dei faciem videbit. In hoc cœlestis pastoris Iesu Chri
sti oues cognoscuntur, quòd non solum ei obediūt, omnia, quę
ipse in sacro euangelio imperat obseruantes, sed etiam ecclesiæ
sanctæ morem gerere conantur. Ouis si offenditur dicit, va, si

verò pascitur etiam dicit, va, denique tam in prosperis quàm 14
in aduersis semper dicit, va. Animal est mansuetum, cornua nō
habens sicut taurus, nec dentes, vt canis, nec vngues, tanquā leo,
nocēti haud nocet: quibus omnibus mansuetudo ac patientia
viri iusti, qui omnia placido ac sereno vultu suffert significatur.
Simile. Et quemadmodum vepres, atq; spinæ campi ouiū lana, quæ eis
adhæret, cooperiuntur.: ità improbi tyranni iustos vexātes &
opprimentes eorum lana, ideſt, bonis operibus contegūtur. At
que ità de sanctis martyribus ecclesia concinit: Cæduntur gla-
dijs more bidentium, non murmur resonat, nō querimonia: sed
corde tacito mens bene conscia conseruat patiētiam. Accedat
1. Cor. 4. ad hoc optimum D. Pauli testimonium. Vbi sic ait: Vsq; in hāc
horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cæ-
dimur, & instabiles sumus, (vel vt alij verterunt,) incertis vaga- 15
mur domibus: maledicimur, & benedicimus, persequutionem
patimur, & sustinemus: blasphemamur & obsecramus. Et pau
lo superiùs dixerat: Spectaculum facti sumus mundo, & angelis
& hominibus. Ideſt, tot sunt labores nostri, eosq; tanta patien-
tia perferimus, vt non solū hominibus: verum etiam angelis ad
mirationis spectaculum, vt olim solebāt esse illi, qui in theatris
cum bestijs certabant, facti simus. Quare, fratres mei, non erū-
bescitis, & præ verecundia hæc audientes, vestramque impatiē
tiam in quacunq; licèt minima persequutione cognoscentes,
vos ipsos non confunditis? Causam huius rei hanc esse credo,
quoniam omnes labores à manu Dei prouenire non altiùs ani-
mo euoluitis. Consideratio enim huius rei sufficiēs patiētiæ cau
Leui. 10. sa esset. Quando ignis, de quo in sacra scriptura, duos filios sa- 16
cerdotis Aaron combusit, Moyses eis hæc verba dixisse legi-
tur: Hoc est quod loquutus est Dñs: sanctificabor in his, qui ap
propinquāt mihi, & in cōspectu omnis populi gloriabor. Ideſt,
iustitiā meā in vltione eorum manifestabo, & quanto odio pec
cata prosequor, ostendam. Quod audiens tacuit Aarō, patiēter
Tob. 2. flagellū, siquidē ex Deo, erat, perferens. Hoc etiā S. Tobiā in
uitauit, vt quæcūq; ei euenirent, non molestè ferret, de quo sic
legitur: Nō est cōtristat⁹ cōtra Deū, q plaga cæcitatis eueniret
ei, sed immobilis in Dei timore per māns agēs gratias Deo om-
nibus d ebus vitæ suæ. Et quāuis, vt tibi dicitur, parētes & cogna
ti eius irridebant vitam eius, dicētes: Vbi est spes tua pro qua

eleemo

17 eleemosynas, & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos dicens: Nolite ita loqui, quoniã filij sanctorũ sumus, & vitã illã expectamus, quam Deus daturus est ijs, qui fidẽ suã nunquam mutant ab eo. O admirabilis tanti viri patientia, & admirabilis erga omnes Christianos doctrina. Eam Deus cordibus nostris inſigat, vt nunquã ampliùs illius obliuiſcamur. Eſt etiã ouis animal nimis timidũ: lupum enim vehementer perhorreſcit: ſed multò magis iuſtus peccatũ timet, ac meritò, ſiquidem animam interficit. Ideo in prouerbijs dicitur: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Quis ergo non pertimeſcet, ſi pericula huius miſerrimæ vitæ rigidamque Dei iuſtitiam contempletur? Quamuis D. Hieronymus ſanctus erat, ſolebat tamen ſæpenumero dicere: Siuè comedã, ſiue bibam, ſemper in auribus meis ſonat illa tremenda tuba: Surgite mortui, venite ad iudicium. *Proue. 28.*

18 Quare ergo nunc, fratres mei, non contremiſcimus, nè in vltimo iudicij die timorem habeamus? In quo ſcelerati (vt dicitur in Sapiẽtia) vidẽtes turbabuntur timore horribili. Quæ maior exaggeratio proferri poterat? O cæcitatem ingentem, ò amentiam deplorandam. Dicamus modò cum D. Auguſtino: Domine hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas. Aliam etiam proprietatem Ariſtoteles de ouibus refert, ſcilicet, quando currũt ad proprium pedum ac manuum ſuarum ſtrepitum, magis quàm ad aliquid aliud paueſcere. Nihil profectò nos in tantam admirationẽ raperedeberet, quã ſtrepitus, qui noſtris improbis deſiderijs, ac ſceleſtis operibus per manus & pedes ſignificatis, concitatur: & hoc plus quã omnia timere deberemus. *Sapien. 5.* *Ariſ. de animalibus.*

19 In Deuteronomio iuſsit Dominus nè munitiones (ideſt, inſtrumenta mortis) ex arboribus fructiferis inſtruerentur, ſed imperauit, vt ex arboribus non pomiferis & agreſtibus machinas in hoſtium euerſionem conficerentur. Qualiter, ergo, ò peccator, ex proprijs tuis membris ac ſenſibus, qui arbores fructiferæ ſunt, mortis inſtrumenta, vt ſint arma, quibus creatorem tuum offendas, animamque tuam interficias, audes efficere? Perhorreſcite, fratres, diuinam iuſtitiam, &, vt inquit Apoſtolus: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire in iuſtitiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ità nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Eſt etiam ouis animal ſociabile: licet enim lupum venientem *Deute. 20.* *Roman. 6.*

fugiat, ipsa tamen congregationem aliarum ouium vehemen- 20
ter amat. Ita iustus concordia, & fraternitate aliorum iustorum
congaudet, colloquia verò improborum, vt potè qui eum euer
Osee. 4. tere conantur, detestatur. In Propheta Osea sic legitur: Partici-
ceps idolorum Ephraim dimitte eum. Per Ephraim, decē tri-
bus Israel Regem Ieroboam, qui erat ex tribu Ephraim, haben
tes intelliguntur. Sed (vt explicant D. Hieronymus, Aimon, &
Lira) Deus cum Iuda hic loquitur, eumq; sic admonet: Tu Iu-
da dimitte eum, nè consortio eius corrumparis, quia particeps
est idolorū. Et vbi nos legimus, Particeps, in Hebræo est quod
dam verbum significans, colligatum, siuè obstrictum, vt cùm
quis ab aliqua re religatur, & obstringitur. Atque ita particeps
idolorum significat: nimium deuinctus est Ephraim & coniun- 21
ctus idolis. Et in paraphrasi Chaldaica habetur, Particeps ido-
lorum facti sunt viri domus Israel. Deus, ò fratres mei, nos ab
hominibus vitijs, & sceleribus deditis auertat. Dimittite eos,
quia vos perdere totis viribus contendunt. Quid voluit Deus
Deute. 21. significare quando iusit, Non arabis boue simul & asino, nisi,
nequaquam decere hominem pium amicitias cum impio texe
re? Nam quid adumbrat bos nisi hominem iugo legis diuinæ
Psalm. 48. collum summittentem? Et Asinus cuius rei est typus, nisi eorū
de quibus in Psalmo dicitur: Homo cum in honore esset, non in
2. Corin. 6. tellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis fact⁹
est illis? Hoc idem nos monet D. Paulus dicens: Nolite iugum
ducere cum infidelibus. Quę enim participatio iustitiæ cum
iniquitate? aut quę societas luci ad tenebras? Nō solum nobis ab 22
infidelibus in fide, sed à peccatoribus infidelibus in fidelitate,
quam deo debent separari maxime conducit. Est & alia ouibus
cœlestis pastoris Iesu Christi proprietas, scilicet, sicut cū pastor
oues suas per extremos ac signatos limites ducit, eas satiari nō
finit eo animo, q̄ cū ad optata & fertilia pascua peruenerint,
abundantissimè saturabuntur: atq; ità oues passim edentes, &
herbam hic & illic quodamodo lambitantes, transeunt: sic
iusti dum miserrimę huius vitæ curriculum peragunt paruo
Luc. 6. sunt contenti, eorum enim supernus pastor blanditias & vo-
luptates huius mundi eis interdicit dicens: Beati qui nunc esu-
ritis, quia saturabimini: beati qui nunc fletis quia ridebitis. Et
paulò inferius: Vę vobis diuitibus, qui habetis consolationem
vestram,

23 veſtram, væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis: vę vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. O nimium fœlices Dei oues conſolamini, & nè, licèt in paupertate, inopia, ac laboribus ſitis, triſtitia afficiamini, finito enim huius vitę curſu in cœleſtibus, fertiliſsimiſque paſcuis ſaturabimini: nam ità paſtor veſter, Ezechiele teſte, pollicetur dicens: In paſcuis vberrimis paſcam oues meas, in montibus excelſis Iſrael, ideſt, videntiũ Deũ. In hoc tamen iuſti ab ouibus differunt, quod hę manè ac veſperi, & non meridie paſcunt, illi verò continuò: & in dilucu lo iuuentutis, & in meridie vitæ ſuæ, & in occaſu ſenectutis ſemper paſcua animis ſuis ſpiritualia præbere cõtendunt. Hoc faciebat S. Dauid qui ait: Veſpere & manè & meridie narrabo 24 & annunciabo & exaudiet vocem meam. Et Apoſtolus de ſe inquit: Gratia Dei ſum id quod ſum. Nam ſicut peccatum hominem abiectum facit & quodãmodo annihilat (propter quod Regius Propheta dixit: Ad nihilum redactus ſum & neſciui, ſcilicet: per peccatum) ità gratia hominem eleuat, vt ſit conſors diuinæ naturæ: & ſicut peccatum efficit hominem iniquitatum operatorem (vt idem Apoſtolus dicit. Peccatum operatum eſt mihi mortem, vt fiat ſupra modum peccans) ità gratia efficit hominem virtutum operatorem: atque hæc gratia (inquit) non fuit vacua in me, hoc eſt otioſa, tunc enim gratia vacua & otioſa eſt, cũ id, ad quod fuit conceſſa non operatur. Hanc verò diligentiam & operationem in omnibus deſiderans S. Apoſtolus inquit: Fratres mei dilecti ſtabiles eſtote, & immobiles abundantes in omni opere Domini, ſemper 25 ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in domino. Notate maximè illud, ſemper, iuſtus nanque omni tempore debet rectè operari. Ecce igitur oues, ob quas cœleſtis paſtor vitam dedit. Si autem quis obijciat illud D. Ioannis, ſcilicet: Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris non pro peccatis noſtris tantum ſed etiam pro totius mundi, ad hoc reſpondetur, quo ad ſufficientiam, Chriſti Redemptoris noſtri mortem ad redimendum totum mundum, & etiam ſi eſſent, mille mundos, aptam fuiſſe: at verò quo ad efficaciam eam, niſi pro illis adultis, quibus efficax voluntas percipiendi ab illa vtilitatem futura erat, nõ obtuliſſe. Ideo ipſe Dominus inquit: Filius hominis venit dare animam ſuam in redemptionem pro multis. Et alibi:

Ezech. 24.

Pſalm. 54.

1. Corin. 15

Pſal. 72.

Roma. 7.

1. Corin. 15

1. Ioan. 2.

Matth. 20.

Mat. 14. Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur. En qualiter 26
summa veritas mortē suam ac sanguinem multis & non omnibus profuturā fatetur. Si Rex famulū suum in Maurorum, seu infidelium fines captiuos redempturū cū magna numorū copia mittit, ingrediens aliquam eorū vrbem, vbi magnus captiuorū est numerus, si aliqui illorum se à captiuitate exire nullo modo velle, & alij vehementer desiderare libertatem, innuunt, pro illis tantum, qui exire cupiunt, cū eorum domino conuentionem facit. Si verò ei dicatur: Quare de omnium libertate non agis? meritò poterit respondere, se quidem ad omnes redimendos, & multò plures, si essent, pecuniam portasse: sed ex illis aliquos esse quibus misera illa, in qua erant, placuit seruitutis vita à qua exire nolebant. Ita cum totum genus humanum propter peccatum in vinculis & captiuitate esset, Christus Dominus 27
vniuersalis omnium Reparator venit in mundum, vt omnes, qui in seruitute erant, redimeret, eique pecunia, scilicet, meritā infiniti valoris, ratione infiniti suppositi, non deerat. Sed, vt erat verus Deus, omnium captiuorum voluntatem contemplatus est, & vidit quosdam à peccatis exeundi, alios verò perpetuò in culpæ vinculis manendi voluntatem habentes. At cum esset in cruce, velut numularius in Telonio, pretium suorū meritorum pro illis omnibus, quos prædestinatos esse ab æterno Patre, & quos à captiuitate peccatorum exire velle & nō pro illis, quos exire nolle cognouit, quantum ad efficientiam, nam quantum ad sufficientiā pro omnibus, libentissimè obtulit. Et hoc est quod ait: Animam meam pono pro ouibus meis.

Colos. 1. Vnde intelligetis verba D. Pauli, scilicet, Adimpleo ea, quæ 28
desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Quid ais gloriose Apostole? Qualiter passioni Iesu Christi, siquidē infiniti valoris fuit, ac de ea inquit Regius
Psalm. 129 Propheta: Copiosa apud eum redemptio, aliquid defuisse, asserere audes? Ad hoc respondetur, verum quidem esse, passionem, & mortem illam infiniti valoris fuisse, & filium Dei, si vellet, nos itá potuisse redimere, vt nihil ex parte nostra faciendū maneret, sed quia illi eo modo nos redimere non placuit, imò nos etiam aliquid pati, & operari voluit, ideò cum D. Paulus labores, & afflictiones in spiritualibus exercitijs & in conuersione fidelium ad fidem patiebatur, inquit, se ea quæ defuerūt

passio

29 paſsioni Ieſu Chriſti, in carne ſua adimplere: hoc enim illi de-
fuit, ſcilicet, hominem ex parte ſua aliquid etiam operari ut
ei ipſa paſsio proficiat, neceſſarium eſſe. Si eſſet ſtagnum aqua-
rum multitudine plenum ſufficiens ad irrigandam totam, quæ *Simile.*
circum circa eſt, terram, ſi foramen, quò aqua exire queat, non
fiat, arida profectò & infœcunda ipſa humus manebit, non pro-
pter aquarum penuriam, ſatis enim erat in ſtagno, ſed quia illā
tibi vtilem & fructuoſam, aditus, per quos exiret ad irrigan-
dam terram patefaciendo, fore noluiſti: ita paſsio ſacratiſsima
Chriſti Redemptoris noſtri ſtagnum quidem aquarum infiniti
valoris extitit. Si verò eam tibi nō applicas, viamque, per quā
ipſa aqua in animam tuam profluat, non aperis, arida, infructi-
fera, atque infertilis remanebit, non quidem ob defectum illo-
30 rum meritorum ſed ob tuam negligentiam & malitiam. Suſpi-
ria verò, lacrymæ, labores patienter tolerati, vſus diuinorum
ſacramentorum, ac denique cætera pia opera foramina ſunt &,
per quos hæc diuina aqua in fidelium mentes dilabitur, aditus
patentiſsimi: quantò autem ampliores fuerint, tantò maior in
corda veſtra fluet aquarum copia. Hoc igitur eſt, quod ſanctiſ-
ſimæ Ieſu Chriſti paſsioni defuit, ſcilicet, oportere vos viam &
aditum aperire, quò ipſa vobis communicetur. Quam obrem
Diuinus hic paſtor inquit ſe vitam pro ouibus ſuis poſuiſſe: illę
enim ſunt, quæ ipſum, fide, & amore cognoſcunt, quæque me-
rita mortis eius ſibi metipſis prodeſſe contendunt. Per quæ
diuina plenæ gratia perueniunt ad abundantiſsima paſcua glo-
riæ, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA II.

Poſt Paſcha.

CONCIO SECVNDA.

Ego ſum paſtor bonus, &c. Ioan. 10.

DIgnum profectò admiratione, & ampliatione illud eſſe videtur, quod potentiſsimus Dñs, qui in Exo-
do dixerat: Ego ſum Dñs Deus tuus fortis, zelotes *Exod. 20.*
viſitans iniquitatem patrum in filios: in tertiam &

quar

quartam generationem eorum, qui oderunt me: quique passim 2
in diuinis literis in lege scripturæ dicebat. Ego Dominus, nũc
Ioan. 8. in lege gratiæ tot nomina, quæ singularem ipsius amorem ma-
Ioan. 6. nifeste ostendunt sibi imponat. Ego, inquit, sum lux mundi. Et
Ioan. 14. iterum: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Et Rursus:
Ioan. 7. Ego sum via, veritas & vita. Et idem Euangelista: Siquis sitit ve
niat ad me & bibat. Quia, scilicet, aqua dulcissima, & ad refrige
rãdos cõcupiscentiæ ardores nimis apta est. Hic verò ait: Ego
Canti. 5. sum pastor bonus. Quapropter meritò dixit sponsa: Guttur il
lius suauissimum. Iure optimo vocatur guttur illius suauissi-
mum, siquidem illo verba tam suauia, & amoris plena protulit.
Res certè auditui Christianorum dulcissima est, ab ipso ore
Dei proferri: Ego sum pastor vester. In quo eius cura, & so-
Apocal. 1. licitudo erga illos demonstratur, quam in Apocalypsi idem do 3
minus significauit dicens: Hæc dicit, qui tenet septem stellas
in dextera sua, & ambulat in medio septem candelabrorum
aureorum. Septem stellæ & septem candelabra erant septem
ecclesiæ, quas bonus pastor sub potestate sua habebat, ipse ve-
rò in medio earum dux & gubernator ambulabat. Itaque ha-
bere in manu septem stellas & inter septem cãdelabra commo
rari significat, ipsum esse, qui nos manu sua, nè cadamus,
detinet, & qui nos regit &, nè in profundum labamur, gu-
1. Petri. 5. bernat. Beatus Apostolus Petrus non solum Christum Re-
demptorem nostrum vocauit pastorem, sed etiam pastorum
principem appellauit dicens: Cùm apparuerit princeps pasto
rum percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Christus 4
Dominus princeps pastorum non solum, quia eorum caput
erat, sed etiam quia omnes in hoc munus exequendo ante
Gene. 31. ibat, nuncupatur. Loquens diligentissimus ille pastor Ia-
cob cum socero suo Laban ait: viginti annis fui tecum, oues
tuæ steriles non fuerunt, neque captum à bestia ostendi tibi,
ego damnum omne reddebam, die noctuque æstu vrebar, &
gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. O quam multò maio
ri ratione diuinus Pastor suo æterno Patri dicere potuit: Tri-
ginta tribus annis in hac miseriarum valle tibi diligentissimè
seruiui, in quibus nè oues tuæ steriles essent, laboraui: eas-
que cœlesti doctrina, & admirandis operibus, atque exemplis
vt fructus bonorum operum facerent, abundantissimè paui.

Omne

5 Omne damnum, quod infernalis lupus illis intulit, ego persolui. Vt gregem tuũ seruarem, æstu vrebar & gelu, multos hyberno æstiuoque tẽpore labores patiens: somnus ab oculis meis fugiebat, noctes integras lacrymas profundendo, & in montibus orando insomnes ducens. Quibus omnibus manifestè apparet, eum meritò bonum pastorem posse appellari. Nã vltra ea, quæ diximus hoc etiam peculiare habet, quod cùm cæteri pastores carnibus ouium suarum vescantur, pijssimus hic pastor oues propria carne depascit: atque ità eis dixit: Accipite & manducate. Hoc est corpus meum. Quidam vir iustus nomine Razias in sacris literis Iudæos nimium dilexisse legitur: quam ob causam omnium pater appellabatur. Hic cum Hebræum populũ in periculo, ac sine remedij spe esse videret, ascendit in lapidẽ 2. Mach. 12
6 postquam se muro præcipitauit, & gladio se euiscerauit, atque intestina sua super inimicorum turbas vtrisque manibus complexus proiecit: in quo singularem amorem ac beneuolentiam erga illos ostendit. O diuine Razias Iesu Christe humani generis Reparator, qui cũ propter homines è cœlis in terram descẽderis, vt apertiùs eximium amorem ostenderes, crucem ascẽdisti, & sacratissimum tuum corpus clauis, spinis, ac lancea perfodi dignatus es, vt viscera tua super populum tuum ei diuina sacramenta conferens effunderes. O fœlices oues talem pastorem habentes. Non enim vos interficit vt vitam ducat, sed potius ipse propter vos crudelissimam mortem patitur. Et hoc argumento Dominus se optimum pastorem esse comprobat dicẽs. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et posteà se ità
7 fecisse fatetur cùm ait: Et animam meã pono pro ouibus meis. Amos. 3.
Quomodo (ait Propheta Amos) si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel. Hoc est: Tanta difficultate filij Israel à suorum inimicorum manibus eripientur, sicut cùm leo vorauit agnum, cuius solum crura aut aures manducanda restant: & pastor leonis os vi aperiẽs vt agnum liberet, illius rabidos morsus ac dentium scissuras perfert. His verbis modum quo oues Dei ab ore & potestate Sathanæ eripiendæ ac redimendæ erant S. Propheta significauit. O Christe animarum fideliũ suauissime pastor, quis te dilaniauit? Quis corpus tuum sacratissimum cruentauit? Et quis te in cruce crudeliter tractandum posuit? Vngues dentesque infernalis

leonis,

leonis, ministri, scilicet, scelerum & iniquitatum, Pharisęi, Pō- 8
tifices, & sacerdotes Iudæorum: illi me vexarunt, oppressērūt,
atq; cruciarūt. Quæ omnia æquo animo propter ouesmeas, vt
eas ab ore, & potestate furibundi leonis auferrem, pertuli. O in
fœlices peccatores, Filius Dei ora leonis, atque crudelissimos
eius morsus, ignominiosa sputa, flagella, ac denique mortem
passus est: vos autem hæc, vt vobis proficiant, minimè vultis
animo euoluere. Cumque vos Pijssimus hic pastor à seruitute
dæmonis velit eripere, vos ab illa exire non vultis. O cœli, o
terra, ò creaturæ insensibiles, tantū scelus nobiscū sentite. Vos
Zacha. 11. igitur obsecro, fratres mei, nè tam excellenti pastori ingrati si-
tis. Soluamus ei, quod debemus, vt nos S. Zacharias admonet
his verbis: Si bonū est in oculis vestris afferte mercedem meā.
Quasi diceret: Cōtemplamini, si iustum est vestris oculis (meis 9
enim æquum videtur) vt siquidē propter vos laboraui, merce-
dem meā soluatis. Quam autem mercedē, Domine, vis? Nè am
plius me offendatis, ac merita mea vobis profutura curetis. Si
Ierem. 23. interrogauerit Populus iste (ait S. Ieremias) quod est onus Do
minī? dices, Vos estis onus: proijciam quippe vos dicit Domi-
nus. In mercedem ergo vult, siquidem peccatores onus Domi-
ni sunt, nè amplius ei sint onerosi.

Maximè aduertendū est quod Dominus hic ait, scilicet: Bo-
nus pastor animam suā dat pro ouibus suis, ideſt, debet esse pa-
ratus, vt vitā pro ouibus suis in vitæ discrimen offerat. Sed heu,
Zacha. 11. heu, quàm pauci hodie huiusmodi inueniūtur, ac forsan in pœ-
nam scelerum nostrorū hoc contingit, vt S. Zacharias prophe-
tauit, cui Dominus iussit vt sumeret sibi vasa pastoris stulti, 10
hoc est: In due personā stulti pastoris, accipe pastoralia instru-
menta, qualia insanus pastor sumit. Sume, inquam, vasa oleo iu
niperino vacua, peram absque cibo, fistulam raucam, quæ vix
possit audiri, baculum deniq; ferreū, qui vno ictu miserā ouem
interficiat. Quorsum Domine assumam vasa hæc pastoris stul
ti? Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta nō
visitabit, dispersum nō quæret & contritum non sanabit, & id,
quod stat non enutriet, & carnes pinguiū comedet, & vngulas
eorum dissoluet. Ideſt: Ego propter scelera hominum (ait Do-
minus) pastores, qui nō munere rectè fungantur suo in terra su
scitabo, ideſt, suscitari permittā. Et statim exclamat dicēs: O pa

stor,

11 istor, & idolum, derelinquens gregem. Maximè notandum est, illud, Et, in præsentiarū significare, ideſt, ità, vt sit sensus: O pastor, ideſt, o idolum, qui es velut lignea, aut lapidea statua, quæ nihil operatur, & vbi collocatur, insensibilis sistit. Pastor es vt oues exenteres, pastor es vt honore perfruaris, qui gregē tuum perinde ac si esses lapideū idolum, obseruas, cui nihil aliud curæ est, quam ab omnibus veneratione & reuerentia coli: væ tali pastori, Deus enim de eo vindictam sumet. Gladius, inquit, super brachium eius & super oculum dexterum eius: brachiū eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur. Ideſt, gladium vltionis super brachium, & oculum eius dextrum Deus mittet. Vocatur hic gladius Dei, iudicium, vltio, & supplicium ipsius. Sumere autem supplicium de bra-
12 chio & oculo dextro pastoris, nihil aliud est, quam permittere vt solum manus læua, & oculus sinister, quo rectum non videat nec operetur, sed iniustum, & sinistrum in eo maneāt. Per impositam pœnam delicti ōmissi culpa explicatur, Sic cùm Dominus dicit huiusmodi pastorem cæcum oculo dextro, & brachio dextro priuandum innuit, in eo nihil rectum, sed omnia sinistra futura esse. Sententiæ eius sinistræ, opera eius similiter sinistra, ac deniq; quidquid fecerit, aut cōstituerit sinistrū erit. Itaq; quēadmodum potestate gubernandi, & scientia sibi cōcessa abusus est, ita hæc omnia ei in malum vertentur. Quamuis autem S. Propheta nō explicuit brachium dextrum, sicuti & sinistrū oculum, tamē cùm absolute dicit, Gladius super brachium eius, per antonomasiam dextrum esse intelligitur, quia
13 principalius est. Satis aperte magnā inopiam bonorū prælatorū in hoc mundo diuina sapientia significauit, cùm dixit: Quis putas est fidelis dispēsator & prudēs, quē constituit Dūs super familiā suam, vt det illis in tēpore tritici mensurā? Cùm dicit, Quis putas est fidelis dispēsator? docuit, paucos reperiēdos esse quibus hæ oēs essent cōditiones. Quarū prima est fidelē esse, hoc est, vt nō quærat quæ sua sunt, sed quę Iesu Chri: secūda, vt sit prudēs: Prudētia dicit scientia operādorū, atq; ita nō solū est lux intellectū illuminās, sed etiā volūtatis affectū inflāmat. Nō solū quid, quomodo, & qualiter sit agēdū ostēdit, sed etiā volūtatē ad bonū operandū & ad malū fugiendū mouet: qui verò hac virtute pollet, facillimè & suauiter sibi subditos moderat. Cùm

Luc. 12.

Cùm Ietro Moysi socer ei ostendit, vt ex populo coadiutó- 14
Exo. 18. res eligeret, inter alias, quas ei conditiones appossuit, hę, quę hic à Domino ponuntur, fuerunt. Prouide, inquit, viros potentes, & timetes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam vbi veritas rectitudinem & ipsam intellectus veritatem significat. Per illud vero, timentes Deum, & qui oderint auaritiam, fidelitas commendatur. In hoc autem, quod Dominus dicit, quem constituit Dominus, ostenditur, prælatum non ambitionibus, aclargitionibus sed à solo Deo constitui debere. Idem
Ephes. 4. docet D. Paulus dicens: Dedit (scilicet spiritus sanctus) quosdã
Actuũ. 20. pastores & doctores. Et in actibus Apostolorum dicitur: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo spiritus Sanctus posuit vos episcopos regere Ecclesiam Dei. Cũ ait, supra familiam suam, subditos non seruos, sed filios Prælatorum, Prælatum verò pa- 15
dagogũ patrẽ & gubernatorẽ corũ per amorem & charitatem, esse debere nos admonet. Vt de illis in tempore tritici mensuram, hoc est, vt subditis præcipuè spirituali cibo prouideat. Si autem quæritis, an plures, quàm ipsi prælati prædicatores esse
2.2.q.187. debeant, ad hoc respondet D. Thomas, prædicare ex officio
arti.4.ad.2. conuenire prælatis, religiosis autem ex commissione. Ideò B.
Ambro.lib. Ambrosius sic ait, Oculorum etiam officium in corpore, ideſt,
de dignit. sa in Ecclesia voluntarius accepisti, vt reliquum per te corpus du-
cer.c.6. catum lucis haberet: episcopus enim à cunctis indubitanter vocaris, præsertim cum ipso nomine censeris (si tamen actio nomini concordet & nomen se actioni saciet) nam quid aliud interpretatur episcopus nisi superinspector? Ideo postquam Dominus dixit: Ego sum pastor bonus: addidit, & cognosco oues 16
meas. Vbi excellens documentum præstitit videlicet, pastorẽ,
Genes. 2. ideſt, Prælatum subditos debere cognoscere. In sacris literis sic legitur. Formatis Dominus Deus cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Ex quo, scilicet, cum Deus Adamo primo parenti iussit, nomina bestijs terræ, & auibus cœli imponere, ea oculis priùs videre, voluisse apertissimè significatur. Quantò igitur magis ipse Deus vellet, vt pastor oues suas & cognoscat, & videat & proprijs nominibus vocet? Qui pastor est ouium (ait
Ioan. 10. Dominus) proprias oues vocat nominatim & adducit eas. O vos *las me la santissima Trinidad*, Quam aliter hodie à multis Prælatis

17 tis hoc fit : ſiquidem quamplurimi oues habent quamplurimas, quas toto tempore vitæ ſuæ minime viderunt. Struthio oua ſua aſpiciendo fouere, ſuoq; ſolum aſpectu fœtum ab ouis haurire legitur: quæ ſi intueri deſinat inania & ſterilia reddunturSic ſubditi oculis prælatorum ſunt fouendi, eorum enim aſpectus ſubditis, ne pereant, per quam neceſſarius eſt. Ideo S. Tridentina Synodus tantopere reſidentiam Prælatorum ſub tot pœnis imperat. Inter hirundines & nycticoraces hoc diſcrimen verſari videmus, quòd illę templa, vt in eis nidos inſtruãt, & continuò garriant, hæ verò, vt oleum lampadarum abſorbeant, ingrediuntur. Sic inter bonos & improbos Prælatos hoc intereſſe cernimus, quòd probi ſunt veluti hirundines domici- 18 lium ſuum in eccleſijs facientes, Deum diuinis laudibus, & cantibus continuò extollentes: improbi verò ſicuti noctuæ ſunt qui eccleſias non adeunt, niſi vt temporalia bona maxima cum, ſolicitudine extorqueant. S. Moyſes duos Cherubim feciſſe iuſſu Dei, & in propitiatorio collocaſſe in ſacra ſcriptura legitur: Salomon verò alios duos feciſſe hominum memoriæ ſacræ literæ tradunt. Hi autem Cherubim in hoc differebant, quòd illi, quos fecerat Moyſes propiciatorium aſpiciebant: illi verò Salomonis templi ianuam intuebantur. Illi optimorum prælatorum, qui propiciatorium, id eſt, gloriam Dei, & vtilitatem animarum contemplantur, typum gerebant: hi verò, ſcilicet, Salomonis nefarios Prælatos, qui ianuas, id eſt, vtilitatem, & commodum, atque oblationes, quæ per ianuas eccleſiæ offerendæ portantur conſpiciunt, ſignificant. Quamuis turpiſſimus, & 19 ex omni ſcelerum colluuione natus erat Sodomorum Rex, nihilominus tamen afflictionem ſubditorum magis quam temporalium bonorum amiſsionem dolebat, ſiquidem (vt in Geneſi legitur) quando Patriarcha Abraham eum à periculo aliorum regum, qui ſubditos eius captiuos ducebant, liberauit, cumque ſpolia magna cepiſſet, nihil aliud niſi ſubditos ſuos ab eo ſummis precibus poſtulauit. Da (inquit) mihi animas, cætera tolle tibi. Quæ omnia, non ſine magna Principum Chriſtianorum ac Prælatorum confuſione & verecundia, qui potiùs diuitias temporales, quàm ſubditorum commodum, & commune ſuæ Reipublicæ bonum deſiderant, nobis diuinæ literæ ſcriptum reliquere. Satis melius exemplũ nobis reliquit S. Moyſes, qui cùm eſſet

Simile.

Concil. Tri. Seſsio. 23. c. 1

Simile.

Exodi. 25.

3. Reg. 6.

Gene. 14.

Nume. 27.

esset in cacumine montis, quò iussu Dei conscenderat, eique di- 20
ceretur, terram promissionis non esse ingressurum, quam tamē
inde oculis lustrare licebat, diffinitiuam Dei sententiam audiens
nihil de ea curauit, nec quidquam pro se deprecatus est, solum
pro sibi commisso populo exorauit dicens. Prouideat Domi-
nus hominem, qui sit super multitudinum hanc, ne sit populus
Exod. 32. Domini sicut oues sine pastore. Et cum populus in adorationē
vituli lapsus est, ei dixit Dominus: Dimitte me vt irascatur fu-
ror meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentē mag
nam. Alius fortasse animo caderet, vltimamque manum negō-
tio imponeret. Sed vt erat electus vir Moyses, & magnanimus
animum non despondit, imò oblata necessitate maiorem rece-
pit & Deum ipsum cepit vrgere dicens: Cur Domine irascitur
furor tuus contra populum tuum, quē eduxisti de terra AEgy- 21
pti in fortitudine magna, & in manu robusta? Nè quæso dicant
AEgyptij: callidè eduxit eos vt interficeret in montibus & de-
leret de terra. Quiescat ira tua & esto placabilis super nequitiā
populi tui. Similem huic amorem in oues, simileque robur, atq;
animi fortitudinē in ecclesiæ sanctę prælatis esse oportet. O sum
mū pastorē Iesum Christū, qui cum crudelissimam mortem su-
bire non recusaret, oues suas crudeliter, & contumeliosè tracta-
ri non est passus. Atque ita Iudæis inquirentibus dixit: Si me
Ioan. 18. quæritis, sinite hos abire. Notabile profectò est, q̄ (vt D. Chry-
sostomus aduertit) cū B. Petrus auriculā seruo pōtificis abscide
rit, nemo illi malū inferre aut verbū aliquod proferre ausus est:
quoniā cœlestis pastor eū abijs omnibus propugnauit, voluitq;
oēs labores solus ipse suscipere: nā bonus pastor animā suam dat 22
2. Corin. 5. pro ouib⁹ suis. O quāta ratione, inquit D. Paulus, Charitas Chri
sti vrget nos æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mor
tuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus
est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei,
qui pro ipsis mortuus est. Illi sibi dicuntur viuere, qui omnem
solicitudinem in cibum, vestitum, potum, voluptatem diuitiasq;
conferunt: illi verò Christo viuunt, qui omnem curam suam
in Dei glorificatione, & amore, atque in mundi contemptu
collocant. In hoc vitam suam continuo ducunt. Ex hoc dedu
citur magni nosmetipsos facere debere, siquidem tanti autho-
Simile. ri vitæ stetimus. Si peritissimus lapidarius, gemmam centum

mille

23 mille aureis emeret, in dè profectò in cognitionem quis poſſet venire, pretioſum eum lapillum magnæ æſtimationis eſſe atq; valoris. Talem, ò homo, tibi perſuade eſſe animā tuam ſiquidē eius creator ſe ipſum pro ea donauit. Eam igitur magni pende, nec pro minimis huius mūdi rebus eam commutes. Si Chriſtus ſeruator noſter vas ſui ſacratiſsimi corporis ſanguine plenum tibi ſeruandum traderet, qualiter, ne effunderetur, attenderes? Animaduerte ergo (vt ait D. Bernardus) pluris æſtimaſſe Chriſtum Redemptorem animam tuam, quàm ſanguinem ſuum, ſiquidem illum pro ea abundantiſsimè largitus eſt. Quare igitur eam parui pendendo diſpergis? Sicut aqua (dicebat Iacob filio ſuo Ruben) effuſus es: ſic tu ò peccator ſicut aqua effunderis: per oculos enim, per os per aures, perque omnes ſenſus miſera mens tua effunditur, & id quod vidiſti & audiſti in ſe- 24 quitur. O nimium infœlix, qui tam vili pretio rem tam pretioſam amiſit. O infinitæ maieſtatis Deus: propter ineffabilem clementiam tuam huiuſmodi cæcum illumina, vt ſuorum ſcelerum magnitudine conuictus vera pœnitentia mentem ſuam recuperet. *Geneſ. 49.*

Iterum diuinus magiſter ait: *Ego ſum paſtor bonus & cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ: ſicut nouit me pater & ego agnoſco patrē.* Hoc eſt, quemadmodum ego eo modo cognoſco patrem, vt cognoſcēdo amē: ita oues meas ea ratione cognoſco, vt cū cognoſco eas amē & hūc amorē in hoc oſtēdo, q̄ vitā pro eis pono: ita etiam oues meæ taliter me cognoſcunt, vt cognoſcendo me diligant. Et vt eſt ouis proprietas, quò d quantò magis dies decli- 25 nat, tantò celerius pabula ſumit: ſic iuſti viri mos eſt, quantū vitæ ſuæ finis appropinquat, tantò maiori cum diligentia ipſum rectè operari. Atque ita ait Eccleſiaſticus: Cum conſummauerit homo, tunc incipiet. Et S. Iob de iuſtis agens, Quaſi, inquit effodientes theſaurum, gaudentque vehementer, cum inuenerint ſepulchrum. Admirabilis certè ſimilitudo ad ſignificandū feruorē & efficaciam, qua iuſti ad occaſum vitæ ſuæ inrecte factis ſe exercēt. Quēadmodū illi qui ſpe inueniēdi aurum cuniculos agūt, quò altius effodiunt, & auro appropinquāt eò amplius, vt ipſo fruantur, accelerant: ita iuſti quo magis ſepulchro & morti appropinquant, eò celeriùs gloriæ theſaurum promereri conantur. Inter motum naturalem, & violentum *Eccle. 18. Iob. 3.* *Simile.*

Arist. 1. de cælo tex. 88. & 89.

hoc interest, quòd naturalis dum ad suum finem accedere intendit, tunc velocior est, violentus verò semper lentior. Quoniam autem iusti velut motu naturali in virtutem tendunt cùm ad vitæ finem appropinquant, tunc velociori impetu rectè operantur. Si quando verò propter humanæ naturæ fragilitatem ad malum mouentur, statim (vt motus ille in ipsis violentus est) à scelere deficiunt. Quod quidem in oppositum improbis euenit, quibus vita flagitiosa deprauatumque viuendi genus, motus naturalis quodāmodo est, atque ita quò magis ad mortis metā appropinquāt, eò ad scelera, & flagitia, atque abominationes celerius festinant. Ideò de illis diuina sapientia inquit:

Sapien. 2.

Dixerūt impij cogitantes apud se non rectè: Exiguum & cū tædio est tempus vitæ nostræ, & transibit vita nostra tanquam vestigium nubis. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter: non prætereat nos flos temporis: coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertrāseat luxuria nostra. O Deus bone, quæ cæcitas, & nequitia hominum? Animaduertite, quot mala hic impij præse ostendunt. In primis enim bonis temporalibus tanquam vltimo fine, vltimaque beatitudine, ac si non esset aliud expectandum, vti volunt: quod summam peruersitatem esse certum est, vt cum pio loquens D. Augustinus ait: Non te pudet peccator tam impiū Deum, sicut est voluptas, pecunia, aut venter, venerari? Deinde dicunt: Tanquàm in iuuētute. Ex quo colligimus illos, qui hæc loquebantur, senes fuisse, & senectute sua tanquam adolescētia vti voluisse. Tertiò is omnibus celeriter potiri cupiunt. Nunquam Pharao tam audax fuisse legitur, quam cùm suæ euersioni propinquior erat. Nā tunc (vt testatur S. Moyses) quasi furore correptus dixit:

Exod. 15.

Inimicos persequar: & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Iam videbatur sibi in manu habere id, quod tantoperè optauerat: iam existimabat non posse aduersarios à suis manibus euadere: iam potestatis immensi Dei obliuiscebatur. Et tunc operuit eos mare, summersi sunt quasi plūbum in aquis vehementibus. Ità improbi quò magis ad exitium & perditionem suam accedunt,

Gene. 19.

eò amplius inflāmantur, vt aperte in nefandis Sodomitis appareat: qui paulò antequàm à sulphureo igne comburerentur,

suis

29 ſuis nefarijs ac turpiſsimis appetitib⁹ incenſi angelos profanare voluerũt. Et infælix Iudas, quàm ſolicitus nocte ſuæ damnationis erat? Pertimeſcite igitur, fratres mei propter immẽſam Dei bonitatẽ & cum vos in peccatis ſummerſos ſenſeritis, tunc finẽ & perditionem veſtram imminere ducite: atque celeriter antequam diuinus furor vos abſorbeat, ad Dominũ conuertimini. Satius tamen erit & ſecurius miſerrimum ſummerſionis in peccatis tempus non expectare. Sed nunc ſcelera derelinquite, & amplectimini virtutem, qua reuiuiſcetis in diuinam gratiam per quam comparatur gloria, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA II.

Poſt paſcha

CONCIO TERTIA.

Ego ſum paſtor bonus, &c. Ioan. 10.

1 TOta hæc eccleſiæ catholicæ machina in duobus officiorũ generibus, ſcilicet, paſtorib⁹, & ouibus, hoc eſt, prælatis & ſubditis, nititur. Eſt autẽ res planè inquiſitione digna, vt horũ quiſque munus ſuũ exequi nõ ignoret. Quam obrem S. Iſaias nomine humani generis efficaciter huius rei exemplar poſtulabat dicens: Emitte agnum Domi *Iſaiæ. 16.*
2 ne dominatorẽ terræ. Quid ais S. Propheta? Si quẽ petis dominator futurus eſt, qualiter agnus? Et ſi agnus quomodo dominator? Satis profectò manifeſte apparet linguam eius à ſpiritu ſancto moueri, poſcebat namque id, quo mundus egebat, quod idem eſt, ac ſi diceret. O æterne Pater mitte vnigenitum tuum, qui tanquã dominator, à quo oẽs quales prẽlati & paſtores, eſſe debeant erudiantur, & qui tanquã agnus, à quo ſubditi maioribus obtemperare perdiſcant, adueniat. Atque ita vnum ex præcipuis, ad quod filius Dei in mundũ venit, fuit, vt nos hæc duo officia exactiſsime præſtare doceret. Munus agni erudiuit, cũ æterno Patri ſuo vſque admortem obtemperauit. In quo adimpletum eſt id, quod S. Iſaias prædixerat, dicens: Quaſi agnus co- *Iſai. 53.*
ram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet oſ ſuũ. Officiũ vero paſtoris verbo tradidit cũ ait: Ego ſum paſtor bonus: bonus

pastor animam suam dat pro ouibus suis. Opere vero quando animam suam pro ipsis ouibus posuit. Cùm Propheta Heliseus 3
4. Reg. 2. in curru igneo sanctum Eliam in cœlum ascendentem vidit, clamabat: Pater mi, Pater mi currus Israel & auriga eius. Aduerte, obsecro, qualiter eum bis nominat & appellat patrem, currumque & aurigam Israel vocat. Vbi manifestè ostenditur prælatus in pietate pater, auriga in gubernatione, currus verò ad vehendum subditorum onera esse debere. O æterni patris vnigenite fili, quam ad vnguem (vt aiunt) hæc omnia perfectissimè in te inuenta sunt. Quis vnquam tam paterna, & pia viscera, sicut tua, habuit? Quis vnquam tanta rectitudine, vt tu, moderatus est? Quis deniq; vnquam pastor tot labores pro suis ouibus, quales tu passus es, pertulit, & exanthlauit? Cum longum iter diuinus hic pastor ad quærendam quandam 4
perditam ouem, scilicet, Samaritanam mulierem, pedester faceret, declinante sole rogabant eum discipuli eius dicentes:
Ioan. 4. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis: vbi cibum suum animarum vtilitatē appellat. O superne pastor Iesu Christe fili Dei, qui tui ipsius ac sustentationis tuæ obliuiscēris vt oues tuæ spiritualem pabulum recipiant & hoc cibum tuum esse dicis? Iam aliquando fortasse offendisti pastorem duas peras vasis repletas portantem eumque quid ferat interrogas. Ipse verò vasa oleo iuniperi no plena ad oues suas in altera deferre respondit, in altera verò parum salis ipsis ouibus panemque typhaceum, atque cepam sibi ad edendum portare. Quid frater cùm tam multa ouibus deferas, tam pauca tibi ipsi portas? Ille vero: Sit, inquit, pecus 5
meum sanum, & lætum, ego autem minima quaque re vitam ducam. O bone Iesu, ò angelorum gloria, quanta cura & solicitudine oues tuas de rebus necessarijs, quæ autem tibi necessaria erāt ferè nihil curans, prouidere laborasti. Meritò igitur dicere potes: Ego sum pastor bonus. De hoc diuino pastore loquens D. Paulus ait: Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, idest, Christus est pontem faciens futurorum bonorum. Admirabilis certè pontifex fuit, qui triginta tribus annis nobis ouibus suis pontē, quo ex hoc miserrimo mūdo ad æterna gloriæ pascua transiremus, fabricatus est. Hunc autem pontem vitam euangelicam, de qua verbis & exemplis præcepta
Simile.
Hebr. 11.

6 cepta tradidit, esse cõstat. ¶ Hactenus ecclesia, fratres dilectissimi, sacra dominicæ passionis & resurrectionis mysteria diuinis laudibus celebrauit, quò videlicèt tantorum beneficiorũ commemoratione obdurata hominum corda emolliret. Sed quoniam hominum ingenium à labore ad libidinem procliue est facileque tantorum beneficiorum memoriam deponit, & ad assueta reuertitur, ideò ecclesia nouis alijs Christi beneficijs commorandis nos in officio continere nititur. In sacra pagina iussit Deus, vt ignis in altari semper arderet. Quem, inquit, nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. Ita Dominus nũc vult, vt in credentium cordibus ignis amoris ardentissimi luceseat. V tautem conseruetur Ecclesiam suam instruit, vt 7 curam, & diligentiam in recensendis beneficijs à diuina liberalitate sua collatis, (quæ sunt ligna spiritualem ignem nutrientia) adhibeat. *Leuit. 6.*

Hactenus nobis ecclesia explicuit, quid pro suis filius Dei in morte sua passus est: nunc verò quid pro nobis in vita sua fecerit, quid vè nunc ad dexteram patris sedens efficiat, nos docet: quæ ipsum pastorem & custodem nostrum esse ait. Atque ita vnde quaque pastorem hunc cœlestem aspicias, semper amore dignissimum esse inuenies, siue eum in morte, siue in vita, siue nunc in cœlis residentẽ contẽpleris. Ideò Dominus imperabat, vt agnũ integrũ pedes, scilicet, caput & intestina Hebræus populus voraret, innuens in hoc nihil in Christo Iesu redẽptore nostro quod abijciatur, inueniri posse. In pretiosis lapillis nihil horridũ est, omnia pulchra & pretiosa reperiũtur. O gẽma pulcher 8 rima ac pretiosissima Iesu Christe mũdi Saluator, qui vndiq; so le micãtior renites. Postquã spõsa multas excellẽtias huius super ni spõsi cõmemorauit, tandẽ concludit dicens: Totus desiderabilis. Sed quoniã multa sunt beneficia, quę in nos diuinus hic reparator cõtulit, ideò tot nominib⁹ voluit in diuinis literis nũcupari: vocatur nanq; panis, fons, sol, & lux, quæ omnia non ad terrorẽ, sed potiùs ad amorẽ nos inuitãt. Hoc significare voluit, cũ apud Oseam ait: Manibus Prophetarũ assimilatus sum, scilicet, diuersis rebus, per quas pietas mea, & in homines misericordia significãtur. Atq; inter hæc nomina vnũ idq; singulare, pastor, est. In Græco, vbi nos legim⁹: Ego sum pastor bon⁹ vt trobiq; est quidã articulus hũc sensum efficiens: Ego sum ille pastor bonus, *Exod. 12.* *simile.* *Cant. 5.* *Oseæ. 12.*

ille, videlicet, de cuius cura, & bonitate tam multa olim veteres 9
Prophetę prædicarūt: ille inquā promissus, & ab omnibus ex-
Isai. 40. pectatus. De quo sic S. Isaias: sicut pastor gregē suū pascet, in
brachio suo cōgregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fætas ipse
portabit. O ineffabilē, & immensam Dei bonitatē. In hoc liqui
dò apparet, diuinā maiestatē corruptos & sanguine infectos pec
catores nō fastidire imò eos sub capite, & in sinu, sicut pastor
fætas & sanguine plenas oues collocare. Glorificatus igitur ac
benedictus sit talis Deus. O verba omni gladio ancipite penetra
biliora. Qualiter non erubescimus, & cōfundimur, dū peccata
proximorū nostrorū ita horrescimus, acsi homines, sicut illi, fra
giles nō essemus, vel si Angelorū naturā in gratia confirmatam
qui peccare nō possunt, haberemus? Et quanuis ita foret, illorū 10
tamen infælicem statū maximè dolere debebamus: quādoqui-
dē eos Deus tanta clementia amplectitur. Cùm S. Dauid huius
optimi pastoris curam, & solicitudinē animo euolueret, in hæc
Psal. 22. verba prorupit: Virga tua & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt.
Baculus & virga pastoralē Christi redēptoris nostri curam erga
nos significant: quod magno solatio nobis esse debet. Vt autem
curā hanc mūdus intelligeret, & tanti amoris erga oues agnosce
ret, addidit S. Propheta: Parasti in conspectu meo mensam
aduersus eos, qui tribulant me. Et hoc ineffabilis sacramenti al-
taris, ex quo oues fortitudinē se ab infernis lupis defendendi ac-
cipiūt, fuit institutio. Est etiam notandū oues id, quod mandūt,
ruminare solere: ita Iesu Christi oues hunc diuinum cibum, vt
Simile. illis prodesse possit, debent multoties ruminare. Ex his, quę cor
poralem concoctionem multum adiuuant, & quibus ipsum cor- 11
pus reficitur, est sufficiens in dētibus attritio. Ita inter alia, quæ
mētes alūt, & ipsis proficiunt, est profunda singularis beneficij
huius diuini sacramenti in nos collati cōtēplatio: cuius defectu
Simile. rarissimi in sacro sancto Eucharistiæ sacramento, licet frequen-
ter illud sumant, proficiunt. Si habetis puerum aliquem domi
vestræ, quē, cùm optimis epulis quotidie reficiatis, ipse tamen
debilis, macilentus, & oppilatus, atq; infirmo colore indies ma
gis apparet huius rei causam nullā aliā esse iudicatis, nisi, quia ip
se adeo helluo est, vt epulas magis deglutire, quā mādere videa
tur. Sic quàm multi sunt, qui sacram cōmunionē frequētant, nul
lū tamen in eis spirituale cōmodū apparet. Ratio est, quia, etsi

illam

illam frequenter ſumunt, ipſi ambitioſi, ſuperbi, vani, & ſuis
12 paſsionibus improbis tam obnoxij, quam antea erant, remanẽt. Frequenter igitur cõmunicandi modum iſtum rem eſſe ſanctã duco, ſed iuſtiſsimum eſſet, vos altiſsimum huius ſacramenti myſterium per aliquod temporis ſpatium vobiſcum ruminantes animo veſtro peruolutare: quare fides viuificaretur, voluntas inflammaretur, & ſancta deſideria cõfirmarentur, & incenſis viſceribus diceretis: Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per crucem tuam redemiſti mundum. Vos igitur fratres mei oro atque obſecro, vt hæc magnopere animaduertatis, & tã quam oues diuinum hunc cibum ruminetis.

Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Super hæc verba ſic inquit D. Gregorius: Qui nõ dat pro ouibus ſubſtantiam ſuam
13 quãdo pro ijs daturus eſt animam ſuam? Eum vitam ſuam: in diſcrimen pro ſibi commiſſa oue, cùm eã neceſsitate ſpirituali oppreſſam viderit, minime offerre, qui corporali neceſsitati ipſius non ſubuenit, ſatis euidens eſt argumentum. Et D. Auguſtinus ait: Talis debet eſſe rector, quòd proponat verbum doctrinæ ignorantibus, & menſam ſuam indigentibus. Qua propter honora (inquit ſapientiſsimus Salomon) Dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus, & omnia horrea tua implebũtur ſaturitate, & vino torcularia tua redũdabũt. De ſubſtãtia tua: id eſt, de ijs, quæ ſudore vultus tui perlaborem acquiſiuiſti. Et, de primitijs: hoc eſt non de repudiatis ſed de melioribus. Nec tibi ipſi ſatisfacias, ò homo, largiẽdo ſolum panem, ſed etiam linum & fruges alias erogare debes:
14 quibus non ſolum in futura vita prẽmia æterna conſequêris, ſed etiam in præſenti horrea tua implebuntur ſaturitate. Quod ſi Dominus eos, qui familias, & filios alendos habent, hæc præſtare vult, quantò magis prælatos ac potẽtes principes, quibus ſubditi pauperes inſtar filiorum eſſe debent, hoc eſſe contendet?

Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, &c. Mercenarius ille dicitur, qui propter ſolam mercedem temporalem eccleſiaſticum recipit beneficiũ. Heu quam multis hodie id euenit, quod filijs Iacob. Quibus, cùm ob terræ ſterilitatem gregem ſuum in AEgypti regionem paſcendum ducerent, Ioſeph dixit: Cum vocauerit vos Pharao & dixerit, quod eſt opus veſtrum, reſpondebitis: Viri paſto

Gregor. in homilia huius euãgelij.

D. Auguſt.

Prouer. 3.

Geneſ. 46.

res sum tus seruí tui. Hoc autem dicetis, vt habitare possitis 15
in terra Iessem. Sic quam plurimi sunt, qui licet nobiles,
tamen propter rerum inopiam (sunt enim nati secundi &
tertij à primogenito, cui omnes paternæ facultates iure
hæreditario euenerunt) apud Reges aliosque principes in ip-
sorum domibus viros primates interessores adhibent, qui
in ditioribus & opimioribus sanctæ Ecclesiæ locis eis fœcun-
dissimas portiones ac opulentissimas prælaturas, quò eorum
appetitus in eis magis quam Christi pauperes pascantur, im-
petrent, & obtineant. Heu quot nunc reperiuntur, quos
hodie accinctos ense, postridiè verò quatuor, vel quinque
mille aureorum redditus Ecclesiasticos possidentes videbi-
tis: qui forsan eo statu nihil aliud intenderunt, nisi necessi
tati suæ honorificentissime subuenire. Quo spiritu, zelo, ac 16
charitatis feruore isti sibi creditas oues depascent? Domi-
nus per infinitam suam clementiam deprauatas huiusmodi
intentiones in meliorem formam redigat, vt posthac, siqui-
dem pastores ecclesiastici sunt, verum illum cœlestem Iesum
Isaiæ 3. Christum pastorem diligentissime imitentur. Legite S. Isaiam,
vbi insigne ad hoc exemplum habetur. Nam cum quidam
homines alium regem voluissent constituere, ei sic dixerunt:
vestimentum tibi est, princeps esto nostri, ruina autem hæc
sub manu tua: id est, tu, qui virtutis studiosus es, nobis,
qui quasi perimus, mederi poteris. Ille verò. Non sum,
inquit, medicus, & in domo mea non est panis, nec vesti-
mentum: nolite me constituere principem populi. O cœlesti 17
homine dignam responsionem. O verba mirifica. Noluit prin
cipatum accipere animo perpendens se non posse aliorum
peccatis medicinam adhibere, quia ei doctrinæ panis, & cha
ritatis vestis ad subditos operiendos deficiebat. Non sic illi
non sic, de quibus modo verba fecimus.

Mercenarius videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.
Multò certe peior iudicandus est ille, qui quamuis lupum
venientem non videat, aufugit, ille, videlicet, qui nec pa-
cis tempore subditos sibi inuisit. Quid igitur pestis, aut
alterius calamitatis tempore iste efficiet, qui non viso lupo
fugit & oues deserit, multò celeriùs eo viso terga vertet?
Rom. 12. Inter Spiritus sancti dona B. Apostolus hoc enumerat: scili-

licet,

18 licet; Qui præest in solicitudine. Quasi diceret: Donum Spiritus sancti est, vt qui præest, cum solicitudine præsideat. Quamobrem non solum prælatis ecclesiasticis, verum etiam omnibus, qui temporali imperio præsunt, à Deo summis precibus contendere opus est, solicitudinis donum, nè sibi commissa munera lente ac negligenter exerceant, conferat. Hæc autem solicitudo duplex esse debet, altera, qua quisque sibi prouideat, altera verò, qua subditorum curam diligentissimè adhibeat, ac de rebus eorum tam spiritualibus quam corporalibus sit valde solicitus. Nam de Dauid Rege licet non prælatus, sed Dominus temporalis fuerit, sacra pagina refert: Elegit Dauid seruum suum, *Psal.77.*
19 sustulit eum de gregibus ouium, pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam, & pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos. Pascere populum cum cordis innocentia, nihil aliud est, quàm ipsum sic gubernare, vt siquid ei imperaret, iustum rationique esset consentaneum: ita quod Rex iubendo peccatum non committeret, sed cor eius, quia iusta præcipiebat, innocens, quietum, & tranquillum remaneret. Et intellectibus manuum suarum. Ille præcepta in manibus suis, & non in lingua dicitur habere, qui & scit præcipere, & quod præcipit, factis exequitur. Loquens Dominus de Scribis & Pharisæis sic ait: Dicunt & non faciunt. Hoc est, intellectum non ampliùs quam in lingua habent. Optimi verò *Matth.23.*
20 prælati similes Regi Dauidi esse debent, qui si aliquid populo imperabat, id prius opere complebat. Sed satis melius hoc facit Christus Saluator noster, siquidem hæc omnia compleuit, & vltra hæc animam suam pro ouibus posuit. Maxime verò notandum est, fratres mei, pastorem hunc non esse luporum, tigridum, aut leonum, sed ouium ducem. Ideò iras, inuidiam, auaritiam, luxuriam, atque alia id genus vitia, quæ homines feras crudeles efficiunt, vos oportet relinquere: atque tanquam oues mites & obedientes fieri, vt Christus cœlestis pastor dux vester sit, possitisque dicere id quod Regius Propheta: Dominus regit me, & nihil *Psal.22.*
mihi deerit, quod B. Hieron. vertit: Dominus pastor meus. Et alibi, vbi nos legimus: Qui regis Israel intende, idè vertit: Pastor *Psal.97.*

Israel

Iſrael auſculta. Inter manifeſta ſigna, quæ ouem huius 21
diuini paſtoris oſtendunt, manſuetudo, & in aduerſitatibus
patientia, præcipuum ſignum eſt. Loquens inclytus Moy-
ſes populo ſuo ait: Adduxit te Dominus quadraginta an-
Deut. 8. nos per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret, vt no-
ta fierent omnia, quæ in animo tuo verſabantur vtrùm cu-
ſtodires mandata eius, an non. Bonitas enſis ac fides eius,
ſi in vnam & alteram partem cum flectas, comprobatur.
Simile. Nam ſi fixo cuſpide inſtar arcus effectus priſtinam rectitu-
dinem conſeruat, dum remittitur, ſignum euidens eius bo-
nitatis eſt: ſed ſi obliquus manet, reprobatur. Ita ſeruorum
Dei probitas in patientia dignoſcitur.

Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, ſicut nouit me pa-
ter, & ego agnoſco patrem. Cognoſcere hic eſt idem, quod 22
amare, cognoſco oues meas, ideſt, amo oues meas. Vnde
maxime notandum eſt, pijſsimum Dominum amori, quo
oues proſequitur ſuas, nullam rem ſimilem potuiſſe inueni-
re: omnes nanque (licet perfectos amores) longe ſuperat, nec
paſtoris amor, vel patris, vel matris, vel ſponſi, vel Ange-
lorum, vel Seraphim aliqua ex parte cum eo poterit compa-
rari. Denique in cœlo aut in terra ei quid ſimile non potuit
reperiri. Ideò ait: Sicut nouit me pater, & ego Agnoſco pa-
trem: ideſt, illis amoris oculis, quibus pater æternus me con
templatur, & amore proſequitur eiſdem oues meas aſpicio
& vehementer diligo. O admirabilem amplificationem. Quæ
regna, quæ diuitiæ, qui honores, vel imperia huic tantæ fæli
citati aliquo modo poſſunt conferri? Et ſi amicorum omnia 23
ſunt communia, quid obſecro illi, qui ità à Ieſu Chriſto dili-
gitur, deeſſe poteſt?

Sed aduertite Dñm, cũ dixit, agnoſco oues meas, addidiſſe:
Et cognoſcunt me meæ: Poſteà verò inquit: *Sicut nouit me pater &*
ego agnoſco patrem. In quo innuit, iuſtorum amorem erga ipſum
nulli etiam rei in terris niſi amori, quo Chriſtus Dominus patrẽ
proſequitur, & ab eo diligitur, poſſe adæquari. O verba terribi
lia, illis ſaltẽ, qui in cordibus ſuis maiorẽ amorẽ erga domũ ſuã,
erga vineam, erga pallium, & erga calceos, quã erga Deum crea
torem ſuum ſentiunt: ex quo fit, vt illum quotidie harum mini
marum rerum amore detenti, & derelinquãt, & offendãt. Quali

ter

24 ter igitur, ò ſceleſte, tibi perſuadere potes te Ieſu Chriſti ouẽ cum huius miſerrimæ vitæ nænijs tam procliuis ſis, & licet ille tanquã pijſsimus paſtor in tui cuſtodia pernoctet, tu tanquam perditiſsimus infernalẽ lupum in tuam euerſionem quæritas.

Ait itaque Dominus. *Et animam meam pono pro ouibus meis.* Beatus Ioannes in ſua Apocalypſi inquit, ſe vidiſſe beatos cæleſtem agnum laudantes & dicentes: Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Non aiunt illum diuinum agnum omnes tribus, & omnes linguas, nationes atque populos, ſed ex vno quoque illorum aliquos, qui, videlicet ſunt oues eius redemiſſe. Licet enim infinita merita ad redimendum cunctos habuerit, tamen quia plurimis ea ob eorum culpam profectura non erant, noluit 25 pro illis ea offerre. *Apoc. 5.*

Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Ex gentibus, ſcilicet, atq; ex Iudæis. Quandò autem hoc futurum ſit, non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quę pater poſuit in ſua poteſtate. Quod ad nos attinet eſt dictum illud D. Auguſtini: Si non traheris, ora vt traharis: ſi nondum vocatus es ora, vt voceris: & ſi iam vocatus es, illud Apocalypſis ſæpe numero animo euolue. Tene, inquit, quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam, ideſt, ſi cõiecturis potes aſſequi, Deum in te habitare, illum amoris & timoris brachijs, nè à te diſcedat, amplecti proviribus labora. Na- *Apoc. 3.* *Simile.*
uis, quæ in portu eſt, cum vehemens aliqua tempeſtas furit, nè à ventis diſsipetur, quatuor anchoris retineri ſolet. Sic tu qua-
26 tuor anchoris mentem tuam, vt perpetuò in Dei obedientia perſeueret, munire contende. Quarum prima eſt, fixum immotumque non peccandi propoſitum. Secũda verò, aſsidua oratio eſt. Ita faciebat Regius vates, qui inquit: Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Tertia eſt frequens ſacramentorum vſus. Quarta denique anchora eſt diuinorum beneficiorum ac mandatorum Dei cõſideratio. Nam, vt ait S. Dauid: Niſi quod lex tua meditatio mea eſt, tunc forte perijſſem in humilitate mea. Deniq; inquit diuinus paſtor. *Illas oportet me adducere.* Quid eſt hoc, quod ais Domine? Tibi nè conducit nos ac omnes gentes in tuã Eccleſiam trahere? Certè non tibi, ſed nobis, noſtra, inquam, intereſt ex numero tui ſanctiſsimi *Pſal. 24.* *Pſal. 118.*

ctiſsimi gregis eſſe. O glorificatus ac benedictus ſit talis Domi- 27
nus, qui nos tã ſingulari amore proſequitur, vt neceſsitates, no-
ſtraque ſalutẽ ſuam eſſe reputet. Atque ità ouẽ ſuam in hume-
ris portãs inquit: Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ, quam
perdideram. O pijſsime Domine, oui quidem, & non tibi con-
gratulandũ eſt: liquidem ſua refert, & non minus, quàm æternã
Luce. 15. conſequi gloriam. Sed vis, vt tibi, tanquã ſi eſſes ille, qui inuen-
tus eſt, poſtquam amiſſus fuit, iuſti congratulentur. Tanti facis
mentẽ deperditã inuenire. Quis ergo eſt, qui tã dulcia verba au
diens amore dulciſsimi huius Domini nõ liqueſcat? Eum igitur
fratres toto corde, atque animi affectu, qui nos ità dilexit, diliga
mus cõtinue laborantes, vt conſequamur eius gratiã, qua perue
nitur ad gloriã, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amẽ.

DOMINICA III.

Poſt Paſcha.

CONCIO PRIMA.

Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicũ & videbitis me, quia vado ad patrem. Ioan. 16.

LEctio huius ſacri euangelij pars quædã eſt illius ſua-
uiſsimi ſermonis, quem ſummus prædicator Ieſus
Chriſtus ad ſuos ſacros diſcipulos poſt vltimam cœ
nã cũ ipſis pridie eius diei, quam pateretur, habuit, 2
in quo efficax ratio, qua pijſsimus Dñs mœrorẽ & triſtitiã, quã
de abſceſſu eius cõceperãt, lenire curauit, cõtinetur. Nã triſtitia
nimia in laboribus, & calamitatibus ita mentẽ perturbat, vt id,
quod fieri debet, penitus ignoret. In diuina ſcriptura legimus,
ignẽ, qui ex altari Dñi proſiluerat, Nadab & Abiu filios Aarõ
Leuit. 10. deuoraſſe. Cũq; poſteà ſanctus Moyſes ſummũ ſacerdotẽ Aarõ
& duos filios eius, qui remãſerãt, eò q; modũ, qui ſacrificijs &ho
ſtijs debetur, nõ ſeruauerãt, reprehẽdiſſet, reſpõdit Aarõ: Obla
ta eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtũ coram Dño: mi
hi accidit quod vides, quomodo potui comedere eã aut placere
Dño in cerimonijs mẽte lugubri? Perpendite, quæſo, qualiter

ſanctus

3 ſanctus vir confitetur, triſtitiam, quæ ob infœlicem mortẽ ſuo
rum filiorum acceperat, cauſam ſuæ perturbationis fuiſſe. Et ad
dit ſacra litera: Quod cùm audiſſet Moyſes recepit ſatisfactio-
nem, iuſtã, ſcilicet, exiſtimãs fratris ſui excuſationẽ. Quocirca
diuinus magiſter in illo vltimo ſermone ſacris diſcipulis multis
rationibus perſuadere contendit, vt à ſe nimiam triſtitiam mœ-
roremq; expellerent. In hoc verò ſacro euangelio vnam earum
proponit, quæ ſic ſe habet. *Modicũ & iam non videbitis me.* Quaſi
diceret: Conſolamini chariſsimi diſcipuli, quoniã paruo tẽpo-
ris ſpatio abſens ero. Suam ſacratiſsimã paſsionẽ ſumma boni-
tas parum appellat. Sed quid Domine? Rem tantam, tam ter-
ribilia tormenta, tam crudeliſsimam mortẽ, ac deniq; rem tan-
tæ vtilitatis parum vocas? Parum ne eſt vitã mori, & impaſsi-
4 bilem pati? Nobiliũ animorũ eſt, res magnas parui facere. Atq;
ita inquit Seneca: Magno nihil magnum. Tanta erat libertas, &
amoris vis, quo filius Dei patiebatur, vt grauiſsima tormẽta cru
deliſsimã mortem, omnia deniq; parui penderet. Quamobrem
cùm de ijs verba faciebat ea nominibus ipſa minuẽtibus nuncu-
pabat. Apertè hoc apud D. Lucã oſtenditur, vbi mortẽ ſuã bap Lucæ. 12.
tiſmũ vocauit. Baptiſmo, inquit, habeo baptizari. Nullus enim
licet æſtuoſus eſſet, tã libenter balneo aquæ frigidæ vſus eſt, quã
Dñs ſe in ſuis tormẽtis recreauit. Et apud Matt. Poteſtis, inquit, Math. 20.
bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? O iuſtorũ gloria, cali-
cem potionẽ tam amarã vocas? Hoc ſimile mihi videtur vatici-
nio Regij vatis, qui nomine Chriſti ità prophetauit: Circunde-
derunt me, ſicut aqua, tota die circundederunt me ſimul. O dul-
5 ciſsime animæ meæ Redẽptor, qualiter in cruce aqua circũdatũ
te eſſe dicis, ſiquidem totus ſanguine conſperſus es? Sanguinem
ſuũ ac tormẽta Dñs Ieſus aquã appellat: quia nullus in potu dul
ciſsimæ aquæ tantã animo capit lætitiæ voluptatẽ, cùm ſitibun-
dus eſt, quantã fideliſsimus hic amicus noſter in ſuo ſacratiſsimo
ſanguine pro nobis ſpargẽdo recepit. Addit: Circundederũt me
ſimul. Quoniã vndiq; affligtus erat: caput ſpinis coronatũ, hume
ros flagellis duriſsimis cæſos, pedes deniq; ac manus cruci affi-
xos habebat: cumq; ſic cruciaretur, & ſpinis, lanceis, ac crudeliſsi
mis clauis ambiretur, tamen ſe aquis circũdari inquit. In cruce
ſuauiſsime Ieſu, oppreſſus ſiti moreris, ac nullus eſt, qui tibi pa-
rum aquæ ad ſitim explendã tribuat, & aqua circumuentum te

eſſe

esse ais? Quis amor hic Domine Deus? Quare spinas, lanceam, clauos, flagella, sputa, & alia dedecora fontes dulcissimæ aquæ nuncupas? Tam singularis huius pijssimi Domini erat amor vt quot quot patiebatur, dulcia, ei viderentur: hoc enim amoris veríssimi singulare priuilegium est. Ait etiam: Circundederunt me simul: quoniam ab instanti suæ sanctissimæ conceptionis vsque ad sacratissimam in cruce mortem semper omnes labores, quos successiuè pertulit, in mente simul passus est. Nam qui de Hierusalem prædixerat, non mansurum esse lapidem in ea super lapidem, optimè sciebat in suo sacratissimo corpore nec sanguinis guttã vix esse remãsurã, nec mẽbra mẽbris cohæsura: & omnia hæc modicum vocat. Hispanè. *Bien sabia que apenas auia de quedar de su sangre gota con gota, ni en su sancto cuerpo miembro con miembro, mas que todo auia de quedar descoyuntado: y a todo esto llama poco.* In sacris literis legitur S. Iacob multis annis propter pulchram Rachelem seruituti Laban fuisse obnoxiũ. Cui, inquit sacer textus, videbantur pauci dies præ amoris magnitudine. Multò igitur pluribus annis cœlestis Iacob Iesus Christus pro vnaquaque fidelium anima seruiuit, cui tandem omnia modicũ videbantur. 6 7 Gene. 29.

Modicum & non videbitis me. Me adeò (vt ità loquamur) anni hilabo, & ità vilis manebo, vt à vestris oculis euanescam, ac vix me poteritis cognoscere. Hispanè. *A pocarme he tanto, y quedare tã vituperado que me perdereys de vista, y a penas me conoscereys.* Loquens Dominus ad Eliam vt in Regum historia legitur, dixit. Vade, & absconde re in torrente Carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, coruisque præcepi, vt pascant te ibi. His verbis sacratissimi filij Dei passio mirificè adumbrata est: nam Carith idem est, quod exterminatio: & passio illa Domini eiusque mors torrens exterminationis fuit, in qua crudelissimi illi ac nefarij homines totius crudelitatis terminos transgressi sunt. Et ex hoc rapidissimo fluuio verus ille Elias aquam multorum opprobriorũ & ignominiarum amarissimam bibit: ibi corui, nẽ pè scelerum ministri eum amarissimo felle & insipidissimo aceto pauerunt. Die veneris sancti solo pane & aqua ieiunare rem esse nimis grauem existimatis, at filium Dei aceto & felle improbi Iudæi cibauerunt. Hispanè, *Teneys en mucho ayunar el viernes sancto a pan y agua, y el hijo de Dios ayuno a hiel y vinagre.* In hoc tor- 8

rente

rente Dominus Iesus, acsi nō esset infinitæ maiestatis, potentiæ & sapientiæ Deus, humiliter delituit. Et hæc omnia propter singularem amorem erga nos modicum vocat. Ex quo colligemus amorem nostrum erga ipsum gelidissimum esse, siquidem quamcunque rem licet minimā seruitio Dei dicatam maximā esse existimamus. Si enim vno die à cibo abstinemus, vel vna hora contemplationi vacamus, aut stipem, quanuis minimam erogamus, sanctissimos nos esse putamus, atque adeò, vt mentē nostram plus sanctitatis capere non posse cogitemus. Hispanè *Nos paresce que ya rebentamos de santos.* Non hęc vestigia sequebantur, nec ita de se iudicabant perfecti Dei amici, vt manifestè in Diuo Petro inspicimus, cui Christus Redemptor noster dixit: Cùm esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, Ioann. 21.
ocùm autem senueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Et statim adiecit S. Euangelista: Hoc autem dixit ei, significans qua morte esset clarificaturus Deum. Orem admiratione dignam: qualiter Dominus de morte eius loquens inquit, illum, quò non vellet, esse iturum? Ergo D. Petrus nihil in martyrio meruit, quippe qui illud inuitus & coactus adiuit? Ad hoc sic respondeo. Inter ea, quæ in sacra scriptura eos, qui paulò altius eam scrutantur in maximam admirationem rapiunt, hoc vnum est, videre, scilicet, ingentem curam, quam sancti in paruipendendis ijs, quæ propter Deum passi sunt, habuerunt, & maximā solicitudinem, quam ipsemet Deus in eorum operibus extollendis adhibet, cōtemplari. His verbis Christus Dominus crudelissimam mortem, quam D. Petrus passurus erat, amplificat & exaggerat. Et quamuis futurum erat, vt caro eius eam subterfugeret ac recusaret, ipse tamen illam libentissimè erat accepturus. Atque ita illud, Deducet te quò tu non vis, iuxta fragilem carnis nostræ naturam intelligendum est. Cæterum Beatus Apostolus loquens de ipsa crudelissima morte sua ait: Certus sum, quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Quid sibi vult sanctus Apostolus, cum ait: Depositio tabernaculi mei, nisi id, quod propter Deum passurus erat, parui facere? Ac si diceret. *No es sino mudar casa.* Itaq; Deus illud exaggerat, ipse verò parui pendit: cuius rei amor, quo ipsum prosequebatur, in causa erat. Si quis magna necessitate appressus esset Similes.

& alter, vt ei subueniret, rapidissimum flumen, eò quòd eum 12
tenere diligit, cum vitæ periculo transmearet: cum verò ille
huic gratias referre vellet, ipse periculũ, quòd propter eũ subie
rat, parui faciens diceret, se vitæ discrimẽ, cui se obtulerat pro
nihilo habere: nõ ne hoc singularis amoris esset manifestissimũ
signũ? Planè quidem. Sic cùm Christus Redemptor noster B.
Petro quàm plurimos labores, crudelissimamque mortem
propter se ob oculos proponeret, ille constanter sic respon-
dit: Hæc omnia depositionem tabernaculi mei voco, quoniam
propter meum erga te amorem mihi parua videtur. Heu fra-
tres mei, quam aliter nobiscum sese res habet. Nam cum fere
nihil agamus, omnia iam feciſſe nobis persuademus: quod cer-
te ex magna in Deum amoris inopia oritur. Inter conspicilia,
quibus senes vtuntur, & illa, quibus adolescẽtes hoc discriment 13
est, quòd illa eo modo confecta sunt, vt res maiores, quam
sunt, repræsentent: exiguos enim characteres magnos appa-
rere faciunt: hæc verò è contrà sunt fabricata, nam quæ sunt ma
gna, minora esse ostendunt. Sic inter amorem magnum, &
Simile. paruum hoc differt, quod magnus, tanquam adolescentum
conspicilia, res minores, quam ipsæ sunt, repræsentat: difficil-
lima enim facilia esse persuadet: veluti si quis in alium, quem ni-
mio prosequitur amore ingentia beneficia conferat, ea om-
nia minima esse existimat. Contra verò paruus amor, sicu-
ti senum conspicilia, res maiores, quam sunt, repræsentat.
Licet enim qui lentè diligit, in alium minima beneficia con-
ferat, ea magna esse arbitratur. O miseri filij Adæ, quali-
ter Deum parum diligere non creditis, siquidem quidquid 14
propter eum facitis, illud, licet minimum sit, magnum esse
commendatis?

Discipulos etiam Dominus consolatur dicens: *Modicum & iam non videbitis me.* Quasi diceret: Ego meæ mortis tempus breuiabo, vt vos celerius consolatione afficiam. Atque ita quamuis summa veritas Christus Dominus tribus diebus ac noctibus in corde terræ futurum se esse promiserat, tamen pro pter singularem erga eos amorem voluit, vt fide non fracta dies noctes q; integri minimè essent: sed eos abbreuians duas partes duorum dierum & duas totidem noctium, vt citiùs discipulos consolaretur assumpsit.

15 *Et iterum modicum & videbitis me.* Et hoc erit tempus, quod poſt reſurrectionem meam vobiſcum ero: quanuis enim per quadraginta dies vobiſcum in terris commorabor, tamen, quia vobiſcum diu eſſe cupio, eos parum voco. Parũ eſt reſpectu vehementis mei erga vos amoris: ſed ità nunc eſſe oportet, quia vado ad patrem, hoc eſt, quia pater, vt in cœlos aſcendam ſeſſurus ad dexteram eius his quadraginta tranſactis diebus, mihi imperat. O vere hominum amator Chriſte Redemptor noſter, vt quid talibus verbis ſingularem erga nos amorem oſtendentibus nos ipſos confundis? Tibi Domine cum hominibus quadraginta diebus commorari parum videtur, nobis verò, tecum perſpatium vniushoræ eſſe, longiſsimus
16 annus apparet. O infælices illi, qui vna duntaxat hora concioni, aut orationi, vel contemplationi vacantes annum integrum eſſe putant. Dies, & anni, ac totius vitæ ſpatium ad colloquendum cum eo, quem diligitis, vobis breuiſsimi videntur, tẽpus verò, quod rebus diuinis conſumitis, licet breuiſsimum ſit, longiſsimum eſſe iudicatis. Cum cœleſtii igitur hoc Domino conuerſari incipite, quem guſtantes diuini eius amoris dulcedine inflammabimini. Pulchra, vt luna vocatur in Canticis *Cant. 6.* ab ſponſo mens ſancta. Pulchritudo lunæ tunc augetur, cum *Simile.* duo eius cornua in altum erecta apparent, quo vſque ipſa totum ſuum orbem compleat: cum verò decreſcit, duo cornua in terram demittit, atque progreditur, quo vſque lumen & claritatem amittit. Simili etiam modo anima proficit, vel in deterius vertitur. Nam cum duo cornua, ſcilicet, intelle-
17 ctum & voluntatem in cœlum mittit, cogitationes & affectiones in Deo collocando, ipſumque ſuauiter amplectendo, & amoris affectu pertractando, tunc ſpirituali pulchritudine concreſcit & augetur, & ſicut luna vno die ſuum orbem non implet, ſed paulatim. Ità mens non repente perfecta effici tur, ſed ſenſim in cœlum debet aſcendere, quo vſque in ſublime perueniat & diuina glorię luce coruſcans plena remaneat: quẽ admodum regius vates nos erudit dicens: Ibunt de virtute in *Pſal. 83.* virtutem, & videbitur Deus Deorum in Sion. Cùm vero anima cornua ſua in terrã vertit, ei intellectu ac volũtate inhærẽdo tergaque per obliuionẽ cõtra Deũ vertendo, tũc decreſcit & paulatim virtutẽ amittit, ac tãdẽ corrupta omnino manet. Nã (vt

ait B. Gregorius (sicut nemo repentè in virtute fit summus: ita 18
nemo repentè fit pessimus. Hæc igitur fratres mei vobis nimis conducentia in primis attendite, & in quam partem mentium vestrarum affectiones inclinent animaduertite, atque ex hoc de vestra damnatione aut salute aliquid facile colligere poteritis. Si autem in terram vos ipsos versos esse intelligatis, in cœlũ reuerti, quam citissimè, totis viribus contendite. Illos verò, quibus temporis opportunitas adest, saltim duarum horarum spatium singulis quibusque diebus mane ac vesperi ad hæc diuina colloquia destinare oportet. Illi autem, quibus per tempus non licet, quoniam familiam labore suo sustentare debent, Deum laudent, qui sua infinita misericordia eos tam singulari beneficio, mente, scilicet, talibus potentijs ornata donauit, vt exterius cum corpore laborantes possint simul in cœlum corda sua Deũ 19
ipsum laudantes eleuare. Quapropter vos fratres obsecro, vt alteram horam mane, & alteram vesperi saltim constituatis, quibus laborantes corpore, siue textores, siue sarcinatores, siue sutores, aut fabri sitis, cum Deo inter vos conuersemini, & nunc in morte, nunc in finali iudicio, nunc in inferno, nunc denique in gloria cogitetis. O pater, & quis hoc præstabit? nimis enim difficile nobis videtur. Ego fratres mei illos in præsentiarum alloquor, qui Deo licet maximo cum labore placere student, non autem illos, qui de hoc minime curant. Et quanuis in principio aliquibus arduum hoc & difficile videatur, consuetudo tamen diuino fauore adiuta illud facillimum efficiet.

Huic literali horum verborum sensui alius moralis optime nunc arridebit. Nam cùm Dominus inquit: *Modicum & non* 20
videbitis me. Considerandum est, quam modico ideò, *Per quam pocas cosas*, Improbi Deum non videbunt. Inter grauissima tormẽta, quæ damnati in inferno patiuntur, hoc vnum est præcipuũ, scilicet, Deum non videre. Solent sacri Doctores quærere an in gehenna futuri sint tortores ad pœnam sensus exequendum. Et respondent, vtique: quos dæmones futuros esse dicunt: affirmãtque corpora damnatorum ibi in summo gradu sensibilia futura: plus enim cuiusque reprobi corpus sentiet, si palea tãgatur, quã
Simile. corpus viuentis in hoc mundo si grauiictu percutiatur. Quod manifestè apparet in eo, qui podagræ ægritudine laborat, non enim minimum ictum quantumcunque sit lentus, nec dum tenuissi

21 nuissimam sindonem, quasi sanus esset, recrearetur, ferre
potest. Ita damnati, vt erunt corruptissimi, quodcunque
tormentum quanuis minimum in suis corporibus nimis sen-
tient. Homines dum sunt in hac vita assuefacti laboribus, il-
los, quia iam callum obduxerunt, quodammodo non sentiũt:
præsciti vero in inferno post millia, vel ducenta millia anno
rum tam teneri erunt in tormentorum tolerantia, acsi eo mo-
mento, quo Tartarum ingressi sunt, essent. Ideo, vbi nos legi- Ezech. 32.
mus: Qui cum circuncisis dormierunt, & cum ijs, qui descen-
derunt in lacum, alia translatio habet: Cum ijs, qui descẽdunt
in lacum: & sic est in contextu Græco & paraphrasi Chaldaica. Vbi illi, qui ad infernum descenderunt, multis ante temporibus tam tenere pati, ac si modò descendissent, aperte sig-
22 nificantur. Inter omnia autem tormentorum genera hoc vnum
maius, & præcipuum est, scilicet, illos diuino conspectu priuari: & huius pœnæ, quæ damni vocatur, tortor est ipsemet Deus, qui sua omnipotentia efficit, vt damnati eum non videndo incredibili tristitia ac pœna afficiantur. Sed quæro à vobis, ò nefarij ac maledicti præsciti, qui modò hoc grauissimum tormentorum genus in æternum patimini, quare illud patiamini? Quia ipsi respondere nequeunt cum sacrosancto euangelio: Modicum & non videbitis me. Quanuis quilibet damnatorum omnibus mundi voluptatibus ab eius creationis principio vsque in præsens potitus fuisset, omnia pro nihilo putanda erant, si cum tormentis, quæ, dum conspectu Dei priuantur, patiuntur, aliqua ex parte comparentur. Loquens.
23 B. Iob de reprobis inquit: Ad modicum eleuati sunt, & non Iob. 24.
subsistent: humiliabuntur, sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur. Cuiuscunque peccatoris cor, dum appetitui suo turpiter satisfacit, in corpore præ gaudio consistere non potest. Sed hoc ad modicum est. Nam licet superbus, cum optatum honorem consequitur, exaltatur: carnalis, cùm voluptate fruitur, gaudeat: auarus, cùm pecuniam lucratur, quodammodo satietur: ad modicum tamen isti eleuati, & non subsistent, quoniam in momento hæc omnia euanuerunt. Humiliabuntur sicut omnia, ideſt, consummabuntur, & auferentur. Hæc verba difficillima videntur, quoniam Ecclesiastes inquit: Generatio præterit, & genera Eccle. 1.

tio aduenit, terra autem in æternum stat. Quòd idem de alijs 24
elementis, quia perpetuò permanebunt, dicendum est. Ergò
non consummabuntur, & auferentur omnia. Quare igitur pec
catores sicut omnia consumendos esse, atque auferendos diui-
na scriptura testatur? Hic, meo iudicio, declaratur modus, quo
Simile. improbi ac damnati in æternum permanebunt. Nam sicut ele-
menta aliquibus qualitatibus, quas modò habent, spoliata ma-
nebunt; materiaque ac forma eorum alijs accidentibus orna-
buntur: sic mentes, & corpora infælicium damnatorum om-
nibus gaudijs, & voluptatibus priuata, & alijs longe dissimi-
libus accidentibus, scilicet tormentis, quibus in perpetuum
cruciabuntur, coopertaremanebunt, & sicut summitates spi-
Simile. carũ conterẽtur. In spica grana inter casulas inserta, quæ licet ve 25
lut in carcere recto tamẽ ordine collocata videmus. Aliæ verò
sunt summitates, videlicet, quędã stipulæ, & aristę procerę, quę
separatæ, & vicissim disiũctæ asperæ sunt & acriter pũgunt. Cõ
ueniẽter sacro sancta Ecclesia spicæ comparatur, in qua grana,
idest iusti tanquam in carceribus, laboribus, calamitatibus, &
afflictionibus cõcutiuntur: & ij veluti grana recto ordine suauis
simi, atq; maximè beneuoli sunt. Stipulæ verò peccatores sunt
adinuicẽ sibi nocẽtes, asperi, crudeles, inordinati, & tanquam
aristæ in spica, alij ab alijs separati. At sicut spica in area trita gra
num à palea immune remanens in horreo seruatur, & palea in
Simile. ignem comburenda mittitur, vel ad iumentorum pabulum
custoditur: ita in diuini iudicij area iusti in cœlorum horreis
collocabuntur, improbi verò ab infernis belluis deuorandi
æternis ignibus consumentur. Quis igitur adeò amens, & insa- 26
nus est, qui hæc audiens non contremiscat? Quis voluptatum
breuitatem animaduertens, & æternitatem pœnarum, quæ de
impijs sumentur, animo euoluens non omnes huius mundi ille
cebras contemnit & pro nihilo ducit? Deus mentiũ illuminator
vos, fratres mei, illuminet, vt quæ facienda sunt, peragatis.

Iterum modicum & videbitis me. Si in cœlum ascenderetis,
& ineffabilia bona, quibus beati perfruuntur, contemplaremi
ni, meritò omnia, quæ in hoc mundo passi fuerunt, si cum ijs,
quæ ibi possidẽt, comparentur, modica fuisse iudicabitis. Qua
propter nomine cuiusque eorum in sacra pagina dicitur: Modi-
Eccles. 51. cũ laboraui, & inueni multam requiem. Quanuis enim vnus tan

tum

87 tũ iuſtus omnia martyrum tormẽta, & omnium mortalium labores paſſus fuiſſet, ſi cum bono, quo fruitur, conferantur modi caleſſe ducet. Mentibus igitur veſtris, fratres mei, concipite, Deum vnicuiq; veſtrũ ſic dicere: En homo adeſt gloria, voluptas, & omniũ rerum æterna abundantia, quibus frueris, ſi parum laberis hic patiaris. Vel: eccè cõtinua tormenta, quibus, ſi parũ in hoc mundo recreeris, ſine dubio torqueberis. Quod nã horũ eligeretis, penitus ignoro: vnum tamen certò ſcio, omnes, qui voluptates huius mũdi elegerint, in æternũ fore, vt illos pœniteat, & eis nũquam pœnitentiam profuturã eſſe. De alijs enim, qui hanc viã ſecuti fuerũt, ſic in inferno clamaſſe, diuinæ literæ teſtãtur: Errauimus à via veritatis, quid nobis profuit ſuperbia? Aut diuitiarũ iactantia, quid contulit nobis? Tranſierũt omnia illa, tanquã vmbra, in malignitate autẽ noſtra conſumpti ſumus. *Sapien. 5.*

88 Et infra dicitur: ſpes impij tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquã ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tãquã fumus, qui à vento diffuſus eſt. O digna verba, quæ æternæ memoriæ mandentur. O vtinã ea cordibus noſtris affixa teneamus, vt rerũ huius mũdi paruitatẽ animaduertentes illa ob quæ impij in infernũ detrudũtur, intelligamus. ¶ *Dixerunt ergò ex diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, &c.* Vſq; *Neſcimus quid loquitur. Cognouit autem Ieſus, quia volebant eũ interrogare.* Verba hæc, cũ eſſent clariſsima, Apoſtoli nõ intellexerũt, & expoſitionẽ eorũ à ſuo diuino magiſtro depoſcũt. Ex quo clariſsime infertur, quod ſi Chriſtus Dñs ſapiẽtia infinita æterni patris ſanctã ſcripturã per doctorũ ac prædicatorum ora nõ exponeret, ipſam intelligi, impoſsibile eſſet. 89

Hoc Eunuchus Reginæ Cãdacis ſatis bene cognouit, qui rogatus à B. Philippo, An Iſaiã Prophetã, quẽ iter faciẽs legebat, intelligeret, reſpõdit: Quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtẽderit mihi? Solus Agnus clauẽ libri ſui in Apocalypſi dicitur habere his verbis: Dignus es Domine accipere librũ, & aperire ſignacula eius. Si enim ille nõ aperit, clauſus profectò erit. Quo circa qui diuina eius myſteria percipere optatis, ipſum, vt vos doceat, clauemque ſuæ ſapientiæ præbeat ad ſacroſanctum eius librum aperiendum, exorare debetis. Ita faciebat S. David, cum dicebat: Reuela oculos meos, & cõſiderabo mirabilia de lege tua. Et da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam. Nè autem *Actuum. 8.* *Apocal. 5* *Pſal. 118.*

existimaremus, S. Prophetam curiose diuinam legem velle scrutari, addit statim: Et custodiam illam in toto corde meo. Hic enim debet esse finis, ob quem sacram scripturam intelligere, nobis curandum est. Et ad hoc oportet literarum studiosos id, quod D. Hieronymus, B. Thomas, S. Isidorus inquiũt diligenter adnotare, scilicet, ventrem pinguem subtilem intellectum ad diuina mysteria inuestiganda non gignere. Mens enim multitudine sanguinis & rudi pinguedine submersa quid potest difficile inuestigare? D. Athanasius, & B. Gregorius Nicenus in ea etiam sunt sententia, vt intelligentiam sacrarum rerum, diuinamque eius cognitionem non solum varia lectione, sed perfectissima vitiorum extirpatione acquiri affirment. Et B. Cyrilus asserit, Christum Redemptorẽ nostrum gloriosum euangelistam Ioannem, quia propter conscientiæ puritatem, & mentis aciem ad diuina mysteria intelligenda aptus erat, nimis dilexisse.

30

D. Hier. ad Nepotia. B. Tho. 2. 2. q. 15. artic. 3. S. Isidor. de Summobono. S. Athana. lib. de incar. verb. B. Grego. in vit. Moysi. B. Cyrilus. lib. 2. in Ioã.

31

Et dixit eis, de hoc quæritis inter vos, &c. vsq; *Sed tristitia vestra conuertetur in gaudiũ.* Pisces nè corrũpantur, solent sale condiri, sed antequam manducentur, vt salem deponant in aquam mittuntur. Ita etiam homines, nè deprauentur vitijs & sceleribus, in tribulationum & angustiarum salem mitti oportet. Si autem illas Deus non miserit, ipsimet ieiunijs, disciplinis atque ciliciis se ipsos salire debent: qui, vt in mensa cœli apponantur, & cibus Dei sint, ab ipso Deo sale abstergentur, vt D. Ioannes testatur dicens: Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Quasi diceret: Postquam salsi fuerint, ab illo abstergentur. Et alibi: Deducet, inquit, eos ad fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Hoc est, *Alli los echara en remojo, y les quitara la sal de los trabajos.* Ideò hic dicit Dominus: Tristitia vestra conuertetur in gaudium. Quia licet sacri Apostoli corrumpi non poterant, tamen Dominus illos tot laboribus affecit, tum propter maius meritum maioremque eorum gloriæ coronam, tum propter nostrũ exemplum: vt ipsorum labores contemplantes, quamque patienter eos pertulerunt, nos etiam, siquidem tot peccatis submergimur, illos non molestè patiamur. Quis igitur animum non concipiet, vt in hoc misero vitæ cur-

Simile.

Apoc. 21.

32

33 tæ curriculo aliquid patiatur, quandoquidem ſumma veritas Chriſtus Dominus diſcipulis inquit: Triſtitia veſtra conuertetur, in gaudium? Igitur Deum humiliter deprecari debemus, vt nos à laboribus futuræ vitæ, ſiquidem nunquam finientur, eripiat: nã illi, quos in hac patimur, in noſtram vtilitatem & commodum cedunt. Si de alicuius tauri ferocitate vis periculum facere, magnum diſcrimen eſt, te illum in area campi, vel in foro areno ſo experiri. Cũ enim de eo in area campi, ideſt, *En el corral*, Experimentum ſumitur, tribus ad ſummum, vel quatuor haſtilibus percutitur, & parum affligitur, atq; vt eius ferocitas appareat, pluriſq; ęſtimetur, aliquantulum angitur. At vero cùm in foro agitatur, nimis vexatur, opprimitur, lapidatur, quam plurimis ferratis fuſtibus cæditur, ac tandem cruribus abſciſsis vi- *Simile.*

34 ta priuatur. Faxit Deus nè in foro iudicij finalis aliquis noſtrum agitandus exeat: ibi nanque ab vniuerſis mortalibus ſibilabitur, & crudeliter ferietur, ac denique ei omnia crudeliſsimi tormẽti materia erũt. Ante ſententiã tormentũ erit, & poſt ſententiæ prolationem tormentum, tormentum, inquam, quod finem aliquem non habebit. Labores verò huius mundi ad experiendum iuſtos ſunt: nam Deus iuſtos probat, vt virtus, fortitudo, valorque eorum clarius appareant, pluriſque apud Deum & homines habeantur. Quin etiam his laboribus plærunque aliqua conſolatio adhæret & coniungitur. Tonſor, cùm aliquem nouacula vult radere, priùs eius vultum odoriferis aquis, nè radendus cædatur, abluit. Omnes ſæculi cala- *Simile.*

35 mitates nouaculæ quædam ſunt, quibus Deus culpas, ſi æquo animo perferantur, aufert. Quandò verò pijſsimus pater his nouaculis nos tondêre vult, priùs ſpiritualibus conſolationibus mentem ſolet abluere, manumque leniter ac ſuauiter nè tanto dolore afficiamur, ſuperponit. Atque ita vbi nos legimus: In tribulatione dilataſti mihi, alia tranſlatio habet: in tribulatione dilataſti mihi cor. Vbi inſinuatur cor tribulationibus, & conſolatione, quam illis Deus iungit, diſponi, & ad patienter tolerandum alias multas dilatari. Cùmque dilatatur, capacius efficitur diuinæ gratiæ, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen. *Pſal. 4.*

In eadem Dominica III.

Post Pascha

CONCIO SECVNDA

Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicū & videbitis me, quia vado ad patrem. Ioan. 16.

INter omnes diuinæ scripturæ effectus singularis ac præcipuus est, afflicta credentium corda cō solari. Ita testatur D. Paulus dicens: Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, Rom. 15. 2
vt per patientiam & consolationem scripturarū spem habeamus. Atq; inter officia Christi Redēptoris nostri, & ob quod ipse ab æterno patre in mundū missus fuit, hoc vnū est, vt, videlicet, consolatoris munere fungeretur. Sicut docet
Isai. 61. S. Isaias: Misit me, vt consolarer omnes lugentes, vt ponerē fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis oleū gaudij pro luctu. Ideò cum Dominus morti appropinquaret, tanquam sui oblitus, & in agone positus ad sacros discipulos dulcissimum sermonem habuit, in quo quam plurimas solaminis rationes eis attulit. Profectò interilla, quæ maximè deploranda sunt, iustorum mors est, illorum enim absentia nobis magnum nocumentum affert, licet plærunque nos velut amentes eam non sen
Isai. 57. tiamus. De quo meritò S. Isaias conqueritur dicens: iustus perijt 3
& non est, qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat: á facie enim malitiæ collectus est iustus. O insensibiles mortales siquidem iustos de medio tolli, & nefarios in mūdo, quorum sceleribus terra deuasta
Iere. 12. tur, manere videmus, & vix hoc sensu percipimus. Quam aliter hoc contemplabatur Propheta Ieremias cum dicebat: Vsque quò lugebit terra, & herba omnis siccabitur? Et ipsemet respondet: Propter malitiam inhabitantium in ea. Quando res iusto deseruiunt, Deo etiam deseruiunt: nam cum ille Deo inseruiat, omnia in eo seruitutem Domino adhibere contendunt. Cum autem improbus diaboli sit seruus, omnia, quæ ei ser-

4 ei ſeruiunt, diabolo in eo famulantur. Ideo S. Propheta per exaggerationem inquit, terram lugere, quoniam ab iniquis habitatur, & eis ſeruire compellitur. Hoc loquendi modo vtitur etiam D. Paulus, cum ait: Omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque adhuc. Et rationem reddens addit: Vanitati enim ſubiecta eſt, ideſt, ingemiſcit, quia peccatorum vanitati ſubijcitur. Quòd ſi mortem cuiuſcunque iuſti non ſentire, inſenſibile eſt, multo magis profecto abſentiam, & mortem iuſti iuſtorum Ieſu Chriſti non lugere, eſſet inſenſibile, & grauiculpa digniſsimum. Quod cum ita ſit, quare Dominus ſacros diſcipulos tam iuſta triſtitia ac mœrore affectos conſolatur? Ad hoc reſpondeo, ideò eos Dominum conſolari voluiſſe, quoniam ipſorum triſtitia nimia erat, quæ homines
5 perturbare ſolet, ne id, quod debent, vt oportet, exequantur. Continet autem ſacra huius euangelij lectio rationem quandam efficacem, qua Dominus diſcipulos cohortatur, ne propter abſentiam ſuam tanto mœrore conficiantur. Ratio verò hæc eſt, Modicum & iam non videbitis me. D. Bernardus exponens hæc verba ſic ait. O modicum, modicum, ò modicum longum pie Domine. Modicum dicis, quod non videmus te? Saluum ſit verbum Domini mei, longum eſt, & multum valde nimis: verumtamen vtrumque verum modicum meritis, & non modicum votis, ideſt, deſiderijs. Hoc inquit glorioſus Doctor conſiderans id quod mens ſentit, quæ Deum guſtauit, qui quidem aliquando ei auferens dulcedinem in maiorem eius vtilitatem ſe
6 aliquo temporis ſpatio ab illa abſentem eſſe permittit. Aliter enim quomodo homo miſeriæ ſuæ, ſi continuo diuinus ſponſus ſuis conſolationibus cum eo eſſet, in cognitionem veniret? Hoc manifeſte apparet in ſancto Dauid, qui ait: Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem: ſiue, vt vertit Beatus Hieronymus, Præſtitiſti monti meo fortitudinem. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Attendite obſecro, quam diuerſe vir ſanctus in ea ſtatuum varietate de ſe opinatus eſt. Ideò oportet, vt modico tempore conſolationis nobiſcum Dominus ſit, & altero modico tempore conſolationis à nobis fiat ab

Rom. 8.

B. Ber. ſup. Ioan.

Pſal. 29.

ſens

Simile. sens. Sol, cum à nobis recedit, & cùm appropinquat, semper 7
nobis vtilitatem affert. Ità Christus Dominus verus iustitiæ sol
accedens & recedens à nobis propter consolationem, vel tri-
stitiam continuò nobis commodum & emolumentum impor-
tat: nam præsentia sua nos in amorem allicit, absentia verò
vt submittamur efficit, & ideò nos visitat. Atque D. Grego-
B. Greg. super Iob. 7. rius super illud Iob: Visitas eum diluculo, & subitò probas
illum, sic ait: Hoc operatur, vt homo, & gratiæ dona habeat,
& infirmitatem suam agnoscat. Sed quanuis aliquoties Deus
absit, non ideò mens nimia tristitia & molestia affici debet.
Cant. 2. Sponsa enim inquit: En ipse stat post parietem nostrum: in
quo non longe abesse, nec maria nauigari, oportere, vel
mundum circuire ad eum inueniendum, significauit. Et hoc
Psal. 144. est, quod ait S. Dauid: Prope est Dominus omnibus inuocan 8
tibus eum.

Modicum & iam videbitis me. Scilicet, cum resurrexero, quia
tunc paucis diebus vobiscum ero, & his paucis diebus rarissime me videbitis. In quo cœlestis magister nos docuit, eum,
qui per veram pœnitentiam resurrexit, non debere perpetuò
cum mortalibus conuersari. Nam, vt ait D. Chrysostomus,
Simile. sicut difficile est, arboris iuxta viam consitæ fructus vsque
ad maturitatem seruari, sic difficile est, hominem consuetudine aliorum hominum inuolutum virtutem diu posse retinere. Euelle (inquit idem sanctus) te ipsum ab occasionibus, & in secretum ab hominum consuetudine locum te
recipe, si vis virtutem cõtueri. Admirabili ratione Regius Psal-
Psalm. 39. tes damnum, quod iustis inferunt praua colloquia, nobis 9
his verbis ostendit. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt decipiant pauperem & inopem,
vt trucident rectos corde. Euaginare gladium est, publice
& coram omnibus peccata committere. Qui enim sic peccant, sunt veluti gladij acuti, quibus mentes eorum, qui
nuper ad Deum conuertuntur, percuti solent. Atque ita vbi
nos legimus: Vt decipiant pauperem, alia translatio habet: Vt
deijciant pauperem: & sic est in contextu Græco, quem B.
Ambrosius sequitur. Paraphrasis verò Chaldaica habet: Vt
occidãt. Vbi aperte designatur, peccatores suo malo exemplo
non solũ decipere, verũ etiam bonos funditus euertere, & spiri-
tuali-

rotualiter necare. Ideò additur: gladius eorum intret in corda ipſorum. Quaſi diceret S. Propheta: Ne permittas Domine vt peccata eorum plures quàm ipſos inficiant. Quo circa de iuſto verba faciens S. Ieremias ſic ait: Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe: ideſt, quia ſe ipſum vicit & ſuperauit. *Threno. 3.* Et quoniam multi ex vobis non ſolum ſe ipſos non vincunt, ſed proprijs paſsionibus ſuccumbũt, & infra ſe ſunt, ideò nec ſolitudinẽ diligere, nec tacere ſciunt, quin potius prauis, ac nimijs colloquijs corrumpuntur & labefactantur.

Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem, quid eſt hoc, quod dicit nobis, &c. Neſcimus quid loquitur. Ea quæ diuinus magiſter aiebat, difficilia minime erant, ſed adeò rudes & ingenio hebeti tunc erant ſacri diſcipuli, vt clara & manifeſta eis obſcura viderẽtur. Qua propter de ijs, quæ anteà dixerat, ſermonẽ faciens Domi
11 nus inquit: Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis. Non erant prouerbia res illæ, quas Dominus diſcipulis ſuis dicebat, ſed ingenij tarditati, atque hebetudini eorũ obſcura prouerbia videban tur. Idem contigit ſancto Dauid: qui cùm manifeſtiſsima quæ *Pſal. 48.* dam, & omnibus clariſsima, (qualia erant, ſtultus & inſipiens ſi mul peribunt, & relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eo rum domus illorum) explanaret, tamen quia coram hominibus terrena amplectentibus & rerum cœleſtium expertibus Hiſpa ne, *Hombres enclauados en la tierra y ſumidos en el cielo*, De mundi cõ temptu acturus erat, quod ipſi, quoniam ſecundum vota & deſi deria ſua non erant, parum intelligebant: ideò inquit: Inclinabo in parabolam aurem meam: vel vt alij tranſtulerunt: Loquar in
12 ænigmatibus. Licet enim ea, quæ loquebatur, aperta erant, tamen improbis ænigmata, parabolæ, atque difficillima prouerbia videbantur. Hoc idem apertè quotidie in concionibus contingere videmus. De iudicio nanque, de inferno, de præmio, de bonorum gloria, de beneficijs à Deo acceptis, de morte ſacratiſsima Redemptoris noſtri, de eius ſanctiſsima Reſurrectione, ac de bonis per illam comparatis copioſiſsime verba facimus, & hæc omnia parabolas, atque ænigmata eſſe exiſtimatis: tam parum cordibus veſtris adhærẽt. Quid obſecro, horum eſt, quod ſi attentè & ſedulò conſideretur, non ſufficiat vt ſancti efficiamur? Inſignis ille Philoſophus Plato, homines, ſi Deum vnum rerum omnium gubernatorem, & qui

improbos punit, bonos verò præmio afficit esse crederent, non 13
posse diu in peccatis perseuerare pro comperto habebat: existi
mabatque mortalium malitiam ex ignorantia harum rerum ori
ri. Quid ais Plato? Ecce sunt quam plurimi in ecclesia catholi-
ca, qui id omne, & multò plura credunt. Nam Deum factum
esse hominem, mortuum fuisse, & resurrexisse, firmiter tenent,
atque hæc omnia quotidie in concionibus & extra illas, ne obli
uione excusentur, audiunt, & nihilominus toto vitæ suæ cursu
in peccatis & abominationibus persistunt? Causa harum rerum
forsan est, quia eis hæc obscura videntur, nec vt oportet, in me-
moria atque intellectu eorum residente: Aliter enim, ne tantis bo
nis priuarentur, aut tantis malis punirentur, quid non efficerēt?

Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis, &c. Attendite obsecrò, qualiter pijssimus Dominus solis de- 14
siderijs correspondet? Nondum enim discipuli eum interro-
gauerant, cùm eorum voluntatem intelligens satisfacit. O in-
finitam Domini voluntatem. Quis tam lapideus est, qui eum
vehementi amore non prosequitur? Tanta est enim misericor
dia tua Domine, vt non poscentibus præbeas, & non interro
gantibus obuiam exeas. Non solum voluit hic benignissimus
Esai. 58. Dominus, vt nomine suo sanctus Esaias Hebræo populo dice-
ret: Si vere conuerteris, tunc inuocabis, & Dominus exau-
simile. diet: clamabis & dicet: Ecce adsum. Quis vnquam seruus tam
diligenter vocibus heri sui obtemperauit, sicut Dominus vo-
cibus suorum hic se adfuturum esse pollicetur? Non solum
Esai. 65. inquam, hoc voluit, sed quid per eundem Prophetam pol-
liceatur, attendite: Antequam clament, ego exaudiam. O 15
dulcissima verba, quæ immensi Dei pietatem ac desiderium
nostris necessitatibus subueniendi clarissime ostendunt. Er-
go charissimi fratres, nostris difficultatibus ac dubijs hunc
altissimum magistrum, vt nos illuminet, consulamus: & cum
Regio Propheta deprecemur: Da mihi intellectum & scru-
Psal. 118. tabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Quan
tis enim literarum studijs operam demus, & cum viris do-
ctis, vt oportet, versemur, id tamen, quod præcipuum est,
Ioan. 12. non relinquamus, scilicet, eum, qui ait: Ego sum lux mun-
di, humiliter in oratione interrogare. In eodem nanque Psal-
mo dicitur: Intellectum dat paruulis. Abiectis enim, & pa-

16 rum de ſe cogitantibus Spiritus ſanctus intellectum luce clariſsima, qua voluntas irradiata Deum diligat, & quidquid eius amorem impedit, abhorreat, perilluſtrat. Quantum autem hac diuina luce opus ſit, ex hoc patet, quòd totius vitæ Chriſtianæ ſumma in Dei amore ſuper omnia & in peccati odio conſiſtit. Et, vt hoc fiat, oportet, intellectum humanum à diuinæ bonitatis & pulchritudinis cognitione illuminari: quæ quidem cognitio voluntatem in hunc amorem, & odium ſceleris ad illud deteſtandum mouere valet. Atque hoc adeo verum eſt, vt S. Thomas dicat hanc lucem charitatis augmento ſimul augeri, donum vero intellectus, quod præcipuum inter dona Spiritus ſancti locum obtinet, perfici, & multiplicari. Hoc verò D. Thomas docet, vt ita inter intellectum &
17 voluntatem ſit aliqua proportio, qua voluntas ipſa tantum diligat Deum, quantum diligi dignum eſſe, illuſtrata intellectus lumine cognoſcit.

De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum & non videbitis me, &c. Quoniam Dominus hic de morte ſua, quæ magnæ triſtitiæ cauſa ſuis futura erat, & cui læta reſurrectio eius ſucceſſit, loquitur: ideo hinc occaſionem ſumit ad amplificandam huius rei materiam, & ad agendum de futuro ſuorum diſcipulorum ſucceſſu, deque inani mundi voluptate, ac de vero æternorum bonorum gaudio. Et ſic inquit, *Amen, Amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos vero contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.* Ecce differentia, quæ inter ſortem iuſtorum, & vicem peccatorum
28 verſatur: poſt breue namque iuſtorum triſtitiam æternum gaudium conſequitur: caducam vero & momentaneam malorum lætitiam æterna ſupplicia, & immenſa triſtitia manent. Omnes denique iuſtorum labores, quos in hac vita patiuntur breuiſsimi ſunt. Atque ita Dominus teſte Prophetа Iſaia inquit: *Iſai. 54.* Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meā parūper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redēptor tuus Dominus. Aduertite, obſecro, diligēter, quibus verbis Dominus breuitatem laborum, quos iuſti perferunt, hic oſtendit dicens: Ad punctum, in modico, & in momento. Miſericordiam vero, qua illos remuneraturus eſt, ſempi-

ternam

ternam appellat. Et idem propheta hoc ipsum amplificat his 19
Isai. 26. verbis: Vade populus meus in cubicula tua, claude ostia tua super te: abscondere modicū ad momentū donec pertrāseat indignatio. Non solum inquit, modicū, sed addidit, ad momentum. Et non ait, donec transeat, sed, donec pertranseat indignatio, vt
Ioan. 16. maiorem breuitatem innueret. D. Ioannes totam Apostolorum vitam calamitatibus circumseptam horam vocat, dicens: Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequiū prestare Deo. Denique crebrò in sancta scriptura tribulationes, tor
Psal. 109. rens, qui citò transit, vocantur: vt est illud Psalmi: De torrente
Iere. 47. in via bibit, & illud Prophetæ Ieremiæ: Ecce aquæ ascendent
2. Corin. 4. ab aquilone, & erunt quasi torrens inundans. Et D. Paulus, Id, inquit, quod in præsenti est, momentaneum & leue tribulatio 20
nis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pōdus operatur in nobis. Licet enim iustorum vita annos mille perduraret, & in ea ipsi grauissimos labores perferrent, id omne momentum dici posset, si cum gloriæ æternitate compararetur: cū tamen omnium vita breuissima sit: in qua Deus infinita sua misericordia commotus plærumque disponit, ne labores amplius nos affligant, nisi quòusque orationē & humilitatem nostram aspiciat: vt apertissime liquet in S. Dauid. Cui cum Do
2. Reg. 24. minus diceret, missurum se per tres dies regno eius pestem, sic ait sacra pagina: Immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus constitutum. Tempus vero hoc constitutum dicitur tempus sacrificij vespertini fuisse, & vsque illam horam, & non amplius pestis grassata est. Non enim pijssimus Dominus aliud, quam vt humiliarentur, & sic ab eo poscerent, ex- 21
pectabat. Sed quæro à te, ò fidelissime tuorum amice Christe Iesu, quare negotium hoc ita dispositi, vt maioribus tuis necessarijs dicas: Plorabitis, & flebitis vos? Ad hoc respondeo, Do-
Simile. minum cum ecclesia sua, sicut citharœdum cum cithara se gerere, qui artis peritiam, & musicæ artificium plus in prima quam in alijs fidibus ostendit, *Yen ella haze mil redobles*: Quintam namque aut sextam chordam ipsius lyræ rarò digitis pertangit. Sic Deus tanquam peritissimus musicus illum, qui in sua ecclesia amore, charitate, & aliarum virtutum genere primas tenet pluribus laboribus & afflictionibus pulsat, imperfectos verò ratissime. Vt fiat suauissima melodia & concētus, nullaque sit vocū

disso-

22 diſſonantia, neminem vult eſſe: qui non aliquid patiatur: ſed nō
omnes vno modo, perfectiores, ſcilicet, plus, imperfectos verò
minus, nè impatienter deſperent. Atq; hoc D. Paulus inſinuat 1. Cor. 10.
cū ait: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod
poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſ-
ſitis ſuſtinere. Qui autem prouentus, ſeu vtilitas hæc ſit, manife-
ſtè ex eo apparet, quod in ſapientia ſcriptum eſt: vbi ſic dici- Sapien. 3.
tur: In paucis vexati in multis bene diſponentur. Quoniā Deus
tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe, tanquam aurum in for-
nace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos &
in tempore erit reſpectus illorum. Vbi Deum, patientiam in la
boribus tanquam holocauſtum, acceptare, (quod melius ac ma
ius inter veteris legis oblata ſacrificium erat) apertiſsime con-
23 ſtat. Hoc autem ſacrificium (inquit) tempore ſuo, id eſt, oppor-
tuno, non ſolum in cœlo, ſed etiam interris Deus ſepiſsime per
ſoluit: ſicut patientia ſancti Ioſeph, & Regis Dauid illis tanquā
gradus fuerunt, quibus in magnos honores tēporales, & in æter-
nam quietem, quo nunc fruuntur, aſcenderunt. Maximè notan-
dum eſt Chriſtum Redemptorem noſtrum poſt triſtitiam gau-
dium iuſtis futurum eſſe, non ſolum hic promittere, ſed etiam
eandē triſtitiā illis in gaudiū verſurum ſe eſſe, polliceri. Qua-
liter autem poſsibile eſt triſtitiā in gaudium verti? Vult Domi-
nus dicere eandem triſtitiam eis gaudij & voluptatis materiam
futuram eſſe: quemadmodum ſtrenuo equiti, qui de hoſtibus
victoriam reportauit, cicatrices voluptatis materia eſſe ſolent.
Numos, quos filij Iacob in AEgypto Regi pro frumento tri- Gen. 44.
24 buerunt, poſteà dum reuerterentur ſimul cum frumento in ſac- Simile.
culis inuenerunt: itaq; & triticum & numi apud ipſos remanſe-
runt. Ita labores ipſi, quos ſancti pro gloria pertulerunt, eis pe-
culiaris gaudij erunt incitamento? Atque hoc videtur Regius
Propheta ſignificare cum ait: Labores manuum tuarum quia
manducabis, beatus es & bene tibi erit. Quis vnquam vidit ali- Pſal. 127.
quem, qui labores ederet? Non labores, ſed id quod illis acqui-
ritur manducatur. Inquit autem S. Dauid, iuſtum labores
edere, quoniam ipſimet in gaudium conuertentur. Nam, vt in-
quit ſacra noſtri euangelij lectio, Mulier cum parit, &c. Si lætī-
tia filij editi in lucem, eximij doloris partus obliuionis cauſa eſt, Simile.
quanto magis æternæ gloriæ voluptas præteritorū laborū obli

uisti facies, & immensi gaudij erit principium? Deū igitur, Frā- 25
tres mei, continuis laudibus efferte cū vos laboribus & afflictio
nibus affecerit: animoq; euoluite, si patienter hic eos perfertis
Iere. 12. vos ab æternis futuri mūdi tormentis esse liberandos. S. Iere-
mias Deū deprecari solitus erat, vt à laboribus, quos ei inimici
inferebant, eriperet. Dominus vero, sic respondit: Si cū pedi-
tibus curreris laborasti, quomodo poteris contendere cum equis?
Idest, si cū peditibus, & gregarijs, atq; debilibus dimicādo defes-
sus es, quomodo cū fortissimis equitibus cōtēdere poteris? Vo-
luitq; his verbis insinuare, labores perferri, vt mēs à vitijs purge
tur, valde necessariū esse. Purgat autē, siue in hac vita, siue in pur
gatorio. Si verò vtriq; labores cōparētur, huius, scilicet, vitæ &
purgatorij, hi profectò cōparatione illorū facillimi apparebūt. At
sicū ita parui sint, tātopere torquere solēt, quid, obsecro, purga- 26
torij labores efficiēt? Quocirca æquo animo paruos hui⁹ vitæ la
bores, siquidē propter illos ab eximijs futuræ liberaris, pati cōtē-
de. Inter iustorū, & improborum sortem hoc discrimen versa-
tur, quod illi hic labores perferūt, vt postea æternis præmijs mu
nerentur: hi vero momentanea lætitia & voluptate in hoc mun-
do perfruuntur, vt postea continuis supplicijs torqueātur. Dua
rū harū sortiū quotannis in arboribus, atq; in herbis effigies no-
Simile. bis à natura depingitur. Hyberno nanque tempore arbores sic-
cas sine folijs, sine fructu, & sua pulchritudine priuatas, fœnum
verò & omnē herbam tunc viridem & perpulchram videmus:
æstate autem appropinquante arbores folijs viridibus, suauissi-
mis floribus, & pulcherrimis fructibus vestiuntur, fœnū ipsum
atque omnis herba tam arida & sicca manet vt in ignē cōburen- 27
da mittatur. Sic in huius vitæ hyeme iusti debiles, & præ absti-
tia macilēti, laboribusq; afflicti atque oppressi sunt. Quibus D.
Paulus ait: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum
Coloss. 3. Christo. At huius mundi hyeme trāsacta, vt inquit D. Matthęus
Matth. 13. fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum: peccatores ve-
rò, qui in hoc sæculo tanquam fœnum, virides, pulchri, & læta-
bundi sunt, in alio siccitate arescent, & aridi, atque omnis conso
lationis expertes in crudelissimas inferni flammas mittentur.
Quamobrē loquens de peccatore. S. Mathathias, Gloria, inquit
1. Mac. 2. eius stercus & vermis. Hodie extollitur & cras non inuenie-
tur, quia cōuersus est in terrā suā & cogitatio eius periit. Omnia

pec-

28 pecatoris in immūditiā, ſtercus, fœtorē, & vermes tendūt: hùc purpureæ veſtes delicati cibi, atque, diuitiæ malorū perueniūt. Vnde rectè ſapiens Salomon inquit: Diues, & pauper obuiauerūt ſibi, vtriuſq; operator eſt Dominus. Ideſt, alteri in hac vita temporalium bonorum abundantiam, & alteri laborum multitudinē tribuit. Sed obuiauerunt ſibi, ſcilicet, in morte: nam iuſtus ex illis laboribus in æternam requiē, impius verò ex caduca voluptate in continuos labores tranſit. Ita miſero Epuloni diuiti, ac ſancto Lazaro cōtigit. Illū nāque vt affirmat S. Lucas, ſic ſanctus Abrahā alloquutus eſt: Recordare fili, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autē hic conſolatur, tu verò cruciaris. Maximè admirandum eſt nobis, ſanctū Patriarcham aliam damnationis diuitis, & gloriæ ſancti Lazari
29 cauſam nullam aliam attuliſſe, niſi helluonis abundantiam, & ſancti pauperis inopiam. Quod quidem S. Baſilius & D. Gregorius ſuper hunc locum eleganter adnotarunt dicentes, Patriarcham Abraham in hoc voluiſſe ſignificare, voluptatem illam, illecebras, & temporalium bonorum abundatiam, veluti fontē fuiſſe: vnde miſerrimo diuiti omnia malorum genera promanarunt, labores verò & paupertatem, atque famē ſancti pauperis tanquam abundatiſsimum principium, ex quo ei bona cuncta fluxerunt. Quę omnia euenerunt, vt vos huius mundi diuites in magno periculo eſſe conſideretis, vos vero pauperes & tribulationibus obnoxij contēplemini maximā occaſionem habere ad promerendum diuinam gratiam, qua conſequemini gloriam, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

Prouer. 22.

Luc. 16.

In eadem Dominica III.

Poſt Paſcha

CONCIO TERTIA

Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicū & videbitis me, quia vado ad patrem. Ioan. 16.

Oſea. 7.

SAnctus Oſeas Propheta de Rege Ieroboam verba faciens inquit: Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor. Vbi ſeptuaginta interpretes verterunt: Ephraim quaſi columba inſipiens & amens, & ſic

legit Theophylactus, non habens cor, ideſt intelligentiam. Vo- 2
cat autem Regem illum Ephraim, quoniam ex tribu Ephraim originem trahebat, qui non aquilæ, non accipitri, vel cuilibet aui comparatur, ſed columbæ amenti & ſtultæ. Nam reliquæ aues pullos ſuos, etiam cum vitæ diſcrimine tueri ſolent. Cum enim colubrum, aut aliud quoduis animal ad nidos ſuos appropinquare vident, roſtro & vnguibus ea expellere, pro viribus conantur: cum verò pullis ſuis priuantur, dolorem voce querula teſtantur. Sola columba ablatos pullos non dolet, neq; quærit imò in eodem loco nidificat. Ita Ieroboam tanquã amens, ſtultus, & intelligentiam non habens euerſionem populi ſui minime doluit. His verbis Spiritus ſanctus voluit innuere, illum, qui ſpiritualia damna non ſentit, quique poſtquam lethaliter pecca 3
uit, & Deum propter culpam commiſſam amiſiſſe credit, tanta lætitia perfunditur, ac ſi nihil triſte ei vnquam eueniſſet, ſtultũ, amentem & rationis eſſe expertem. Huius conditionis erant il
Oſee. 9. li, quibus idem Propheta ait: Noli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo. Ac ſi diceret: Qualiter fieri poteſt, vt tu fide, quam habes, munitus, idque quod credis credens, ſicut gentes quæ ob commiſſa peccata, quia peccata eſſe non exiſtimant, lætantur, gaudio afficiaris? At iuſti non ſolum ſcelera, quæ patrarunt, & ſuarum mentium damna, ſed proximorum iniquitates, atque incommoda ſpiritualia flere & lacrymari aſſueſcunt. Atq; ita meo iudicio, verba illa Domini, ſcilicet, Plorabitis & flebitis vos, non tantum de calamitatibus corporalibus, quas paſſuri erant, ſed de triſtitia, quã pro
2. Corin. 2. hominum peccatis, & ſpiritualibus damnis, Apoſtoli accepturi 4
erant, intelligenda eſſe cenſeo. Hoc idem ex D. Paulo colligitur, qui aliquos vrbis Corinthiorum incolas peccaſſe intelligẽs vehementer eorum ſcelera lugebat dicens: Ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas, vt ſciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis. Non ſolum iuſti Deũ propter aliquod facinus amiſiſſe, lacrymantur, ſed etiam abſentiam Dei à ſuis cordibus, ipſos ſpiritualibus gaudijs & conſolationibus priuantis flebiliter lamentãtur: pertimeſcunt enim nè ob ſua demerita illis hoc contingat. Ideò verba hæc, quæ Dominus diſcipulis inquit, ſcilicet: Modicum & iam non videbitis me, ijs, de quibus agimus, applicari poſſunt. Nam

morulæ

5 morulæ istæ Domini quam breuissimæ esse solent, maxime cũ
suos defectus corrigunt, ipsumque Deum spiritus feruore dili-
gẽtissime quærunt. Notandum tãdem est, vbi nos legimus: Mo
dicum & non videbitis me, aliam translationem habere: Modi-
cum & iam non videtis me: & sic est in contextu Græco. Idest,
Haʒed cuenta que ya no me veys. In hoc docemur, nos cum aliquã
calamitatem, vel laborem perhorre scimus, iam in illis esse de-
bere, animo concipere multos patientiæ actus faciendo, ne cum
nos inuaserint, imparati simus, sed eos lubentissime patiamur.
Nescimus quid loquitur. Amor & beneuolentia, qua sacri disci-
puli cœlestem magistrum prosequebantur, eos obcæcabat, nè
clarissima hæc intelligerent. Inter ea, quæ nobis magis impe-
diunt cognitionem earum rerum, quæ maxime conducunt, hoc
6 vnum præcipuum est, scilicet, passio & inordinata affectio.
Hæc enim est, sicut Dalila Sansonis vxor, quæ cum Philistęis
vnanimis effecta non cessauit quo vsque virum suum inimico-
rum manibus fraudulenter prodidit, qui, vt sacra pagina do- *Iudi. 16.*
cet, eum multis contumelijs ac dedecore affecerunt. Sic dæmo
nes affectionibus nostris, quibus tenebras nobis offundunt, nos-
que millies Deum offendere faciunt, tãquam instrumento vtũ-
tur. Quanuis autem numorum amor, & cupiditas potens sit, vt
quemadmodum homini melle delibuta omnia, quibus accedit,
inuiscantur, idest, *Todo se le pega*, Sic volũtati delibutæ desiderijs *Simile.*
acquirendi opes multas omnia adhęrent & coniunguntur, ei nã
que mendacium, fraus, dolus, atque alia id genus scelera com-
miscentur. Sed multò sanè potentior, & efficacior carnis libidi- *Psalm. 57.*
7 nosus amor est. Dequo Regius Prophetas sic ait: Supercecidit ig
nis & non viderunt solem. Hoc est: Effrænata carnis libido ita
homines obtenebrat, vt sole clariora non videant. Nam si nimia
affectio corporalis præsentiæ Christi Redemptoris nostri adeò
sacros discipulos obcæcabat, vt illa, quæ ab eo clare dicebantur, non intelligerent, quantò magis turpi creaturarum amore
mens occupata cæcutiet, caligabit, & tenebrescet. Igitur, fra-
tres mei, qui ex vobis cæco hoc amore capti estis omnibus mo
dis, nè funditus euertamini, ab eo vos expedire cõtendite: si quã
verò difficultatẽ, & cordis tristitiã ob hoc in vobis esse cogno-
ueritis, id omne misericordi Deo summisse offerte. At inter
remedia, quibus ad euellendam tantam pestem ex cordibus ve-

stris vti debetis, hoc vnũ potissimũ est vt scilicet, posita, quã di- 8
ligitis, ante mẽtis vestræ oculos persona, animo cõcipiatis, vos
eam corruptã, fœtidam, denigratã coloribus, plenamq; vermi-
bus, sicut aliquãdo mortua canũ cadauera in sterquilinijs aspe-
xistis, oculis contẽplari. Sed fortasse mihi aliquis vestrũ obijciet
dicetque: Pater ea omnia, quæ modo docuisti, adv nguẽ sæpissi-
mè seruo, nihil tamẽ cõmodi, & vtilitatis inde percipio. Cha
rissime frater si diligentia hæc adhibita, factaq; consideratio
nihil profuerit, Deũ, qui benignus est, his aut similibus verbis
mente deprecare. O infinitæ bonitatis & excellentiæ immense
Deus, si pulchra creaturæ tuæ facies tantũ valet, tãque efficaci-
ter in intimis cordis mei visceribus imprimitur, vt illud mille
gyris volubile reddat, idest, Le *haze dar milbueleos*, Quid erit, si te 9
o angelorum gloria videro? si immensam pulchritudinẽ tuam,
quam cœlestes spiritus indefesse contemplantur, aspexero? Ex
tirpa igitur Domine cor meũ á caducis, & vilibus huius mundi
affectionibus, vt illis omnibus expeditus te ipsum admirer, &
in tui sim cõtinua cõtẽplatione. Hæc & alia similia poteris, cha-
rissime frater, sæpenumero repetere: ex quibus magnũ spiritua-
le cõmodum reportabis, atque Deo duce longè dilatantia, & dif
similia in anima tua desideria orientur. Fuerunt enim aliqui, qui
hac sola consideratione plorantes longissimũ temporis spatium
Deũ videndi cupiditate inflammati consumpserunt. Quãdo S.
Exod. 32. Moyses cũ Domino loquutus est ei dixit: Ostende mihi faciem
tuã. Vbi alia translatio habet: Ostende mihi viã tuam: & sic est
in Syriaca. Chaldaica verò habet: Ostende mihi viam veritatis 10
tuæ. Et in cõtextu Græco legitur, ostende mihi te ipsum manife
ste: quẽ etiã Rabanus sequitur. Quibus omnibus mysteriose sig-
nificatur, mens, quando desiderijs videndi Deũ incenditur, sta-
tim ingenti studio à veritatis via non aberrandi inflammari: &
quo magis desideria Deũ vidẽdi augentur eò magis ipsa etiam
ei seruiendi voluntas crescit.

De hoc quæritis inter vos, &c, Vsq; *plorabitis & flebitis vos*. Oẽs, q
in aliquo collegio cohabitant, eisdem insignibus induuntur, qui
vero in diuersis, diuersis vestiũtur. Alij enim fascia, idest, beca,
Simile. viridi, alij purpurea, alij cærulea, alij nigra vtũtur: sicut etiã om-
nes eiusdẽ ordinis monachi eodem vestimento operiuntur. Sic
mundani & scelerati homines, qui ex collegio Sathanæ sunt, ac
iusti

1 Iusti sanctique viri, qui ex collegio Iesu Christi sunt, varijs insig
nibus conteguntur. Illi enim lætitia & temporali gaudio in hac
vita tantum insigniti sunt, hi vero lacrymis, persecutionibus, ac
laboribus in hoc mundo, & postea diuinis præmijs ornãtur. Nã
quemadmodum impius Saul nõ solũ sanctum Dauid persequu-
tus est, sed etiam omnes, qui ei fauere videbantur, odio habuit,
eadem enim hasta, vt diuinæ literæ testantur, qua sanctum Da- 1. Reg. 20.
uid voluit transfigere, ea ipsa Ionatham filium suum crudeliter
voluit transuerberare: idem filiam suam Micol quæ Dauid ve
rum suum à morte eripuit, statuam pro eo in lectulo collocans,
grauiter reprehendit: Sacerdotem denique Achimelec eiusque 1. Reg. 19.
socios, quoniam Regi Dauid panem tribuerunt, occidi impera- 1. Reg. 22.
2 uit: sic mundus, & eius sequaces Christum Redemptorem nos-
strum non solum oderunt, & cruci affixerũt, sed etiam eius ami
cos & sectatores modò persequuntur, & crucifigunt. Quò circa, amantissimi fratres, qui laboribus nunc oppressi estis, corda sursum leuate, & quod hic summa veritas ait, Tristitia vestra conuertetur in gaudium, hilari ac diligenti animo attendite. Artis peritus faber ferrarius iuxta fornacem, gelidam aquam habere conatur: nam nec absque igne durum ferrum posset mollificari, nec sine aqua posset temperari. Vtrumque ergò, & ignis, & aqua, necessarium est. Sic homo virtutis studiosus, est velut vas: qui vt fabre & artificiose fiat perfectus, ab ipso summo rerũ omnium artifice in tribulationũ fornace collocatur, ac iuxta eũ refrigerij & consolationis aqua dulcissima, vt ipse patiẽ Simile.
tia tẽperetur ab eodẽ summo artifice, reponitur. Ideò ait D. Pau 2. Cor. 1.
3 lus: Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi pater
misericordiarũ, & Deus totius cõsolationis, qui cõsolatur nos in
omni tribulatiõe nostra. Nõ, inquit in vna tãtũ vel in alia, sed in
omni tribulatione, atq; eo modo solatia nobis præbet, & ab om
ni tristitia liberi manemus, ait S. Apostolus, vt possimus & ipsi
cõsolari eos qui in omni pressura sunt. Aqua vero refrigerij, qua
labores iustorũ hic minuit, est dicere eos nõ diu esse duraturos,
tristitiãq; eorũ in iucunditatẽ esse reuersurã. Propter quod, D.
Petrus Apostolorum princeps in quadam epistola sic ait: Deus 1. Pet. 5.
autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam
in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit,
solidabitque. Quis ergo in maioribus huius mundi tribulatio-

nibus maxima cõsolatione nõ sustentabitur anima duertẽs pro- 14
Similc. pter eas æterna præmia se esse cõsecuturũ? Si in carcere propter magnã numorum copiã, quam debebas, inclusus esses, ac pro certo haberes, si eã nõ persolueres, furcæ laqueo te esse suspendẽ dũ: cũque esses in vinculis vir quidam misericordia commotus marsupiũ numis aureis plenum in carcerẽ proijciens tuum caput illo percuteret, certe tũc dolore afficereris, postea verò quã intelligeres, te posse numis illis debitũ persoluere, & à morte eripi, dolor ille profectò tibi in gaudium & voluptatẽ verteretur, multasque, pecuniam eroganti benedictiones precareris. Omnes ob multa peccata quotidie commissa, quibus in gehẽnæ furcã, dũ actualiter in eis sumus, à diuina iustitia dãnamur, immenso Deo debitores sumus. Sed, quanuis propter pœnitentiã æternailla pœna nobis cõdonetur, plærunq; tamen quia cõtritio nostra tam perfecta & intensa, vt oportebat, nõ est, nobis in tẽporalem pœnã, vt in hoc mundo, siue in purgatorio persoluamus, æternailla pœna cõmutatur? Cum autẽ nobis tribulationes eueniũt, *Vengan de donde vinieren*, In animũ nostrũ inducere debemus, illas marsupiũ auro plenũ esse, quibus licet caput nostrũ infringatur, si tamẽ eas patienter perferimus, quod debebamus persoluimus, & immunes à nostris debitis reddimur. Quapropter rectè dicebat S. Tobias: Benedictũ est nomẽ tuũ Deus patrũ nostrorũ, qui cùm iratus fueris, misericordiã facies, & in tẽpore tribulationis peccata dimittis ijs, qui inuocant te. Hinc ob 15
Tobiæ. 3.
Psal. 26. scura nimis verba Regis Dauid plene intelligetis, quę sic habẽt: Exquisiuit te facies mea, faciẽ tuã dñe requirã. Vbi aperte innuitur Deus faciẽ & contra faciem Hispane, *Hazyenos*, habere. 16
Idẽ etiã mens nostra habet. Facies animæ volũtas est diuina gratia & virtute adornata. Emisti pretiosum palliũ eo animo, vt pulchritudo eius paschalibus festiuitatibus solum modo videretur: at vero cũ assidue & quotidie eo vsus fueris tã breuiter attritũ est & consenuit, vt quæ sit facies, aut cõtra facies penitus ignores. Sic mẽs tua in Paschæ festiuitate per pœnitẽtiam, quã egeras instar recẽtis pallij præclara virtute pulcherrima erat: sed cũ
Simile. cã diu noctuq; in scelera & peccata immerseris ipsam eo modo contriuisti, seu quod potius dicã, neglexisti, vt faciẽ & cõtrafaciem eius funditus nescias: adeò euersa corrupta & perdita remã sit. Cũ autẽ S. Prophetainquit: Exquisiuit te facies mea, in sinuat

volun

17 voluntatem desiderijs & affectionibus sanctis illustratam Deū inquirere.

Notandū tamen est verbū hoc, exquirere, significare, quærē do inuenire, & cū ait: Exquisiuit te facies mea, vult dicere, Domine quæsiui te & inueni, cū verò addit, faciem tuam Domine requirā, designat se eum per contrafaciem inuenisse. Est enim Deus sicut sericum gausapinum vulgo, *Terciopelo*, cuius altera *simile.* parsaspera, & alter alenis, villosa, & suauis est. Sic pars aspera Dei vulgo, *Enues de Dios*, Est operatio ipsa virtutū, quibus sancti viri, castitatem, humilitatē, spiritus pauperiem, tolerantiam in laboribus, assiduitatē in ieiunijs, & orationibus, quæ omnia aspera videntur, seruando perficiūtur. Et quanuis inclytus Rex Deum exquisierat, & inuenerat, eū tamen per asperam partem,
18 quemadmodum pij viri in hoc mūdo reperire solent, adinuenit. Ideo ait: Faciē tuam Domine requiram. Ac si dicat: Siquidem Domine te mihi per contrafaciē ostendisti, te oro atque obsecro, vt per faciē suauissimā mihi te quærenti permittas videri. Facies Domini est gloria ipsa gaudijs & voluptatibus plenissima: vbi nihil aduersum, nihil que molestē ferendū, sed omnia sunt gaudium & voluptas. Et Deniq; cū suis sacris discipulis & in illis omnibus iustis Dominus inquit, *Mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra conuerteretur in gaudium*, Perinde est ac si diceret: Vnum hoc pro cōperto habete vos prius me per asperam partem, hoc est, per duros & continuos labores reperturos esse, posteà verò per suauem consolationisque repletā partē inuenturos: mundani autē, ac perditi, qui in hac vita om
19 ni voluptatū genere perfruuntur, postea in alia continuo plora turos se esse, certò sciant. O vtinam hæc omnia nobis ante oculos assidue obuersarentur: profectò in cordibus nostris cœlitus ac diuinitus operarentur. Omnis cōsummationis vidi finē, latū *Psal.* 118. mandatum tuū nimis, protulit S. ac Regius Propheta. Ratio, ob quā vita sancta, iustaque viuendi ratio nobis aspera, angusta, & insipida videtur, est, quia gloriā, quā consequuturi sumus, & vitam ex qua nobis omnino cedendum est ac iudicium & tormēta, quæ impios manent, non contemplamur. Nam si hæc paulò altius animo euolueremus, omnia nobis facillima atq; amplissima apparerēt. Ideò S. Dauid ait: Latū mādatū tuū nimis: hoc est lex tua lata, suauis, & facillima mihi est, quoniā omniū sinibiliū

vidi, ideſt, cõtemplatus ſum finem. O impie ſcelerator, ſi hæc 20
accurate attẽderes, maximè ſi ex omnibus finibilibus humanâ
vitâ celerius finẽ habiturã eſſe anima duerteres, nõ tibi tã aſpe-
Simile. ra & anguſta pij ſimi Dei lex ſancta videretur. Si parieti domus
alicuius clauis affixa papyrus ampla eſt, in qua totus mũdus de
pictus exiſtit, ibi Galliã, Hiſpaniam, Luſitaniam, Italiam atque
aliaregna, prouincias, vrbes, maria, & regiones aſpicies, tandẽ
imaginẽ totius mũdi ibi intueberis: ſed porro ea omnia papyrus
& atramentũ ſunt: in quæ ſi gutta aquæ ſtillat, ſtatim papyrus ip
ſa rũpitur, atramentũ verò diluitur & facillime deletur. Cor ho
minis vanis deſiderijs, & cupiditatibus affectũ, eſt quædã papy-
rus depicta, & quędã, vt aiunt, mappa mũdi, in qua quãplurima
ventorũ caſtella, ac turres, ideſt, ingẽtia deſideria, vrbes, prouin
cias, ac totius mũdi regna poſsidendi depicta ſunt. Verũ hæc tã 21
dẽ papyrus & atramẽtum ſunt, hoc eſt, vana, caduca, & tranſito
ria, in quæ ſi gutta aquę incidit, ſi febris aut ægritudo, vel caſus
aliquis eueniat diſrũpitur papyrus, ac deniq; morte fundit⁹ euer
Pſal. 72. titur. O chariſsimi fratres, quo iure Propheta Dauid illud pſalle
re potuit: ſcilicet: Domine in ciuitate tua imaginẽ eorum ad nihi
lum rediges. Ac ſi diceret: Domine ex cœleſti ciuitate tua in
qua es imagines, quas impij in cordibus ſuis delineant in terris, ad
nihilum rediges, oſtẽdeſq; alijs hominibus ea omnia nõ ſolida
& ſtabilia, ſed corruptibilem ac vanam eſſe imaginem, quæ in
momento peribit, & in æterna ſupplicia deueniet.

Cum auarus ille diues à Patriarcha Abraham guttam aquæ
Luc. 61. petebat, cũ eſſet in tormẽtis, ait S. Euangeliſta Lucas: Reſpõdit
ei Abraham: Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & 22
Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic cõſolatur, tu verò cru-
ciaris. Vbi bona diuitis epulonis, & mala ſanctiſsimi Lazari fi-
nem habuiſſe, apertiſsimè conſtat. Omnia ſimul cum vita quæ
licet diuturna eſſet breuiſsima tamẽ iudicanda, perierunt. Nũc
autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. At menſura huius, nunc
qualis eſt? Quali, obſecro menſura diuitis tormenta & ſanctiſsi-
mi Lazari gaudia, conſolationeſque nunc propriè metiemur? Ea
relictis omnibus æterni & immenſi Dei vita metiamur. O ni-
mis infælix ac miſerrime diues, tua bona menſura vitæ, quæ tã
dem metam habuit, fuerunt metita: tormentorum verò, quibus
nunc magnoperè cruciaris menſura, ipſius Dei incomprehen-

ſibilis

23 sibilis vita æterna est. Igitur dilectissimi fratres, si corda vestra adeò dura & indomita esse intelligitis, vt à dulcissimi Iesu Christi sermone, & suauitate non emolliantur, & quidquid vestris auribus inculcatur, est, vt aiunt, gelidum ferrum percutere, saltim Gehennæ ignibus, nè perenniter ab illis comburamini, calorem concipite. Vos vero iusti in medio lacrymarum vestrarum consolamini: nam summa veritas suis nunc amicis ait: Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrũ, & gaudiũ vestrũ nemo tollet à vobis. Notanter inquit, gaudebit cor vestrum: sola enim diuina cõsolatio intima cordis iustorum, idest, interiora mentis pertingit. Addit etiam: gaudium hoc nemo tollet à vobis. O beatissimam vitam, ò statum fæliciſsimũ, ò securissimam beatitudinẽ, ò æternam voluptatem, & gaudium immensum. Quando Domine fę
24 liciſsima erit hora illa, qua mens mea dulcia verba: Intra in gaudiũ Dñi tui audiet? Gaudiũ huius mundi leuissimis quibusque rebus perit: quoniam sicut corporalia, quę ex diuersis rebus sunt composita, perpetua esse non possunt, quia in se ipsis suæ corruptionis causam, scilicet, contrariorũ diuersitatẽ habent: ita huius mundi gaudia, quia multis calamitatibus commiscẽtur, ac secũ causam sui finis afferunt, diu permanere non possunt. Quod quidẽ sapientissimus Salomon affirmat dicens: Risus dolore miscebitur. Est enim gaudiũ, velut ignis, qui si stupæ applicetur, statim extinguitur, & cõsumitur: si verò rebus duris & materiæ densæ, vt ferro atq; alijs huiusmodi coniungatur, plus durat, ac non tam facile extinguitur. Sic voluptas, quæ ex caducis huius vitæ rebus capitur, est tanquam ignis stupę applicatus. Ea enim,
25 quæ hic lętitiam afferre solent, vt sunt carnalia, epulæ, honores, dignitates, & vltiones, pereunt quam breuissime. Atque ita S. Iob gaudium hypocritæ ad instar puncti: at verò gaudiũ, quod ex rebus diuinis concipitur, sicuti illæ æternæ sunt, ita in cœlo in æternum per manebit. Ideo Dominus ait: *Gaudium vestrum ne* *motollet à vobis.*

Simile. *Prouer. 14.* *Similia.* *Iob. 20.*

Relinquamus ergo fratres vana huius miserrimæ vitæ gaudia, ploremusque, atque labores nunc patiamur, vt posteà hilares & ridentes perfruamur iugiter æterna gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMI-

DOMINICA IIII.

Post Pascha

CONCIO PRIMA.

Vado ad eum qui misit me. Ioan. 16.

Luce. 12.

CVm Christus Redẽptor noster, teste sancto Euãgelista Luca, de sacratissima morte sua ageret, inquit: Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor vsque dũ perficiatur. Quibus verbis vehementissimum pro hominibus moriendi desideriũ aperte nobis ostendit. Aduertite, quæso, attẽtissime verba ista: Quomodo coarctor vsque dũ perficiatur. Hoc est: Tanto desi- 2
derio moriendi pro vobis, *Y de bañarme en mi propria sangre*, Ardeo, & inflammor vt mihi ipsi prę nimia cupiditate huius mortis videar velle disrumpi, & euiscerari. Qua cupiditate inflammatus teterrimo Iudæ dixit: Quod facis, fac citius. Quod etiã significauit, cũ protulit: Desiderio desideraui, hoc pascha mandu care vobiscũ antequam patiar. Hæc est illa diuina sponsæ exaggeratio, quæ sic ait: Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die de sponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Diem mortis diuini sponsi diem lætitiæ cordis illius sponsa nuncupat: nõ enim nobilissimus aliquis adolescens, licet amore æstuaret, virginem quam diu ardenter adamauit, sponsam habere, tantum sitiuit, quantum dulcissimi Iesus sanctissimum pectus pro 3
filijs Adami vitam offerendi desiderio exardebat. Atque ita cùm ex proposito Regius Propheta in psalmo, qui incipit: Deus Deus meus respice in me, de crudelissima morte, & opprobrijs filij Dei ageret, Spiritus sanctus titulum illius psalmi pro susceptione matutina, ideſt, pro ijs, quæ tempore matutino Christus, pro nobis susscepit, apponi voluit. Sed ò diuine Spiritus, cũ Christus Redẽptor noster meridie cruci affixus fuerit & in cavsq; advesperã quãdo animã ęterno patri reddidit, steterit, quare dicis, pro susceptione matutina? O admirabile mysteriũ ò pfundũ sacramẽtũ. Quãuis Dñs vespertino tẽpore in cruce mortuꝰ est, tamẽ qa in instãti suæ cõceptionis ante lucem

Ioan. 13. Luce. 22.

Canti. 3.

Simile.

Psal. 20.

ad pa-

4 ad patiendum pro nobis surrexit,& tam multos labores libenter susceptit,ideò inquit:Pro susceptione matutina, vt insinuaret se instar surgentis ante lucem ad consequendum id,quod vehementer cupit, matutino tempore ad crudelissima toleranda tormenta surrexisse. Hinc deducitur singularis intellectus ad illa verba Canticorum,scilicet:Introduxit me Rex in cellam vinariam,ordinauit in me charitatem. Sed prius notandum est,an gelicum Doctorem D. Thomam pro comperto habere, idque probare,tum sanctorum patrum testimonijs,tum etiam rationibus tanto viro dignis,sacram scripturam sub vna litera plures posse comprehendere literales sensus. Ac circa hunc locum ità se res habet:cui inter alios hic communiter assignatur, scilicet, sponsam ab sponso fuisse edoctam,vt charitatem ordinaret. Al- *Cant.2.* *D. Thom. 1.p.q.1.articu.10.*

5 ter verò sensus literalis etiam est,videlicet: Introduxit me Dominus in intima cordis,ac viscerum suorum: & ordinauit in me charitatem, ideſt,omnis charitas sua atq; amor in me retulit, & direxit. O verba dulcissima,& omni suauitate referta: vbi tam lapideum cor inuenietur,quod illis nō emolliatur? Adeòne Deus hominem magnificauit,vt in ipsum cum sit vilis & abiectus vermis,sui diuini amoris torrentem dirigi & ordinari sacra pagina testetur? Atque hic amor adeò ipsum Deum ad moriendū pro hominibus inflammauit, vt eisdem verbis, quibus dæmonem, cum ab ipso petiuit latriç adorationem,à se expulit,eiusdē prorsus Apostolorum principem Diuum Petrum, quia ei,nè pateretur dicebat,vehementissime atque acerrime reprehendit. Nā *Matth.4.*

6 diabolo dixit: Vade Sathana. At verò B. Petrum,quoniam naturali quadam amoris propensione ipsi de morte sua agenti dixerat: Absit à te Domine non erit tibi hoc, grauiter increpando sic allocutus est: Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea,quæ Dei sunt,sed ea quæ hominum. *Mat.16.*

Hæc omnia,de quibus hactenus,ex sacra hodierna Euangelij lectione,quæ etiam pars est illius ineffabilis sermonis, quē sum mus mundi prædicator ad suos sacros discipulos post vltimam cœnam habuit,apertissime confirmantur. Vbi Christus Dominus de sacratissima morte sua agens sic ait:*trado ad eum, qui misit me*. Hoc verbo,vado,amorem,quo se morti obtulit,designauit, ac si diceret. Non vi ire cogor,sed sponte mea me ipsum morti trado. Cum munus aliquod accipimus, non tantum quod no- *Simile.*

bis donatur, quantum voluntatem, qua offertur, attendimus. 7
Quod si res, quantumuis minima, nobis oblata magni estimanda est, quia singularem offerentis præ se fert amorem, quanto magis res magna, ille vehementi amore offertur, magni facienda est? Quocirca si quidem immensi Dei filius pro nobis vitam suam, quæ omnium hominum vita pretiosior est, incredibili amore donauit, beneficium & simul amorem, quo illud in nos contulit, magni pendere & facere debemus. Fælix ille nimirum, qui hac in re eductem hunc diuinum imitari conatur: & nimium fælix ille qui vere potest dicere: Vado, hoc est, libenter morti me offero. Nam mortem perhorrescere depravatę conscientiæ signum est.

Simile. Si in carcerem ingrederis, multos ibi sine vinculis deambulãtes videbis, at si interrogas, an inde exire velint, id sibi iam diu 8
in animo esse respondebunt. Si vero interius progrederis, alios compedibus & catenis deuinctos in tetro & obscuro ergastulo inuenies, qui rogati, vtrum ex illo miserabili & infælici loco egredi velint, si, te nolle, responsum tibi præberent, nonnè eis diceres: Adeo hæc miserrima vita vobis tanto ferri põdere onerati placet? Illi vero, Minime, inquiunt, nobis placet, imo vehemẽter displicet, sed præ grauitate criminum nostrorũ nos mortis supplicio, si ab hoc tenebricoso carcere educimur, damnandos esse certo scimus. Inter iustos & scelerato hoc discrimẽ versatur, quod illi continuo ab infælici mundi carcere exire percupiunt & cum Rege Dauid semper dicunt: Quemadmodum de-
Psal. 41. siderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, 6
Deus. Sitiuit anima mea, &c. Cum enim viuã spem habeant, se 9
postquam è corporis ergastulis soluti fuerint, filiorum Dei libertatem esse cõsequuturos: perpetuò eam anhelantes desiderant. Impij verò, quanuis in culpæ ergastulo inclusi, scelerũ suorum multitudine ligati, & conscientiæ angoribus, atque amaritudinibus pleni sunt, miserrimam illam vitam relinquere nolunt, nam cum eam deseruerint, se in crudelissimam tormentorum inferni furcam ituros esse, timore maximo percu-
D. August. tiuntur. D. Augustinus commodissimũ huius rei nobis exemplum affert. Ait nanque probos & improbos cum morte, sicut duas vxores viros suos absentes multo tempore expectantes, se
Simile. habere. Quarum altera cum semper pudice & caste vixerit, &

quam

quandiu maritus abfuit, ſedula curã filios, qui ſibi remanſerãt, procreauit, omnibus vitæ ſuæ exemplar fuit, ac continuo afflicta & gemebunda lacrymata eſt, tota in viri ſui reditu deſiderio ſuſpenſa nullũ diem fæliciorem putat, quã quo redeuntẽ virum (ſiquidem aduentus eius meta & finis laborum ſuorum futurus eſt) domi ſuæ æmantiſsimè excipiat. At verò quæ adultera eſt, vt pote quæ pudore amiſſo thori fidem abſenti viro violauit, cũ de ipſius reditu cogitat, ingẽtes in pectore ſuo æſtus ſuſtinet: & cũ nauis virũ reddituram ad portum appellere nuntiatur, cura, ſolicitudine, ac metu angitur, quoniam vita ſe priuandam eſſe à coniuge ſuo pertimeſcit. Hac igitur imagine piorum & ſceleratorũ mentes vtcũque poteritis inſpicere. Illi morte, quoniam eos tetigerit, laborũ ſuorum præmium adepturos ſe eſſe ſperãt, lætitia perfunduntur inenarrabili: hi autem, quoniam propter nefaria ſcelera à ſe commiſſa pœnam crudeliſsimã perhorreſcunt, à morte abhorrent. Denique iuſtis nõ aliter mors gratiſſima, quã illi, qui poſt longũ & laborioſum iter in domum chariſsimi patris, ac matris, & fratrum ſuorum iucunde & hilarè recipitur: vel illi, qui poſt longam nauigationem, ſæuiſsimaſque ac procelloſas tẽpeſtates peroptatum ſecuriſsimũque portum tenet: vel agricolę, qui poſt diuturnos hyemis labores meſsis tẽpore vberrimos fructus percipit: vel militi, qui poſt crudeliſsimum ac periculoſiſsim im bellum tandem victoria reportata captaque præda ſpolia diuidit abundantiſsima. Multo igitur his omnibus iuſtus ac pius vir morte detentus maiorẽ capiet animo lætitiæ voluptatem. Quando propter aliquod peccatum alicui pœnitentia imponitur, vt magni ponderis ferri maſſam, vel grauẽ crucẽ die veneris ſancto in humeris omnes eccleſias per agrando portet, poſtquam pœnitentiam adimpleuit, qua animi lætitia & alacritate domum reuertitur? Profectò liberà tanto onere nõ poterit nõ magna affici iucũditate. Mẽs noſtra corpus hoc mille ferri maſsis grauius ſecũ affert, qa (vt in ſapiẽtia dicitur) corpus, quod corrũpitur, aggrauat animam: atque huius pœnitentiæ labore ob primi parentis peccatum (niſi enim peccatores eſſemus, corpus nos ſuo põdere grauaret) totũ vitæ curſum peragit. Siquidem autem huius pœnitentiæ explementũ eſt ipſa mors, qua à tam graui mole, & quæ menti noſtræ peccandi eſt maxima occaſio, liberamur: merito atque optimo

Similia.

Simile.

Sapient. 9.

iure

iure eam ingenti studio desiderare, & cum ad ipsam peruenimus 13
magnopere exultare debemus. Satis hoc electionis vas D. Pau-
Rom. 7. lus intelligebat, cum postquam dixit: Video aliam legem in mē
bris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantē me in le
ge peccati, ab intimo corde suspiria trahens addidit: Infælix ho
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ideſt, de hoc
mortali corpore. Hoc etiam confirmat Spiritus sanctus, dū ait:
Eccl. 1. Timenti Dominum bene erit, & in diebus consolationis illius
benedicetur. Diem consolationis iusti diem mortis eius appel-
lat. Quanuis enim aliqui malitia adducti eum, dum vixit, verbis
læserint, omnes tamen mortis die ipsum bene precantur, eiusq;
virtutum ac rectè factorum sunt præcones.

Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implenit cor vestrum. Ni- 14
mia tristitia quenquā animo cadere facit, qua nec manus ad ope
randum, nec lingua ad loquendum, quod oportet, sunt aptæ. Iis,
Amos. 8. quos tristitia occupat, illud Prophetæ Amos mystice euenire,
possumus dicere. Occidat inquit Propheta Sol meridie, & tene
brescere faciam terram in die luminis.

Simile. Si quis cùm ruri operam daret, videret solem, qui erat in me-
ridie, occidere, & diem ita obtenebrescere, vt stellæ clarissimæ
in cœlo apparerent, non ne obtupesceret, & præ admiratione
ita animum despondēret: vt vlterius ad laborandum progredi
non posset? Sic tristitia nimia homines pusillanimes, cum labor
aliquis eis aduenit, opprimit. Impleuerat tristitia cor Apostolo
rum, eò quod Dominus ille, propter quem ipsi omnia, quæ pos
sidebant, iā reliquerant, eos tantis laboribus oppressos deserere 15
volebat, vt id, quod paulò ante dixerat, scilicet: Venit hora, vt
omnis, qui interficit vos, arbitretur, obsequium se præstare Deo
iam adimpleri eis videretur. Existimabant namque se, dùm cū
illo essent, omnes labores facillime superaturos: si verò soli ma-
nerent & tantis calamitatibus immersi, hoc eis ingentis tristitiæ
causam esse futurā, qua turbati eū non interrogabāt, quò vadis?

Sed ego veritatem dico vobis. Ideſt. Quanuis intelligo, hæc vo-
bis tristitiam & mœrorem allatura esse, non ideò veritatem silē
tio prætereo. O cœlestem ac diuinam doctrinam, qua supernus
magister nos docet veritatem, licet sciamus eam odium esse pa-
tituram, semper fratribus nostris, cum opus fuerit, dicendā esse.

Mel

16 Mel quãuis dulce, cum tamen vulneribus adhibetur, dolorem facit: ita veritas licèt quid excellens & eximium sit, iniquos tamen sceleribus vulneratos vexat. O quam multis illud prophetæ Isaiæ exprobrare possumus, scilicet: Filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus, ideſt, prophetis: Nolite videre, loquimini nobis placentia. O miseri concionatores, qui absque spiritus feruore curam popularem captantes, & inanis gloriæ cupidi placentia humano gustui prædicant. Quãtum autem hoc nefas sit, ex eo patet, quoniam Deus ob illud grauissime conqueritur dicens: Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouissimis eius? Maximè notandum est, Deum hic stuporẽ
17 & mirabilia vocare prædicatores non reprehendentes, vt oportet, impios & sceleratos homines. Admiratione enim ac stupore dignum est, velle ipsos suis humeris tam graue onus sustinere cum Dominus per Prophetam Ezechielem dicat: Si dicẽte me ad impium: Morte morieris, non annuntiaueris ei, nec loquutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram: Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Quando iustitiæ minister aliquẽ in ius vocat, vt sub pœna centum nummorum aureorum coram prætore compareat, dies & hora notificationis imperij iudicis inscribitur, ne si reus non comparuerit, qui ipsum citauit, sit in
18 culpa. Munus prædicatoris est, omnes delinquentes in Deum, vt per pœnitentiam coram ipso compareant, conuenire: quòd si illo fungente munere suo peccatores se in meliorem frugem recipere noluerint, in damnationem culpæ & pœnæ vocabuntur. Cùm famula, aut ancilla per fenestram aquam mittit, si vocifferando prætereuntes moneat, vt auertantur, dicens: *Agua va*, Postea licèt aliquis madefiat, ipsa ab omni culpa immunis est. Sic concionatores proclamantes, atque dicentes: *La peccadores, Agua va infierno va, fuego va, muerte eterna va, mira ad vos mojeys, mira ad lo que os cumple*: Si nolueritis vosipsos corrigere & in melio rem viuendi modum recipere, vestra erit culpa & pœna, nos munere nostro fungimur, & de ijs vos admonendo culpæ exper

Simile.

Isai. 54.

Ierem. 5.

Ezech. 3.

Simile.

Simile.

tes esse iudicabimur. Deū igitur omnipotentem, vos, Domini prælati & concionatores, deprecamini, vt corda vestra charitatis numine dignetur implere, quo totius Rei publicę Christianę mala, perinde ac si vestra essent, doleatis: sicut S. Isaias faciebat. Apud quē vbi nos legimus: Elōgatū est iudiciū à vobis, & non apprehēdet vos iustitia, alia trāslatio habet: Elongatū est iudiciū à nobis, & nō apprehendet nos iustitia. Et sic est in paraphrasi Chaldaica, quā S. Hieronymus sequitur. Vbi populi iniquitates sanctus Propheta suas appellat. Nam qui scelera cōmunia, vt propria sentit, ea spiritus feruore, & efficaciter reprehendet: discrimē enim magnū versatur inter sermones hoc aut illo modo prolatos. Cùm aliquis de vulnere sibi illato litē exercere contēdit, patronū suū de rixa & cōtētione admonet, ipse verò propter cōmodū, quod ex lite se reportaturū expectat, rem coram iudice licet plenè lentè tamen & desidiosè narrat, *Como cosa q̄ le duele poco.* Iudex autem rem apertius volens intelligere, ipsum, qui percussus est, interrogat: qui omnia, vt euenerant, magna cū efficacia & animi sui dolore commemorat. Inter eū, qui propter lucrū humanū prædicat, & illū, qui charitate commotus concionatur, hoc interest, quod ille sicut proximorum mala non sentit sic tepide ac frigide loquitur. Sauciatus verò diuino amore & fratrum suorum zelo tāto feruore & animi cōtentione verba facit vt viscera ac vitam relinquere velle videatur. Igitur, charissimi fratres, à Deo summis precibus contendite, vt vos ab huiusmodi prædicatoribus doceri, & ab his prælatis gubernari cōcedat. Interim tamen vos admonitos esse volo, vt, quod omnibus prædicatur, vnusquisque sibi id prædicari existimet.

Isaiæ. 59. *Simile.* 20 21

Cum S. Moyses Hebræo populo persuadere vellet, vt immēso Deo & pijssimo Domino obtemperaret, eos sic allocutus est: Memētote, quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via, cū egrederemini de AEgypto. Vbi alia trāslatio simul & cōtextus Græcus, & paraphrasis Chaldaica sic habent: Memento quæ fecerit Dominus Deus tuus Mariæ. Vbi admonitio illa, qua omnes, vt Deo seruirēt, admonebātur, singulis & vnicuiq; eorū data esse, significatur: Inter corporalē cibū & spiritualē præter alia hoc vnū singulare discrimē est, scilicet, ex illo vnusquisq; id, q̄ melius in mensa apponitur, sumere semper curat, ex hoc verò sibi proximiori elargiri gaudet. Cūinter cōuiuas epulādo gallina

Deut. 24. *Simile.*

scindi-

22 ſcinditur, quod melius eſt, tibi apponi exoptas: cū verò cōciona
tor vitiū aliquod increpat, hoc, inquis, alijs & nō mihi dicitur,
cū tu ipſe de illo magis, quā quilibet alius carpi opus habeas. Hu
iuſmodi ergò hominibus id, quod Eliſeus Propheta duci cuidā
exprobrauit, dici poteſt, ſcilicet: Videbis oculis tuis, & inde nō 4. Reg. 7.
comedes. ¶ Ait vlterius Dominus. *Expedit vobis vt ego vadam, ſi*
enim nō abiero, Paracletus nō veniet ad vos: ſi autē abiero, mittā eū ad vos.
Proponit eis pijſsimus Saluator efficacē hanc rationē, qua eorū
nimia triſtitia leuaretur. O immēſa bonitas ac ſumma innocētia,
Chriſte Redēptor noſter. Tu nè peccatū mortale es, vt cū Spiri-
tu ſancto ſimul eſſe nō poſsis? Aut forſan cum eo rixatus es, vel
bellum aliquod geſsiſti, quia dicis: Niſi ego abiero, Paracletus
nō veniet ad vos? Minime profecto ita à pio viro & Chriſtiana
fide munito exiſtimandū eſt: quoniā ſacratiſsima Chriſti Re-
23 dēptoris noſtri anima Spiritus ſancti ineffabilibus donis conti-
nuò repleta fuit. Sed ſciendū eſt vobis, eū non ſolū Redempto-
rem, verū etiam humani generis Reparatorem fuiſſe: non ſolum
morte ſua ſanctiſsima nos voluit redimere, ſed etiam vita ſua, vt
viuere oportebat, nos docere dignatus eſt. Inter alia, quæ vniuer
ſum mundū ſceleribus infectū habent, hoc vnum eſt, quia, ſcili-
cet, nemo ad ſui ſtatus normam reduci & conformari contendit.
Faber nanque, & quicunq; infimus & abiectus homo inſtar opu
lentiſsimi mercatoris ſumptus facit: mercator, vt nobiliſsimus
comes: comes verò, vt potentiſsimus imperator: atq; his ſuper
fluis ſumptibus omnes profane viuūt, & ære alieno deuincti at-
que oppreſsi fere diſsipantur. Moabitas Deus huius criminis, te
24 ſte Propheta Iſaia, reos agit dicens: Audiuimus ſuperbiā Moab: *Iſai. 16.*
ſuperbus eſt valde, ſuperbia eius & arrogantia eius pluſquā for-
titudo eius. Et per S. Ieremiā eoſdē ſic accuſat: Quia plus fecit, *Ierem. 44.*
quā potuit, idcirco perierūt. Væ, væ, & millies væ tibi ò Hiſpa
nia. Si Deus tā ſeuere propter hoc ſcelus de gētibus ſupplicium
ſumpſit, quid de te, quæ doctrinæ lacte ſancti Euangelij edocta
tot quotidie huiuſmodi crimina cōmittis? Hoc Chriſtus Redē-
ptor noſter ſuo ſanctiſsimo exēplo in meliorē formā voluit redi
gere: nā vitā ſuā cū viuēdi ſtatu metit⁹ eſt. Cū enim hæc dicebat,
mortalis erat & paſsibilis, ac ſequēti die cruci inter duos latro-
nes erat affigēdus. Mittere verò Spiritū ſanctū ſupernū & diui-
nū opus erat, ad quod licet tūc poteſtatē haberet, tamen, vt ſe

mortali statui, quem tunc sustinebat, conformaret, noluit tan- 25
tum opus tamq; magnificum operari, quousque sanctissimum
eius corpus glorificaretur. Atque haec ratio nimis literalis est.
Ioan. 7. Ait enim D. Ioannes: Spiritus sanctus nondum erat datus, quia
Iesus nondum erat glorificatus. Altera verò & non contemnen
da ratio est, quoniam Christus Saluator noster tãquam Spiritus
sancti erat. Accedit in hanc vrbem regis metator, vulgo, *Apose-*
Simile. *tador*, domumq; egregiam principi occupandam insterni & pa
rari iubet: at dum domus possessor partem ipsius sibi & famili-
ae suae habitandam precibus contẽdat, metator non assentitur.
Cui rursus ille, qui domum habitat: Saltem, inquit, arcas istas in
angulo, obsecro, esse permitte. Cui ille: Nec hoc consentiam:
omnia foras mittẽda sunt, nec quid quam intus remanebit: quia
à tanto principe, totam domũ licet amplissimã occupari neces- 26
sarium est. Ita Christus Redemptor noster in sacrorum discipu
lorum cordibus Spiritum sanctum paracletum habitari volens
eos omnibus, quae carnem, & sanguinem sapiunt, priuare & spo
liare conatus est, quoniam tanto hospiti venturo totum integrũ
domicilium occupandũ erat. Amor, quo sacri discipuli sanctis-
simam Redemptoris nostri humanitatem prosequebantur, ali-
quo modo carnalis erat, & diuinus reparator illum nimis spiri-
tualem, purissimum, totum cœlestem, & omnis carnalis affe-
ctionis expertem esse cupiebat: hic enim amor erat impedimẽ-
to, quo minus Spiritus sanctus ea plenitudine, qua postea venit,
in discipulorum corda descenderet. Hic mihi verba, fratres cha
rissimi, desunt, quibus rem hanc, sicut oportet, sentire perpende
re & amplificare possim. O cœlestes Seraphin diuino amore in- 27
flammati, quis spiritus vestri aliquo modo particeps esse posset
vt sicut oportet hoc sciret exaggerare? Si amor quo sacri disci-
puli sanctissimam Christi humanitatem diligebant, Spiritus san
cti aduentum impediebat, quid effrenata voluptas carnis, & im
pudicus amor, quo ad inuicẽ vos alterutrũ amatis efficiet? Qua-
liter Spiritus sanctus in animã draconibus plenã, belluarũ stabu
lum effectam, & obscœnae lutulentorũ suũ haraes similẽ aduenie-
Quod si Spiritus sanctus in ea nõ habitat, à Sathana possidendã
esse sequitur. Nullo autẽ remedio aptiori supernus magister ad
resecandum effrænatum illum discipulorum amorem vti vo-
luit, quam ab eorum conspectibus abesse, eosq; in sancto oratio-

nis

28nis exercitio perſeuerantes relinquere: eo enim in cœlũ aſcẽdẽte
(vt in actibus Apoſtolorũ legitur) omnes vnanimiter perſiſte-
bant. Ecce igitur fratres opportunum remedium, & ſingulare
antidotũ, quo humanas affectiones à cordibus veſtris euellere
ac funditus auertere poſsitis, ſcilicet, abſentes ab ijs, quorũ amo
re ardetis, totos vos orationis ſtudio & alijs ſanctis exercitijs tra
dere: abſentia enim & orationis exercitiũ ijs ægritudinibus ef-
ficaciſsima ſunt medicamenta. Facit ad hoc notabile ſponſæ di-
ctũ, videlicet: Filij matris meæ pugnauerũt contra me, poſuerũt *Cant. 1.*
me cuſtodẽ in vineis. Ideſt, Fratres mei bellũ mihi intulerũt, vt
affectionẽ, qua æſtuabã, à me auerterent. Nullũ autẽ meliusre-
mediũ ad hoc inuenerũt, quã me à paſtoribus ſeparare, & me cu
ſtodẽ in vineis efficere. Quæ obſecro, ſunt viæ, quibus mens in
29perditionis profundũ deuenit? Nõ nẽ cõuerſatio atq; otiũ? Pla
ne quidem. Deus optimus maximus nos ab illis auertat: vnum
quodq; enim eorũ quemlibet, licet virtutis ſtudioſus ſit, euerte *Iob. 41.*
re potens eſt. Loquẽs B. Iob de diabolo ait: Halitus eius prunas
ardere facit. Idẽ de anhelitu fœminæ Eccleſiaſticus inquit, Col- *Eccle. 9.*
loquiũ eius quaſi ignis exardeſcit: quod etiã de homine dicen-
dum eſt. B. Gregorius narrat, quendã eremitã virũ ſanctitate flo
rentem in AEgypti regione virginem quandã Ethnicam ad fi-
dem catholicam adduxiſſe: quæ in rebus fidei inſtructa, & ſa-
cro baptiſmatis fonte à ſancto viro abluta in cubiculo incluſa
eſt: vbi ad tantæ perfectionis gradum peruenit, vt quotidie an-
gelorum cantus melodiamq; audiret. Cum verò diuinas laudes
& officium de more recitabat, angelicum ea ſuauiſsime concine
30bant: ac tandẽ (quod ſummum eſt) Chriſtus redemptor noſter
eam ſæpiſsime inuiſebat, & ingenti pietate ſua frequentiſsime
ſolabatur: quæ omnia ſæpenumero ſpiritualis eius pater pro-
prijs auribus audiebat. Verum, quia virgo hæc cauta nõ fuit nec
prouida, imò cuiuſdam viri colloquia ſuſcepit, ideò (dæmone
inſtigãte) ab eo ita ſolicitata eſt, vt ſimul cũ nefario ſtupratore
clauſuram violauerit, ſancto viro eam cum angelis canentem
exiſtimante. Quæ in tantam animæ ſuæ ſtragẽ deuenit, vt in pu
blico lupanari turpiſsimo ſui corporis quæſtu vitam egerit. Ex
quo plane videbitis exitum eorum, qui otioſis conuerſationi-
bus dæmoni aditus patefaciunt. Quanuis poſtea illius ſanctiſ-
ſimi virii induſtria fœmina hæc in Deum conuerſa ſuorum ſce-

lerum pœnitentiam egit. Orem nimis stupendam, & omni ad- 31
miratione dignam. Quis paucam securitatem, in qua etiam viri
iusti in hoc sæculo viuunt, attendens totis artubus non contre-
miscit? Otium verò multorũ etiam malorum aditus est ampliſ-
Ezech. 16. simus. Atq; ita inter ea, (vt S. Ezechiel inquit) quibus Sodomi-
tæ in incredibiles abominationes inciderunt, otium fuisse affir-
mat dicens: Hæc fuit iniquitas, ideſt causa iniquitatis, sororis tuę
Sodomæ, abundantia & otium. Qua propter siquidem otiũ &
nimia conuersatio viæ sunt, quibus mens euertitur & deprauа-
tur, remedia contraria, scilicet, exercitium & absentia adhiben-
da sunt. Fugite eorum præsentiam, quorum amore incensi estis
& otium odite, atq; ita vestris malis facillimum poteritis reme-
Prouer. 31. dium inuenire. Salomom in Prouerbijs inquit: Mulierem for-
tem quis inueniet? Procul & in vltimis finibus pretium eius. Et
paulò inferius addit: Manum suam misit ad fortia & digiti eius
apprehenderunt fusum. Orem mirabilem. Videte qualiter post
quam illius mulieris fortitudinem sapientissimus vir amplifica-
uit eam fortem fuisse ait, quia colum & fusum apprehenderunt
manus eius. Nunquid fortitudo id vocatur? Imo cùm volumus
aliquem deridere, eo quod ignauus sit, dicere solemus: O egre-
gium virum. Afferte colum & fusum, vt neat, & fila torqueat.
At verò hic mulier hæc cum de fortitudine laudatur, fusum di-
gitis apprehendisse dicitur. Quis dubitat eleganter, proprie cõ
cinne vt pote ab Spiritu sancto fuisse dictum? Nam id, in quo
plerumq; fœminæ se solent exercere, est nendo, texendo, &
acu depingendo: quæ opera, licet mulier diues sit & nobilis, nũ
quam parui pendere, quin potius magni facere debet. Igitur cũ 33
in præsentiarũ quæritur, quæ erit mulier contra dæmonis insi-
dias fortissima, & cuius dextera quam plurimas comparauit vi
ctorias, respondetur: Non illa profectò erit, quæ otiosa, iners,
Que esta mano sobre mano, Ac feneſtrarum amica est: sed illa, cuius
digiti apprehenderunt fusum, illa inquam, quæ in sanctis exerci
tijs & bonis operibus continuo occupatur. Quod inferius expli
cans addit, panẽ otiosa non comedit. Hæc autẽ omnia de quo-
uis iusto tã viro quã fœmina intelligẽda sunt. Ideò in Cãticis ait
spõsa, fratres suos ipsam, vt ab amore & affectione, qua æstuabat
auerterent, à societate pastorũ seperasse, & in vineis eam custodẽ
Cant. 1. posuisse. Et adiecit statim: Vineam meam nõ custodiui, scilicet,

antea

34 antea quando erã otiosa. Vbi aperte significatur honores, opes, religionem, atq; alia huiusmodi posita in manibus illius, qui inordinate diligit, & otiose viuit, facillime perdi. & iacturam pati. Quapptermaximè oportet à nobis has animi affectiones expellere. ¶Cũ Patriarcha Abrahã filiũ habere maximè optaret, Deus votis eius satisfecit, eiq; Isaac in ipsius senectute nasci voluit. Cumq; magna perfunderetur lætitia, in die natiuitatis pueri aut circuncilionis festum aliquod celebratum fuisse in domo Patriarchæ minimè legitur: sed in Genesi ita scriptum repe- *Genes. 22.*
ritur: Creuit igitur puer & ablactatus est, fecitq; Abraham magnum conuiuiũ in die ablactationis eius. B. Augustinus super D. *Augusti.*
hunc locum quærit rationẽ, quarè S. Abrahã diẽ natiuitatis, vel *sup. Gen. 22.*
circuncisionis filij sui solenniter non celebrauit, sed solum diem
35 ablactationis conuiuijs festiuũ esse voluit. In hoc diuina sapientia nobis voluit insinuare, cum Christianus homo mundi vbera ideſt, illecebras incipit relinquere, & cùm voluptates eius ei amarissimæ videtur, tũc in cœlo festũ solennissimum celebrari. *Luc. 15.*
Et hoc est quod Dominus ait: gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitẽtiam agente. ¶*Cum venerit ille, arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio.* Hoc est, vos charissimi discipuli Spiritus sancti virtute suffulti mundum de his tribus reprehẽdetis: de peccato quidẽ, quia non crediderunt in me: ex quo infertur, infidelitatis peccatũ grauissimũ esse. Ac quemadmodũ cũ nominatur Apostolus, per antonomasiã D. Paulus intelligitur propter eximiã sui apostolatus excellentiã: & cũ dicitur Propheta, Regius Dauid propter singularẽ suæ prophetiæ præ
36 stantiam dignoscitur: sic cũ dicimus peccatum, propter nimiam eius grauitatem infidelitatis scelus intelligimus, vt aperte hic Dominus designauit: qui tantũ modò ait: Arguet mundũ de peccato. Quod postea explicuit dicens: De peccato quidẽ, quia nõ crediderunt in me. Tantum (ait D. Augustinus) aliquid est malum, quantum est bonũ quo priuat: sic quanta est fidei bonitas, B. *Augusti. in Enchiri.*
tantũ est malum, quod infidelitas efficit. Fides aditus est, quo D. *Tho. 12*
omnia bonorũ genera in mentem veniũt, estq; omniũ virtutũ *q. 73. ar. 9.*
ductrix rectissima. Fides erga virtutes Theologales sic se habet *Sco. in. 2. d.*
sicut erga morales prudẽtia. Vt enim morales virtutes absq; pru- *37. lite. E.*
dẽtia rectum iter, quo incedendũ sit, penitus ignorant: sic absq; fide theologales. Nullus hac excellenti virtute priuatus, quomodo spe-

Hebræ. 11. do sperandum sit ac diligẽdũ, intelligit. Ideò egregie Apostolus eam substantiam appellat dicens: Fides est substantia rerũ sperandarum. Substantia, idest, fundamentum: nam ablata fide totum spirituale ædificiũ corruit. Atq; ita mens, quæ fidẽ amisit, id quod B. Iob in aliud propositum affert, dicere poterit: Iob. 30. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me: deperdita enim fide facillimus omnibus sceleribus patet aditus, vt apertè in infælicibus hæreticis conspicitur. Ergo charissimi fratres in tantum tamq; pernicioſum malũ incidere, sicuti, prohdolor, quam plurimi hus tẽpestatibus infælicibus inciderunt, pertimescite. Deut. 29. Cui optimũ remedium est id, quod S. Moyses Hebræis adhibuit, dicens: Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea, vt intelligatis vniuersa, quæ facitis. Quibus verbis S. Propheta insinuat, diuinæ legis fractionem præcipuam esse causam, qua homines mirabilia, quæ pro illis Deus operatus est, non intelligunt. Igitur omni cura & diligentia diuina præcepta obseruemus, quibus fides conseruatur, & promeretur gratia, qua consequimur gloriã, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amẽ. 38

In eadem Dominica IIII.

Post Pascha

CONCIO SECVNDA.

Vado ad eum qui misit me. Ioan. 16.

QVm de crudelissima morte, quam pro mortalibus subiturus erat, Christus Dominus ac Redemptor noster ageret, eam sæpenumero calicem nuncupauit, sicut cùm filijs Zebedæi dixit: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et D. Mar- Matth. 20. Marci. 10. cus refert, eum sic eos alloquutũ fuisse? Potestis bibere calicem, quem ego bibo? Vbi differens loquendi modus maximè notandus est, in quo Spiritus sanctus significare voluit, benignissimũ Iesum non solum in cruce amarissimum passionis calicem bibisse, sed etiam in eo præclaro opere triginta tres annos consumpsisse. Psal. 68. Illud nihilominus calicem vocat, quod S. Dauid Spiritu vidensalio nomine, scilicet, profundissimum mare nuncupauit

dicens

3 dicens: Veni in altitudinē maris, & tempeſtas demerſit me, in fixus ſum in limo profundi. Quare ergò ampliſsimū mare nūc Domine calicem appellas? Profectò in hoc amoris affectum, & quanta ſit eius vis & efficacia nos docuiſti. Ac non cōtentus Dominus hoc nomine in ſacra hodierni Euangelij lectione eandem ſanctiſsimam paſsionem iter ad patrem ſuū nominat. Dulcis ac ſuauis ſolet eſſe via, qua filius obediens patrem ſuum, quem tenerè diligit, viſurus pergit: & huiuſmodi itineri diuinus Saluator crudeliſsimam ſuam mortē comparat dicens: Vado ad eum qui miſit me: quibus verbis amorem erga nos & voluntatem, qua mortē ſuſcepturus erat, oſtendit. Quod S. Euangeliſta Lucas explicuit, cùm ait: Factum eſt, dum complerētur dies aſſumptionis illius, & ipſe firmauit faciem ſuam, vt iret in Hieruſalem:

4 vbi robur, fortitudo, & animi prōptitudo, qua ad mortem pergebat, apertiſsime denotatur. Id etiam oſtēdit B. Marcus dicēs: Erant autem in via aſcendentes Hieroſolymam, & præcedebat illos Ieſus. O ſingularem filij Dei amorem. O duriores lapidibus omnes, qui fideliſsimum hunc amatorem non redamant.

Simile.

Lucæ. 9.

Marci. 10.

S. Moyſes à Deo in AEgyptum, vt Hebræorum populū redimeret, miſſus fuiſſe legitur. Quem, vbi lente ac demiſſe māda tum hoc exequi incepit, Dominus in itinere voluit occidere. At vxor eius nomine Sephora illico acutiſsimam petram attulit, & circuncidit filium ſuum, tetigitq; pedes eius, & ait: ſponſus ſanguinum tu mihi es, & dimiſit eum, poſtquā dixerat, ſponſus ſanguinum tu mihi es ob circunciſionem. His verbis Sephora inſinuauit ſanguinem filij ſui, quem vt virum ſuum à mor

Exod. 4.

5 te eriperet, effuderat, ingens beneficium fuiſſe, quo eum in amorem ipſius deuinxerat, & obligauerat. Ac ſi diceret: Duabus de cauſis ſingularem mihi amorem debes, altera quia ſponſus meus es, altera verò quia ſponſus ſanguinis exiſtis: quoniam vt te morte liberarem, filij mei ſanguinem ſparſi. Quod ſi mulier hæc nouum amoris gradum à coniuge ſuo poſtulabat, quia alienum ſanguinem proiecerat, & alienum dolorem obtulerat pro eius vita, quod, obſecro, amoris genus merebitur ille, qui proprio ſanguine ac tantis doloribus nos ab æterna morte redemit, nobiſque vitam perpetuo duraturam cōſecutus eſt? Merito profecto atq; optimo iure quicunq; homo eum vitæ ſuæ libentiſſime debet anteponere. Omnia, quę à Deo optimo maximo be

neficia accepimus, nos in singularem eius amorem inuitant: at 6
verò hoc (vt ait B. Apostolus) nos ipsos compellit. Charitas, in
quit, Christi vrget nos existimantes hoc, quoniã si vnus pro om
nibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnib⁹ mor
tuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei
qui pro ipsis mortuus est. Perpendite, quæso, diligenter verbũ
hoc, vrget, quo sanctus Apostolus docet, à nobis, nisi lapides
aut dæmones essemus, eum, qui tanta amoris vi pro omnibus vi
tam obtulit, non posse non diligi: quod quidem admirabilis est
amplificatio.

Vado ad eum, qui misit me. Fælix ille dicendus est, qui cœleste
caput Christum Dominum imitari contendens non vi sed spõ
te in mortem ducitur. Diuiti auaro summa veritas dictum fuis
Luce. 12. se ait: Stulte hac nocte repetent à te animam tuam. Hoc idem cũ 7
ctis improbis contingit, qui inuiti à Deo luce priuantur, & in
mortem rapiuntur. Beatus ille Paulus non solũ libenter se mor-
Philip. 1. ti obtulit, verum eam efficaci studio oppetiuit. Atq; ita, Desi de
Simile. rium, inquit, habeo dissolui, & esse cum Christo. Accipiter po
quam ardeam auem cepit, si eam rostro & vnguibus dilacerare
cõtẽdit, ab aucupe impeditur, & capitio cõtectus pedibus liga
tis in pertica collocatur: ipse tamen hirsutus pennis horrescit, &
capitiũ vnguibus auferre conatur, ac vix, dum prædæ recorda-
tur, potest quiescere. Sic Beatus Apostolus, dum illis, quæ in ra
ptu vidit, priuatus est, seque corporis capitio coopertum aspe-
xit, in hac miserabili vita positus à nemine poterat detineri, &
omnia confringere ac rumpere, vt Christum Dominum obtine
ret, velle videbatur. Nec mirum est, eum, qui talia viderat, tali 8
desiderio affectum esse. Antequam cœlorum ianua pateret,
Tobiæ. 3. Sanctus ille Tobias sic Domino dixisse legitur. Et nunc Do
mine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pa
ce recipi spiritum meum: expedit enim magis mori, quam viue
re. Vbi alia translatio habet: Fac mecũ misericordiam: & sic est
etiã in translatione Syriaca. Sanctissimus hic vir nondũ ea, quæ
Diuus Paulus viderat, expertus fuerat, tamen verba illa profer-
re ausus est. Et omnes Beati Apostoli, vt in sacra pagina legitur,
Ibant gaudentes à conspectu Concilij, sicut etiam D. Aga-
Actum. 5. tha libentissimè & glorianter in carcerem pergebat, & quasi ad
epulas inuitata agonẽ suũ precibus Domino cõmẽdabat. Quod

si nos

9 si nos eo amore, quo ij sancti, Deum prosequeremur, profectò in nobis ipse eũdem effectũ, quẽ in illis, operaretur, atq; ita mor tẽ minime pertimesceremus. ℭ *Vado ad eum, qui misit me.* Non ait, vadam, sed vado. Hoc idem vnusquisq; vestrũ, fratres charissimi dicere debet: vado & non vadã. Idest, iam nũc ad mortẽ me prę paro, nec dicere debetis, me præparabo. Contẽplamini id, quod Ecclesiastes ait: Nescit homo finẽ suũ, sed sicut pisces capiũtur hamo, sic homines capientur in tempore malo. Quibus horribi libus verbis apertissime significatur quã plurimos nõ aliter im paratos, quã si bruta essent, à morte inueniẽdos esse, qui totã vi tã suam dicentes, vadã, peregerunt. Factum est (inquit sacra pa- *Exod.* 12. gina) in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra AEgypti. Et paulò inferius: Surrexitq; Pharao nocte & 10 omnes serui eius, cunctaq; AEgyptus, & ortus est clamor mag nus in AEgypto. His verbis nobis ob oculos proponitur mors peccatores huius mundi adeò obscuratos tenebris inuenire, vt quid remedij capiãt illo postremo vitæ tẽpore penitus ignorẽt: quod quidem eis in pœnam anteactæ negligentiæ à iusto iudi ce imponitur. AEgyptios, facer hic textus ait, proclamasse qui dẽ, sed nõ obsecrasse Dominũ. Ita plures peccatores mortis do lore perculsi proclamant, sed Deũ in suorũ criminũ pœnã ora re neq; obsecrare sciunt. De Assyrijs, qui Olofernem principẽ militiæ regis Nabuchodonosor comitabantur, in diuinis literis sic legitur: Fugit mens & consilium eorum. Ita quam plurimis *Iudith.* 15. nunc equidem in mortis articulo euenit. O immense Deus, quã cæci modò sunt illi, qui tantis periculis, dum possunt, remediũ 11 non adhibent. Ipse Dominus nos illuminet, vt illis, dũ per tem pus licuerit, clamantes, orantes, ac misericordiam vera pœniten tia postulantes mederi possimus. Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me: Quò vadis? Paulo anteà Domi num B. Petrus interrogauerat. Domine quò vadis? & ipse re spondit: Quo ego vado, non potes modo me sequi, sequêris autẽ postea. Quare ergò nũc Dominus inquit: Nemo ex vobis inter rogat me: Quo vadis? Ad hoc respondeo, Dominum, cùm à Di uo Petro interrogatus fuerat, respondisse, se subiturum esse mor tem, de quo licet Apostoli nimiã tristitiã acceperunt, tamẽ nõ tãta fuit, vt eis sensus ac vires ad interrogandũ, quo iret, omnino deficerẽt. At post hæc addidit: Venit hora, vt omnis, qui inter-

ficit

fuit vos, arbitretur, obsequium se præstare Deo. Quibus verbis 12
ita animo ceciderunt, vt attoniti & stupefacti remanserint, atq;
ita iam ab eo non quærebant: Quò vadis? Dicitur enim in Eccle
Eccli. 21. siastico: Non est sensus, vbi est amaritudo. O humanã infælicita
tem. Ita modò omnes tantis miserijs submersi sumus, vt iniurias
& offensiones Deo illatas parum sentiamus, plurimũ verò no-
bis facta doleamus. Quod quidem, si verè & ex animo eum dili
geremus, aliter omnino esset: sed quoniam amorem, quo Deus
optimus maximus nobis colendus erat, apud nosmetipsos
collocamus, ideo ob minimã quamq; nobis illatã iniuriã con-
Eccli. 31. tristamur: vnde quam plurima mala oriuntur. Nam (vt idẽ ait
Ecclesiasticus) Amaritudo animæ minorãs virtutẽ & faciẽs vul
nera: supple, est. Quod autem hic sit verus huius loci intellectus
ex eo patet, quia diuinus magister statim adiecit: Sed quia hæc 13
loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. Nobis etiã Do
minus verba hæc exprobrare potest dicẽs: Nemo ex vobis inter
rogat me, quò vadis? A nobis enim idẽmet Dñs ob crimina in eũ
cõmissa sæpissime abest: ac licet hoc ingẽs sit malũ, multò certe
id nos minime sentire, ingentius est. Quã plurimi sunt, qui quã
uis Deũ prosperitatis tẽpore in seipsis habẽt & conseruãt, tamẽ
si quid laborioſum aut ſiniſtrũ eis euenit, prę minima intolerãtia
illũ amittunt. B. Apostolus ad Corinthios scribens ait: Tentatio
Corin. 10. vos nõ apprehẽdat nisi humana. Vbi alia translatio, & cõtextus
Græcus habet: Tẽtatio vos nõ apprehẽdit nisi humana. Vbi S.
Apostolus testatur, labores nobis nõ euenire nec Dñopermitten
te, tẽtationes nos apprehẽdere, nisi humanas, id est, humanis
virib⁹ diuino fauore adiutis cõformes. Et ideò statim adiũgit: Fi 14
delis autẽ Deus est, qui nõ patietur, vos tẽtari supra id quod po
testis. Nihilominus tamen sunt aliqui adeò fragiles & inconstã
tes, vt à quocumq; labore, vel tentatione deprauẽtur. De quorũ
Psal. 48. quolibet regius Propheta sic ait: Confitebitur tibi, cũ benefece-
Simile. ris ei. Psittacus, dũ ei indulges & blandiris, humanas voces, pro
mit & personat: at si eũ percutis, aut vexas, statim redit in loque
lam suã, & vt auis suo more garrit. Ita hi flante fortunæ vento
Deũ laudibus efferunt, & de eo velut alij sancti & pij viri agũt
& loquuntur: aduersa verò fortuna, id est labore aliquo perculsi
tãquã irrationabiles psittaci, sanctorũ sermones derelinquũt, &
instar brutorũ vitam degunt. Alij verò sunt, qui Deũ in labori-

bus

15 bus retinent & conſeruant, eumq; in voluptatibus & illecebris amittunt. Polypus ſuapte natura ad oram maritimam ita rupibus adhærere & ſe coniungere dicitur, vt difficillime ab illis extrahi aut ſeparari valeat: ſi verò oleum ſuper infundatur, ſtatim ſponte ſua rupem deſerit, & ab illa diſiungitur: atq; ita id quod dolor & vis in eo efficere nequiuit, lenitas & ſuauitas effecerunt. Sic quamplurimis euenit, qui licet à laboribus non vincantur, quominus à Deo ſe auertant, tamen vt ipſum amittant, à mundi voluptatibus ſuperantur. Si nobilis vir à rege in curiam vocatus interrogetur à præſide concilij, an iniquo & tyrannico tributo velit aſſentiri, ipſe vt nobiliſsimus eſt, ſe nolle, reſpondet. At ſi rurſus ei obijciat: Domine vide quid ais, rege enim tuæ ſententiæ conſcio non poteris non cunctis priuari opibus? ipſe verò
16 iterum reſponſum præbet, velle ſe potius facultates quam Deũ amittere. Deniq; ſi ei regis imperio mortem minitetur, niſi conſentiat, cõſtanti animo reſponſionem reddit, velle ſe potius diuinis quam humanis iuſsibus obtemperare. Rex (inquit) quod voluerit, efficiat, ego tamen huic iniquo imperio non acquiecam. Hic Deo ſicut polypus lapidi alligatus eſt, ſed ſi oleum ſuper infundas, hoc eſt, ſi ei voluptatem offeras quamcunq;, ſtatim ei aſſentitur, & Deũ ipſum facillimo negotio dimittit. Iſte Deum ſicut ſponſa non tenebat, quæ ait: Tenui eum, nec dimittam. Nec ſicut B. Apoſtolus aut illi, de quibus ipſe ac de ſe ait: Certus ſum, quod nec mors, nec vita, ideſt, nec labores, nec voluptates, nec principatus, nec virtutes, nec creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei. At (vt diximus) nos à Deo auerti
17 ingens malum eſt, & hoc idem non ſentire pernicioſum etiã eſt. Sunt enim aliqui, qui poſtquam atrociſsima commiſerunt crimina, adeò hilares ſunt, acſi opus aliquod egregium & maxima gloria dignum perfeciſſent: qui ideo non interrogant, Domine quo vadis? Patriarcha Iacob præ cæteris filium ſuum Beniamin chariorem habuiſſe legitur. Nam cum alij frumentum quærendi cauſa peregre proficiſcerentur à conſpectu patris, ipſum triſtitia vel mœrore propter eorum abſentiam affectum fuiſſe nõ reperimus. Cùm verò de pueri dilecti Beniamin diſceſſu actum eſt, plorauit & ingemuit, atq; (vt narrãt diuinæ literæ) dixit: Nõ deſcendet filius meus vobiſcum, ſi quid ei aduerſitatis acciderit in terra, ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Simile.

Simile.

Cant. 3.

Rom. 8.

Geneſ. 42.

inferos. Deniq; cum victus precibus eum abire permisit, animam 18
ab eo euulsa est, nec lacrymæ eius vllo modo poterant exiccari
quousque puerum redeuntem iterum aspexit. O vtinam verè
Deum diligeremus. Quod si ita esset, omnia, quæ nobis aduersa
euenirent, facillime toleraremus: nam sola absentia huius super
ni Beniamin sanguineis lacrymis ploratu ac sentitu digna est.
Dominus Iesus, vt discipulorum tristitiam leniret, eis sic ait: Ex
pedit vobis, vt ego vadam. Discessus meus vobis commodum,
mihi verò mortem crudelissimam reportat, quæ quidem etiam
vobis vtilitati erit: illa namque aduentus Spiritus sancti para-
cleti vobis ipsis merear.

Si enim non abiero Paracletus non veniet ad vos. O immensa boni-
tas ac summa innocentia Christe Iesu: nunquid inter te & Spiri- 19
tum sanctū tantæ inimicitiæ sunt contractæ, vt simul esse nō pos-
sitis? Sacri discipuli sanctissimū magistrum suum, quoniam om
nia, quæ requiruntur, vt quis diligatur, in eo perfectissimè con-
currebant, amore nimio prosequebantur: erat enim Iesus præ fi-
lijs hominum speciosus: dulcissime colloquebatur, teste diuino
Psalmographo de eo asserente: Diffusa est gratia in labijs tuis: *Psal. 44.*
erat liberalissimus, pijssimus, & ab omni superbia atq; elatione
alienus. Quibus rebus nimis amabilis erat, & sancti Apostoli ita
præsentia illa pulcherrima corporali capti erāt, vt amor ille Spi
ritus sancti aduentū in eos impediret. Ideò inquit, *Nisi ego abiero*
Paracletus non veniet ad vos. Mater, quæ filium nutrit, cum sentit *Simile.*
lac infanti non sufficere, ei potiorem cibum, scilicet, carnem ero
gare conatur: vt autem hoc efficiat, puerum ablactare studet.
Nunquid lac carni contrarium est? Minime profecto: sed si puer 20
illud degustat, eius dulcedine ita capietur, vt carnibus vesci ne-
queat, & ideo ablactatur, vt illius saporem oblitus cibum potio-
rē libēter manducet. Sic filius Dei, quoniā sacrosanctam humā-
nitatē suam, vt discipulos beatos efficeret, solam minimè suffice
re videbat, eos ablactare contendit. Non quod sanctissima Chri
sti humanitas & Spiritus sanctus cōtrarij sint: illa enim diuino spi
ritu cōtinuo plena extitit: sed quia illius cōuersationis dulcedi-
ne adeo absorpti erāt discipuli, vt in ea omnē fere amorē suū col
locarent. At si Dominus ab eis discederet, eius absentia obliuio
nis causa esset, quo facto ad recipiendū cibū potiorem, videlicet
Spiritum sanctum diligentius sese disponerent. O ineffabilem

Dei

21 Dei charitatẽ, qui tot artes tamq; exquiſitas rationes, vt ſuos perfectiores reddat, cõtinuo quærit. Plærunq; enim illo, quod nimis diligimus, vt ſolum ipſum diligamus, nos priuat: ſicut Patriarchæ Abrahæ feciſſe legitur, quẽ dilecta vxore Agar ac filio eius Iſmaele orbauit ei imperãs, vt ancillam & filiũ eius domo eijceret. Quod ſanctus Patriarcha adeo moleſte tulit vt facer ibi textus referat: Dure accepit hoc Abrahã pro filio ſuo. Tantaq; triſtitia illius mentem occupauit, vt ab ipſo Deo conſolationẽ accipere opus fuerit. Ac ſic eũ Dñs eſt allocutus: Non tibi videatur aſperũ ſuper puero & ſuper ancilla. Hoc idẽ ſancto Patriarchæ Iacob eueniſſe legimus: cuius filiũ Ioſeph, qui ab ipſo nimia indulgentia habebatur, Dominus in AEgyptũ vendi permiſit. Quãdo mater infantẽ ablactare conatur, amariſsima quæ 22 que ſuis pectoribus adhibet, quæ vbi puer etiam, atq; etiam deguſtauit, amaritudinẽ ſentiẽs dulciſsimi lactis ſaporẽ paulatim obliuiſcitur: atq; ea quæ ad nutriendũ magis conducentia ſunt, ſumere non recuſat. Omnes huius mundi labores, quos homines ad conſequendum diuitias, honores, & voluptates patiũtur, ſunt velut amariſsima aloe, Hiſpane, *aZibar*, quã pijſsimus Deus inſtar tenerrimæ matris pectoribus huius mundi adhibet, vt lac eius, ſcilicet, delicias, quod dulce videtur, omnino abhorreamus omnẽ amorẽ in ipſum Deũ & in ea, quæ ad illũ ducũt cõferẽtes.

Gene. 21.

Simile.

Et cum venerit ille, arguet mundum, &c. Vt quid Domine Spiritum ſanctum inquiſitorẽ, vulgo, *peſquiſidor*, in mundũ mittere contendis? Inquiſitor enim fortis, pertinax, ſententiæ ſuæ adhærens, quiq; in neutram partẽ animũ inclinet, eſſe debet: at ſpiritus ſanctus minima quaq; lacrymarum gutta vel intimo ſuſpirio 23 ſe vinci, & (vt aiunt) manus ſuas ligari permittet. Munus hoc humano iudicio patris omnipotentiæ magis quam Spiritus ſancti clementiæ expedire videtur. Nam ipſe (vt ait Apoſtolus) poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. O quantum diſtat hominum gubernandi modus á iuſtiſsimi Dei gubernatione. Regum ac principum inquiſitores ſe ipſos magnificare & extollere, crudelitates & iniuſtitias exercendo frequentiſsimè volunt. Hunc enim, quoniam delinquentem viam ignoranter docuit, ſeuerè puniunt. Illum verò, quia eius equum, quo ſe à periculo liberaret, calceauit, abſque aliqua culpa caſtigant, cauſantes ſemper ita fieri oportere: quod ſecus profectò

Simile.

Roman. 8.

Similia.

eſt,

est, nulla etenim lex innocentem puniri aut vexari iubet. O su- 24
perne Iesu rex cœlestis gloriæ, quid ais? Nolo cum hominibus
per rigorem agere, nolo vt in hostium regionibus exulent, vbi
facillime peribũt, sed volo vt ad me humiliter, & summisso ani-
mo veniam petentes se conferant. Quando aliquis iniuria affici
Simile. tur, solet inferenti illam dicere crucis signũ digitis figurans: Per
hanc crucem iure iurando me astringo te mihi, *Si os alcançe*, Pœ
nas esse daturum. At pijssimus Iesus, postquam à nobis iniuria
affectus est, inquit: Per crucem hanc cui affixus fui, & per vul-
nera hæc sanctissima, quæ in illa accepi, me, si vos consequar,
hoc est, si ad me conuertimini, veniam vobis daturum, multaq;
dona communicaturum promitto. Tua Domine omnes cœle-
stes hierarchiæ atq; omnes iusti pijssima viscera collaudent, qui
bus tam mansuetum, humilem, & pijssimum inquisitorem mit- 25
tere dignatus es. Qui quidem vt ait sacra nostri euangelij lectio
mundum arguet de peccato, quia in te non crediderunt. Nam
cum spiritus sanctus in sacros discipulos descenderet, ipsiq; vir
tute eiusdem spiritus prodigia multa operarẽtur in fideles, quia
in Christũ filiũ Dei credere noluerũt, reprehensi, refutati, & cõ
fusi penitus remanserunt. Atq; ita Dominus discipulos suos ad
prædicandum mittens docuit, vt cum eos in domos suas gentes
Matth. 10. nõ receperint, Exeuntes, inquit, foras excutite puluerem de pe
dibus vestris. Et notanda est pœna, qua illos, qui sacros Apo-
stolos è ciuitatibus, vel è domibus expellebant, Dominus
ibi minitatur. Amen inquit, dico vobis, tolerabilius erit terræ
Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuita
ti. O tremendam vocem. O terribilem sententiam. O verbum 26
horribile. Quid facimus, quidue cogitamus, charissimi fratres?
Quæ fiducia nos tantis periculis salutis nostræ ac saluationis op
positos solatur? Si illi, quibus semel salus oblata est, & ab ipsis re
pudiata, tanquam Sodomitæ multo que grauius puniendi sunt,
quid illos, quibus per tot annos tot prædicatores totq; voces ec
clesiæ sanctæ ac ministrorum eius remedium obtulerunt, & il-
lud exhausto rubore abiecerunt, mereri iudicandum est? Aduer
sus infestissimos illos infideles excussus puluis ab Apostolorũ
pedibus in die iudicij clamabit: at verò aduersus nos parietes, la
pides, & suggesta concionatorum vocibus ferè confracta duri-
tiem nostram, & impietatem increpantia vociferabuntur. Si

Prophe-

27 Propheta Moyses cœlum ac terram contra Hebræorum ingratitudinem pro tantis beneficijs acceptis testes adhibebat, quid Christum Redemptorem nostrum Dei filium contra prævaricatores suæ legis, qui alia longe maiora beneficia contempserũt facturum esse putatis? Profectò sanguinem pretiosum, vulnera sanctissima, crucem pretiosam, durissimos clauos, & crudelissimas spinas suas aduersus nos testes vocabit. Nemo sua fallatur opinione existimans peccatorum tantum modò & non fauorũ ac beneficiorũ sibi oblatorũ quę accipere noluit, reddẽdam esse rationem. Hominem in peccatis conceptum scelera perpetrare non est mirum, sed eundem remedia, quibus ab illis liberari possit, parui facere & contemnere, maximè mirandũ est. Qua propter B. Apostolus efficaciter nos monet dicens: Hortamur vos, 2. Corin. 6.
28 nè in vacuum gratiam Dei recipiatis. Vt autem intelligatis, nobis res istas animaduertere, maximè expedire, attendite qualiter Dominus, postquam dixerat, ab Spiritu sancto infideles de infidelitate arguẽdos esse, adiecit statim: *Arguet mundum de iustitia.* Sed dicetis, Nunquid de iustitia mundum arguet? imo potius de iniustitia arguere posse videtur. Nam de iniustitijs homines reprehendi solent: de iniustitijs, inquam, quas mariti in vxores & ipsæ in coniuges committunt: de iniustitijs filiorum in parentes suos: de iniustitijs prælatorum in subditos & è contra: de injustitijs dominorum in vassallos: ac deniq; de iniustitijs iniquorum iudicum, qui authoritatem suam & potestatem non nisi in pauperibus exercent. Hi sunt velut pala seu complanatorium cæmentariorũ, quod calcem mollem in pariete com- *Simile.*
29 planat: si verò aliqui lapides extra planitiem ipsius parietis foras eminent, eos minimè explanat. Ita multi iudicis ac ministri iustitiæ huius infælicis tempestatis in debiles, mites, ac pauperes animaduertunt: proceres verò, diuites, ac potentes, qui multis iniquitatibus ac sceleribus in lucem prodeunt, immunes & impune abire permittunt. Quos omnes Isaias propheta acerrime minatur dicens: Dominus ad iudicium veniet cũ senibus populi sui & principibus eius. Et licet D. Thom. ac B. Augustinus hũc locum sic interpretentur, scilicet: Deus veniet ad iudicãdum viuos & mortuos multis viris senioribus comitatus: aliter tamen vidétur intelligendus, videlicet: Dominus iudices ac primates populi sui in iudicium vocabit. Statim enim cũ illis loquitur di- *Isai. 3. D. Thom. in addi. ad. 3. p. q. 89. art. 1. & in. 4. d. 47. q. 1. artic. 2. B. Augustin. sup. Psal. 49.*

cens: Vos enim depasti estis vineã, (vbi alia translatio simul cũ paraphrasi Chaldaica ac B. Hieronymo addiderũt, meã) & rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies commolitis? scilicet, alapis. De ijs igitur atq; alijs multis iniustitijs mundus argui & reprehendi iure optimo potest, non autem de iustitia. Quare ergò Dominus inquit: Arguet mundũ de iustitia? Non ait, Spiritum sanctum homines propter iustitias, quas in alios exercerent, reprehensurum esse, sed propter iustitiam eiusdem Christi Saluatoris nostri, qui cum iustus fuerit, & vitam iustitia & sanctitate plenam duxerit, credentes in eum iustitiam hanc, quam ipse operatus est, imitari noluerunt: Atq; ità adiecit, *De iustitia vero, quia vado ad patrem.* Sed qualiter
Simile. iustitia eius probatur, quia ad Patrem proficiscitur? Quoniam Pater non nisi iustos recipit. Principes terrę quam plurimos nefarios homines, quibus peruerti solent, sæpe numero sibi socios ad iungunt. Mirum enim videtur esse, diu cum impijs conuersari, & non peruerti nec deprauari. Iccirco Sacra Scriptura de B.
Iob. 1. Iob agens hoc exaggerat dicens: Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedẽs à malo. Vbi illud, Et, magnam emphasim habet: idem enim significat, ac si diceret: Et valde mirandum est, huiusmodi virũ apud tam impiam nationem, qualis erat Idumęorum, sanctissime vitã degere. Et in Apocalypsi dicitur: Angelo Pergami Ec-
Apocal. 2. clesiæ, scribe. Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ, tenes nomẽ meũ, & non negasti fidẽ meam. Magnis laudibus Spiritus sanctus vigilantissimũ hunc prælatum effert, cum ait, eũ dũ apud impios hæreticos, vbi Satanæ sedens domicilium erat, habitat, nomen Dei tenuisse & non negasse fidem, nec se sicut illi impudentissime fecerunt deprauasse. Hinc vos ò mundi principes & magnates intelligetis, quanto se periculo illi cõmittant, qui peruersos & dissolutos homines ad suam conuersationẽ admittunt. At verò pater æternus solos iustos admittit. Si ergo Dominum Iesum Christũ recepit, & sedere fecit ad dexteram suam, eũ iustorum esse iustissimũ, apertissime sequitur.

Et arguet mundum de iudicio. Hoc est iudiciũ futurũ esse, ostendet. Nam impij minime sibi persuadere possunt, vt credãt omniũ rerũ, quas egerũt, arctissimã esse reddendã rationẽ, seuerũque iudicium futurũ. At qualiter hoc probabit? Quia princeps

huius

33 huius mundi iã iudicatus est. Si essent quã plurimi homines, qui atrocissimũ aliquod scelus simul cũ principe suo admisissent, vi dissentq; eũ supplicio dãnatũ, qui à latere regis erat, quid existimare possent aduersus ipsos iudiciũ nõ esse habẽdũ? Profecto mentis expertes & insani essent, si hoc cogitarent. Lucifer, cũ à Deo amantissime diligeretur, propter vnũ tantũ voluntatis motũ æternis pœnis ac supplicio dãnatus est. Ergo peccatores cur quotidie multa crimina perpetrantes se iudicandos non esse sibi persuadere valent? Ideò Dominus ait: Spiritus sanctus probabit iudicium habendum esse, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Qua propter merito B. Iob nos admonet dicens: Fugite à facie gladij, quoniã iniquitatũ vltor gladius est. *Simile.* *Iob. 19.*

Et scitote quia iudicium est: Vbi alia translatio habet: Quoniam
34 vltor iniquitatis gladius est. Gladius hic iustitiam, iram, atq; vltionẽ Dei significat. Et cũ ait: vltor iniquitatũ & iniquitatis, insinuat, nõ sufficere cuiquã dicere, se nõ habere quamplurima peccata, & ideò puniendũ non esse: Deus enim vnius tantũ modo sceleris vltor est. Deniq; dũ Spiritus sanctus nos monet, vt à facie huius gladij fugiamus, idem est ac si nobis diceret, nequid ageremus, ob quod animaduersione & supplicio digni essemus.

Et scitote, quoniam iudicium est. Omnes hoc pro comperto habemus: est enim fidei articulus, sed inter scire & scire discrimẽ est. Fur cùm furatur, optime scit patibulũ esse & suppliciũ latroni bus paratum, ignorat tamen illud in sui ruinam factum esse, quo vsq; à iudice deprehenditur, condẽnatur, & in ipso suspenditur. Sic omnes scimus iudicium futurũ & infernum improbis paratũ, sed cũ delinquimus, non nobis paratum esse existimamus. *Simile.*
35 Ideo Spiritus sanctus ait: *Scitote, quia iudicium est vobis*, vt dãnatis tis propter crimina vestra, nisi eorum modo vos verisime non pœniteat. Attẽdite ergo hoc sæpissime fratres mei, Deumq; obsecrate, vt vos illuminet.

Adhuc habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modo: Quoniam tristitia occupauit corda vestra. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Ideſt, omnem veritatem quæ tunc Ecclesiæ sanctæ necessaria erat: multa enim ab eodem Spiritu sancto postea de nouo sacri Apostoli didicerũt. Et quã uis dicat, Docebit vos omnem veritatem, intelligendum tamen est, sicut id, quod idem Dominus eis alibi dixerat, scilicet,

omnia, quæ cunq; audiui à patre meo, nota fecivobis. At Do- 36
minus non omnia, quæ audiuit à patre, discipulis manifestauit.
Quod item nō omnia tunc eos docuit Pater ex illa visione, quā
Actum. 10 do facta est vox ad D. Petrū dicens: Surge Petre, occide & mā
duca. Ac postea ipse ait: In veritate comperi, quia non est per
sonarum acceptor Deus. Et in eisdem actibus Apostolorum le-
gitur, sacris discipulis in concilio conuocatis ab Spiritu sancto
reuelatū fuisse, legem Moysi neminem iam ad sui obseruantiam
obligare. Atq; ita Christianis fratrib⁹, qui in diuersis locis erāt,
sic Apostoli scripserunt: Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil
vltra imponere vobis oneris, &c. Ideo Ecclesia in Canticis Auro
ra vocatur, quia quotidie crescit & augetur maiori doctrinæ lu-
mine: quo credentes illuminati á sceleribus separantur, & quam
multa recte facta ac bona opera agunt, quibus in hac vita meren- 37
tur gratiam, & postea consequuntur gloriam, ad quam nos per-
ducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica IIII.

Post Pascha

CONCIO TERTIA.

Vado ad eum qui misit me. Ioan. 16.

INterea, quæ spirituale iter magis impediunt, tri-
stitia primum locū obtinet: atq; ex præcipuis re
medijs, quę tristes, afflicti, & mœrore cōsumpti 1
in suū leuamen adhibere possunt, hoc vnū singu
lare est, videlicet, tristitiā & angorē suū sanctis ac
D. Tho. 12 prudentibus viris ostendere & aperire: nā (vt ait D. Thomas) om
Simile. ne nociuū inclusum magis nocet. Quemadmodū sanies, quæ in
tra vulnus est, dolorem efficit, at cū aperitur vulnus, & ab eo sa
nies dimanat, dolor reprimitur: ita cor triste, cū tristitia intus est
magis affligitur, & mœrore cōsumitur, cū verò amico reuelatur,
cor ipsum recreatur maxime si, vt diximus, alicui sancto ac pru
dēti viro manifestatur, qui vulneri medicinā, videlicet, suauia
ac sanctissima verba sciat adhibere, vt optime Spiritus sanctus
Prouer. 16. asserit, cū ait: Fauus mellis, cōposita verba, dulcedo animæ, sani

tas

2 tas oſsiũ. Compoſita verba vocat ea, quæ iuſta ſtatera examinata ſanctè & vtiliter dicta ſunt, quæ inſtar mellis faui per viſcera cordis liqueſcunt, & illis cor triſte & inquietũ leuatur & cõquieſcit: Dicũtur autẽ, Sanitas oſsium ad ſignificandũ maiorem molestiã & afflictionẽ mentem lugubrem & mœrore affectã ſentire, quã corpus, cũ oſſa extra ſua loca debilia vel confracta habet. Singulare etiam ad hãc ægritudinẽ leuandã remediũ ſanctorũ librorum lectio eſt, tunc præcipue habenda, cũ ille, qui triſtis eſt, neminẽ, cũ quo cõmunicare valeat, inuenit, imò licèt inueniat, poſtquã ſeu antea cũ eo egerit, hoc ſalutare remediũ eſt. In Exo do ſic legitur: Reuerſus eſt Moyſes de mõte portans duas tabulas teſtimonij in manu ſcriptas ex vtraq; parte & factas opere Domini, ſcriptura quoq; Dei erat ſculpta in tabulis. Vbi apertè 3 oſtenditur ſcripturã nõ ab hominibus ſed ab ipſo Deo inuentã fuiſſe. Deus nanq; literarũ & characterũ primus autor fuit. Nã Cadmus, qui literas Græcis dediſſe traditur, longa poſt tẽpora fuit editus in lucẽ, ſcilicet, quando Othoniel iudicabat Iſrael, & Nicoſtrata vel Carmenta, qui Latinas literas inuenit, tempore Lais iudicis extitit. Iuſtũ enim erat, vt res tam vtilis tamq; pretioſa, qualis eſt ſcriptura, aliũ niſi ipſum Deũ autorẽ non haberet. Nam licet omnes creaturæ nos in creatorẽ ducant, multò tamen magis hoc literæ præſtant, quæ nos præteritarũ, præſentiũ ac futurarũ rerũ ſolertiſsimè eruditũt, & quibus deniq; Deus ipſe nos alloquitur, vocat, & ad ſe attrahit, atque ſenſa cordis ſui patefacit. Et mirum videtur, quod cũ tam paucæ tum apud Græcos, tum apud Hebræos, tum etiam apud Latinos ſint literæ, illis 4 licet paucis tota ſcripturarũ machina cõponatur. Quantũ verò cõmodum & vtilitas ex ſacra lectione reportetur, teſtantur quã plurimi ſancti patres, inter quos D. Hieronymus ad Demetriadem ſcribens ſic ait: Vtere lectione diuina vice ſpeculi fœda corrigendo, pulchra conſeruando, & pulchriora faciendo. Scriptura enim ſpeculũ eſt fœda oſtendens & corrigi docens. Et inter præcipua cõmoda, quæ ex ſacra lectione percipiuntur, hoc vnũ ſingulare eſt, videlicet, conſolatio, qua cordis triſtitia lenitur & ſubleuatur. Satis hoc Hebræi, cũ ad Spartiatas ſcripſerũt, experti ſunt. Nos, inquiunt, habentes ſolatio ſanctos libros qui ſunt in manibus noſtris, &c. Chriſtus Redemptor noſter, vt erat verus Deus, qui corda hominum ſcrutatur, intelligens ſacros diſcipu-

Exod. 32.

D. Hiero. ad Demetri.

1. Mac. 12.

los mœstos ac tristes esse, ad eos dulcissimis ac suauissimis verbis 5
refertum in eorum leuamen & solatium sermonem habuit. Cuius pars quædam est hodierna sacri euāgelij lectio, in qua eis Spiritus sancti paracleti (& est vna ex præcipuis rationibus, qua eorum tristitiam leuare voluit) aduentum pollicetur. Vocat autē Spiritum sanctum paracletum, quoniam inter mirabiles eius effectus vnus ex præcipuis est consolatio. Cumque ex perfectiori causa effectus melior procedat, iam cernere licet, quantū Spiritus sancti solamina ijs, quæ mundi sunt, antecellāt. Quod si ex vobis plurimi ea non sentiunt, fortasis ratio erit, quoniam diuinum hunc spiritum non habetis. Incipit igitur sacro sancti Euangelij lectio. *Vado ad eum, qui misit me.* Hoc loquendi modo cœlestis sponsus ad significandam suam mortem vtitur. Impositurus autem ei hoc nomē, nè tanto suorum discipulorum corda mœ 6
rore opprimeret. Postquam Angelus Raphael (vt sacræ testantur literæ) diabolum religauit in deserto superioris Ægypti, ac
Tobiæ. 12. postquā sanctū Tobiam illuminauit, eiusque domum prosperitate impleuit, eis dixit: Tempus est, vt reuertar ad eum, qui misit me, vos autē benedicite Deum, & narrate mirabilia eius. Sic
Isai. 9. Christus humani generis reparator (quem S. Isaias magni consilij Angelum appellauit) postquam infestissimum dæmonē suis tentationibus superauit, humanumq; genus cœlestis doctrinæ suæ luce clarissima illustrauit, atq; diuina sua gratia locupletare dignatus est, ait: Tempus est, vt reuertar ad eum, qui misit me, vos autem benedicite Deum, & narrate mirabilia eius.

Sed miror quod dum dico vobis. *Quia vado ad patrem, nemo vestrum interrogat, quo vadis?* Et causa est. *Quia cum hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.* Consolamini discipuli mei, & nè 7
tristitia vos suffocari sinatis, *Nam expedit vobis, quod ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.* Quare diuine Reparator nisi tu vadas, Spiritus sanctus non veniet? Huic quæstioni omnes ferè sancti patres hoc diuino consilio factum esse respondent, nè, scilicet, in hoc mundo duo simul consolatores, alter visibilis, alter
Simile. vero inuisibilis, essent. Voluitq; ipse Deus visibilem abesse, vt inuisibilis mitteretur. Infans tenerrimus, qui vberibus nutricis alitur, eam plusquā parentes suos diligit. Quid igitur remedij erit, vt eos amore prosequatur? Nutrix fiat absens, & cum puer

cam

eam coram se non aspexerit, parentes sine dubio medullitus amabit. Ita sacri discipuli sanctissimæ Iesu Christi humanitatis nutriti & educati vberibus in ea ferè totum suum amorem collocabant, vixque Deum diligere recordabantur: ideò Dominum abesse opus fuit, vt ipsi diuinitatem eius potius quã humanitatem diligerent. Quam obrem venerabilis Beda inquit: Expedit, vt forma serui vestris abstrahatur aspectibus, quatenus amor diuinitatis aptius vestris infigatur mentibus. Hinc facile intelligent homines, quantum omnes humanæ consolationes ac vita illecebris plena ad accipiendos diuini spiritus fauores impediant, siquidem solamen illud visibile, quod ex corporali Christi saluatoris nostri præsentia oriebatur, sacros discipulos impediebat, quo minus sacro sancti spiritus plenitudinem reciperent. Satis aperte in hoc videtur illud Prophetæ Isaiæ: *Bedain homil. huius euang.* *Isai. 28.*

Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumq; operire non potest. In corde nostro non est aptum & Spiritui sancto & fallaci mundo domicilium. Si igitur vultis, vt ille ad vos veniat, huius caducum amorem affectionemque à vobis expellere conamini. Hoc regius Propheta Dauid in rerum omnium opificis conspectu proponebat, vt ipsum ad misericordiam prouocaret, dicens: Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Pro quo B. Hieronymus ex Hebræo vertit, Solitariam meam, ideſt, seiunctam & ab omni humana consolatione separatam. Cœlestes ciues (vt in Canticis legitur) veluti stupefacti consolationibus, quas diuinus hic spiritus menti solitariæ communicat & elargitur, Quæ est ista, inquiunt, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens? In deserto nihil est præter quam quædam solitudo: atque isto exẽplo & similitudine mens, quæ in hoc mundo solũ Deum inquirit, & quidquid vult, propter ipsum est, plane significatur. Quæ quidem anima ex hac solitudine tam exuberantes spirituales voluptates gustatura in sublime ascendit, vt meritò delicijs affluens dicatur. Et additur ibi: Inixa super dilectum suum: illum enim tantummodo libenter amplectitur: mens verò, quæ terrena amplectitur, & in eis delectatur, atq; solitudinẽ hãc odit ad cõsolationes, diuinasq; voluptates omnino inepta est. Cũ terra interlunam & solẽ opponitur, luna ipsa eclipsim patitur, nã globus terræ solem in aduersa regione cõsistẽtem impedit, quo *Psalm. 21* *Canti. 8.* *Simile.*

minus lunam radijs & splẽdore suo illustrare valeat. Sic terrena 1
rum rerum amor impedimentum est, quo diuini spiritus radij
mẽtẽ illuminare nõ possint: Sed proh dolor: eclipsis lunę paruo
tẽporis momẽto existit, at vero miserabilis animę toti⁹ ferevitę
tẽpore perdurat. Sed forte dicet aliquis: Nunquid pater nullam
oportet nos admittere humanã cõsolationẽ? Ad hoc respõdeo
mũdi cõsolationes aliquãdo gratiæ esse contrarias, cũ, scilicet,
in illis finẽ nostrum collocamus: sicut illi, qui in sapientia legun
Sapien. 2. tur dixisse: Coronemus nos rosis, ante quã marcescant, nullum
pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra, quoniã hæc est
pars nostra. Itaq; isti voluptates huius mũdi pro corona, prẽmio
atq; vltimo fine habebãt. Hoc etiam operantur illi, qui non solũ
gaudijs & illecebris terrenis sunt contenti, verum etiam Deum
offendentes in suarum mentium ruinam lethaliter peccãt. Ali 2
quando verò homines corporaliter sine offensa Dei gaudere so-
lent, imò illa corporalis lætitia eis in posterum ad seruiendum
Deo diligentius nouas vires impartitur. Atque ita deuoti & iu-
sti viri plerumq; gaudia corporalia tanquam baculum, quo eo-
rum feruor spiritus sustentetur, percipiunt. Anima, vbi diuina
Eccle. 24. sapiẽtia habitat, in sacris literis de se inquit: In omnibus requiẽ
quæsiui, & in hæreditate Domini morabor. Salomon otium
& requiem quæ in terrenis huius mundi rebus inueniri pote-
rat, consequi conatus est, illamque cum peccato quæsiuit:
Simile. at mens iusta considerat, contemplatur & eandem requiem
solo intellectu absq; culpa aliqua perquirit. Fur arcas ad furan-
dum & delinquendum scrutatur, iudex verò eas, vt quæ intus
sunt, in album referat, & posteà rationem reddat eorum, euol- 3
Eccle. 2. uit. Ità Salomon omnium vanitatum, quæ in mundo erant,
instar latronis ad peccandum diligentissimam fecit inquisi-
tionem, sicut ipse fatetur dicens: Omnia, quæ desiderauerunt
oculi mei, nõ negaui eis, nec prohibui cor meũ, quin omni volup
tate frueretur. Et inferius ait: Vidi in omnib⁹ vanitatẽ, & affli-
ctionẽ animi, & nihil permanere sub sole. At mẽs sancta requiẽ
rerũ huius mũdi non ad⁹quiescendũ in eis, sed ad illas contẽnen
das scrutatur. Atq; ita inquit: In omnibus requiem quæsiui, &
in hæreditate Domini morabor. Hoc est: Cõsideraui otiũ quod
in honoribus, diuitijs, pompa, aut voluptatibus huius vitæ
esse potest, & in his omnibus nõ requieui, sed in hęreditate Do-
mini,

14 mini, scilicet, in virtutibus, quibus adquiritur ius ad æternam Dei hæreditatem, moram feci.

Cum venerit ille, arguet mundum de peccato. Arguere aliquem est illum taliter increpare, vt apertis rationibus suorum scelerū conuincatur. Et sic Spiritus sanctus infideles propter mirabilia Apostolorū opera, quæ in testimonium diuinitatis Iesu Christi Saluatoris nostri edita fuerūt, de infidelitatis peccato apertissime conuicit. Et est valde notandū in Biblijs bene correctis vbi nos legimus: *Quia non credunt in me*, aliam translationem habere: Quia nó crediderunt in me: & sic B. Augustinus legit. Vbi infidelitū pertinax perseuerantia in sua infidelitate manifeste ostenditur.

Et de iustitia. Pro intellectu horum verborum aduertendum,
15 est, Deum aduentum Christi Redēptoris nostri in mūdum, dū hominibus legem faciliorem tradidit, & eos maioribus beneficijs ditauit, erga ipsos causam suā plus iustificasse. Nā ante legē gratiæ homines aliqua habuisse videntur, quibus aliquo modo sese poterāt excusare. Inter quæ multitudo præceptorū erat, de quibus D. Petrus ait: Iugū, quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus. Insuper & illis præceptis gratia deerat. Ideo ea Apostolus egena atq; vacua elementa appellat. Neq; enim habebāt gratiā, neq; cōferebāt, sed vnusquisq; eam pro ratione dispositionis ac propter charitatis effectus merebatur. Omnia igitur hæc incōueniētia (si ita dici possunt) filius Dei legē in amorē & charitatē reducens abstulit, vt egregie D. Paulus testatur dicēs: Qui diligit proximū, legē implenit. Qua propter Prophe ta Isaias inquit: Cōsummatio abbreuiata in mūdabit iustitiā. Id est
16 Breuitas & facilitas legis gratię efficiet, vt in mūdo iustitia circūfluat & redūdet. Atq; huius legis præcepta, videlicet, sacramēta, quæ ex opere operato cōferunt gratiā, plena sunt ipsa gratia. Ideòq; euangelium lex gratiæ nūcupatur. Nam (vt accurate D. Thomas notauit) res potissimè nominātur ab eo, quod principaliter efficiunt: & quoniā potissimū nouæ legis est collatio gratiæ, quæ per eius sacramenta datur, iccirco vocatur lex gratiæ. Cū sanctus Ioseph (vt ex sacra pagina constat) patrē suū Iacob in terram Aegypti adducere vellet, currus, cibaria, & omnia iti neri necessaria ad eū mittere curauit. Ita supernus Ioseph Christus Dominus, dum nos ad se ire imperat per mandatorū viam, nobis gratiam, pronisionem, & fauorē ad id exequendū elargi-

Actum. 15.

Galat. 4.

Rom. 13.

Isaiæ. 10.

B. *Tho.* 1. 2

Gene. 45.

tur. Reges ac principes terrę ea munera, quæ ex proprijs reddi- 17
tibus sibi offeruntur, minimè grata reputant: Deus verò ea, quæ
ex suis diuitijs sibi præsentātur, libentissimè pro munere accipit. Imo si ei homo, quod suum tantummodò est, sine diuina gratia offert, illud acceptare non vult: vt autem munera nostra ei
accepta sint, nobis gratiam suam impartitur. Atq; hæc est iustitia, quā Christus Redemptor noster mundo morte sua sanctissima attulit. Merito ergo Spiritus sanctus illum arguet de iustitia
ab improbis neglecta, quam, si vellent, facillimo possent negotio consequi.

Quia ad patrem vado: Scilicet, per mortem, hoc est arguet mundum de iustitia, quam ego nunc ei morte mea porto. Nam Dominus morte sua sacratissima legi veteri finem imposuit, cœlum
aperuit, & gratiam sacramentorum meritus est.

Quia vado ad patrem & iam non videbitis me. Quod perinde est 18
ac si diceret: Hactenus omnes Messiā expectabant: ecce iā veni,
iā admoriendū pergo, iam in mundo prædicans nō videbor, iā
deniq; non est cur Messias aut redēptor expectetur. Si igitur tā
tis beneficijs acceptis mundus non excitatur, quod aliud ei remedium adhiberi potest? Veniet dies, qua ille, qui Redemptor
& reparator eius fuit, iudexerit seueriss imus. Qua ergo, ò miser
peccator excusatione purgaberis? Profectò legem tibi impositam grauem fuisse, minime poteris causari. Quid enim minus ti
bi præcipi poterat, quam proximū diligere? vel quid facilius,
si qua medicina peccatis adhibenda erat, quam ea ipsa cōfiteri?
Ergo ò infælix si hoc nūc minime percipis neq; opere comples,
quid tunc respondere poteris? Vere equidem, qui nobis omnia
donauit, nihil, quo negligentiā & ignauiam nostrā excusare pos- 91
Hebr. 2. semus, in mundo reliquit. Quo circa B. Apostolus Paulus ait:
Propterea abūdātiùs oportet nos obseruare ea, quæ audiuimus
ne forte pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo
factus est firmus, & si omnis præuaricatio & inobedientia accepitiustam mercedis retributionē, quomodo nos effugiemus, si tā
tā neglexerimus salutē? ¶ *Et arguet mundum de iudicio*. Impij & sce
lerati possent obijcere: Quāuis lex perfacilis est, & per illam tan
ta gratia operantibus cōmunicatur, potentia tamen infestissimi
hostis adeo magna est, vt aduersus eum nullo modo præualere
possimus. Ad hoc respondendo Dominus ait: Arguet mundum

de iudi-

20 de iudicio, ideſt, Arguet eos, qui ſe excuſant dicentes, ſe à dæmonis poteſtate & fortitudine fuiſſe ſuperatos.

Quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Iam dæmonis vis & fortitudo ſuperata eſt, ideò homines, qui ſe ipſos vinci permittunt, ſibi culpam imputent. Ita prædixit S. Iſaias: In illa die viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum. Vectem appellat, quaſi ſerpentē oblōgum, vt eius latiſſimum imperium per totum mundum denotaret: tortuoſum verò propter varias nocendi vias & artes. Hunc ſupernus dux in gladio ſuo, ideſt, vi & ditione ſpiritus ſui ſuperauit, ſicut idem Dominus promiſerat dicens: Princeps huius mundi eijcietur foras. Vel aliter, Arguet mundum de iudicio, hoc eſt, Spiritus ſan- *Iſai.27.* *Ioan.12.*

21 ctus iudicium & ſententiam eorū, qui ſunt in mūdo increpabit: quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Id eſt, quia cū diabolus iam humani generis hoſtis declaratus ſit, ipſi tamen homines eum ſequuntur. Alexandros, Darios, Perſas, Cæſares, atque omnes imperatores Romanos dæmonis veſtigijs adhæſiſſe, & idololatras fuiſſe impium eſt, ſed non ita mirandum, quoniam ipſe adhuc nō iudicatus, nec vt infeſtiſsimus hoſtis ſic pronuntiatus erat. Nunc verò, cum diabolum Deum non eſſe manifeſtum ſit, eum tamen homines venerari maxime mirādum eſt. *Simile.*

Omni excuſatione caret ille, qui poſtquam vidit quēpiā ſciſsis auribus, *o enſambenitado*, & vt talis abomnibus cognoſcitur, eū amplius ſequitur. His igitur dæmon ſimillimus eſt & multò de- *Colo.2.*

22 terior, vt optime D. Paulus refert, cū ait: Spolians (ſcilicet Chriſtus Saluator mūdi) principatus & poteſtates traduxit eos cōfidenter, triūphans palā in ſe ipſo. Traducere eſt alterius defectus in publicū manifeſtos facere, eiuſq; ignauiā omnibus pateface re. Sicut Romani, q victorię ſigno hoſtes in bello captos, ac de quibus victoriā reportauerāt, catenis & cōpedibus ligatos pervicos & plateas vrbis Romanę in curribꝰ deducebāt, vt cūctis ignauia & imbecillitas, vincentiū verò fortitudo manifeſta fieret: ita ſupernꝰ dux Ieſus Chriſtus poſtquā de diabolis triūphū egit, eorū ignauiā manifeſtare voluit. Et (quod maxime dolendū eſt) poſtquā Satanas & eius ſequaces ſic à Dño victi fuerūt, mortales nihilominus eis parere nō erubeſcūt. Profectò multo maiori ſupplicio digniſunt, quā illi, qui antequā hæc fierēt, eos venerabantur. *Simile.*

Adhuc

Adhuc habeo vobis multa dicere, sed non potestis portare modo: cum 23
autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Spiritus sanctus vocatur spiritus veritatis, quoniam ipse omnis veritatis ac sapientiæ fons est vberrimus, qui omnes tam angelicos quam humanos intellectus ad intelligendum clarificat. Nam etiam ipsi Philosophi, vt insignis Aristoteles & eximius Plato Deum sapientiæ fontē esse, cōsecuti & confessi sunt. Ille enim in excellenti Metaphysicæ libro Sapientiam donum esse Dei neminemque absque diuino fauore eam adipisci valere ingenue fatetur. Hic verò in libro de Republica inquit: Nisi enim Dei luce extrinsecus aduenīente intellectus illuminaretur, salutarē ac veram sapientiam consequi non posset. Dicitur etiam Spiritus sanctus veritatis spiritus, quia taliter docet veritatem, vt non solum intellectum illuminet, sed etiam voluntatem ipsi veritati 24
mirabiliter applicet. Quod quidem apertius alia huius loci trāslatio insinuauit quæ vbi nos legimus: Docebit vos omnem veritatem, eleganter habet: Deducet vos in omnem veritatem: & sic est in contextu Græco & in translatione Syriaca, quas B. Augustinus amplectitur.

Aristot. in 1. Metaphy. Plato in lib. de Repub.

Non enim loquetur à semetipso. Hoc est, Non aliam doctrinam, nisi eam, quam hactenus erudiui, inquit diuinus magister, homines docebit, & hanc mirabilibus portentis ac miraculis confirmabit.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Idest: de ijs, quæ scripta sunt de me. *Et annuntiabit vobis.* Quoniam diuinarum scripturarū, quas prophęta sancti de me prędixerunt, sufficientissimam vobis intelligentiam præbebit. Igitur, charissimi fratres, diuinum 25
hunc paracletum spiritum obsecremus, vt siquidem nos fidei mysteria docuit, mentesque nostras sanctissima sua lege illustrauit, voluntates nostras attrahat & alliciat, quo, sicut credimus, operemur, atque ita locupletati gratia consequamur gloriam.

Amen.

DOMI.

DOMINICA V.

Post Pascha

CONCIO PRIMA.

Amen amen dico vobis, Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16.

OMnium beneficiorum, quæ quotidie in nos Deus confert, fontem & originē diuinum eius amorem esse certissimū est. Quod quidem in hominibus aliter esse solet. Nam (vt ait D. Thomas) In hominibus radix beneficiorum communiter liberalitas est, & nō amor: liberalis enim ac magnificus homo eodem modo illi, quem diligit, & illi, quem amore non prosequitur sua elargitur: eum enim liberalitas & non ille, cui erogat, mouet. Itaq; ipsa efficit, vt liberalis id, quod donat, parui faciat, & p̄ nihilo habeat, & ideo impartitur. At verò Deus dona sua non præbet, quia cō temnit: non enim propter liberalitatem principaliter, licet omnium liberalissimus sit, sed propter amorem ea elargitur. Atq; ita idem D. Thomas differens de ordine actuum Dei (qui ordo non realis à parte rei sed rationis est) inquit, electionem in nobis amorem præcedere. Eligit quis aliquem sibi in generū, ex qua electione in animo eius amor oritur. Sed in Deo longe aliter se res habet: prius nanque Deus quempiam diligit, & quia diligit, eum eligit & beneficijs afficit. Si quæris, quare Deus B. Petrum glorificauit, apte respondetur, quia iustificauit. Et quare iustificauit? quia vocauit. Quare vocauit? quia prædestinauit. Et quare prædestinauit? quia amauit. Quare denique amauit? Non vltra progredi possumus, ibi sisti mus, nec alia potest reddi ratio Prædestinauit nos secundū propositum voluntatis suæ ait B. Apostolus. Et regius propheta, Saluum, inquit, me fecit, quoniā voluit me. Ita q; amori voluntatis hi duo sancti omne bonum tribuunt. Et illa verba, quæ D. Paulus statim adiecit: Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, in solo Deo infinitā perfe-

2 D. Tho. 2. 2. q. 117. artic. 6.

D. Tho. 2. 2. q. 23. artic. 4. Simile.

3

Ephes. 1. Psal. 17.

perfectionē denotare, aduertendū est. Nam, quia homo vult ali 4
quid consilio volūtatis suę, non ideo bonū est: sicut, quia iudex
pro arbitrio suo sententiam profert, nō ideò erit iusta, sed tunc
Simile. huius nominis digna erit, cum secundum rationem prolata fue-
rit. Quemadmodum rex in vrbibus gubernatores instituit, qui,
Simile. licet sint magnates ac proceres inter omnes totius regni, leges ta
men & iura, quibus iudicare debent, ignorant, & ideò eis iuris
periti dātur assessores, per quos ipsi ducuntur: sic in regno ani-
mæ voluntas gubernatrix est, sed quoniam dominatrix hæc cæ
ca est, ei ratio tanquam assessor adiungitur. Tunc vero voluntas
recte procedit, cum à ratione gubernatur. At in Deo sola eius
diuina voluntas rem iustam efficit, & quidquid ipsa vult, quia
suo proprio consilio ducitur, bonū est: ideò Deus operatur om
nia secundū consiliū voluntatis suæ. Est etiam notādum, Deū, 5
sicut ab æterno sua infinita sapientia omnia intellexit, sic ad-
mirabili prudētia sua omnia, quæ singulis daturus erat, disposuisse.
Si igitur infallibilis veritas est Deū omnia propter amorē elargi
ri, & ab æterno cōstituisse ea, quæ præbiturus erat, quorsum no
bis imperat, vt abeo efflagitemus, dicēs: Siquid petieritis Patrē
in nomine meo, dabit vobis; nostræ enim orationes nec ad ostē
dendū ei illud, quod ab æterno cognouit, nec vt animū eius ad
nobis erogandū inclinēt, vtiles esse videtur? Nā infinita eius vo
lūtas abiecta esset, si ab alia minori volūtate, quā à sua ad volen
dū aliquid moueretur. Neq; etiā oratio nostra potest efficere, vt
si apud se Deus cōstituerat parua tribuere, magna ideò nobis cō
cedat: nā, vt ipse ait teste Malachia Propheta: Ego Deus & non
Malac. 3. mutor. Quare ergo nobis præcipit, vt petamus? Ad hoc respōde 6
tur, illū nobis hoc imperare, vt cū orauerimus, nos ipsos suscite-
mus, humiliemus, & ad deuotionē prouocemus, atq; ita eorū bo
norū, quæ ipse nobis ab æterno tribuere cōstituit nostra oratio
ne intercedente idonei efficiemur. Sicidē Dñs de patriarcha
Abrahā inquit: Scio q; præceptur⁹ sit filijs suis & domui suæ
Genes. 18. post se, vt custodiāt viā Dñi, & faciāt iudiciū & iustitiā, vt ad-
ducat Dñs propter Abrahā omnia, quæ loquutus est ad eum.
Quibus verbis aperte cōstat, iustitiā nostrā efficere, vt promis-
siones Dei adimpleātur. Et etiā cōstat, Deū in homines benefi
Psalm. 118 cia, propter aliqua bona opera, quę ipsi acturi erāt, cōferre ab eter
no decreuisse. Atq; ita Propheta Dauid ait. Custodiuit anima

mea

7 mea testimonia tua, & dilexit ea vehemẽter. Quod cũ ita sit, Appropinquet deprecatio mea in cõspectu tuo Dñe; iuxta eloquiũ tuũ da mihi intellectũ: intret postulatio mea in cõspectu tuo. Dispositionẽ, quæ orationi præcesserat, S. Rex Dño ꝓponebat, vt omnia, quæ ab eo postulabat, ei cõcederet. Qua ꝓpter D. Ioãnes inquit: Si cor nostrũ nõ reprehẽderit nos, fiduciã habemus ad Deũ, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mãdata eius custodim⁹, & ea, quæ sunt placita corã eo, facimus. 1. Ioan. 3.

Cõtra verò, ꝓpter peccata homines reddũtur indigni, quomin⁹ à Deo precib⁹ suis exaudiãtur. Atq; ita S. Iere. ait: Nos inique egimus, & ad iracũdiã prouocauimus, iccirco tu inexorabilis es oppositisti nubẽ tibi, ne trãseat oratio. Itàq; oratione nostra nõ Deũ trahim⁹, vt qđ volumus, ipse velit: sed ille ad se nos attrahit Thren. 3.

8 vt ꝙ ipse vult nos velimus. B. Dionysius ad hoc elegãtissimã affert similitudinẽ. Animo (inquit) cõcipe catenã lõgissimã, cuius vltimũ annulũ Deus, & ex altera parte alterũ manus tua teneat. Dic, obsecro, si Deus catenã istam ad se trahit, & tu ipse ad te trahis, quis alterum ad se attrahet? Forsan tu Deum, cum sis debilis vermis, an Deus, cum sit infinitæ potentiæ te ad se adducet? Profecto vtroq; cadente te superandum & attrahendum esse certissimũ est. Sic oratio sancta cathena est multis annulis, Suspirijs, videlicet, lacrymis, optimis affectionibus, deuotis & efficacibus verbis cõposita, qua Deũ, vt quod nos volumus, ipse velit, nõ attrahimus: sed ille nos, vt ad ipsius volũtatẽ cõformemur, & ad recipiẽda eius diuina dona disponamur, ad se attrahit. Nã in oratione mẽs simul cũ suis potentijs disponitur, intel- B. Dion. lib. 4. de diuin. nomini. Simile.

9 lectus enim credẽdo & cõfitẽdo Deũ omnipotẽtẽ, sapiẽtissimũ: liberalissimũ, atq; optimũ, eximie perficitur, & ipse homo spe erigitur ad postulãdũ. Volũtas etiã ꝓ eleuationẽ mẽtis, quæ fit in oratione, disponitur. Nã omnis, qui petit, nouo actu dirigit animũ in benefactorẽ suũ, dẽptis beatis: qui cũ ꝓ nobis in cœlo orãt non opus habẽt denuo volũtatẽ in ipso Deo figere, si quidẽ eã cõtinuo in ipso fixã habẽt. Ideo oratio in beatis (vt elegãter ait Durãd⁹) est noua explicatio volũtatis. Memoria deniq; in oratione disponit, quæ acceptorũ beneficiorũ cũ gratitudine recordatur, & ꝓptereà res vẽturas se cõsecurũ sperat. Atq; ita nos D. Paul⁹ monet: Petitiones vestræ cũ gratiarũ actione apud Deũ innotescãt: homo enim se gratũ ꝓ beneficijs acceptis exhiben- Duran. lib. 3. d. 7. q. 2. Phil. 4.

do

doad multò maiora recipiẽda disponitur. Deus in hoc nobiscũ agit, sicut mare cũ fluminibus, quæ cũ, ad ipsum plena reuertan-
tur, eis maiorẽ aquarũ abũdantiã iterũ impartitur. Sic ex abũ-
dantissimo mari diuino in nos quotidie gratiarũ & donorũ aquę
liquidissimæ profluũt. Quod si nos gratiã illas ei reddere conten-
Eccle. 1. dimus instar fluuiorum erunt. De quibus Ecclesiastes ait: Ad lo-
cũ, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. At si in
vobis dona & beneficia absque gratiarum actione retinetis, eri-
tis velut amnis improbus, qui in mare minime refluit, imo in sta
gnis & paludibus detinetur, vbi eius aqua non pulchros pisces
sed immunda & venenosa nutrit & sustentat. Itaq; in oratione
totus homo perficitur: omnes namque eius potentiæ in optimũ
obiectum, scilicet, Deum tendũt. In illa in diuinæ maiestatis &
fragilitatis nostræ cognitionem deuenimus. Id circo luctamen,
Gene. 32. illud (quod Patriarcha Iacob cum angelo habuit, cum ei dixit: 11
Osea. 12. Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præ
ualebis?) Propheta Oseas sic explicuit: Et inualuit ad Angelum
(scilicet, Iacob) & cõfortatus est, fleuit & rogauit eũ. Ex quibus
omnibus colligitur lucta hæc inter Angelũ & Iacob planctus
gemitus, & cordis tribulationes ipsius Iacob fuisse: qui tunc tẽ-
poris, eò quod cum fratre suo Esau, quem magnopere timebat,
congressurus erat, præ nimio angore affligebatur: quo timore
perculsus gemitibus auxilium postulans sese coram Deo in ora
D. Gre. in moral. lib. 9 c. 11. & 12. tione proiecit. Vide super hoc B. Gregorium in suis Morali-
bus. Finita autem lucta & oratione cum Angelus sic alloquutus le
gitur: Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel,
ideſt, videns Deum: quod propter magnam Dei cognitionẽ & 11
ineffabilem eius misericordiam, quæ cum eo ibi vsus est, euenisse
Isai. 30. ipsi Domino placuit. Et hoc etiam iustis alij consequi solent, cõ-
templantes Deum ad omnibus fauendum paratum esse, vt opti
me. S. Isaias perpendit dicẽs: Ad vocem clamoris tui, statim vt
audierit, respondebit tibi. Non ait, Ad verbũ clamoris tui, sed,
ad vocem. Id est: Vix perfectam orationem pronuntias, & eũ
loqui incipis, statim te audit, & tibi libenter subuenit.

Gene. 18. Patriarcha Abraham quando pro Sodomitis Deum depre-
cabatur, vbi nos legimus, Quia semel cœpi loqui, in Hebraico ha
betur: Ecce cœpi loqui nunc. Quasi dicat: Tam audax fui, vt cũ
Deo loqui ausus sim. Vbi apparet, eum suæ fragilitatis apertam

cogni-

cognitionem assecutum fuisse. Atq; ita post quam cœpit orare, audaciam suam ad loquendum cum Deo admiratus est. Deniq; in ipsa oratione se abijcere didicit. Ita iusti in oratione tantã cognitionem suæ abiectionis & humilitatis accipere solent, vt, dũ orationi vacant, se ipsos admirẽtur, & ex humiliatione spiritus corporis humiliatio sequitur, qua in terram proiecti coram tanta maiestate in abyssо terræ latere cupiũt. Quemadmodũ Christus Redemptor noster, qui sic orasse legitur: Et progressus pusillum prociditin faciem suam orans & dicens: Pater mi si possibile est, transeat à me calix iste. Et in sacris literis Moyses cum Pharaone sic loquutus fuisse dicitur: Descendẽt omnes serui tui isti ad me, (scilicet afflicti ingentibus Dei flagellis) & adorabũt me dicentes: Egredere tu, & omnis populus, qui subiectus est tibi. Vbi alia translatio habet: Orabunt me: & sic est in translatione Syriaca, & in paraphrasi Chaldaica. In quo manifeste conspicitur cultus & obseruantia, qua Ethnici illi orationi operam dabant, & sanctum Moysem deprecabantur, si quidem eorum oratio à sancto viro adoratio nuncupatur. Quod si illi tantam mortali homini adhibebant reuerentiam, qua obsecro obseruantia & humilitate nos infinitum Deum orare oportet? Itaque humilis oratio tantam habet efficaciam, vt de ea in sacro eloquio dicatur. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & non discedet donec altissimus aspiciat. O verba viris abiectis & humilibus consolationis plena: in quibus diuina scriptura, eorum orationem vacuam nõ discedere donec altissimus aspiciat, pollicetur. Sed forte obijciet aliquis nobis, se ægrotum esse, nec posse genua flectere, &, vt decet, orationi vacare. Cui ego facile respondebo, ei ante oculos orationem Regis Manasis in Babylonia capti proponens. Qui (vtex diuinis literis constat) sic ad Dominum orauit: Peccaui super numerum arenæ maris, & nunc flecto genua cordis mei ad te Domine. Si igitur, ò homo, genua corporis flectere non potes, viscera & cordis genua inclina: parũ enim prodesset nobis, si corporis duntaxat & non cordis genua flectere mus: pluris nanq; Deus motus animæ quam corporis æstimat. Nam sancti Iosue, dum eques cum hostibus dimicaret, (vt patet in sacris literis) accepta fuit oratio: quam his verbis habuit: Sol cõtra Gabaon nè mouearis. Quasi diceret: O sol, vt quiescas & nè occidas, donec ab hostibus victoriã reportẽ, te obtestor. Cuius

Matth. 26.

Exod. 11.

Eccle. 35.

2. Paralip. cap. final.

Iosue. 10.

sanctissimi viri oratio tantæ fuit efficaciæ, vt, quod postulabat, 16
obtinuerit. Ex quo manifeste apparet, Deum orãtis cor magis,
quã verba & corporis dispositionẽ attẽdere: siquidẽ Iosue nõ fle
xis genibus orationẽ habuit, sed in equo sedẽs: nõ lacrymas, p-
fundẽs, sed magnã sanguinis copiã dispergẽs: nõ obsecrans, sed
adiurãs: nõ deniq; illa postulãs, quæ cõcedi alicui cõsueuerunt,
sed illa, quæ vsq; ad id tẽpus nemo petere est ausus. Super quo
B. Greg. in regist. B. Gregorius ait: Nè diffidas, quoniã Deus, qui S. Iosue, vt de ho
stib⁹ vindictã sumeret, diẽ protraxit, tibi etiã, vt proximo sub
uenias, & peccata tua euertas, tẽporalõgissima producet. Sic
igitur Dñm deprecare: O diuine iustitiæ sol, te oro atq; obsecro
vt radij clemẽtię tuę quiescãt, & in die misericordiæ tuę me lęti
fices, vt à sceleribus cũctis auertar, & de peccatis tãquã de infe
stissimis hostib⁹ vlciscẽdo victoriã cõsequar. Ergò cũ tantã vti 17
litatẽ secũ afferat oratio, frequẽter nos ea vti maxime cõducit,
Lucæ. 18. vt egregie idẽ Saluator nos admonet dicẽs: Oportet semper ora
Simile. re, & nũquã deficere. Hoc est, quẽadmodũ numorũ cupidus lo
quẽdo, comedẽdo, ac bibẽdo semper de ipsis lucris ac diuitijs co
Simile. gitat, & quẽadmodũ carnis voluptatibus deditus eã, quã diligit
semper in animo habet: ita Christianus homo in Deo creatore
suo cogitationẽ, cura, & solicitudinẽ debet continuo collocare.
Exod. 14. Cũ S. Moyses Hebrẽo populo suauissima hęc verba diceret, qui
bus eos fortes reddebat, scilicet: Et videte magnalia Dñi, quæ fa
cturus est hodie: Aegyptios enim, quos nũc videtis, nequaquã
vltra videbitis vsq; in sempiternũ: Dñs pugnat pro vobis, cũ in
quãhæc diceret, ecce Dñs eũ sic alloquutus est: Quid clamas ad
me? Vbi aperte ostẽditur, q licet sanctus vir cũ hominibus lin- 18
gua loquebatur, corde tamẽ cũ Deo sermonẽ habebat, atq; eos,
cũ in tãto periculo essent, clamãte propheta vociferatos fuisse
credẽdũ est. At quoniã parua fide & spe nitẽtes vociferabãtur,
Deus S. Prophetæ dũtaxat ait: Quid clamas ad me? Vbi diuina
eius misericordia magnopere enitet, qui propter vnius orationẽ
multis maxima beneficia cõtulit. Quoniã autẽ oratio hominib⁹
Simile. vtilissima est, De⁹ fæpenumero id, qđ in ea petitur, vt in ea cõti
nuò perseuerẽt, eis differt. Sicut pater filiolũ habẽs, cui vehemẽ
ter indulget, eũq; prę se diligit, si pomũ puero erogare vult, prius
scillud nolle dare, manũ cõprimẽs simulat: puer verò, vt illius cu
pidus est, nũc digitũ vnũ, posteà aliũ, ac tandẽ omnes sua tene-

ra

19ra manu aperit: cùi in hac cõtẽtione posito quasi plorãti manus pij parẽtis pomũ dimittit, qui tãdẽ lætitia & voluptate perfunditur, eo quod filiũ suũ tot modos totq; artes ad extorquẽdum pomũ quęrẽtem viderit: ita Dominus cum hominibus agit: qui decernens beneficia in eos libẽter cõferre, vult, vt ipsi vi quodã modo plorantes, gemẽtes, ac perseuerantes ab eius manibus ea extorqueãt, Deus vero perseuerãtiã eorũ ac diligentiã, quã adhibent, videre gaudet. Deniq; ita Deo ob hoc grata est oratio, vt vltima verba, quæ spõsus spõsę protulit, velut mutuo discedẽtis hæc fuerint: Quæ habitas in hortis, amici auscultãt: fac me audire vocem tuam. Nomine horti omnis catholica ecclesia intelligitur, diuersi vero horti peculiares Ecclesiæ ac religiosorũ conuentus sunt. In his deuotæ & piæ mentes habitant, & earum sin- *Cant. 8.*

20 gulis sponsus ait, vt cũ eo loquãtur, ipsumq; obsecrent: id enim sibi gratissimum testatur futurum. Et adiecit statim: Amici auscultant te. In quo significauit, non solum ipsum, sed etiam Angelos suauissimum eius orationis cõcentum delectare. Hoc spõsus in vltimo discessu suo sponsæ, vt magis memoriæ eius adhęreret, vt pote illi vtilissimum dixit. ¶ Ait igitur diuinus magister: *Amen amen dico vobis, siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Vnum quodque horum verborum diuina in se mysteria recondit, & in illis conditiones orationis, quæ diuinæ maiestati iucunda est, elegãtissimè cõtinẽtur: quarũ prima est, vt id, quod petimus sit aliquid. D. Augustí. sententia est, omnia huius mundi corporalia nihil esse: ac recte inquit, siquidẽ de illis sapientia ait: Tanquã vmbra trãsierunt: quorũ vilitatẽ & miseriã etiã gen- *Sapien. 5.*

21 tiles cognouerũt. Atq; ita Philippus Macedonũ rex quadã nocte Philosophis suis, vt quæstionẽ aliquã post cœnam vẽtilarẽt, imperasse traditur. Inter quos quæsitũ est, quid in toto terrarũ orbe maius esset. Cui alius Olympũ mõtem esse respondit, qui altitudine sua nubes transcẽdit, & eius cacumen eò, quò venti nequeũt, ascendebat. Alius aquã, quæ ignẽ extinguit, & maiorẽ terræ partem operit, esse affirmauit. Alium solem dixit, qui suo splendore terram ipsam, & aquas cõtegit. Alius, nihil in mundo tam magnũ ficut cor, quod ingẽtia contẽnit, esse asseruit: & hic meo iudicio cæteros lõge antecelluit. Dictũ enim maxima põderatione dignũ protulit, quo omnia huius mũdi tã vilia & caducaesse docuit, vt maiorẽ gloriã ille, cui animꝰ & robur est, ad illa

contẽnenda, quã qui artem inuenit ad ea adquirẽda mereatur. 22
Et ideo D. Augustinus ea nihil appellat, dona verò Spiritus sancti atq; eius diuinã gratiã, & charitatẽ cõparatione totius, qui est Deus, aliquid nuncupat. Quod si obijcis, Dominũ, siquidẽ ait: Siquid petieritis, insinuare velle, terrena cuncta à nobis postulãda non esse, quæ (vt diximus) nonaliquid, sed nihil nominari mementur, huic obiectioni idem D. Augustinus respondet dicens: Super omnia autem vitam æternam petere debemus, sicut facie bat sanctus Dauid dicens: Vnam petij à Domino, hanc requirã, vt inhabitẽ in domo Domini. Et in quadam homilia ait: Qui vere Christianus est, nõ ista temporalia petere debet, sed totũ pondus orationis & intentionis suæ ad expetendã æternam beatitudinẽ debet impendere. Nam quando ista tẽporalia Deus dat, & quando tollit, gratiæ ei agãtur: quãdo enim voluerit illa tribuet 23
& quãdo voluerit illa tollet, tantũ est, vt se ipsum nobis non auferat. Cum ait: Qui verè Christianus est, non ista tẽporalia petere debet, hæc absolute petenda non esse intelligendũ est. Quam obrẽ B. Chrysostomus nos sic admonet: Illud pete à Deo, quod tibi expediat accipere, & illum deceat præstare. Quomodo tibi præstet libenter non habenti, quæ si habes admonet, vt contemnas? Si tẽporalia enim petimus, cũ moderatione illa petere debemus, quia quid obsit vel prosit, nouit medicus non ægrotus. B. Gregorius de hoc agens sic ait: Ecce alius in oratione postulat vestem, alius sibi dari deprecatur alimentũ. Et quidẽ si hęc desunt, ab omnipotenti Deo sunt petenda. Hæc petere non est errare, sed tamen non nimie petantur. O vtinam vobis hodie hãc veritatẽ persuadere possim, videlicet quòd homo sæpenumerò maius cõmodũ & emolumentũ sibi necessaria à Deo postulans, quã cũ ea consequitur, (saltim de tẽporalibus agẽdo) reportat. Quo circa multo maius in te Deus beneficiũ cõferet, cum ad ea petẽda tibi occasionẽ præbuit, quã cum ea elargiri tibi dignatus est. Et ad hoc aliam rationem adducere nolo, nisi vos interrogare, quid vestris in animis sentiatis, cum efficaciter aliquid à diuina maiestate cõsequi intenditis: quã cõpositi & ad formã redacti interiũs & exteriũs, & quam à peccatis alieni Domino, quẽ deprecari vultis, placere studetis: tum, vel maxime quoniam mẽs cum Deo, vt decet, communicare non potest, quin aliquid boni tatis eius ei adhæreat. Ita mea quidem sententia intelligitur illud.

D. Augustin. li. 2. de verb. Domini. Psal. 26.

B. chrysost. sup. Matth.

B. Greg. in quadahomi.

25 lud, quod de Samuelis matre diuinæ literæ teſtãtur. De qua poſt quam multis lacrymis ac triſtitiæ ſignis (ita vt à ſacerdote Heliebria putaretur) ad Dominum filiũ poſtulans orationẽ habuit 1. Reg. 1. ſic textus ſacer affirmat: Vultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati, ideſt, in poſterum triſtitiæ ſignum in eius facie nõ apparuit. Quod non propter certitudinẽ impetrandi id, quod expetierat, (illud enim neſciebat) ei contigit. Sed voluit diuina ſcriptura ſignificare, illam à Deo, qui plura quam ipſa petebat eiim pendit, duplum beneficium fuiſſe conſecutam. Nam intra parũ tempus non ſolum ei filium, quem optauerat, conceſsit, ſed etiã patientiam ad perferẽdam infamiam, cuius ſterilitas cauſa erat, contulit, doloremque leniſsimè mitigauit. Ex ijs, quæ hactenus dicta ſunt, clariſsime infertur, nos abſolute, & ſine aliqua conditione diuinam gratiam, quæ eſt quid, atque autorem eius poſtu-
26 lare debere: nec etiam, vt tentationes, quas patimur, à nobis auferantur, á Deo abſolute eſt petendum: illæ etenim ſunt remedia, quæ optimè contra ſuperbiam, præſumptionem, aliaſq; miſeriasadhibentur. Ei, qui debilis, vel claudus pedibus, ſeu læſus *Simile.* in aliquo ſuorum membrorum eſt, adhibetur in curationẽ epithima quædam, vulgo, Bizma, pice ac certis quibuſdam medicamentis confecta, 'qua poſt aliquot dies tanto afficitur dolore & anxietate, vt caro ipſius edi & morſibus corrodi ſibi videatur. Tunc medicum, vt eam à ſe auferat, orat, qui reſpondet: oportere quidem parum doloris paruo tempore, dum medicamen operatur, vt poſteà infirmitati remedio adhibito ſanitas recupere-
27 tur, ſuſtineri: quod ſi modò epithima auferatur, aer in interiora corporis ingredietur, & ægritudo deterior remanebit. Ità tentationes hominibus, vt à peccatis ſint liberi, adhibẽtur, quæ ſi auferãtur, multò maiorũ damnorũ aliquãdo occaſio eſſent. Qua propter, vt à nobis auferantur, abſolute à Deo poſtulare minime de- 2. Cor. 12. bemus. Ait enim B. Apoſtolus: Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimul⁹ carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dñm rogaui, vt diſcederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Quibus verbis ad literam S. Apoſtolus doctrinã, quam hic docuit valde neceſſariã eſſe confirmat. Deniq;, vt petere & orare ſciamus Spiritus ſancti auxiliũ efficaciter implo-
rare, nos oportet. De illo enim D. Paulus inquit: Spiritus adiu- Roma. 8.

uat infirmitatem nostrā. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundū Deū postulat pro sanctis. Vbi diuinus Apostolus peculiarē fauorē, quo Spiritus sanctus nos afficit, (videlicet, quid in orationibus sit petendū) nobis explicuit. Ipse enim diuinus spiritus remissionē peccatorū, de qua paulò antea egerat, nō solū cōmunicat, & nō solū glorificationē corporū, de qua etiā inferius egit, hominibus vult polliceri: sed etiā adiuuat infirmitatem nostrā, noſq;, qualiter sit petendū, erudit: nam quid oremus, sicut oportet nescimus. Nō ignoramus quidē gratiā & gloriā à Deo esse petēdam, sed quibus mediis postulāda sit, nos latet. Aliquādo enim tētationibus ac persecutionibus, aliquādo verò mētis quietudine & absq; molestia spiritus nostri gratiā cōsequimur. At verò Spiritus sanctus id, quod magis oportet, qualiter desiderandū sit ac petendū, nos docet: ipse nāq; illuminat mentē nostrā & adiuuat vt oret gemitibus inenarrabilibus. Et ita, postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, significat, Postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Tātopere Deus in nos beneficia cōferre desiderat, vt nobis clamores, voces, ac gemitus ad pe-
Psal. 16. tendū elargiatur. Et ita ait S. Propheta: Clamaui quoniā exaudisti me. E cōtra videbatur dicendū, scilicet, Quoniam clamaui, exaudisti me. In hoc S. Dauid innuit, Deū cordis humani desideriū exaudire, postea voces, verba, ac suspiria, quibus homo ab eo efflagitet, tribuere: atq; ita ait: Quoniā exaudisti me, clamaui. D. Hieronymus explicans illa D. Pauli verba, scilicet, ipse spiritus postulat pro nobis, inquit: Gratiam spiritus spiritū nominat, qua docet nos pro nobis à Domino postulare. Quā ob causam
Rom. 12. Idē D. Paulus inter dona Spiritus sancti donū orationis enumerat dicens: Habētes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, spiritu feruentes, orationi instātes. Ideò donū hoc ab eo summis precibus contendere oportet. Et ait vlteriùs S. Apostolus: Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat. Spiritus hic appellatur spiritualis homo tali Spiritus sancti dono prēditus. Ex quo loco manifestè apparet, orationes eius, qui tali dono ornatus est, efficaces esse. Ait enim: Deus scit, idest, Approbat id, quod talis spiritus facit desiderare. Nā si desideriū & orationē approbat, vtiq; optata cōcedit,

31 dit, tum etiam, quoniam ſecundum Deum poſtulat, ideſt, ſecundum Dei voluntatem.

Itaque Dominus ait: *Siquid petieritis*, ideſt, ſi Petentes perſeueraueritis. In quo verbo orationis perſeuerantiam adnotauit: eſt enim hæc quædam perutilis & valde neceſſaria orationi conditio. Propter quod D. Iacobus ſic ait: Multum valet deprecatio *Iacob. vlt.* iuſti aſsidua. Ideò chariſsimi fratres, nè petendo deficiatis, agite ſicut S. Dauid feciſſe legitur. Vnde pro eo, quod nos legimus: In manus tuas cõmendo ſpiritum meum, alij tranſtulerunt: In *Pſal. 30.* manus tuas commendabo ſpiritum meum, & ſic eſt in contextu Græco, & in paraphraſi Chaldaica. Quibus verbis iuſti viri, qui non ſolum orauit, ſed in animo ſuo propoſuit, ſe continuò orationi operam daturum, perſeuerantia inſinuatur. Cùm quidam
32 monachus (vt legitur in vitis Patrum) nimis orationi deditus ab alijs obſecraretur, vt eos orandi modum doceret, reſpõdit, ſe quidem à pauperibus, qui oſtiatim petentes vulnera ſua iterum atque iterum oſtendunt, & indefeſſe ab illis, qui eis ſubuenire poſſunt, obſecrantes poſtulant eleemoſynam, fuiſſe edoctum, à quibus etiam ipſi doceri poterant. Inter Deum, & homines præter alia hoc diſcrimen eſt, quod homines nullo modo importunis preci'bus ab alijs vrgeri volũt, Deus verò hoc magnopere cupit, *Luca. 11.* imò & ad id nos monet, vt aperte ex parabola amici nocte petẽtis à ſuo amico panes, deducitur.

Deniq; inquit: *Siquid petieritis patrem.* Ex quo colligimus, eum hic cum filijs, ſcilicet, iuſtis verba facere. Nã peccatores filij dæmonis ſunt: de quibus apud D. Ioannem ait quidam cæcus: Sci-
33 mus quia peccatores non exaudit. Nam (vt ait D. Iſidorus) ſicut *Ioan. 9.* nullum proficit in vulnere medicamentum, ſi adhuc ſit in eo ferrũ incluſum: ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc peccatũ manet in mente. Qua propter S. Dauid ait: Subditus eſto *Pſal. 36.* Domino, & ora eum. Et ibidem: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Delectare in Domino, videlicet, per pium amorem. Sic tu tanquam amantiſsimus filius Dominum diligere, & in eo delectari contende, & dabit tibi petitiones cordis tui.

Poſtremò inquit, *In nomine meo.* Ideſt, Per merita mea. Quod ſi ita fecerimus, dabit ipſe Dominus hic nobis gratiam, qua comparatur gloria, ad quã nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica V.

Post Pascha
CONCIO SECVNDA.

Amen amen dico vobis, Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16.

HOdierna huius sacratissimi euangelij lectio est etiã pars illius suauissimi sermonis, quem pijssimus magister ad sacros discipulos post vltimam cœnam habuit. In supra habitis concionibus rationes, quibus Dominus ipsorũ tristitiã ob discessum sanctissimi magistri leniuit, adductæ fuerunt, in hac verò sacra lectione agitur, qualiter idem Dominus eis singularẽ rationem ad leuandã etiam eorum molestiã ac in nostram consolationem tribuit. Nam verba ista, scilicet: Amẽ amen dico vobis, &c. totieius Ecclesiæ diriguntur. In quibus perinde est ac si diceret: Quid pluribus opus est? Hoc vnum, licet aliud non esset, in vestrum leuamen sufficeret, videlicet, quod, siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Quid dulcius, quid suauius aut quid hoc liberalius excogitari posset? Solus sapientissimus Salomon, post quã sacrificia Deo obtulit, sequenti nocte ab ipso 2. Paralip. 1. Domino vocatus fuisse legitur, ciq; dixisse: Postula quod vis, vt dem tibi. Nũc autẽ omnibus fidelibus Christianis, licet tot sacrificia nõ obtulerũt, pijssimè dicitur: Siquid petieritis Patrẽ, fiet vobis. Olim cõgregatio fideliũ apud Iudæos synagoga vocabatur: nunc verò apud nos ecclesia dicitur. Rationem discriminis assignat optime B. Augustinus, videlicet, quia synagoga à verbo Græco synagogeo, quod Latine congrego significat, deducitur, at verò ecclesia ab alio etiã verbo Græco, caleo, idest, voco, deriuatur. In quo insinuatur, Iudæos tanquã animãtia propter timorẽ congregari. Olim eos Dñs bellis, morte, serpẽtibus ac bonorũ tẽporaliũ promissionibus ad se trahebat, eis dicẽs: Bona terræ comedetis: Christianos vero amore & cœlestiũ bonorũ promissionibus cõuocat, vt aperte his suauissimis verbis apparet. Vt autẽ maiorẽ huius ineffabilis promissionis fiduciã concipe-

remus,

4 remus, eam ſumma veritas duplici iuramẽto confirmat dicens: *Amen amen dico vobis.* Nos cum dicimus, Amen ſiue in veritate iurare nõ intẽdimus, quia de humana veritate intelligimus: ſed Chriſtus Dñs per infinitã veritatẽ, quæ eſt idẽ quod eius eſſentia, ſe iuramẽto aſtringit. Ergo magna infidelitas erit noſtra, ſi p miſsionibus à perſona infinitæ bonitatis editis & iureiurãdo cõfirmatis nõ credimus. Qualiter autẽ Dei verbis ſit cõfidendũ apoſitiſsime nobis exẽplũ Abrahã Patriarcha prębuit. Qui, poſt quam ei Dñs iurauit, Meſsiã ab eius progenie eſſe naſciturum, adeò his verbis credidit, vt, cũ ei filiũ ſuũ mortis ſacrificio offerre iuberetur, ſtatim (vt ſubtilis adnotauit Scotus) obtẽperauit, ſperãs, filiũ ſuũ, poſtquã igni traditus eſſet, diuino auxilio reſurrecturũ, vt id, quod ei antea Dñs promiſerat, adimpleret. Quã 5 obrẽ egregie D. Paul. ait: Fide obtulit Abrahã Iſaac, cũ tẽtaretur, & vnigenitũ offerebat, in quo ſuſceperat repromiſsiones, (ad quẽ dictũ eſt: In Iſaac vocabitur tibi ſemẽ) arbitrãs quia & à mortuis ſuſcitare potẽs eſt Deus. Atq; fiduciã hãc oſtendit, cũ famulis ſuis dixit: Expectate hic cũ aſino, ego & puer illuc properãtes, poſtquã adorauerimus, reuertemur ad vos. Quid ais Patriarcha ſancte? Ignẽ & ligna ad cõburendũ filiũ tuũ portas, & inquis: Ego & puer reuertemur ad vos? In hoc pfectò fiduciæ ſuę ingentẽ firmitatẽ oſtẽdit. Magna etiã fortiſsimæ Iudith fiducia fuit. Nã (vt ex ſacra pagina cõſtat) cũ Holofernes ei ex mẽſa ſua iuſsit epulas miniſtrare, ipſa nõ niſi ea, quæ præparauerat ancillæ eius, edere voluit. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi iſta, quæ tecũ attuliſti, quid faciem⁹ tibi? Illa vero cõfidenter, Viuit, 6 inquit, anima tua, quia nõ expẽdet ancilla tua omnia hęc, donec faciat Deus in manu mea ea, quæ cogitaui. O admirabilẽ fœminæ fiduciam. Quæ etiã in reprehẽſione, quã ipſa ſacerdotibus, eò q̃ miſericordiæ terminũ cõſtituerãt, dederat, clariſsime apparuit. Virtus hæc etiã in S. Dauid maximè floruit, qui ait: Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in Dño. Et vbi nos legimus: Eripuit me de inimicis meis fortiſsimis, in contextu Græco habetur: Eripiet me de inimicis meis fortiſsimis. Vbi S. Propheta in magna ſpe fuiſſe oſtẽditur, quod ille, qui ipſum à ſuorũ inimicorũ manibus elapſis tẽporibus eripuerat, eũ etiã tẽpore vẽturo eriperet. Et alibi idẽ Propheta ait: Deus noſter refugiũ & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerũt

Scotus. in. 3

Hebr. 11.

Gene. 21.

Gene. 22.

Iudith. 1.

Pſal. 129.

Pſal. 18.

Pſalm. 45.

nos nimis. Quibus verbis non solũ fiducia eius conspicitur, verũ etiam omnes in Deo confidere debere manifeste ab ipso docemur: in eo enim remediũ facillime inueniendũ esse ait. In homi- 7
nibus plærunq; remediũ, sed non virtutẽ reperies. Diues paupe-
Dissimile. ri virgini numos præbebit ad hoc, vt eam virginitatis thesauro spoliet. O quam multi in hac misera vita sunt, qui proximis suis in aduersitatibus opem ferũt, vt in propriis sceleribus eis faueãt. Quod quidem diuersis modis ac vijs fieri solet, aut ad iniurias vlciscendũ, aut ad dignitates obtinendas, aut ad scelus aliquod perpetrandum. Hi refugium, sed non virtus dici possunt: at ve-
Psal. 124. rò Deus refugiũ & virtus. Fœlices, qui in eo spem habent. De il lis enim S. Dauid inquit: Qui cõfidũt in Domino sicut mõs Siõ. Hoc est, propter fiduciam, quam quis habuit in Domino, stabi litatem in bono ad instar montis Sion consequetur: quę quidem 8
est valde ingens amplificatio. Contra verò diffidentia mater & fons multorũ malorũ est, vt ex Propheta Ezechiele patet. Qui de quibusdam sceleratis hominibus agens sic eos dixisse affirmat. Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, & in ip sis nos tabescimus, quomodo ergo viuere poterimꝰ? Idest: Onus peccatorũ ac scelerũ nostrorum nos succumbere fecit, & ita nos oppressit, vt à nobis expelli sit impossibile. In quo (vt D. Hieronymus hunc locum explicans ait) sic dicere voluerunt: Iam perpetua mors & æterna damnatio nostra certa est, vulneribus nostris nullum remedium adhiberi potest: quorsum ergo frustra affligimur, & præ anxietate consumimur? Residuum vitæ nostræ in præsentibus voluptatibus consumamus, siquidem futuras æternæ vitæ amisimus. Attendite, obsecro, qualiter vbi pri 9
mum diffidere de Dei misericordia cęperunt, omnia vitiorum
Ezech. 33. genera committere constituerũt. At statim Dominus ad S. Eze chielem ait: Dic ad eos: viuo ego, nolo mortem impij, sed vt cõ uertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini à vijs vestris pessimis, & quare moriemini domus Israel? O benedictus sit & glorificatus talis Deus, benedicta talia verba, in quibus tanta fiducia peccatoribus præstatur. Igitur fratres mei nè spe cadatis, licet grauissima scelera commiseritis: conuertimini vere, & optimum apud Deum remedium inuenietis. In diuinis literis Deus sancto Moysi psalmum (in quo peccata, quæ eo mortuo perpetranda erant, & vltiones, quæ ob illa sumendæ erant, referrentur)

totur) ſcribere iuſsiſſe legitur, ad cuius Pſalmi finem idem Dñs im
perauit, vt quædam verba adhiberentur, quibus, cum ſe Hebræi
ſceleribus ac laboribus oppreſſos vidiſſent, ſpe veniæ muniren
tur, ſcilicet: Videte, quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præ
ter me: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego ſa *Deute. 32.*
nabo. Quibus verbis nos etiam, cum peccatis onerati fuerimus,
ſicut eos, de quibus hæc diuina ſcriptura loquitur, Dominus in
ſpem allicit: vt licet innumerabilem ſcelerum multitudinem cõ
miſerimus, vnuſquiſque intra ſe dicat: Domine licet infinita per
petrauerim ſcelera, tu tamen, qui mentem meam percuſsiſti, vt *Simile.*
ea relinquerem, & te ſequerer, me ſanabis. Quis adeò crude-
lis eſt pater, qui filium corrigens, vt bonus eſſet, ſi ei vulnus ali-
quod infligeret, illi poſtea non medeatur ex manibus ſuis vir-
11 gam, qua eum verberauit, proijciens? Si igitur erga filium hac
pietate homo vtitur, multo magis Deus miſericordiarum pater
erga peccatores ea vtetur. Quo circa confidenter ad eum opor-
tet accedere, vt nos D. Iacobus hortatur dicens: Si quis autẽ ve- *Iacobi. 1.*
ſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluẽ
ter, & non improperat: & dabitur ei. Poſtulet autem in fide, ni-
hil hęſitans. Qui enim hęſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vẽto
mouetur, & circumfertur. Atque id, quod ſanctus Apoſtolus
de ſapientia in præſentiarum inquit, idem etiam de alijs neceſsi
tatibus nos commonefacere intelligendum eſt. Nam idem
Dominus per pſalmiſtam ait: Inuoca me in die tribulationis, *Pſal. 49.*
eruã te, & honorificabis me. O admirabilem ampliationem. Po
tentiſsimus & magnificentiſsimus Deus, qui nullius honore in
12 digeat, dicit, ſe ab eo, qui ſuam opem & auxilium in neceſsitati-
bus & laboribus implorat, honore affici. Quorſum igitur hoc
ſumma veritas diceret? vel quorſum ſi petentibus ſubuenire
nollet, vt ab eo peteremus, nobis imperaret? Quis enim prin- *Simile.*
ceps famulo ſuo iubet, vt ea, quæ ipſe præſtare nó vult, ab eo po
ſtulet? Quanuis autem memoria noſtrorum ſcelerum fiduciam
quam habere debemus, tepefaciat, nos tamen diuinæ miſeri-
cordiæ oportet continuò adhærere. Inſignis Philoſophus Sene
ca quendam hominem infimo loco natum ab Alexãdro Magno
parũ poſtulaſſe cõmemorat: cui ille vrbẽ quandam magnificẽ *Seneca lib.*
tiſsime donauit. At cũ vilis homo ſe ea indignum putaret, Ale- *de beneficijs*
xander cum ſic alloquutus fuit: Vt in te beneficia conferam,

non

non quis sis, aut quibus dignus, sed quid me elargiri conueniat, 13
attendo. Si ergo hanc magnificentiã vermis terræ sibi tribuebat,
quid potentissimum Deũ ac pijssimũ factorũ existimatis? Qua
propter quando ab eo petimus, non fragilitatem nostram, aut
exigua merita, sed eius infinitam clementiam & pietatem ante
oculos mentis ponere debemus. Memoria etiam præteritorum
beneficiorum in spem & fiduciam, quod maiora conferet (si qui
dem Deus nunquam mutatur) nos allicit. Quod si præteritis tẽ-
poribus Dominus extitit liberalis, multo magis nunc magnifi-
Exod. 17. centissimus erit. Hoc significauit illud Exodi, cum Hebræo-
rum populo aduersus Amalechitas dimicante sanctus Moyses
virgam Dei in manibus habens orabat. Quid, obsecro, oratio-
ni sancti viri virga fauere poterat? Sed absque mysterio factum
fuisse non est credendum. Virga hæc, qua Deus tot mirabilia & 14
prodigia operatus fuerat, in manu Moysi erat, vt innumera be-
neficia, quæ à Deo populus Israel acceperat, in eorum memo-
riam reuocaret: atque ita spes illorum & fiducia ad multo maio-
ra accipienda confirmaretur. In quo ipse Dominus nos docuit
vt orantes beneficiorum acceptorum recordemur: quibus fir-
missimam spem concipiamus, nos ab illo, qui ea contulit, mul-
tò maiora esse accepturos. In hoc etiam innuitur, orationes no-
stras in meritis crucis Redemptoris nostri, cuius virga illa typũ
gerebat, niti debere.

Ait igitur liberalissimus Dominus, *Si quid petieritis patrem.*
Quidam venerabilis doctor hunc locum sic interpretatur: Diui
nus Saluator nos à patre suo, & non à se, nec ab Spiritu sancto iu
bet postulare: quoniam Patri liberalitas tribuitur: ipse est enim 15
qui dat omnibus affluenter, & nihil ab aliquo recipit. Nam li-
cet verum sit, quod filius Spiritui sancto suam essentiam, quam
à Patre accipit, communicat, & ipse Spiritus sanctus eam à Pa-
tre & Filio absque eo quod alteri eam communicet, accipit: ta-
men solus Pater essentiam suam Filio & Spiritui sancto nihil ab
eis accipiens communicat: ideò meritò ei liberalitas attribuitur.
Et ob hoc nobis diuina Sapientia præcipit, vt à Patre æterno ali
quid petamus. Sed licet hæc ita sint, Pater (meo iudicio) in præ
sentiarum beatissimã Trinitatem (quæ fons & origo est omniũ
bonorũ) significat: à qua in nomine Chri, id est, per merita ei⁹ po
stulare debem⁹. O verba dulcissima. Quare, fratres mei, cordano

stra

16ſtra amore non liqueſcũt,cũ ab eo,qui decipere minimè poteſt,
Deum trinum & vnum noſtrum eſſe patrem audimus? Multos
filios Dei fecit vnus filius Dei(inquit B. Auguſtinus) emit ſibi
fratres ſuo ſanguine:atq; ita dixit: Aſcendo ad Patrem meũ & *Ioan. 20.*
Patrem veſtrum. Quid,obſecro,maioris conſolationis, aut dig
nitatis reperiri poteſt? vt optimè D. Ioannes perpendit dicens: *1. Ioan. 3.*
Videte qualem charitatem dedit nobis pater,vt filij Dei nomi-
nemur & ſimus. Satis profectò eſſet,nos filios eius vocari,ſed nõ
ſolum voluit,vt filij nuncuparemur,verũ etiam vt eſſemus: nec
ab aliquo cogitandũ eſt,nomen hoc tantę dignitatis vacuũ eſſe.
Summi Pontifices, Imperatores,ac Reges ſæpenumero, quia *Diſſimile.*
pauperes ſunt,honorificos titulos abſq; diuitijs vel redditibus
imponunt:veluti cùm epiſcopos annulares ſummus Pontifex
17creat,& Rex ducem aliquem, vel comitem inſtituit,quæ quidẽ
dignitates nomine ſunt honorificentiſsimæ,vacuæ tamen diui-
tijs. Deus verò nõ ita facit,nam cum Abram vocauit Abraham *Gene. 17.*
(ideſt,multarum gentium patrem)eum ingentis progeniei pa-
tem fecit:& cum glorioſum Baptiſtam Ioannem nuncupauit,
eum gratia(vt nomen ipſum deſignat) replenit. Denique cum
Simonem Cephas(quod lingua Syriaca,vt B. Hieronymo pla-
cet,Petrum vel petram ſignificat) voluit appellari,eum firmiſsi
mum Eccleſiæ ſuæ fundamentum poſuit. Ergo ſi nos filios,& ſe
patrem nominat,ratio poſtulabat,vt in amore,beneficijs,& ſoli
citudine patrem ſe exhiberet. O vtinam hoc continuo in noſtro
rum reſideat memoria. Qualiter in laboribus vnuſquiſque dice-
ret, ſe patrem & potentem patrem,qui nimio amore filios pro-
18ſequitur,habere:& ideo magna fiducia ab eo iuſta poterit poſtu
lare. Quod ſi cum ab eo efficaciter rem petimus,quam ipſe con
cedere non vult,id nobis magis conducere,credendum eſt.

Adiecit deinde Dominus, *in nomine meo.* Sed quæro,cũ à Deo
aliquid petere intendis,quo iure id facere cogitas? Dices fortaſ
ſe: Ego coram eius diuina maieſtate proſtratus creaturã eius, &
opus manuum ſuarum me eſſe propono:& hunc titulum ſanctus
Iob ei afferebat dicẽs: Manus tuæ fecerũt me & plaſmauerũt me *Iob. 10.*
totum incircuitu. Bene quidem ais. Sed illum contra te eſſe non
dubites, qui cum ſis creatura eius & opus manuum ipſius ei, vt
debebas,non ſeruiuiſti, & aduerſus eum multoties rebellando
defeciſti. Ideò alio tibi opus eſt titulo: hic enim te ipſum dam-

nat,

nat, quia cum eo ingratitudo tua apertissime ostenditur. Ergo me ad imaginem, & similitudinem eius factum esse adducã: ideo siquidem tam perfectũ esse mihi communicauit, fauorem eius & auxilium iure potero implorare. Optime inquis, sed id etiam aduersum te pugnat: nam imaginẽ ipsam ita deformasti, vt vix imago Dei esse videatur. Itaq; panẽ eius sanctissimum me man
Simile. ducasse proponã. Sic enim famulus, qui hero aliquando seruiuit, obijcere solet, cùm ab eo aliquid postulare contendit. Cõcede, inquit, hoc Domine famulo tuo, siquidẽ me panis tuus sustentauit. Ius optimum in petitionem tuã affers. Nam cum quis dicit, se panẽ Domini sui aliquando comedisse, & ideo iure optimo ad id quod postulat illum posse adducere, innuit huiusmodi famulus, cum Domino famulabatur, panem, quo vescebatur se meruisse. Tu verò, quem Dominus tot annis abũdanter aluit cui panẽ suũ abũdantissime largitus est, qualiter id quod manducasti meruisti? Ideo etiã hoc aduersum te est. Ergo id, quod ante diuinũ tribunal poteris allegare, in sacra nos Euangelij hodierni lectione supernus magister Christus Dominus erudit dicens. *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* O admirabilem titulũ: ò firmissimũ ius. Scilicet cũ à patre æterno aliquid postulamus, illud per Dominũ nostrum Iesum Christum postulare ac dicere: Deus infinitæ maiestatis ex parte mea ad hoc, quod petere intendo, afferre quid possim præter hoc penitus ignoro. Nã si creaturã tuã & opus manuũ tuarũ me esse affero, id in meã vergit dãnationem, quoniã aduersus creatorẽ meũ impudenter reititi: si imaginẽ tuã in me insculptã esse pro titulo allego, pudet illam tibi ostendere, siquidem ipsam tot immunditijs fœdaui: si vero affero panem tuũ edisse, id nunquam merui. Igitur nullũ aliud mihi refugium est ad petendum, nisi per Dominũ nostrũ Iesum Christũ, per primogenitũ illum, per illam bonorũ summam, per mediatorem inter te & nos, per illum denique, qui tibi solus placuit infinite, & hoc ius corã te potero adducere. Ideo semper à te petam per Dominum nostrum Iesum Christũ filiũ
oEchumen. tuũ. OEchumenius insignis Doctor Græcus super hæc verba inquit: Christum Redemptorem nostrũ verũ Deum esse, in hoc ostendisse, quod nomen infinitæ virtutis, per quod omnia cõparãtur, quod q; non nisi habẽti infinitam potestatem, videlicet, so
Psalm. 8. li Deo cõuenit, obtinuerit. Ideò S. Dauid ait: Dñe Dñs noster,

quam

22 quã ad mirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra. Ex quo apparet ad Chriſti Redẽptoris noſtri gloriã pertinere, ęternũ Patrẽ propter nomẽ ſanctiſsimũ vnigeniti Filij ſui, ac propter eius innumera in nos beneficia cõferre. Veriſsime enim in ſacra ſcriptura dicitur: Deus honorauit Patrẽ in filijs, videlicet, quãdo propter merita parẽtũ filijs licet indignis bona tribuit. Ipſe enim ait: Ego ſum Dns Deus faciens miſericordiam in millia ijs, qui diligunt me, & cuſtodiũt pręcepta mea. Atq; ita Hebræis in Deuteronomio dixit: Neq; dabo vobis de terra filiorũ Eſau quantũ poteſt vnius pedis calcare veſtigiũ, quia in poſſeſsionẽ Eſau dedi mõtẽ Seir, quia filius Iſaac patriarchæ viri iuſti fuerat. Et inferius adiecit: Nõ pugnes cõtra Moabitas, nec ineas aduerſus eos prælium: nõ enim dabo tibi quicquã de terra eorũ, quia filijs Loth tradidi eam in poſſeſsionẽ. Si igitur cum Idumeis licet idololatris
23 Dominus poſt quadringentos annos, quia filij Eſau primogeniti ſanctiſsimi Iſaac erãt, hanc habuit rationẽ, quid cũ filijs ac mẽbris Ieſu Chriſti iuſtorum iuſtiſsimi propter merita ipſius æternum Patrem acturum putatis? Ergo quotieſcunque os noſtrum ad orandum aperimus, vel oculos in cœlum leuamus, ſemper nobis gratiſsimus hic æterni Patris primogenitus eſt offerẽdus. Sanctus Ioſeph fratres ſuos hortatus eſt, vt corã ipſo ſine Beniamin eorũ fratre non apparerent. Alioquin, inquit, non videbitis faciẽ meã, niſi fratrẽ veſtrũ minimũ adduxeritis vobiſcũ. Hoc idẽ nobis Patrem æternum dicere cogitare debemus, vt, ſcilicet corã eo abſque dulciſsimo fratre noſtro Beniamin Ieſu Chriſto nõ cõpareamus. Sed ad hoc notãda ſunt verba D. Pauli, videli-
24 cet: Factus eſt omnibus obedientibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Obediẽtibus, ait, & nõ morẽ gerere nolẽtibus. Nã in Prouerbijs dicit: Qui declinat aurẽ ſuã, nè audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Ideò hic ſtatim ſumma veritas inferiùs inquit: Ipſe Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui. Et D. Gregorius ait: Si obedierimus Deo, obediet Deus orationibus noſtris. Atque hęc eſt ratio, quare Dominus ſanctis, ac pijs viris ita obtemperabat, vt, ſi precabãtur: Domine pluat, ſtatim ipſe Dominus eorũ deprecationibus faueret. Vt enim Regius propheta teſtatur, Deus voluntatem timẽtium ſe faciet, & deprecationẽ eorũ exaudiet. Atque hoc ſignificatur myſteriũ in illis verbis eiuſdem ſancti Dauid, cum ait: Dirigatur Domine ora-

Ecclc. 3.

Exod. 20.

Deute. 2.

Gene. 43.

Hebr. 5.

Prouer. 28

D. Greg.

Pſal. 144.

Pſal. 140.

Simile. ne oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Thus seu incen- 25
sum in thuribulo positum, nisi ei ignis applicetur, odorem effun
dere non potest: ita incensum orationis Deo odoriferũ, aut gra-
tum nõ est, nisi cor, vnde illa exit, diuini amoris igne nõ ardeat.
Esai. 1. Qua propter apud sanctum Esaiam ipse Dominus hæc profert
verba: Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus
enim vestræ sanguine plenæ sunt. Qualiter ò scelerate te Domi
nus exaudiet, cum lingua tua orationem Dominicã pronuntiã
te cor tuum ab ijs, quæ ibi postulantur, longissimè absit? Si enim
ore profers, Pater noster, qui es in cœlis: Deus tibi poterit respõ
dere: O infælix qui me patrem appellas, cũ filius meus esse, nec
præceptis meis obedire nolis? Quare ais, sanctificetur nomen tuũ
(id est, nomen tuum ab hominibus glorificetur & honore afficia-
tur) siquidem tu ipse nomen meum ignominijs dedecoras? Qua 26
re inquis, Adueniat regnum tuum, siquidem cogitatione & de-
sideriis ab illo te ipsum continuò auertis, modis omnibus ac vijs
huius mundi miserabile regnum inquirens? Quare dicis: Fiat vo
luntas tua, sicut in cœlo & in terra, siquidem tu ipse mihi non vis
morem gerere? Quare ore profers: Panem nostrum quotidianũ
da nobis hodie, si cum diuitias, videlicet, horrea plena frumen-
to & magnam numorum copiam ad vitam in centum annos pro
pagandam habeas, non te pudet panẽ pro vnius duntaxat diei
spatio à me postulare? Quare postulas: Dimitte nobis debita no
stra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: siquidem mini
mam tibi illatam iniuriam non solum inferenti parcere non vis,
verum etiam pertinaci animo eam vlcisci contendis? Non ne vi
des huiusmodi deprecandi modum perinde esse acsi diceres, 27
Domine cum impijs ac teterrimis dæmonibus me in infernum
detrude, ac siquidem ego, vt tu iubes, meis inimicis non parco,
nec tu etiam mihi parcas? Quare deniq; inquis: Et ne nos indu-
cas in tentationem, sed libera nos à malo, siquidem tu tentatio-
nes ac scelera quæritas, vt in illis totus submergaris, ac tui ipsius,
instar diaboli proteruus efficiaris tentator? O te nimium infœli
cem: quem tota hæc sanctissima oratio apertissime condemnat,
tuaq; facinora palam ostendit, & te misericordia mea ac benefi-
cijs æternis indignum iudicat. Ergo, ò miserrime peccator ad
Dominum conuertere, veramq; tuarum iniquitatum pœniten
tiam facito, ac tandem eò quod eas commiseris ingentem lacry

marum

28 marũ copiam profunde, & ita oratio tua diuinæ maieſtati gratiſ-
ſima erit. Ait enim diuina ſapientia: Vox turturis audita eſt in *Cant. 2.*
terra noſtra. In quo ſignificauit, vocem & orationem cũ lacry-
mis coniunctam pijſsimo Deo eſſe nimis acceptã. Atq; ita pro
eo, quod nos legimus: Nè tradas beſtijs animas confitentes tibi, *Pſal. 73.*
alij ex Hebræo verterũt. Nè tradas beſtijs animam turturis tuę. *Pſal. 16.*
Et ſanctus Dauid dicebat, Auribus percipe lacrymas meas. Vbi
innuit, lacrymas in oratione eſſe vnũ ex præcipuis ius ac ſingu-
lare remediũ, vt coram Deo exaudiatur. Ideò B. Auguſtinus re- *B. Auguſt.*
fert, cum pij & deuoti homines cuiuſdam ægroti ſalutem fletu à *lib. 22. de ci*
Domino deprecarentur, ſe ipſum Dominum ſimul cum eis ob *uit. Dei. c. 8*
ſecraſſe, precesq; ei fudiſſe dicendo: Domine quas preces exau
dies, ſi has non exaudis? Et adiecit ſtatim: Eorum ergo precibus
29 ſalus ægroto reddita eſt. Hac igitur diſpoſitione ſanctiſsima ora
tione Dominica, quam ipſe Dominus homines docuit, vtendũ
eſt: in ea nanq; omnia, quæ poſtulare conducit, continentur. Nã
quemadmodum cuncta tempora in ſeptem dierum ſpatium re- *ſimilia.*
digũtur: ac ſeptem cœlis, qui prius cœlo ſtellato ordine ſunt, to
tius mundi machina regitur ac gubernatur: & ſeptem planetis
omnes inferiores gignuntur creaturæ, & quemadmodũ homo
quatuor elementis in corpore, & tribus potentijs in anima, quæ
ſeptem ſunt, conſtat: & quemadmodũ hominis perfectio in ſep-
tẽ virtutibus, videlicet, tribus theologicis, & quatuor cardina
libus conſiſtit: & quemadmodum ſeptem Spiritus ſancti donis
mens ſanctificatur: & quemadmodũ in remedium generis huma
ni Chriſtus Dominus ſeptem inſtituit ſacramenta: & quemad-
30 modũ in beatitudine ſeptem mirificis dotibus, ſcilicet, viſione,
tentione, & fruitione in anima, agilitate, impaſsibilitate, clarita-
te, & immortalitate in corpore glorificabimur: ita omnes neceſ-
ſitates noſtræ in ſeptem petitiones, quæ in hac cœleſti oratione
continentur, referuntur. Ac quoniam diuinus magiſter noſter
cum diſcipulos ſuos orare doceret, eis dixit: Sic ergo vos orabi-
tis, Pater noſter, qui es in cœlis, &c. nos etiam hac ſacratiſsima *Matth. 16.*
oratione frequentiſsime vti debemus. Res etiam plane conſide-
ratione in hoc Euangelio digna eſt: ſiquidem Deus, adeò ſe libe-
ralem erga nos oſtendit, vt in hac ſacra lectione Ieſus Chriſtus
affirmet, ſiquid petierimus patrem in nomine ipſius nobis eſſe
concedendum: nos etiam propter eius amorem erga proximos

nostros liberales esse eis, quæ à nobis post ualuerint concedẽdo 31
rationi consentaneum est. Olim hoc iussit Dominus: Ingressus
Deut. 23. vineam proximi tui comedes uuas, quantum tibi placuerit, fo-
ras autem nè efferas tecum. Postea verò Christus Redemptor
noster sic apud D. Lucam ait: Ignem veni mittere in terram, &
Lucæ. 12. quid volo, nisi vt accendatur? In quo, mundum ante aduentum
ipsius frigidũ & absq; diuini amoris igne esse, significauit. Sed
proh dolor, quanuis filius Dei tot beneficijs velut flammis incẽ
sis corda hominũ in sui & proximorũ amore inflãmare conatus
est, multitam ẽ aliquo modo frigidores quã ante remãserũt. Nã
si eo tẽpore pauperi in alienã vineã ingredi, uuasq; comedere
atq; alia id genus licebant, nũc non solum ad manducandũ ra-
cemum in alienam vineam ingredi minime licet absq; pœna &
supplicio, sed etiam aliæ quã plurimæ in miseros pauperes cru 32
delitates exercentur: ob quas (vt credi potest) tot malorum gene
ra his tempestatibus patimur. A Equũ est enim & rationi con-
sentaneũ, vt tibi qui cum villicus diuitiarum Domini tui esse
deberes, eas omnes tibi usurpasti, & nunquam filiorũ Iesu Chri
sti, videlicet, pauperum recordatus es, cuncta, quæ possides, ip
se Dominus auferat. Igitur, charissimi fratres, quãdoquidẽ vul-
tis, vt erga vos Deus sese liberalem exhibeat vos etiam liberali
tatem erga pauperes ostendite. Quo non solum obligationi ve
stræ satisfacietis, sed diuinam gratiam merebimini, qua compa-
ratur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica V.

Post Pascha

CONCIO TERTIA.

Amen amen dico vobis, Si quid petieritis patrem in no-
mine meo, dabit vobis. Ioan. 16.

Similc.

MErito, atque optimo iure veteres philosophi hominẽ arborem inuersam appellarunt: ille enim radices in cœlo agere, fructum vero in terris, videlicet, in hac vita præbere debet. Et quemadmodum omnis cu-

ra

ra & ſolicitudo olitoris in irrigandis nouis arboribus, vt radices altius mittentes vberrimos fructus ferant, ſita eſt: ita præcipua cura hominis Chriſtiani debet eſſe in cogitandis rebus cœleſtibus, vt ea cordis cogitatione, quæ radix hominis eſt, virtutem cœleſtem attrahat, qua bonorum operum fructum ferat abundantiſsimum. Sic facebat S. Dauid, qui ait: Leuaui oculos meos, in mõtes vnde veniet auxilium mihi. Et Eccleſiaſticus inquit: iuſtus cor ſuũ tradidit ad vigilandũ diluculo ad Deũ, qui fecit illum, & in conſpectu altiſsimi deprecabitur. Perpendite verba illa: Tradidit cor ſuum: vbi iuſtus cor ſuum famulum ac ſeruum huius ſancti exercitij efficere ſignificatur. Nã ſicut olitor ante lucem ſurgit ad arbores irrigandas: ita vir iuſtus, vt cor ſuum ad Deum in illa crepuſculi matutini quietudine erigat, ſurgit. Atq; S. Iob inquit: Si diluculo ſurrexeris ad Deum, & omni potentem fueris deprecatus, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. Dauid etiam licet Rex & multis negotijs præpeditus dicebat: Mane aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volẽs iniquitatem tu es. Pro quo B. Hieronymus ex Hebræo vertit: Mane aſtabo tibi, & contemplabor: & alius Doctor vertit: Mane inſtituam ad te orationem meã & ſuſcipiam. Et pro eo, quod nos legimus: Prẽueni in maturitate, & clamaui: alij ex Hebræo verterunt: Præueni diluculum & clamaui. Et vbi nos habemus: Exurgam diluculo: alij verterunt: Excitabo auroram, ideſt, non expectabo, vt aurora me exuſcitet: imo ego matutino tempore ſurgendo illam ſuſcitabo. Et ita ipſe Rex Dauid dicebat: In matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus. O magnam multorum confuſionem. Neſcio quomodo talia audientes pudore non conficiuntur illi, qui cum viginti quatuor horas diei naturalis in miſero & mortali corpori indulgendo integras conſumant, ſaltim vnam in adhibendo animæ remedium non impendant. Quod ſi vir iuſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo, & vos hoc facere minime curatis, qualiter iuſtorũ nomen obtinere cõtẽditis? Igitur ò homo ignauia, & negligentia ſit procul à te: & ſic eã arborem videlicet animam tuã, vt fructum æternę vitæ afferat, cœlorũ rore mane irrigare, cura. Ait enim Spiritus ſanctus: Qui conſeruat legem, multiplicat orationem: ſcito namque orationem & contemplationem naturæ rationali exercitium eſſe nimis congruum

Pſal.120.
Eccli. 39
Simile.
Iob.8.
Pſal.5.
Pſal.118
Pſal.56.
Pſal.62.
Eccli.35.

& conueniens. Quare artes mœchanicas ita nuncupari existima 5
tis? Vocantur mœchanicæ à verbo, mœchor, quia homo ijs vili
bus artibus ac humanis negotijs vtens intellectu suo adulterat
B. Augusti. & mœchatur. Nam (vt ait B. Augustinus) fecit Deus hominem
rationalem, vt summum bonum intelligeret, intelligendo ama-
ret, amando possideret, possidendo frueretur: ipse verò homo
ad vilia se abiecit. Atq; ita quãdo intellectus human⁹ creatus ad
intelligendũ Deum, & in eo contẽplandũ munus hoc sibi tam
proprium, relinquit, & terrena meditatur, tunc mœchari dici-
tur, & opera eius mœchanica, ideſt, adulterina dicuntur. Hoc
aliter etiam in hunc modum probatur. Deo quatenus Deus &
actus purus est, dare & non petere, vel accipere: creaturæ verò,
vt creatura est, accipere competit: ac quemadmodũ Deo sem
per dare naturale est, ita creaturam semper postulare ac petere
rationi est consentaneum: & sicut cum Deus donat, munere suo 6
fungitur, ita creatura cùm postulat. Deniq; oratio sic Deo gra-
Cant. 4. ta est, vt ipse cum anima iusta loquens ei dicat: Fauus distillans
labia tua. Hoc est, oratio, quam labijs profers, mihi fauo mel-
lis dulcior ac suauior est. Atque ita, vbi nos legimus: Clamor
Psalm. 17. meus in conspectu eius introibit in aures eius, alia trãslatio si-
mul & contextus Græcus habent: Intonuit in aures eius: vbi iu-
storum oratio in Dei auribus instar suauissimi concentus esse
Simile. significatur. Nam sicut musicus, vt gratam & concinnam coram
Rege efficiat melodiam, lyræ chordas prius cõcinnare conatur:
ita vir iustus cor suum, antequam orationi vacet, diligentissi-
Psalm. 9. mè præparat, Deus enim interiora hominis plusquam extern-
as voces intuetur. Quamobrem diuinus Psalmographus in-
quit: Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Vnde in- 7
telligetis rationem, quare Dominus iubens sancto Moysi cum
Exod. 4. Rege Pharaone loqui ipse se excusauit dicens: Non sum elo-
quens ab heri & nudius tertius: impeditioris & tardioris linguæ
sum. Mira profectò res. Ad loquendum cum Deo se balbum es-
se, atque insufficientem minime dixisse legitur, cum ad loquen-
dum cum homine se impeditioris linguę esse existimaret. Nam
cum Deus præter hominũ consuetudinem ad cor magis quam
ad verba attendat, iusti verborũ elegantiam & compositionem
non curant. Ideo, postquam sponsus sponsæ dixit: Fauus distil
lans labia tua, adiecit statim: Et odor vestimentorũ tuorum, si-

cut

8 cũt odor thuris. Per veſtimenta virtutes ſanctæ, & per thus oratio ſuauiſsima intelliguntur. Cum autem dicit, veſtes animæ iuſtę thura redolere, perinde eſt ac ſi diceret, in operationibus eius idem eſſe operari & orare propter deuotionem magnam & conſiderationem, quibus ea, quæ agit, pertractat. Sicut enim mater cùm filij ſui aut mariti ex itinere defeſsi pedes abluit, ſimul ſeruitutem adhibet, & ipſum abluendo diligit, atque in ea operatione delectatur: ita fidelis Dei ſeruus in ijs, quæ operatur, Dominum, propter quem illa agit, contemplatur, & ſimul ea propter eius ſeruitium faciendo delectatur ex animo cupiens ipſa multo melius & exactius perficere. Et id quod hac ratione fit, ingentis meriti eſſe certiſsimum eſt: nam merita noſtrorum operum præcipue ab intentione & amore atque deuotione, qua *Simile.*
9 fiunt, dependent. Quemadmodum in monetis non tanti facimus magnitudinem & quantitatem, quanti metallum, ex quo conflantur, (parum enim auri pluris, quã æris magna copia extat) ita in bonis operibus non perinde eorum multitudo, ſicut amor & deuotio, qua aguntur, attendenda eſt. Eſt autem oratio Deo grata, quoniam nobis vtiliſsima: qua propter in ea continuo inſudare, ac dum vitam degimus diligentiſsimè laborare debemus.

Qui flumen aliquod tranare contendit, niſi caput ſuum ſuper *Simile.*
aquam erigat abſque dubio à periculo ſe mergendi euadere non poteſt. Cuilibet noſtrum verba illa Prophetæ Dauid, licet in *Pſalm. 67.*
alium propoſitum ſcripta fuerint, optimè applicari poſſunt: In mari viæ tuæ, & ſemitæ tuæ in aquis multis. Cũ ergo omnes in
10 procellis huius mundi brachia noſtra natando concutiamus, ſi caput in altum non erigimus, ideſt, ſi cogitationes noſtras, affectiones, atq; portionem ſuperiorem in Deo miſericordiam eius poſtulantes non figimus, profectò in peccatorum flumine ſubmergemur. Malum citrũ & alij huius generis fructus (vulgo *Cydras y limones*) diu incorrupti cuſtodiri nequeũt, ideo, ſaccaro delibuti (Hiſpanè *en conſerua de açucar*) longum temporis ſpatium retento pulchro colore, velut recentes reſeruantur. Sic omne opus ſtudioſum diu à ſe ſolum modo abſque ſanctiſsimo orationis exercitio conſeruari non poteſt: abſq; oratione enim ſtatim virtus marceſcit, cũ illa verò omnia conſeruantur & recentia ac ſuauiſsima Deo videntur. Quo circa quidam ſanctus ſtater no-

stri ordinis nomine Aegidius dicere solitus erat, velle se potius in sancta religione vnam duntaxat virtutem, quam extra illam in sæculo decem habere: nam decem in sæculo marcescunt, & facile annihilantur, in religione vero vna conseruatur, & multiplicatur sancto orationis exercitio.

Cœlestis igitur magister Iesus Christus, vt animum nostrum advtendum hoc mirifico remedio excitaret, nos in sacra Euangelij lectione hodierna hortatur dicens: *Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* In diuinis literis 4. Reg. 19. Esaiæ. 37. Rex Ezechias obsessus ab Assyriorum copijs hoc fecisse legitur. Opertus est sacco, ingressusque est in domum Domini, & misit senes de sacerdotibus opertos saccis ad Esaiam prophetam filium Amos, vt eum in suis orationibus Domino commendaret. Attendite, obsecro, ordinem, quem Rex hic sanctus obseruauit. Non solum enim orationibus sancti Prophetæ 12 contentus fuit, verum ipse & omnes sui cilicio prius induti sunt & cooperti. Cumque epistolas ab Assyrijs missas blasphemijs contumelijsque plenas vidisset, ipse ascendit in domū Domini, & expandit eas coram Domino, & orauit in conspectu eius dicens: Domine Deus Israel, tu es Deus solus Regum omnium terræ, tu fecisti cœlum & terram, inclina aurem tuam & exaudi: aperi Domine oculos tuos & vide & audi omnia verba Sennacherib, quę misit, vt exprobraret nobis Deum viuentem &c. Nunc igitur Domine Deus noster saluos nos fac de manu eorum, vt sciant omnia Regna terræ, quia tu es Dominus Deus solus. O quam multa exemplo huius sancti Regis docemur: quorum primū est, se non solum orationibus sancti Prophetæ commendasse, verū etiam se suosq; famulos cilicio cooperuisse, & 13 propheta sancto orante ipse simul orans exauditus est. Nunc vero in hoc miserrimo temporum statu pij & religiosi viri propter totius populi necessitates instanter orationi vacant: principes autem, magnates ac duces scelera & flagitia committentes lætitia ac voluptate afficiuntur. Qualiter ergo Dominus eorū preces audiet, siquidem pro tam nefarijs hominibus deprecantur? Prophetam Ieremiā Dominus alloquutus sic ait: Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te. Non nè vides, quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda & in plateis Hierusalem? Filij colliguntligna, & patres succēdunt ignem, & mulieres conspergunt

Ierem. 7.

gunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cœli, & libent dijs
alienis, & me ad iracundiam prouocent. Quasi diceret: Parentes,
matres, ac filij omnes diabolo seruitutem adhibent, & tu pro
illis me deprecaris? Parũ profecto illis tua proderit oratio. Igi-
tur fratres mei à peccatis vestris & vijs impijs ad Deum conuer
timini, & pro vobis ipsi etiam orate, & ita vobis seruorum Dei
orationes erunt emolumento. Sanctus Moyses cùm in montis
cacumine oraret, Iosue insignis Hebræorum dux aduersus
Amalechitas dimicasse, & victoriam cõsequutus fuisse legitur.
AEquum nè esset, vt Hebrei dicerent: Siquidem Moyses in mõ Exod. 17.
te pro nobis orat, non sumamus arma, nec aduersus hostes præ
liemur, ipse enim solus advictoriam reportandam sufficiet? Cer
te hoc insania & væcordia iure optimo diceretur. Sed quæ-
ro, vnde ad bellum gerendum sibi arma Hebræi parare potue-
runt? Nam licet in sacro textu dicatur: Armati ascenderunt Exod. 13.
filij Israel de terra AEgypti, non tamen tot armis, quot eis opus
erant, siquidem captiuitate opprimebantur, ex AEgypto mu-
niti exirent. At in deserto arma nullo modo conficere poterãt:
ergo vnde illa habere potuerunt? Huic quæstioni satisfacere vo
lens ait, AEgyptios, quando filios Israel prosecuti sunt, opti-
ma secum arma portasse: at postquam submersi fuerũt, in oram
maris simul cum armis à profluuio aquarum proiectos fuisse,
Hebræos verò mortuorum cadauera rebus bellicis spoliantes
se ipsos armis eorum protexisse. Itaque aduersarij non solum
Hebræis minime nocuerunt, sed potiùs eis arma ad aliorum
hostium vires propulsandas suppeditarunt. Quibus rebus pijs-
simi Dei, qui suis fauere solet, immensa bonitas plane con-
spicitur. Alterum verò, quod occasione orationis sancti Re-
gis Ezechiæ docere possumus, hoc est, videlicet, orationem à
propria persona orantis habitam erga Deum plus ponderis ac
momenti esse, quam si ab alio (cæteris paribus) habeatur. Ratio
huius rei ea videtur esse quia intensiore actu vnusquisque sibi
quam alijs à Deo postulat. Qua propter nullus adeò alienis
orationibus confidat, vt nullum sibi huius negotij onus re-
linquendum cogitet. In sacra scriptura reperimus, quod cum
Ismael & mater eius Agar afflicti ac siti confecti in deserto es-
sent, licet mater leuauerit vocem suam, & fleuerit, tamen
statim ibi additur: Exaudiuit autem Deus vocem pueri. Gene. 21.

Vbi aperte ostẽditur ipse puer suis proprijs lacrymis id, qđ ma- 17
tris fletus atq; oratio obtinere nõ potuerãt, sibi obtinuisse & cõ
parasse. Id etiam, quod statim adijcitur, valde notandum est, sci
licet: Aperuit oculos eius Deus, videlicet, matris Agar, quæ vi-
dens puteum aquæ abijt & impleuit vtrem aquæ, deditq; pue-
ro bibere. Ibi antea puteus erat, sed non ab eis visus est, quoniã
nondum orauerant. Hoc nobis sæpe numero euenit, qui reme-
diũ nostris necessitatibus, si orationi vacaremus, cũ valde pro
pinquum sit, facile inuenissemus: sed, quia non oramus, ideo nos
latet. Tertium deniq;, quod hic admonetur, est huius sancti Re
gis orationis efficacia & exquisiti modi, quos ad sedãdã Dei irã
epistolas corã eo aperiens exquisiuit. Maxime verò nunc dolẽ
dum est, videre negligentiam, ignauiam, ac vęcordiam eorum,
qui orationi vacant, & multo magis lacrymandum, si curam & 18
solicitudinẽ, qua plęriq; homines terrena & ea, quæ ad corpo-
ra alẽda pertinent, agunt, animo euoluamus. Rex Saul Samuelẽ
prophetam exorauit, vt à Domino peteret, nè ipse regno suo
1. Reg. 15. spoliaretur: quod tanta instãtia à sancto propheta efflagitauit,
vt eius pallium sciderit: quia (vt ibi dicitur) Apprehendit sum
mitatẽ pallij eius, quæ scissa est: at vero ad obtinendam veniam
suorum peccatorum sanctum prophetam non tanto studio ob-
secrasse legitur. Ita sunt quãplurimi, qui bona tẽporalia à Deo
summis precib⁹ obtinere cõtendũt, bona verò animæ ac diui
nam gratiam lentè, & desidiosè petunt. In sacris literis legimus
3. Reg. 18. diligentias, quas prophetæ Baal clamantes & inuocantes Deũ
suum, seu potius Dæmonem, vt eos exaudiret, adhibue- 19
runt, postquam autem preces suas irritas esse videbant, se
cultris, nouaculis, donec sanguine perfunderentur, incidebant.
O miserandos filios Adæ diligẽtia ac feruor, quo idololatræ illi
Deos suos inanes deprecabantur, negligentiam vestram & ac
cidiam, qua omnipotentem ac verum Deum obsecratis, iustissi
mè condemnat: qui si aliquãdo orationi operã datis, cũ vestra
corpora flagellis ac disciplinis percutere deberetis, forsitan de
vltione contra proximos vestros, atq; alijs sceleribus cogitatis.
Vltimũ tãdẽ, quod in oratione hui⁹ Regis aduertẽ dũ duximus
quodq; magis ad hui⁹ Euãgelij propositũ facere videtur, est re-
spõsio, quã Dñs S. Esaiæ circa Regis Ezechiæ petitionẽ reddi-
dit dicens: Protegam vrbem hanc, & saluabo eam propter me,

& prop-

20 & propter Dauid seruũ meũ. O ineffabile mysteriũ. Non solã Dominus his verbis eos proter merita prophetæ Dauid eripuisse, voluit innuere, verum res vlterius progrediebatur. Nam Dominus Regi Dauid iurauerat, ex progenie eius Messiam nasciturum. Quod si in hac obsidione Ezechias, qui vnicus hæres ex progenie Dauid erat, mortem oppeteret, iam Dei promissio ipsi Regi Dauidi facta deesse videbatur. Idcirco ait: Protegam ciuitatem hanc propter meum promissum Dauid factum. Et huc spectare videtur dictum illud sancti Moysis cum Deo loquentis propter scelera commissa: Aut (inquit) dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ. Quasi diceret: Domine si hanc populi multitudinem perire iubes, hic linea & progenies venturi Messiæ finitur. Quod si ipse non nasciturus est, parum mihi proderit ex numero esse prædestinatorum. Nam si ad redi- *Exod. 23.*

21 mendũ mundum minime venturus est, gloriam mihi promissam non ingrediar. Atq; ita his omnibus pereũtibus omnia cessabunt. Hinc est, quod sanctus Noe, licet ingentem multitudinem vitam finiisse aspexerit, non tamen pro illa deprecatus fuisse legitur: in arca enim Sem filium suum, à quo Messias secundũ carnem originem ducturus erat, secum incolumem retinebat. Igitur siquidem multis ante incarnationem temporibus æternus Pater Messiæ venturi in mũdum tantam rationem habuit, vt propter eum Israhiticũ populum à multis periculis eripuerit, quid nũc propter sacratissimum Messiam Redemptorem nostrũ iam crucifixũ, ac propter preces & orationes eius no-

22 mini oblatas eum facturũ putatis, cũ ipse Dominus nobis iureiurando se astrinxerit dicens: Amen amẽ dico vobis, siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis? Hæc summæ veritatis promissio in magnã certe spem ac fiduciam nos allicit, qua freti ad æternũ Patrem postulaturi oportet accedamus: & hoc efficax remediũ est ad orationem. Ideo S. Dauid dicebat: Audi tam fac mihi mane misericordiam tuam, hoc est, Fac Domine, vt quam celeriter tuam in me sentiam misericordiam. Quo iure id ò Rex sancte postulas? Quia in te speraui. Et adiungit statim: Notam fac mihi viam, in qua ambulẽ, quia ad te leuaui animam meam. Attendite obsecro duas, quas in suam causam rationes affert. Quis ergo tali parenti preces fundere, & ab eo necessaria petere non audebit? Magnũ in nos Deus beneficium *Psal. 45.*

contulit, cũ erga nos paternũ amorem habere dignatus est. Sed 23
idem Dominus vult, vt nos etiã erga illũ filiorũ fiduciã habeamus. Quod D. Paulus testatur dicens: Quoniam estis filij Dei, *Galat. 4.* misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantẽ, Abba pater, idest, facientem vos clamare filiorũ affectu, fiducia, & amore, atq; opem illius fidenter implorare. Et ita Christus Redemptor noster modũ orandi nos docẽs inquit: Cũ oratis, dicite: Pater noster qui es in cœlis. Deum infinitæ maiestatis patrem vocare non auderemus, nisi ad id vnigenitus filius eius nobis facultatem præberet. Nam, licet olim multi Patriarchæ ac prophetę extiterunt, nullus tamẽ eorũ sibi tantũ tribuere ausus est, vt Deũ *Esaiæ. 63.* ipsum patrem suũ appellauerit. Solus sanctus Esaias dixisse legitur: Tu Domine Pater noster & Redemptor noster. Quam obrem Ecclesia catholica omniũ fideliũ nomine ait: Diuina in- 24
stitutione formati audemus dicere: Pater noster qui es in cœlis. Quasi dicat: si vnigenitus filius tuus nos, ò immense Deus, non erudiret, te patrem inuocare minime auderemus. Valde etiã no tandũ est, omnes petitiones illius orationis quam cœlestis magister nos docuit, cõmunes esse. Nõ igitur Dominus vult, nostrũ quempiam in oratione esse proprietariũ, idest, neminem sibi soli, sed abundantia charitatis suis etiã proximis à Deo petere debere: qua quidem charitate pleno ore dicamus, Sanctificetur nomen tuũ, adueniat regnũ tuũ, & dimitte nobis debita nostra. Sã
Psal. 141. ctus Dauid ad Dominũ orans dicebat: Effundo in cõspectu eius 25
orationẽ meam. Vbi verbũ illud, effundere, quod significat, extra aliquid profundere, maxime põderandũ est. Atq; ita effundere orationem in conspectu Dei, idem est, quod pro ijs, qui extra Deũ sunt, videlicet, pro peccatoribus deprecari. Hac igitur charitate Dominus nos orare præcipit, vultq;, vt orationibus nostris amicos & inimicos, notos atq; ignotos comprehendamus. Cùm ergo Dominus ait: *Petieritis Patrem*, Nos ipse diuinus magister reuerentiam, cultum, & obseruantiam, qua ab eo petere debemus, admonet. Si quando cùm Regibus terræ sermones habe
Simile. tis, magnã attentionem ac diligentiam in verbis adhibere cõtenditis, & quidquid profertis lingua, animo diligẽter ponderatis. Multo maiori attentione, cura, ac vigilantia vos coram Deo esse, ratio postulat, in cuius conspectu potestates cœlorũ prosternũtur, & omnis creatura contremiscit. Nõ me latet, cor hominis

26 ſuapte natura inquietũ eſſe, & multò magis in oratione. Experientia videmus, aues, dũ liberæ in arboribus ſunt, quietas eſſe & tranquillas, dũ verò in caueis includũtur, in hãc & in illã partẽ volitare, caputq; plerumq;, vt inde exeant, cõfringere. Hoc humano cordi cõtingere videtur: nam ſi liberũ relinquitur, quietũ eſt atq; tranquillũ, cũ verò in cauea orationis includitur, ſtatim cogitationũ multitudine agitatur, quod plerũq; ex induſtria Sathanæ oriri ſolet. Atque ita interrogatus aliquãdo ſanctus frater AEgidius noſtri ordinis vir quidẽ eximia ſanctitate præditus, quare in oratione à dæmone pluſquã alibi homines tẽtantur, ſic reſpõdit: Quẽadmodũ ille, qui cũ alio litẽ exercet, provirili laborat, ne aduerſarius eius ad ius poſtulandũ iudicẽ alloquatur, ita infeſtiſsimus humani generis hoſtis hominib⁹ orationis exer- *Simile.*

27 citiũ, ne diuinæ maieſtati gratũ ſit, aut ob illud id qđ intẽdũt, conſequãtur, impedire conatur. At ſicut auẽ, quæ in cauea eſt, vi mitigari & mãſuefieri nõ oportet, (id enim eſſet in cauſa, vt ipſa plus efferaretur) ſed potius cũ ea blãde ac leniter agẽdũ eſt: ita cor hominis pervim minimè domãdũ eſt, hinc enim ſæpenumero nõ paruũ incõmodũ ac dãnũ capiti euenire ſolet: imò cũ eoſuauib⁹ rationibus tractãdũ eſt, ei multa incõmoda in ijs, quę optat, obijciẽdo, atq; his verbis perſuadẽdo: Quid miſerabile cor intẽdis? Quid in ijs, quæ cogitas, delectationis inuenies? Quod gaudiũ, quã voluptatẽ, & quod lucrũ iſta tibi afferre poſſunt? Otiũ (mihi crede) aut quietẽ in ijs, quæ adipiſci conaris nõ inuenies, ſed in pijſsimo Deo omne gaudiũ ac voluptatẽ dũtaxat reperiendũ eſſe, pro cõperto habe. Aliud etiã remediũ huic malo *Simile.*

Simile.

Simile.

28 adhiberi poteſt, videlicet, hoc. Accipiter ſuapte natura auis eſt fera & inquieta ita, vt audiẽs paruũ ſtrepitũ ſtatim euolare cõtẽdat. At verò auceps, ad cuius manũ ligatus eſt, eũ propter ſtrepitũ volare conantẽ pedicis, videlicet ligulis, vulgo pihuelas quibus prehẽſus retinetur, iterũ ad ſe trahit, & ſi aliquãdo locũ, vbi ſtrepitus aliquis reſonat, præterire cõtingit, ei ante oculos recẽtẽ carnẽ ſanguine cõſperſam proponit, vt eã intuẽs ſtrepitu nõ moueatur. Ita humanũ cor ſuopte ingenio inquietũ, cũ ei aliqua Sathanę inſtigatio offertur, ſtatim ab oratiõe, in qua erat, diuertitur. Homo autẽ toto animi conatu debet intẽdere, vt illud iterũ ad ſe trahat: & vinculis timoris & amoris Dei trãquille retinere, ei carnẽ ſanguine conſperſam, vulneratam, ac flagellatam

Chriſti

Christi Saluatoris nostris offerens, vt ipsum cor in cõsideratio- 29
ne eius saginatum & quodammodo ineſcatum libentiſsime cõ-
moretur, ac placidiſsime quieſcat. Maxime etiam ad hoc condu
cit in locis ſolitarijs & ab hominum cœtu ſeiunctis orationi va-
Leuit. 26. care. Et ita Dominus in lege veteri ſic præcepit: Nullus hominũ
ſit in tabernaculo, quando pontifex ſanctuarium ingreditur, vt
roget pro ſe & pro domo ſua & pro vniuerſo cętu filiorũ Iſrael.
Inſuper valde notandũ eſt verbum illud: Si quid petieritis, vt
aperte intelligam⁹ ea, quę in oratione petimus, debere eſſe quid.
Nam cum Deus liberaliſsimus ſit in ſpiritualibus diuitijs tribuẽ
dis, hominem Chriſtianum in eis poſtulandis parcum atq; aua-
rum eſſe, magna confuſio eſt. Id enim, quod plerumq; ac maio-
ri ex parte peti ſolet, corporalia ſunt, quæ iure optimo nihil ap- 30
pellari poſſunt, ac ſæpe numero in euerſionem & in commodũ
petentium comparantur. Rachel vxor Iacob adeo filios habere
Gene. 30. deſiderabat, vt (ſicut in ſacris literis traditũ eſt) viro ſuo dixerit:
Da mihi liberos, alioquin moriar. Deus autem ei duos conceſ-
ſit: & ipſa ex partu alterius, videlicet, Beniamin animã efflauit.
Attendite quanti ei optatus filius ſtetit, ſiquidẽ mortis eius cau-
ſa fuit. Rebecca etiam (vt narrant, diuinæ literæ) liberorũ mater
eſſe peroptauit, quæ duobus in ventre ipſius pugnãtibus ſic af-
Gene. 25. flicta & mœrore confecta eſt, vt in hæc verba proruperit. Si ſic
mihi futurũ erat, quid neceſſe fuit concipere? O immenſe Deus,
quas afflictiones, & quam ingentes labores multi parentes pro-
pter filios, quos diu vehemẽter cupierũt, & à Deo ſummis pre-
cibus impetrarũt, perpeſi ſunt. Quã obrẽ fratres mei ſolã gra-
tiã & gloriã abſolute petere debetis, reliqua vero cũ additamẽ- 31
to & cõditione poſtulate. Quod ſi Dñs ea vobis impartiri nolue
D. Ber. lib. de interiori. domo. c. 51. rit, D. Bernardi ſententiã libenter amplectimini, quæ ſic habet.
Simile. Sępe multos nõ exaudit Deus ad voluntatẽ, vt exaudiat ad ſa-
lutẽ. Si inſanus ac mentis inops ab amico ſuo enſem poſtula-
ret, ſi ipſe verus eius amicus eſt, ei illũ negaret, eò quòd exiſtima
ret, cũ ſe ipſum velle interficere. Ita Dominus nobis petentibus
quam plurima negare ſolet, eò quòd nos tanquã fatuos & ratio-
ne carẽtes cum illis nobis mortem & dãnationem allaturos eſſe
certò ſcit.

Vſque modo non petiſtis quidquam in nomine meo. Non ait Dñs eis:
Hactenus orationi non dediſtis operã: nec etiam ait tantũmodo,

Hacte-

32 Hactenus non petistis,(nam sæpenumero Apostoli orauerant' atq; ita diuino magistro dixerant:Domine doce nos orare) sed addit,in nomine meo,tum quia eo vsq; cœlestem magistrū secū habentes in aduersitatibus,&in ijs,quæ opus erant,cum magna cū fiducia consulebant: tum etiam quia vsq; ad id tempus eis Dominus ineffabilem sui sanctissimi nominis virtutem non ostenderat.O superne Magister mundi Iesu Christe,quare virtutem tui altissimi nominis,quando ad patrem ire volebas,patefacere & indicare voluisti? Quoniam pretiosa medicamēta grauibus morbis adhiberi solent,& in magnis necessitatibus plenissimæ indulgentiæ conceduntur,ac magnæ reliquiæ, & magnæ æstimatione habitæ in magnis calamitatibus in lucem extrahūtur,deniq;(vt in prouerbio est)frater & amicus in diebus infaustis opportunus, idest, *El amigo y el hermano para el dia malo*. D. Thomas inquit,diuini auxilij proprium esse,in maioribus angu-
33 stijs & afflictionibus miseris subuenire. Sed quoniam inter maximas angustias,quas sacri discipuli ferre poterant, vna erat sui diuini magistri absentia,ideo ipse Dominus nomen suū, quod vices præsentiæ ipsius supplet, & in quo thesauri meritorū eius sunt absconditi, voluit relinquere atq; ita suauissimū Iesu Christi nomen coram æterno Patre discipuli ponentes merita eiusdē Domini reponebant.

Luc. 11. *Similia.* D. Th. sup. Ioan.

Iterum igitur liberalissimus Dominus sacris discipulis ait: *Petite & accipietis*. Et,vt eos in maiorem spem erigeret, fortioresq; in id redderet,adiunxit: *Vt gaudium vestrum plenum sit*: Id est, vt ex beneficijs,quæ propter orationem consequimini, gaudium plenissimū habeatis. Nā(vt D. Paul. docet) Fructus spiritus est
34 charitas,gaudium, pax. Ac de hoc gaudio sanctus Dauid verba faciens inquit:Beatus populus,qui scit iubilationem. Quare beatus? Rationem innuit dicēs: Domine in lumine vultus tui ambulabunt,hoc est,ducti clarissima luce tua in nomine tuo exultabunt,idest,exte gaudia mirabilia & voluptates deprement: & in iustitia exaltabuntur,hoc est,in lege tua maximos progressus facient,& in maiorē perfectionem ac virtutem accrescent. Hoc autem gaudiū non solum humanas voluptates expellere facit, sed etiam ad perferendos labores recreat & animū reddit. Sicut enim vrsi aluearia inuadentes fauorum dulcedine allecti facile apum aculeos & stimulos patiuntur:ita dulcedo cœlestiū gaudiorum efficit, vt non solum omnia, quæ in mundo habentur

Galat. 5. Psal 83. *Simile.*

pretiosa

pretiosa, contemnantur, sed vt ardua & difficilia hac dulcedine 35
quis recreatus aggrediatur. Hæc etiam dulcedo in mẽte sanctũ
Psal. 85. castumq; timorem ad non peccandũ generat. Ideo S. Dauid di
cebat: Lætetur cor meũ, vt timeat nomen tuũ. Nam qui Deum
gustauit, & ei placere studet, sicut ipsi maximè obtemperare &
inseruire optat, ita illũ vel leuissima in re offendere pertimescit.
Atq; hoc gaudio preces & orationes nostræ efficaciores coram
Deo reddũtur, vt idẽ S. Propheta fatetur dicens: Delectare in
Psal. 36. Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Libentius enim Do
minus eas preces audit, quæ ab hilari & deuoto corde, quã quæ
à lãguido & segni proficiscũtur: & propter efficaciã & feruorẽ
(inquit ipse) Dabit tibi petitiones cordis tui. Deniq; hoc gaudiũ
nos per diuinorũ mandatorũ viam celeri cursu facit incedere, si
cuti idem Regius Propheta testatur, cũ ait: Viam mandatorũ 36
Psal. 118. tuorũ cucurri, cũ dilatasti cor meũ. Ecce igitur quam multa bo
na Dominus sola suæ suauitatis gutta in fideliũ suorũ cordibus
operatur. Si autem à me rursus quæratis, quo in loco pij homi-
nes potissimũ hac dulcedine fruãtur, adhoc idem Dñs per Esaiã
de ijsdem deuotis hominibus loquens sic respondet: Lætificabo
Esai. 56. eos in domo orationis meæ. Quis ergo fratres charissimi, tã du-
rus corde ac sui ipsius adeo inimicus est, vt hæc audiens se se in
posterũ sanctissimo orationis exercitio cõtinuo non tradat, ma
xime cum Dominus toties à se postulari nobis imperet?

D. Augus. sup. Ioã. & li. 1. de Tri. B. Augustinus aliter verba hæc explicat, dicens: Gaudiũ ple
num est, Deum ipsum in gloria contemplari. Nam in hac vita
nullũ gaudium plenũ est, quoniam sitim & appetitũ animę nó-
stræ minime implet: & hoc est, quod à se postulari, nobis Domi 37
oEchume. nus præcipit. OEchumenius doctor insignis eadẽ verba sic ex-
ponit: Petite, vt gaudiũ vestrũ sit plenũ, videlicet postquam vi
deritis vos nomine magistri vestri omnia, quæcunq; petieritis
Simile. fuisse consecutos. Si alicui magnati aut principi aliquãdo famu
latũ præbuisti, & postea quocunq; pergas, vbi ille cognitus fue-
rit, tibi honor propter eum adhibetur, certè tali Domino seruire,
magnam capis animo lætitiæ voluptatem. Sic sacri Apostoli
magna lætitia perfundebantur, eò quod omnia, quæ optabãt
& petebant nomine sanctissimi magistri sui, facillime fieri, aper
tissime intuebãtur: ita enim tota natura rerum eis, acsi quilibet
ipsorum esset Deus & ipsarum rerum creator, obtemperabat.

Deni-

38 Denique ait Dominus: *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.* Idest, modo nolo agere, an Patrem pro vobis obsecratu rus sim, de hoc enim iam egi ac dixi vobis: Quia rogabo patrem & alium Paracletum dabit vobis, nunc autem vobis duntaxat persuadere intendo, vt Patrem meum, quæ volueritis deprecemini, *Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis.* Quo in loco B. Augustinus ait. Amat nos Pater, quia nos amamus filium, cum tamen à Patre receperimus, vt & Pratrem & Filium amaremus quia ipse prius dilexit nos. In his verbis Christus Saluator noster suæ reconciliationis ac redemptionis gratiam quanta fuerit ostendit. Sanctus Dauid filio suo Absalon mortem fratris eius precibus Ioab peperciſſe legitur, non tamē voluit, vt coram se amplius appareret. Vnde duplicem reconciliationis modū esse 39 deducimus: alterum, cum delinquenti culpa condonatur tantū modo: alterum vero, cum ipsi delinquenti non solum remittitur crimen, sed in pristinam gratiam & amicitiam offensi ita redit, vt ab eo fauores postulare audeat & non pertimescat. Ita Christus humani generis reparator fecit, qui nos sic æterno Patri reconciliauit, vt filios eius charissimos fecerit, & vt beneficia ab eo postulare possimus. Iccirco Dñs ait: *Petite, ipse enim pater amat vos.* Igitur fratres mei, confidenter accedamus, & ab hoc pijssimo Patre petamus quid gratiæ, & gaudium plenū gloriæ ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

B. Augus. sup. Ioan.

2. Reg. 14.

Simile.

Feria. II. In Litanijs maioribus

CONCIO PRIMA.

Quis vestrum habebit amicum. &c. Luc. 11.

HOdie litanias seu rogationes, quod idem est, solēnibus festis incipit Ecclesia celebrare: atq; ita omnes misericordiā à Deo poscētes, glorioſosque sanctos intercessores habere conātes simul conuenimus. Cum Hebræorum populus in solitudine esset (vt in diuinis literis traditur) tanta necessitate propter aquarum penuriam oppressus fuit, vt contra Dominū murmurantes dixerint, sibi terram abundantem ac fertilē à ipso fuisse promissam, aridam tamen solitudinem & à suauitate alienam

Exod. 17. Numer. 20.

alienam eis fuisse datam quas quidē murmurationes linguis pro 2
ferentes manibus ad lapidandū sanctū Moysem lapides colligebant. Clamauit autem Moyses ad Dominū dicens: Quid faciam populo huic? Adhuc paululū, & lapidabit me. Medere Domine huic necessitati. Dominus autem eum sic allocutus est. Loquere ad petram, & virga tange, & statim ex ea aquarū profluet copia abundantissima. Moyses verò, Debile, inquit, remediū nobis præbes. Cum lapide loquar? Quorsum? nam lapis minime intelligit. Insuper & illū virga iubes percutere? Virga mollis, lapis vero dura res est. Si igitur molli durū tangitur, quam impressionē efficiet? Deinde lapis hic ex genere silicis est: ex quo si percutiatur, ignis potiūs, quam aqua oriri solet. Deniq; petra hæc parua nimis est, ex qua tanta aquarū abundantia, quanta multitudini huic opus est, exire quemodo poterit? Hinc sanctus Moyses de promissione Domini cœpit dubitare, & ideo terram pro- 3
B. August. missionis ingredi non meruit. O Propheta sancte (ait B. Augustinus) quam immerito dubitasti: nam licet lapis hic natura sua non intelligit, id tamen cuius typū gerit, non solū verba percipit, sed interiora cordis scrutatur. Christū enim Redemptorem
1. Cor. 10. nostrū significat, de quo D. Paulus inquit: Petra autē erat Christus: quæ licet in humanitate parua sit, in diuinitate tamen maxima est, & ab ea flumina (sicut aqua maris operientis) promanare possunt. Quanuis autem verū sit, quod si petra hæc graui superbiæ ictu tangatur, ignis ex ea prodit, tamen si leui humilitatis ictu tangitur, consolationis & refrigerij aqua ab ea eximitur.

4. Reg. 1. Quidam seruus Ochoziæ Regis Israel Eliam prophetam in 4
monte commorantem comprehendere volens superbia elatus ei dixit: Homo Dei Rex præcepit, vt descendas. Quasi diceret, licet velis nolis ego te inuitū ad Regis conspectū traham, siquidē ipse ita imperauit. Cui vir sanctus, Si homo, inquit, Dei sum descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Et statim descendit ignis de cœlo, & deuorauit eū & quinquaginta, qui cum eo erant. Iterum autem venit ad eū alius totidem, sicut primus, hominibus comitatus: quos etiam ignis deuorauit, quoniam ictu superbiæ lapidem tetigerunt. Deniq; tertius venit, & genua contra Eliam curuauit, & precatus est eum & ait: Homo Dei noli despicere animā meam & animas seruorū tuorū, qui mecū sunt. Quasi diceret: Inuiti & coacti ad te venimus,

Regis

5 Regis imperiũ nos coegit, ideo nostrorũ miserere. Tũc Angelus, qui ibi erat, locutus est ad Eliam dicens: Descende cum eo, ne timeas. Ecce igitur quantũ differant tactus, qui in Deo ac seruis eius cum humilitate fiũt, ab illis, qui cum superbia atq; elatione efficiuntur. Nam ex his tribus solus tertius, quoniam Dei seruum humilitatis ictu tetigit, incolumis cum socijs euasit. Cũ ergo Dominus Moysi ait: Tolle virgam, & loquere ad petram coram filijs Israel, & illa dabit aquas: modũ, quem seruare debemus in necessarijs à Deo postulãdis & obtinendis significauit scilicet, debere nos pijs ac deuotis orationibus petram videlicet Christũ alloqui, & eam virga (id est, intercessione sanctorũ) tangere ac percutere. Sãcti autẽ cõueniẽter & appositissimè virga appellantur, nam virga propter mollitiem & teneritudinem
6 facillime flectitur: ita Sancti præ nimia charitate sua ad misericordiam proximorum subleuandam facillimè commouentur. Atq; ità apud sanctum Ieremiam dicitur: Israel virga hæreditatis eius. Et quemadmodum hic sanctus Propheta omnẽ Israel virgã nuncupauit: sic omnes Angeli & cœlestes incolę ob singularem amoris vnitatem, in qua viuunt, possunt virga appellari, qua in his rogationibus supernam illam ac diuinam petram percutimus, vt nobis aquas suorũ donorũ & misericordiarũ impertiat & elargiatur. Si autem quæritis, quare potius hoc tempore, quam alio hæ fiunt rogationes, quatuor vobis causas nunc assignabimus: Quarum prima est, vt hoc opportuno tempore carnalis concupiscentia, quę nunc magis augetur & quodammodo ebullit, ieiunijs & orationibus mortificetur & quasi extingua
7 tur. Atq; ita elegans textus, qui incipit, Rogationes, nos admonet, vt hoc potissimũ tempore nos totos ieiunijs & orationibus tradamus. Angelus Raphael cum sancto Tobia sermonem habens eum sic allocutus est: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Sicut enim accipiter, cum ieiunus est, celerius & expeditiùs aduolat, ac maiori cum impetu ardeam inuadit: ità cor hominis cum corpus eius ieiunum est & ipsa sensualitas debilis magis ad volandum in cœlestem contemplationem aptum est. Ex quo aperte conspicitur, ieiunium duos præcipuos effectus operari: alterũ, scilicet, orationi fauere: alterũ verò sensualitatis passiones reprimere & mortificare: Idcirco D. Basilius illud tantopere laudat, vt in altera concionum, quam de eo habuit: sic

Ierem. 10.

Rogationes de consecrat. d. 3.

Tobiæ. 12

simile.

D. Basilius.

dicat: Custodes Angeli libentius ac studiosius eorũ animas cu- 8
rant, qui per ieiunium purgati fuerunt. Et paulò inferius sic ait:
Angeli per singulas ecclesias eorũ, qui se ieiunijs purgauerũt, ca
logũ faciũt. O admirabilẽ sanctissimi ieiunij laudem. Videte
qualiter glorioſus Doctor ieiuniũ effert dicẽs, angelicos spiri-
tus per parochias & monasteria oẽs ieiunãtes in catalogo militũ
Iesu Christi, atq; in seruorũ eius numero scribere. Possumus au
tẽ cogitare, eos sic ab Angelis in albũ referri. In domo Episcopi
ipse ac famuli eius ieiunãt. In domo prætoris ipse ac famuli eius
ieiunãt. In domo principis huius ciuitatis ipse ac famuli eius ie-
iunãt, &c. Fælix illa domus, in qua vir, cõiux, filij, ac serui oẽs
ieiunio vacãt: hi in numerũ eorũ referentur, quos Angeli corã
Domino cõstituent. Eos etiã, qui cibis & voluptatibus dediti
sunt, & qui nũquam ieiunarũt, maxime cũ Ecclesia iubet, Ange 9
li in suis codicibus numerabũt, atq; in cœlesti regno illos vora-
ces & helluones esse dicẽt. Oratio etiã simul cũ ieiunio præci-
D. Grego. puè hac temporũ calamitate, quibus sensualitas ita prævalet,
valde necessaria est. Cũ sanctus Benedictus (vt refert B. Grego-
rius) in solitudine esset tanta iã sanctitate prẽditus, vt multa De⁹
per ipsum miracula ederet, auiculã quandã nigrã circũcirca se
volantẽ aspexit: qua visa tantis luxuriæ incitamẽtis & tẽtationi
bus cõmotus fuit, vt statim de reditu in sæculũ cogitauerit. Orẽ
omni admiratione dignã. Perpẽdite quæso, quousq; tẽtatio vi-
rũ egregiũ ac miraculis & omniũ virtutũ genere clarũ perduxe
rit. At ipse diuino fauente numine ad se reuersus & in se ipsum
iratus, vestibus se spolians in tribulos & asperrimas spinas se vo
B. Gregõ. lutãdo proiecit: atq; ita (vt idẽ B. Gregorius) per vulnera cutis ra
Vbi sup. vulnera sanauit mẽtis. Ecce igitur fratres mei, qualiter sancti dæ
monũ tentationes superabant. Multo ergo magis nobis miseris
opportunioribus remedijs vti cõducit, si inclytã de hostibus vo
lumus victoriã reportare. Valde etiã ad Dei optimi maximi do
na cõparanda labores & afflictiones simul cũ oratione adiuuãt.
S. Bonauen. Diuus Bonauentura sacratissimã Virginẽ Mariã sanctæ Elisa-
in meditatio beth viduæ ordinẽ vitæ & orationis suæ explicuisse cõmemo-
ne. rat. Atq; inter alia, quæ ibi refert, hoc vnũ peculiare cõmendat,
videlicet, eã excepta plenitudine gratiæ, quã in visceribus ma-
tris suæ accepit, cætera alia dona & gratiarũ dotes ingẽti labore
assidua oratione, ardẽtissimis desiderijs ac lacrymarũ multitudi

ne com-

re cõparasse. Et adiecit purissima virgo cũ sancta vidua sermocinãs: Hoc vnũ tibi persuade, nullũ cœleste donũ nullãq; virtutẽ absq; oratione & corporis afflictione, præterquã cũ Dñs extra ordinariũ opus & intra suarũ legũ limites nõ cõtentũ facere vult, posse obtineri. Huic cœlestis Reginæ sentẽtiæ verba Angeli fauere manifestũ est, qui eã plenã gratiæ appellãs dixit: In Luc. 1.
ueniisti enim gratiam apud Dñm: vbi ipsam, si tot donis ornata erat, industria & diligẽtia ea quæsiuisse significauit. His etiã cõcordat dictũ sacerdotis Eliachim, qui obsessis ab Holoferne Bethuliæ incolis & in maximũ periculũ adductis hãc tãto viro dignã sententiã protulit: Scitote, quod exaudiet Dñs orationes vestras, si manẽtes mãseritis in ieiunijs, & orationibus in cõspectu eius. Perpẽdite quęso verba ista: Si manẽtes mãseritis: vbi quãne cessaria sit sanctarũ exercitationũ perseuerãtia aperte insinuatur. In verbis, quæ supra angelũ dixisse retulimus, orationẽ nõ solum à ieiunio, sed etiã ab eleemosyna adiuuari, ipse Angelus dicebat: sunt enim binæ alæ, quibus ipsa oratio vsque ad Dei conspectum aduolat. Si in curia negotium aliquod vobis cum Rege agendum est, illud absque magnis sumptibus in finem per Simile.
ducere nequitis, nam famulos Regis, & eos, qui sunt á latere ipsius, muneribus ac largitionibus, vt vobis suffragentur afficere contenditis, idque sæpenumero frustra fieri contingit. Quare ergo, vt cum Deo agatis, seruis eius ipsiusque charissimis, pauperibus, videlicet, aliquid condonare non curabitis? Siquidem hoc frustra non agi certissimum est, summa enim veritas inquit: Quãdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Matth. 25.
Ideo S. Ieremias nos admonet, vt corda nostra cum manibus Thren. 3.
ad Dominum in cœlos leuemus. In quo orationes nostras cum, rectè factis ac bonis operibus coram Deo coniungendas esse aperte ostẽditur. Quapropter, charissimi fratres, per immẽsam Dei charitatẽ vos oro, vt, liquidẽ tot modos, quibus preces vestræ apud homines irritæ nõ sint, quæritis, multo plures, vt petitiones vestræ corã Deo sint acceptæ, inquirere contendatis.

Secũda autẽ Rogationũ causa est, vt Dñm deprecemur, velit irã suã erga nos lenire ac mitigare, nosq; prout scelera nostra merẽtur, nõ puniat, & bella ac seditiones, quæ his maxime tẽporibus oriri solẽt, cõprimere dignetur. Nam (vt in sacra Pagina dicitur) Initiũ veris tẽpus est, quo Reges ad bella solẽt procedere: 2. Reg. 11.

Quod si alijs sæculis hoc fieri oportebat, his profectò tempori- 4
bus calamitatibus plenis multo magis necessarium est, siquidem
aduersus Rem publicam Christianam tanta Maurorum multi-
tudo, tot hæreticorum copiæ, at tot exercitus Turcarum quo-
tidie conflari, & acerrime pugnare videmus, ita vt vndiq; nos
hostes obsidere & circumuallare videantur. Et rationi consenta
neũ est, vt non eorũ vires, non multitudinem, non potentiam,
sed scelera nostra, quæ ipsi contra nos vt tela fortissima afferũt,
Simile. pertimescamus. Cũ quidam exercitus aduersus aliũ dimicat, si
alter alterius arma possit arripere, sine dubio victoriam facile re
portabit. Igitur, quia aduersarij nostri peccata, quæ cõmisimus,
pro armis portant, si ab eis arma hæc auferimus, certissima pro-
nobis victoria erit: veram autem iniquitatũ nostrarũ pœniten-
Deutero. 28 tiam facientes, eos his armis facillime exuemus. Cum sanctus 15
Moyses Israeliticum populum alloqueretur, hæc in Deutero-
nomio eis dixisse legitur: Si audire nolueris vocẽ Domini Dei
tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, venient super te
omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Et inter maledi-
cta, quæ ibi in filios Israel conijciuntur, hoc vnum est, videlicet:
Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos. Et statim infe
riùs ait: Adducet Dominus super te gentem de longinquo in si
militudinem aquilæ volantis cũ impetu. Et infrà: Opprimet te
hostis tuus. Propheta etiam Ieremias, quoniam Deus in vrbe
Ieremi. 5. Hierusalem iustos minime inuenit, sic inquit: Iccirco percussit
eos leo de sylua, lupus advesperam vastauit eos, pardus vigilans
super ciuitates eorũ. Omnis, qui egressus fuerit ex eis, capietur,
quia multæ sunt præuaricationes eorum. Per feras istas Domi- 6
nus tyrannos & hostes immanes, qui eos iussu Dei ob ipsorũ fla
gitia perdituri atq; euersuri erant, intelligit. Ideò S. Ieremias de
Thren. 1. hoc agens sic lamentatur: Peccatũ peccauit Hierusalẽ, propter
quod instabilis facta est. Peccatũ peccauit, ideſt, Peccata pecca
tis accumulauit, vel nimiè peccauit. Propter quod instabilis fa-
cta est, ideſt, fragilis & non potens aduersarijs resistere. Quid igi
tur cogitatis fratres mei, nos illis (maxime cum maiori obligatione nunc astricti simus) bonitate antecellere? Credo equidem,
imò & procerto habeo nos illos nũc minime superare. Ergo ne
miremur, si quotidie nos tot hostib⁹ obsessos videam⁹: verã pœ
nitẽtiam agentes tanto malo facile diuino fauore medebimur.

Domi-

17 Dominus Hebræorum populum ſic mininatus fuiſſe à diuina pagina commemoratur: Ecce ego (inquit) conuertam vaſa belli, quæ in manibus veſtris ſunt, & quibus vos pugnatis aduerſum Regem Babylonis. Hoc eſt, eadem tormenta bellica contra vos diſplodent, vulgo, *Los miſmos tiros diſparara contra vos*, & cogitãtes hoſtibus veſtris nocere, à proprijs armis percutiemini. Et adiecit ſtatim: Poſui faciem meã ſuper ciuitatem hanc in malũ & non in bonum. Rex nefarium proditorem & fideliſsimum ducem eiſdem externis oculis contemplatur, ſed illum vt puniat, hunc autem vt muneribus ac præmijs afficiat. Sic Dominus in præſentiarum ait, ſe in vrbem illam peccatricem, vt in ipſam ſeuere animaduertat, ita oculos coniecturum eſſe ad puniendum ſicut iuſtos, vt præmijs eos muneret & condecoret, aſpicere ſo
18 let. Poſtquam autem Dominus ſic toties minitatus eſt, vt iam iam ſupplicio Dei puniri, eiuſq; flagellum in ipſos imminere videretur, eos iterum ſanctus Propheta eiuſdem Dei nomine ad amicitiam ipſius Dei inuitat dicens: Audite verbum Domini Domus Dauid, hæc dicit Dominus: Iudicate mane iudicium. Quaſi diceret: Animaduertite diligenter & cauete, ecce ego vos ipſos continuo expecto, igitur conuertimini ad me: ne forte egrediatur, vt ignis, indignatio mea. O ineffabilem Domini clementiam & miſericordiam: fælices illi, qui eam totis viribus apprehendũt. Nos ergo ipſam, ſiquidem ſeſe temporis occaſio offert, vere ſcelerũ noſtrorũ pœnitẽtes diligentiſsime apprehendamus: qua non ſolum à pœnis æternis, ſed à temporalibus flagellis eripiemur. Nam experientia patet, à nubibus turbationes
19 nunquam in terram deſcendere, niſi ab ipſa terra exhalationes ac vapores, ex quibus gignuntur eædem nubes, tonitrua, nimbi, niues, fulgurã, acreliquæ cœli turbationes, prius aſcendant. At vapores ij ſenſim & inuiſibiliter quodammodo in altum aſcendunt, fulgura verò, grandinem ac tempeſtates palam & in propatulo ex eodem cœlo deſcendere videmus. Ita Deum noſtrũ adeo iuſtum eſſe cogitare debemus, vt in nos, niſi propter ingentia ſcelera noſtra ſua ſupplicia non mittat, ipſumq; Deum à noſtrorũ ſecreta culpa excitari, vt publice de nobis ſuppliciũ ſumat: & ſic quia peccata noſtra aſcendũt, ſupplicia Dei in nos deſcendũt. Atq; ita, ſiquidẽ ob flagitia noſtra in nos turbationes iſtæ cecidẽrũt, & nos tot aduerſarijs obſidentib⁹ oppreſſos vide

Ierem. 21. *Simile.* *Simile.*

mus, vnicũ ac ſingulare remediũ eſt, nos ipſos in Deũ reuerti, an
1. Reg. 2. tequã penitus euertamur. Egregie enim Anna Samuelis mater
dixit: Arcus fortiũ ſuperatus eſt, (ſcilicet pro peccatis eorũ) &
infirmi accincti ſunt robore, ideſt, virtute Dei. Hoc in Machabęis manifeſte apparuit, quorũ aliqui milites in quodã prælio ad
uerſus hoſtes ſuos cõmiſſo cecidiſſe legũtur. Cũq; poſteà ab alijs
ſepulturæ traderentur, ſic ait diuina ſcriptura: Inuenerũt autem
2. Mach. 12. ſub tunicis interfectorũ de donarijs idolorũ, quæ apud Iamniã
fuerũt, à quibus lex prohibet Iudæos. Omnibus ergo manifeſtũ
factũ eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe. Omnes itaq; benedixerũt iuſtũ iudiciũ Dñi, qui occulta fecerat manifeſta. Quid igitur
ò peccatores, ſperatis, in vobis tot à Deo prohibita habentes?
Quid tu vſurarie expectas, tot latrocinia cõmittẽs? Quid tu di-
ues, pauperis atq; egeni pignus apud te retinẽs? Quid tu irac ũde
odiũ cõtra fratrẽ tuũ in corde reſeruãs? Quid tu eccleſiaſtice, pectus ambitionibus & auaritijs plenũ habẽs? Quid deniq; tu, o libidinoſe, expectas, turpẽ ipſi⁹ libidinis amorẽ in corde retinẽs?
Qualiter ergo ſeruorũ Dei cõtinuæ orationes & ſtrenuiſsimorũ ducũ exercitus victoriã cõſequẽtur, vobis huiuſmodi depraua-
tã vitã viuẽtibus? Ergò à vobis omnia iſta ſcelera, expellite, mẽteſq; veſtras, antequã diuin⁹ furor vos abſorbeat, expurgate. Cũ
Ioſue. 7. aliquãdo Hebręorũ manus (vt diuina pagina refert) cõtra hoſtes
pauciſsimos pugnaret, ſtatim tergavertẽtes percuſsi ſunt ab illis
pertimuitq; cor populi, & ad inſtar aquę liquefactũ eſt. Ioſue verò ſciditveſtimẽta ſua, & pnus cecidit in terrã corã arca Dñi vſq;
ad veſperã tã ipſe quã oẽs ſenes Iſrael. Perpẽditeverbũ illud, Ioſue verò, habet enim magnã emphaſim: ac ſi diceret: Cor populi
Simile. pertimuit, & omnẽ fortitudinẽ ſuã amiſit. Itaq; ſicut aqua minimè reſiſtere valet, ſic Hebræorũ corda adeò ad reſiſtendũ impotẽtia remãſerũt, vt corda eſſe nõ viderẽtur: Ioſue verò ac ſenes Iſrael animũ recipiẽtes negotiũ Dño tradiderũt. Hoc etiã munere ſenes & maiores natu in Republica atq; in cõgregationib⁹ vti debẽt totis viribus conãtes, vt remediũ pauperibus adhibeatur.
Pronus igitur in terrã dux ſanctus dicebat: Mi Dñe Deus, qd dicã vidẽs Iſraelẽ hoſtibus ſuis terga vertẽtẽ? Quid facies magno
nomini tuo? Dixitq; Dñs ad Ioſue: Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Iſrael, & præuaricatus eſt pactũ meum, nec poterit
ſtare ante hoſtes ſuos, eoſq; fugiet, quia pollut⁹ eſt anathemate.

Hæc

23 Hæc omnia Dñs aiebat, eo quod vnus duntaxat ex filijs Israel palliũ coccineũ, & ducẽtos syclos argẽti, regulãq; aureã, quę in hostiũ castris supererãt, sibi collegerat, & sub terrã absc ōderat. O rẽ stupendã. Videte qualiter Deus (licet ibi quã plurimi viri probierãt) propter vnius peccatũ auxiliũ suũ ac fauorẽ omnibus denegauit. Atq;, vt rem magis amplificet, cũ vnus tantum peccauerit, omnẽ Israel deliquisse, Dñs inquit. Deniq; propter furtũ ab vno cōmissum omnis exercitus superatus est. O incomprehensibilia iudicia Dei. Vt quid fratres talia audiẽtes nō obstupescimus. Quare, cũ modo in ecclesia catholica tot pij ac religiosi viri sint, tot sacerdotes sancti, tot monachi multis virtutibus ornati, tot purissimæ virgines, tot deniq; sancti cōiuges, si tot ties ab hostibus nostris superemur, in admirationẽ rapimur, si-
24 quidẽ inter hos bonos tot improbi ac scelerati reperiũtur, maxime in ipsis bellorũ copijs & exercitibus, vbi omnes fere milites secluſa fide Barbaros infideles cũctis moribus imitari videntur? Sic vbi nos legimus: Egressi sunt de castris Philistinorũ ad præliandũ tres cunei, alia trãslatio habet: Egressi sunt ad prædandũ. Et in cōtextu Græco & paraphrasi Chaldaica habetur: Egressi sunt ad corrũpẽdũ: vbi illos oẽs latronũ & corruptorũ magis quã militũ nomẽ obtinere posse, significatũ est. Nec, illos fuisse tales mirãdũ est, siquidẽ perfidi erãt ethnici. At verò militẽ Christianũ furẽ esse, aut blasphemũ, aut populorũ vastatorẽ, aut aliaid genus crimina perpetrare, nefariũ & impijssimũ est, atq; lacrymis omni cũ miseratione deplorãdũ. O infinitę maiestatis Deus, 25 medere Dñe, ppter infinitã clemẽtiã tuã, siquidẽ in terris nō est, qui velit remediũ adhibere tot flagitijs atq; scelerib us. Maxime pōderanda est sapiẽtissimi ducis Iosue in supra narrato casu prudẽtia. Qui delinquẽti vt crimẽ suũ confiteretur, persuadens blãdis & amorẽ præse ferẽtibus verbis sic ait: Fili mi da gloriã Domino Deo Israel, & cōfitere, atq; indica mihi, quid feceris. Da gloriã Deo, inquit, quoniam Dominus, eo quod verba, quæ Hebręis promiserat circa tutelã ac ipsorũ defensionẽ, nō seruabat, diffamatus esse videbatur. Cōfessio autẽ furti erat, Domino gloriã dare: nã ex illa ostendebatur Dominus iure optimo Hebręis propter scelera eorũ opẽ ferre noluisse. Cũ his omnibus S. Moysi dictũ cohæret, qui sic ait: Vtinã saperẽt, & intelligerent, atq; nouissima prouiderent. Quomodo persequebatur vnus mille

1. Reg. 13.

Iosu. vbi sup.

Deut. 32.

& duo fugarent decẽ millia, nõ nè ideò quia Deus ſuus vendidit 26
eos, & Dns cõcluſit illos? O vtinam nũc milites Chriſtiani, quã
do infidelibus bellũ inferre volũt, ante oculos ſuos gloriã & pœ
nã æternã, quæ nouiſsima ſunt proponerẽt. Nã ſi ita eſſet, vnus
duntaxat miles mille hoſtes ſuperaret, & duo fugarent decẽ mil
lia. Simul etiam cũ mentis puritate optimũ armorũ genus eſt
ad inſignẽ victoriam reportandam ipſa oratio. Hac ſanctus Pa-
Gene. 48. triarcha Iacob honorificè vicit. Et ita cũ filio ſuo Ioſeph loquẽs,
Do tibi, inquit, partẽ vnam extra fratres tuos, quã tuli de manu
Amorrhæi gladio & arcu meo. Hic ſanctus Patriarcha nuſquã
armis accinctus, nec arcũ intendiſſe, vel arma ſumpſiſſe legitur,
cũ populus ille tempore, quo filij eius iniuriã ſorori ſuæ Dinæ
illatam vlti fuerũt, euerſus & ſolo æquatus eſt: imo ipſe ſenex
aduerſus eos, eò quòd rem crudeliſsimã cõmiſiſſent, indignatus 27
eſt. Quare ergo nunc vi & armis eã cepiſſe teſtatur? Huic quæ-
ſtioni Chaldaica tranſlatio ſatisfacit, quæ ſic habet: Quam ora-
tionibus acquiſiui: hæc nãq; lõge meliora ſunt arma, quàm en-
ſes, arcus, atq; alia tela manu fabricata. Vbi etiã aliorũ tranſlatio
notanda eſt, quæ ſic habet: Quã tuli de manu Amorrhæi gladio
& prece mea.

Tertia ratio, ob quã rogationes fiunt, eſt ad Dñm obſecrandũ
vt nobis frugũ abundantiã, qua ipſi ſeruiamus, conferat: ex hoc
enim tẽpore totius anni remediũ pendet. Vt autẽ hoc facile con
ſequamur, ſimul cũ oratione vera pœnitẽtia atq; animi ſynceri
Simile. tas eſt nobis neceſſaria. Nã Deus propter peccata hominũ, vt ip
ſi ad eũ conuertantur, ſterilitate eos punire ſolet. Quemadmodũ 28
tenera mater ſibi dilectiſsimũ filiolũ habẽs, quẽ domi ſuæ nun-
quã detinere valet, ſed vix mane ſurgit, cũ ſtatim auiæ æde ſpe-
tit, eò quod ipſa ei poma præbet, ac multis cupedijs & liguritio
nibus indulget, hoc remedio (nè puer auiã tãto amore proſequa
tur, vt matrẽ ſuam deſerere velit) vtitur, videlicet, infantis auiã
admonet, vt ei illa, quæ ſolet, nõ præbeat, imò potius ipſum illis
omnibus priuet: quo facto (inquit ipſa) me matrẽ, vt ratio poſtu
lat, iſte puerulus diliget: ſic Dñs, cũ nos terrena diligẽtes, noſtrã
que auiã, videlicet, terrã propter fructus atq; alia parui momẽti,
quæ ipſa nobis producit, nimio amore proſequẽtes aſpiciat, vt
amore, quo ipſam terrã diligimus, totũ in Deũ trãsferamus, ip-
ſi terræ imperat, vt ſterilis ſit, nobiſq; panẽ, vinũ, atq; aliosfru

ctus

29 ctus nō proferat. Ideo Hebræis in ſacra pagina dixit: Quod ſi nō audieritis me, nec feceritis omnia mādata mea dabo vobis cœ- *Leuit. 26.*
lū deſuper ſicut ferrū & terrā æneā: cōſumetur in caſſum labor veſter: nō proferet terra germē, nec arbores poma præbebūt. Iu ſtū eſt enim, vt ſiquidē tu, ò peccator, erga Deū ſterilis es, ipſæ creaturæ erga te etiā ſteriles fiāt. Et per Oſeā Prophetā ipſe Do minus de peccatoribus, eò quod tēporalibus bonis in Dei offen *Oſeæ. 2.*
ſam vtūtur, his verbis conqueritur: Iccirco cōuertā, & ſumā fru ctū meū in tēpore ſuo, & liberabo lanā meā, & linū meū, quo ope riebant ignominiā ſuam. Perpēdite, quæſo, verba hæc: Libera- bo lanā meā, &c. Vbi Dominus aperte innuit, creaturas, quæ peccatoribus inſeruiūt, captiuas eſſe, in ipſumq; vt eas redimat *Simile.*
voces mittere. Si Rex ſeruo ſuo, qui Chriſtianā fidē, profeſſus
3 ceſt, imperaret, vt improbo Turcarū imperatori, licet ipſius infe ſtiſsimus ſit hoſtis, ſeruitutē adhiberet, quomodo huiuſmodi ſer uus clamaret? Quas voces in cœlū mitteret dicēs: Dñe Rex, qd tibi mali feci, aut in te cōmiſi, quare rē mihi tā grauē iubes? Ita omnes creaturæ, quæ peccatoribus inſeruiūt, ingemiſcunt, & in Deū vociferātur: ac ſi ſcirent loqui, ipſum deprecarētur, vt eas à ſeruitute miſera liberaret, ac dicerēt: Dñe ab his inimicis tuis, in quorū captiuitate ſumus, nos eripe. Dominus vero ſic ait: Ego li berabo lanā meā & linū meū. Tunc autē creaturas eripit, quan- do ipſas ab impiorū poteſtate educit, fructus gelu, frigore, & ari ditate cōſumēs. Et apud eūdem prophetā idē Dominus inquit: *Oſeæ. 9.*
Area & torcular nō paſcet eos, & vinū mētietur eis. Vbi maxi- me ponderandū eſt, Dominū hic non dicere, vineas & agros eis
31 fructū eſſe negaturos, ſed areas & torcularia ipſum non eſſe præ bitura. In quo ſignificauit, peccatores ipſos frumento & vino eo tēpore, quo iam in areis & torcularibus collecta erant, iure opti mo fore priuandos, vt maiori dolore ac triſtitia miſeri affician- tur. Quo circa fratres mei ad Dominū reuertamur, ſiquidem, vt nos ad ſe attrahat, tot modos, artes, & inuentiones quærit. Cū igitur pluuiæ, atq; aliarū rerum ſterilitas eſt, ad eas poſtulandas Domini deprecationes ac pompæ fieri ſolent. Cum verò rerū abundantia ac fertilitas eſt, tunc ad agēdas ipſi Domino gratias fiūt: nam ſancta Eccleſia nunquā pro beneficijs acceptis ingrata extitit. Felis ſeu cattus cū eſurit, iuxta Domini ſui pedes veſti- *Simile.*
gia eius vnguibus blāde atterens gemebūdus vociferatur, atq;

pedibus, manibus, totoq; corpore cibũ poſtulare videtur. Qui 32
vbi primũ aliquid ab ipſo accipit, ſtatim illud in ore ferẽs mu-
giẽs trãſilit, & in domus angulo mãducãs & mugiẽs, dũ prædã
in vnguibus habet, oculos in Dñm minimè ſubleuat: finito vero
cibo iterũ gemẽs, vt priusfecerat, à Dño illũ repetit. Sic ingrati,
cũ neceſsitate opprimũtur, oculos ſuos & corda in Deũ erigũt,
& inſtãter ab eo remediũ poſtulãt. Dño verò precibus eorũ an-
nuẽte ipſi, poſtquã poſtulata cõſequũtur, illis detẽti & occupa-
ti, cũ proximis rixãtes, & cõtra ipſos murmurãtes, ac velut catti
edẽtes & mugiẽtes amplius ipſius Dei nõ recordãtur, nec oculos
in cœlũ eleuãt, quouſq; iterũ neceſsitate opprimũtur. Nõ ſic Ec
cleſia ſancta, nõ ſic, ſed creatori ſuo pro beneficijs acceptis grata
Ierem. 14. quas poteſt illi gratias refert. Sanctus Ieremias ait: Nũquid ſunt 33
in ſculptilibus Gẽtiũ, qui pluant, aut cœli poſſunt dare imbres?
Nõne tu es Dñs Deus noſter, quẽ expectauimus? Tu enim feci
ſti hæc omnia. Omnes cœli, nubes, & cũcta terra imbres ſeu vnã
tantũmodo aquæ guttã abſq; imperio Dei mittere nõ poſſunt:
iccirco ab eo pluuia cætera q; hominibus neceſſaria petẽda ſunt
eiq; ob illa gratiarũ actiones referẽdæ. ¶ Quarta deniq; ratio, p
pter quã rogationes fiũt, eſt ad cœleſtẽ reparatorẽ noſtrũ Ieſum
Chriſtũ obſecrãdũ, vt nos, ſiquidẽ ipſe hoc tẽpore in cœlũ aſcẽ
diſſe creditur, doceat, erudiat, atq; in ſanctiſsima veſtigia ſua di
rigat, nobiſq; tribuat virtutẽ, quaad recipiendũ Spiritũ ſanctũ
(quæ etiã modò ipſe Dñs poſt aſcẽſionẽ ſuã in ſacros diſcipulos
Ioel. 2. m ſit) præparemur. Apud S. Prophetã Ioelẽ Deus promiſsionẽ
hanc feciſſe legitur: Effundã ſpiritũ meũ ſuper omnẽ carnẽ: ideſt 34
virtus ſpiritus mei vſq; ad vltimos fideles, qui in mũdo futuri
ſunt, perueniet. At ſicut illi primi parẽtes, vt p miſsio hæc adim
pleretur, erãt in oratione perſeuerãtes, ità nos etiã eſſe debemus
ſpiritus enim noſter vitã ſine illo diuino ſpiritu habere non po-
Teſſal. 5. teſt. Quo circa egregie nos D. Paulus admonet dicẽs: Spiritũ no
lite extinguere: ſpiritus enim humanus extinguitur, quãdo fuga
Simile. tur ſpiritus diuinus. Elegãs profectò metaphora hæc ex lucerna
ſumpta eſt, quę tũc extinguitur, cũ linamẽtũ Hiſpane, pauilo, ig
nis participatione priuatur. Sic ſpiritus noſter, cũ abigne diuino
priuatur, ſtatim extinguitur. Idem etiã S. Apoſtolus inquit:
Epheſ. 4. Nolite cõtriſtare Spiritũ ſanctũ Dei, inquo ſignati eſtis in die re
dẽptionis. Vbi alia trãſlatio habet, in diẽ reſurrectionis: & ſic eſt

in

35 in cõtextu Græco & in Syriaca trãslatione. Hoc eſt: Ne permittatis Spiritũ ſanctũ à vobis ꝓpter ſcelera veſtra abeſſe: ei⁹ enim abſentia erit cauſa, qua ſpiritus veſter triſtetur, & afflictus ſit. At que ita, Nolite cõtriſtare Spiritũ ſanctũ, ſignificat, Ne Spiritus ſanctus abſentia ſua vos propter culpã veſtrã faciat contriſtare. Poſtulãtes autẽ hunc diuinũ ſpiritum & accipiẽtes (inquit idem B. Apoſtolus) ſoliciti eſtote ſeruare vnitatẽ in vinculo pacis, vt veſter ſpiritus, ſcilicet, inſeparabilis ſit à ſpiritu diuino: nam ab ea re, cui noſter ſpiritus accedit, bonum vel malum in ſe recipit. Ideo Apoſtolus ipſe ait: Qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur: (videlicet cũ ea) qui autẽ Domino, vnus ſpiritus eſt, (ſcilicet cum eo) vt plane quantum inter vtrumq; interſit, videatis. Ideò ſoliciti eſtote ſeruare vnitatẽ ſpiritus, ideſt, cum ipſo Spi- *Epheſ. 4.* *1. Corin. 6.*

36 ritu ſancto. Id autẽ, quo ſpiritus hic plurimum cõſeruatur, inter alia pax cum proximis eſt: & ideo adiecit, in vinculo pacis. Sed vt hæc omnia poſtulare ſciamus, nobis huius ſancti Euangelij lectionẽ ſacro ſancta Eccleſia proponit: in qua habetur parabola hominis neceſsitate oppreſsi, qui media nocte amicũ, vt tres panes ſibi accõmodaret, obſecraturus inuiſit: à quo tandẽ illos quoniã ipſum precibus importunis obſecrauit, accepit. In quo diuinus magiſter perſeuerantiã, qua orare, & Deum ipſum ardẽti ſtudio obſecrare debemus, nos docet. Finita vero parabola inquit: *Et ego vobis dico, Petite & dabitur vobis.* Vbi verbum illud, Et ego vobis dico, magnã emphaſim habet. Quaſi diceret: Ego, qui propter vos homo factus ſum, & qui veſtris neceſsitatibus mederi cupio, dico vobis, vt hoc modo petatis. *Quærite & inuenietis, pul-*

37 *ſate & aperietur vobis.* Neminẽ otioſum eſſe, Dñs vult, ſed ore, corde, ac manibus petendũ eſſe, ipſius Dñi voluntas eſt. Id autẽ, quod petere debemus, nõ nominatur, quoniã diuina gratia, fauor ac gloria, verbis explicari minime poteſt. Ne autẽ quis exiſtimaret, hęc omnia ſacris tantũmodo diſcipulis dicta eſſe, adiungitur ſtatim: Omnis enim, qui petit, accipit, &c. O admirabilẽ ſummi Dei liberalitatẽ, qui tot vijs, modis, ac rationibus nos in ſpẽ conſequẽdi illa, quę poſtulam⁹ illicit, & fortiſsimos reddit inuitãdo. Deniq; cõcludit dicẽs: Si ergo vos, cũ ſitis mali, noſtis bona dare filijs veſtris, quãto magis pater veſter de cœlo dabit ſpiritũ bonũ petẽtib⁹ ſe? O vtinã hãc efficaciſsimã rationẽ cordibus nr̃is reponerem⁹, ac nũquã à nr̃a memoria laberẽ. Illa enim dũtaxat

nos

nos moueret, vt tanquam filij ad huiusmodi Patrem, qui nos tan 1
to amore prosequitur, spiritum bonū (ideſt omne spirituale donum) petituri accederemus: atq; ita diuites diuina gratia fieremus, qua consequeremur gloriam, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

In eadem Feria. II. In Litanijs maioribus

CONCIO SECVNDA.

Quis vestrum habebit amicum. &c. Lucæ. 11.

Iac. vlt. GLoriosus Apostolus D. Iacobus in vltimo suæ epistolæ capite hæc suauissima profert verba: 2
Multū valet deprecatio iusti assidua. Quod cō firmat dicēs: Elias homo erat similis nobis, passibilis, & oratiōe orabit, vt nō plueret super terrā & nō pluit annos tres & mēses sex. Et rursum orauit, & cœlū dedit pluuiā, & terra dedit fructū suū. Si igitur oratio cuiusdā iusti tātæ efficaciæ & potētiæ erga Deū est, quāto
Gene. 8. maioris efficaciæ multorū iustorū erit oratio. His etiam diuina scriptura assentitur, quæ sic ait: Ædificauit Noe altare Domino, & obtulit holocausta super altare, odoratusq; est Dñs odorē suauitatis, & ait ad eū: Nequaquā vltra maledicā terræ propter homines. Ostupendā efficaciā orationis & sacrificij serui Dei. Pro
Gene. 6. pter multorū peccata Dñs sic paulò ante dixerat: Deleboho minē, quē creaui à facie terræ. At propter sacrificiū & orationē 3
quam iustus Patriarcha Noe ei obtulit, se amplius terras aquarū multitudine non esse operturum, pollicetur. Et in eadē sacra scriptura dicitur, quod Ægypti regno plaga ranarū oppresso Rex Pharao cū sancto Moyse & Aarō sic locutus est: Orate Dominū, vt auferat ranas à me & à populo meo. Egressiq; sunt Moy-
Exod. 8. ses & Aarō à Pharaone, vt oraret. Qui enim orationi attente vacare vult, omnem populi tumultū vitare debet. Nam licet verū sit, hominē vbiq; orationi posse operā dare, Deūq; laudibus efferre, (propter quod S. Dauid ait, In omni loco dominationis eius benedic anima mea Dño) tamē multo melior in solitudine ad hoc agēdū cōgruitas & dispositio reperit. Cū autē egressi essent

ambo

4 ambo à Pharaonis domo clamauit Moyſes ad Dominum: fecit
que Dominus iuxta verbum Moyſi, & mortuæ ſunt ranæ de
domibus, & de villis, & de agris. Perpendite, quæſo, emphaſim
verborū iſtorū: (videlicet, Fecitq; Dominus iuxta verbū Moy
ſi) res enim plane conſideratione digna eſt, quod Dominus ſer-
ui voluntatem adimpleat. Ideo merito S. Dauid ait: Quam bo- *Pſal. 72.*
nus Iſrael Deus ijs, qui recto ſunt corde. Abiectus ille paupercu
lus ac contẽptus Moyſes plus apud Dominum, quam diues &
ſuperbus Rex Pharao cũ ſui Regni amplitudine valebat, vniuſ
que iuſti oratio omnibus totius Regni remediũ obtinuit. Quod
vero in præſentiarum maxime ponderare debemus, hoc eſt, vi-
delicet, orationem ſolius duntaxat hominis pij, quam plurimis
impijs prodeſſe poſſe. Vnde, obſecro, oriri exiſtimatis, quod cũ
5 tot ſcelera ac flagitia in vrbibus & Rebuspublicis graſſentur,
Dominus ſeuera rigidaq; ſupplicia in nos pro culparũ meritis
non mittit? Potiſsima certe cauſa eſt, quoniam aliqui Moyſi ſi-
miles in locis ſecretis & in religionũ angulis pro nobis cõtinuo
orant. Qualiter hoc in Dei amorem (ſiquidem optimũ amicũ eũ
eſſe videmus, & ſuos etiam in hac vita nimio honore afficere)
nos inuitat. Diſcamus ergo hinc omnes iuſtos magni facere, &
non ſolum illos, qui in cœlis ſunt, ſed etiam eos, qui in terris vitã
degunt, eò quod à Domino ita diliguntur. Si igitur vnius iuſti
oratio tam potens eſt, quanto magis multorũ potentior erit de
precatio? Hoc nobis D. Hieronymus explicans Annæ matris *D. Hieron.*
Samuelis canticũ eleganter inſinuat. Nam vbi nos legimus: Do *ſup. 1. Reg. 1*
mini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem, ipſe *in tom. 4.*
6 tranſtulit: Domini enim ſunt afflicti terræ, & poſuit ſuper eos *capit. 105.*
orbem. Vbi ipſe D. Hieronymus quandam Hebræorum anti-
quorum doctorum approbat expoſitionem, quæ aſſerit,
Deum propter merita & orationes pauperum ſpiritu mun- *Danie. 2.*
dũ ſuſtinere. Satis optime Propheta Daniel orationem multorũ
potentem eſſe intellexit, ſiquidem ad intelligendũ ſomnij Regis
Nabuchodonoſor myſterium: (vt ſacra pagina teſtatur) Ingreſ
ſus eſt domum ſuam, Ananiæq; & Miſaeli & Azariæ ſocijs ſuis
indicauit negotiũ, vt quærerent miſericordiam à facie Dei cœ-
li ſuper ſacramento iſto. Et B. Apoſtolus ait: Deus de tantis perĩ *2. Corin. 1.*
culis nos eripuit & eruit, in quem ſperamus, quoniam & adhuc
eripiet adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt ex multarũ

perſo-

perſonis facienũ, eius, quæ in nobis eſt, donationis; per multos 7
gratiæ agantur pro nobis. Ecce quo pacto S. Apoſtolus fatetur,
orationes à pluribus fuſas ante Deũ pro ſe non parũ illi adiumẽ
Ioel. 1. ti cõtuliſſe. Atq; ita Propheta Ioel ait, non vnũ aut alterũ ad im
plorandam miſericordiam eſſe congregandũ ſed multos. Voca
te, inquit, cœtũ, cõgregate ſenes, omnes habitatores terræ in do
Eccle. 4. mum Dñi Dei veſtri, & clamate ad Dñm. Eccleſiaſtes etiã ſic ait:
Funiculus triplex difficile rũpitur. Quid ſunt orationes, niſi fu
niculi, quibus diuinas manus, nè de nobis vindictam ſumãt, liga
mus? Quantò igitur plures fideles orauerint, tantò plures funicu
li, videlicet, orationes iungentur. Et ſi funiculus triplex difficile
rumpitur, laborioſius profectò centeſimus ac ducenteſimus rũ
petur. Sacro ſancta ergo Eccleſia plurimorũ ſimul fidelium ora-
tiones efficaces eſſe intelligens, rogationes has & litanias vniuer 8
ſales his diebus ad placandam Dei optimi maximi iram, eiuſq;
diuinam miſericordiam obtinendam ſolenniter celebrat. Quod
ſi præteritis temporibus hoc fecit, multò magis nunc facere ei
opus eſt, maximè cum ſe vndiq; tot tamq; immanibus hoſtibus
obſeſſam videat. Quod quidem obingentia ſcelera noſtra eueni
re, maxime pertimeſcere debemus. Dñs enim Hebræorũ popu
Iere. 1. lum per Ieremiam Prophetam ſic minatus eſt: Ecce ego conuo-
cabo omnes cognationes Regnorum Aquilonis, & veniẽt & po
nẽt vnuſquiſq; ſoliũ ſuũ in introitu portarũ Hieruſalẽ, & ſuper
omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda, &
loquar iudicia mea cũ eis ſuper omnẽ malitiam eorũ, qui dere-
liquerũt me. O terribilẽ & admirandã comminationẽ. Cogitatis
ne ò peccatores, eos, qui nobis bellũ inferunt, homines eſſe? Sci 9
tote iras Dei eſſe, ipſumq; Deũ eſſe præcipuũ aduerſus nos ho-
ſtiũ conuocatorem? Hiſpanè, *El es el muñidor principal, que anda mu
ñendo las vanderas de los enemigos cõtra noſotros*, Vt aperte S. Prophe
ta hic ſignificat, cum ait: Ecce ego conuocabo omnes cognatio-
nes regnorum. Examinate vobiſcum verba illa: Loquar iudicia
mea, in quibus Dominus linguam ſuam, voces, atq; reprehenſio
nes eſſe flagella, quibus nos cædit, manifeſte inſinuat. Cum ego,
inquit, conuocauero & incluſero in domos veſtras hoſtiũ vexilla
& ad ianuas veſtras eorũ tẽtoria caſtra metatus fuero: ipſiq; ad-
uerſarij vobiſcũ infeſtiſſimũ bellũ geſſerint, tũc loquar iudicia
mea cũ eis. Enſes illorũ, tela, tormenta bellica, machinæ, ac muni-

tiones

10 tiones erunt voces meæ, & altiſoni præcones, qui, quales vos eſtis, prædicabũt. Et idem S. Propheta ſic alibi inquit: Cogitauit Dominus diſsipare murũ filiæ Sion, tetendit funiculum ſuũ & non auertit manũ ſuam à perditione. Hic etiam ſanctus Propheta oſtendit, flagella, quæ hominibus inferũtur, non caſu euenire, ſed ab immẽſo Deo mitti. Et adiecit ſanctus Propheta Dominũ, vt ſupplicium de eis ſumeret, funiculum ſuum hoc eſt, iuſtitiam ſuam tetendiſſe, vt, videlicet, animaduerſio & punitio pro ratione criminum fieret. Væ, væ, væ ac millies væ nobis, ſi Dominus ſecundũ peccatorũ noſtrorum menſuram nos punit. O infinitæ maieſtatis Deus: ſi ſuper ſcelera noſtra funiculũ tuę iuſtitiæ tendis, viſq; ſicut iniquitates noſtrę merentur, nos flagellare, quid erit nobis? Maxime vobis notandum eſt, adeo homi- *Thren. 2.*

11 nes in alios diuina permittente iuſtitia truces atq; crudeles exiſtere, vt Hebræi hoc intelligentes ſatius eſſe putauerint, ſe manui Dei, vt ab ipſo punirentur, ſubijcere, quã per manus aliorũ hominũ puniri. Hoc aperte in diuinis literis apparet: vbi Domino Iudæis minitante ipſi ſic dixerunt: Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet: tantũ nũc libera nos. Nam licet improbi ad puniendũ iuſſu Dei ſint ipſius Dei manus, ſunt tamen manus crudeliſsimæ. Aliæ vero cauſæ ſecundæ non tam ſeueræ ſunt in caſtigando. Ipſi autem carnifices, & qui Domino permittente alios corrigũt & puniũt immunes à ſupplicio ſe manſuros eſſe non exiſtiment. Iſaias enim Propheta de Rege Nabucho donoſor, qui immanis erga plurimos extitit, ſic ait: Væ Aſſur *Iudic. 10.* *Iſai. 10.*

12 virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea. Et paulo inferius inquit: Et erit, cum impleuerit Dominus cuncta opera ſua in monte Sion, & in Hieruſalem viſitabo ſuper fructũ magnifici cordis (ideſt, ſuperbi) Regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorũ eius. Attendite, obſecro, qualiter S. Propheta atrocia flagella, quibus homines vapulant, opera Dei appellat. Aduertite etiam, qualiter poſtquã Aſſyrij Hebræos euerterũt, Dñs ipſos etiam euertit, & ſolo æquauit. Deus enim peculiarem hominem ditione potentem, improbum ac nefarium, vt alios puniat, in terris eſſe permittit, illum tamen impunè non abiturum certiſsimum eſt. Sicut in Chriſtianorum infeſtiſsimo hoſte Rege Turcarum contingit, qui quanuis crudeliſsimum Eccleſiæ Dei flagellum ſit, non tamen ipſe iuſtus. *Simile.*

Dominus

Dominus eum ob has crudelitates ac tyrannidē abſq; ſupplicio 13
relinquet. Cùm igitur modo hunc potentiſsimū hoſtem non ſo
lū ex aduerſo ſed etiam tot hæreticos atq; infideles habeamus,
maxime nobis orationis ſanctæ refugio & aſylo opus eſt. In ſa-
Ioſue.5. cra pagina dux Ioſue ad omnē Iſrael ſic dixiſſe, fertur: Vocife-
ramini, tradet enim vobis Dominus ciuitatem. Nec exiſtiman-
dū eſt, ipſum ducem eis vociferari ſine oratione ac diuinis laudi
bus iuſsiſſe: nam ſolis linguis vocē emittere, parū aut nihil pro
deſt. Aduertite etiam, eū in plurali numero loqui: vult enim, vt
omnes ſimul clamores edant & ad Dominum corde vociferen-
tur. Intelligebat nanq; vir ſanctus concordiam in clamoribus ac
multorū vocibus apud Dominum multum ponderis ac momē
ti habere. Atq; ita Chriſtus Redemptor noſter apud S. Mat-
Matth.18. thæum ſic ait: Dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſu- 14
per terram de omni re, quamcūq; petierint, fiet illis à patre meo
qui in cœlis eſt. Quid igitur erit, quando mille aut duo mille cō
ſenſerint? At credendū eſt, quod quemadmodū, cū Hebræi cō-
Iudic.7. tra Madianitas duce Gedeone arma ceperunt, gladius Domini
& Gedeonis clamauerunt: ita voces illæ, quibus Hebræi clama-
bant, gladius Domini & ducis Ioſue fortiſsimi erant. Vbi in-
nuitur, quod clamor fortiſsimus, eſt gladius Dei, ideſt, potentia
Dei & Ieſu Chriſti. Quid enim mūdus, vel infernus contra Dei
& Ieſu Chriſti filij eius potentiam facere poterunt? Ideo, fratres
mei, vos obſecro, vt ad hunc ſupernū Patrem per cœleſtis eius
filij merita ſpiritu vociferemini, vt nobis in tot aduerſitatibus
Iob.31. & preſſuris opem ferre ac fauere dignetur. Vbi nos legimus
apud S. Iob: Quis mihi tribuat auditorem, vt deſideriū meū aur 15
diat omnipotens? alij tranſtulerunt: Quis mihi tribuat adiuto-
rem? & ſic etiam B. Gregorius legit. Hunc adiutorem, quem ſan
ctus vir deſiderabat, iam nos habemus, videlicet Chriſtum Re-
demptorem noſtrum, qui coram æterno Patre ſuo continuo nos
a iuuat: ideo nobis præcipit, vt nomine ſuo petamus. Propheta
Daniel.9 Daniel calamitates, quas Hebræus populus ob immenſa ſcele-
ra ſua patiebatur, animaduertens oratione deuotiſsima Domi-
num deprecatus eſt, ac poſtquam eū populū iuſtiſsime puniri
confeſſus eſt dicens: Tibi Domine iuſtitia, nobis autem confu-
ſio faciei, ſicut eſt hodie habitatoribus Hieruſalem & omni Iſ-
rael. Et poſtquā etiam dixit: Propter temetipſum inclina Deus

meus

16meus aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos & vide desolationem nostram & ciuitatem, super qua inuocatum est nomen tuũ statim adiecit: Nec enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Nos verò in deprecationibus nostris & orationibus aliquid ampliùs addituri sumus. Nam sic dicere debemus: Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis, atq; in filij tui Domini nostri Iesu Christi meritis. Id autem, quod ad res bellicas oratione comparatur, aperte in sacra scriptura cõspicitur. Vbi cùm aduersus Iosaphat Hebræorum Regem ingens infidelium copia aciem dirigeret, Rex ipse timore perterritus totum se ad Dominum de precandum contulisse legitur, & prædicauit (aiunt sacræ litera) 17ieiunium vniuerso Iudà, congregatusq; est Iudas ad deprecandum Dominum, sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Et paulo inferiùs: Cum iam Rex misericordiam à Domino postulasset, sic dicitur: In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus, quid agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Ante exercitum suũ, cum iam ad hostium conspectum appropinquarent prudens rex cantores, qui Dominum in templo suis canticis laudare solebant, collocauit, vt antecedentes exercitum voce consona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia eius. Cumq; cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos filiorum, scilicet, Ammon 18& Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant, vt pugnarent contra Iudã, & percussi sunt. Itaq; Hebræis laudes Domino decantantibus ipsi hostes in semetipsos versi mutuis concidêre vulneribus: Iosaphat verò & omnis populus cum eo spolia inimicorũ ac diuitias eorũ per tres dies auferre & portare non potuerunt: tanta erat prædæ magnitudo. Ex his potest optime intelligi ratio, ob quam Balach Moabitarum Rex, cùm ad præliandũ contra filios Israel exercitum comparare deberet, huius rei immemor nuntios ad Balaam misit, vt verbis & orationibus imprecatorijs eos superaret, atq; ita hostes propulsaret ac vinceret, & ipse à periculo, in quo erat liberaretur. Quod (vt Origeni viro sapientissimo placet) rex ille Ethnicus fecit eò quod, populũ Is-

2. Paralip. 20.

Numer. 22.

raeliticum orationibus magis quã armis hostes superare, audie rat: iccirco ipse etiam verbis aduersus eos pugnare cõtendebat. Vt autẽ hoc ita esse (inquit Origenes) intelligatis, ex sacra scri ptura intelligite id, quod ego à quodam magistro Hebræo (qui relicta sua secta ad Christianorũ fidem se cõuertit) accepi. Scri ptũ est (inquit) quod dixit Moab ad seniores Madian: Nunc ablinget synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt, si- *simile.* cut ablingit vitulus herbam campi. Cur (ait) tali vsus est exem plo? Propter hoc absque dubio, quoniam vitulus herbam cam pi ore conterit & euellit, lingua verò tanquam falce omnẽ, quã inuenit, secat. Ita populus hic labijs & lingua contra hostes præ liatur, & pro armis verbis vtitur. Hæc Origenes. Satis aperte hoc, quod narrauimus, in sancto rege Iosaphat & exercitu eius apparuit. Licet autem ibi orationibus duntaxat filij Israel ho- stes vicerint, victoriamq; ab eis reportauerint, tamen non de- cet, nos eo modo in orationibus fiduciam nostram collocare, vt id, quod in nobis est, ad eam consequendam prætermittamus. Quemadmodũ sanctus Ezechias rex fecisse legitur, qui cũ Sen nacherib regẽ Assyriorũ contra se aciem magnã dirigere cerne ret, muros ciuitatis muniri ac refici curauit, & fecit vniuersi generis armaturã, & clypeos, & cõuocauit vniuersum exercitũ, & locutus est ad eos dicẽs: Viriliter agite, & cõfortamini, nolite ti *2. Paral. 32.* mere, nè paueatis regẽ Assyriorũ, & vniuersam multitudinem, quæ est cũ eo: multò enim plures nobiscum sunt, quã cum illo. Cum illo enim est brachiũ carneum, nobiscũ Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; p nobis. Animaduer tite, obsecro, hũc sanctũ regẽ ita in Dño ipẽ habuisse, vt id, qđ ex parte sua ad defendendũ & propugnandũ se ab hostibus face re posset, nõ fuerit oblitus. Iudas etiã Machabæus suis militibus post quã eos ad præliandũ cõtra ingentẽ hostiũ copiã præpara *1. Mach. 3.* uerat, sic dixisse legitur: Nõ in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Ipsi veniũt ad nos in multitudi ne cõtumaciæ & superbiæ, vt disperdãt nos: nos verò pugnabi- mꝰ p animabꝰ nostris & legibꝰ nostris, & ipse Dñs cõteret eos an te faciẽ nostrã. Qua propter nõ solũ oportet nos sanctæ Eccle- siæ nostris orationibus hoc tẽpore fauere, verũ etiã illos, qui vi ribus pollent, personaliter cõtra infestissimos sanctissimæ fidei nostræ hostes ad præliandum ire iustissimum est.

Quod

22 Quod vt intelligatis quam ſanctũ & coram Deo meritoriũ ſit, ſciendũ eſt, quod (vt ex diuinis literis conſtat) poſtquam Hebræi á quodam crudeli tyranno nomine Siſara, qui eos ingenti virorũ copia inuaſerat, victoriam reportarunt, Debora Prophetiſſa Spiritu ſancto admonita omnibus tribubus, quæ ad fauẽdũ illi prælio pugnaturi venerant, ſummas dedit benedictiones. Tribui vero Ruben, qui eo quod gregem ſuũ paſcebat, ſuis fratribus non eſt auxiliatus, dixit: Quare habitas inter duos termi nos, vt audias ſibilos gregũ? Et paulò inferius adiecit: Maledicite terræ Meroz, dixit Angelus Dei, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini. Vbi valde ponderandum eſt, hanc ſanctam mulierem auxilium Domini appellare, cum ſeruis eius ſubuenitur, quoties à tyrannis atq; infi- 23 delibus opprimuntur. O nimium fælices, ac per beatos illos, qui ſanctiſsimæ fidei noſtrę zelo contra infideles in bellum ſe cõferũt, ſiquidẽ de illis dici poteſt, in auxiliũ Domini pergere. Sed heu heu, quã multi in auxiliũ Domini ad bellũ pergunt, vt ſenſus ſuos in ſceleribus paſcant, & ſuis voluptatibus atq; abominationibus ſatisfaciant. Hi vitam ſuam in ſeruitute Sathanæ potiũs, quam in ſeruitio Dei conſumere volunt. Dicite, quæſo, mihi, ò miſeri & infælices peccatores, non nè ſatius eſſet, vitam veſtram, quæ hodie aut cras minima quaque ægritudine conſumetur, in prælijs ad propugnandam fidem catholicam Domino offerre? Profectò ſcelera veſtra vos tanto bono indignos reddunt. Rationi etiam conſentaneum eſt, nos maxime hoc tempore, quo carnis incitamenta cũ ſpiritu magis cõtendunt, orationi 24 vacare: illa enim telum eſt præcipuũ, quo victoria reportanda eſt. Atq; Chriſtus Redemptor noſter ſuis ſacris diſcipulis dixit: Orate, nè intretis in tẽtationẽ: non, vt non tentemini, ſed ne intretis in tentationẽ, ideſt, nè ab illa vincamini. Et quemadmodum fur, cum voces illius, quem prædari conatur, audit, ſtatim terga vertit, quoniam intelligit, vicinos vocibus alterius vicini clamantis ad fauendum adeſſe: ſic oratio dæmones fugat, & angelos ſanctoſque ad fauendum oranti prouocat. Et quẽad modum ſeruus, qui latronem domum heri ſui ſpoliantem videt, ſi non vociferatur, conſentiens & proditor cenſetur, ita ille, qui tentationẽ in corpore ſuo ſentit, ſi auxiliũ orando nõ implorat, Dei & animæ ſuæ proditor eſſe iudicatur. Lacæ demones glorio

Iudic. 5.

Lucæ. 22.

Similia.

sius esse putabant, hostem arte potius quam viribus superare. 25
Nam vires hominibus & brutis communes sunt, ars vero & sapientia solius hominis propria est. Quapropter cum viribus vincebant, gallum gallinaceum Marti offerebant, cùm verò arte, bouem, innuctes in hoc, plus secundo victoriæ generi, quã primo deberi. Sic passiones nostras, dæmonem, & mundũ, atq; carnem arte & stratagemate oportet superare: nam illos solis viribus nostris nos velle superare, est impossibile. Inter præcipua autem stratagemata & artes ad victoriam cõparandam singularis est oratio. Hac S. Dauid vsus est, qui sic ait: Tu Domine cu-
Psalm. 11. stodies nos à generatione hac in æternum, in circuitu impij ambulant. Hoc est: Tu Domine ab hac impia generatione, quę nos vndiq; circundat, vt damnũ inferat, eripies. Quod si tu, quẽ ad modum vallasti Iob ac domum eius per circuitum, nos etiã tuo diuino auxilio & protectione circumdas, quis nobis poterit 26
nocere? Modò etiam nos pro fructibus terræ cum cordis purita-
Psalm. 67. te ad Dominum oportet orare. Cordis (in quam) puritate, quoniam S. Dauid ait: Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ. Id est: Si homines iusti & hæreditas tua sunt, eis pluuiam quotiescunq; voluerint, & pro voluntate ac placito ipsorũ concedes. Si vero fructuum abundantiam nobis Deus elargi-
Simile. tur, ei pro illis summas gratias agere orando debemus. Horridi & lutulenti sues, dum sub fructifera quercu ab ipsorum custode arborem ex alto diligenter concutiente glandibus pascuntur, oculos nequaquam erigunt, imò illos in terram, vbi cibus est, figentes, & ad inuicem gruniendo rixantes nihil aliud curãt, quã se ipsos abundantissime satiare: at cibo deficiente statim ocu- 27
los subleuant, quasi ab ipso opem ac victũ postulantes. Hoc mirandum non est, quippè cum isti irrationales sint belluæ. Quod vero in magnam admirationem nos rapere debet, est videre homines, qui instar porcorum, dum à Domino rerum temporaliũ abundantia recreantur, oculos in cœlum leuare, ipsiq; Deo ob
Psalm. 16. accepta beneficia debitas gratias agere, penitus obliuiscuntur: quin potius (vt regius Propheta inquit) Oculos suos statuerũt declinare in terram. Omnes cogitationes suas, curam, & solicitudinem in terram, videlicet, in voluptates huius mundi, in contentiones cum proximis suis, & in alia terrena conferunt. O ingratisues, itane Domino vestro summo rerum omnium opifici

pro

28 pro beneficijs acceptis vos gratos exhibetis? Hi autem, qui in abundantia oculos in terram fixerunt, glādibus deficientibus, hoc eſt, dū neceſsitate aliqua opprimuntur, ſtatim oculos in cœlum efferūt. Non ſic iuſti non ſic, ſed in abundantia, vel in opia continuò Dominum collaudantes & glorificantes tanquam grati in cœlū aſpiciūt. Atq; ita ſacroſancta Eccleſia, vel cum temporū ſterilitas, vel cū abundantia rerum eſt, ſemper has rogationes remediū poſtulans, cū neceſsitas eſt, & Deo gratias referens cum abundantia, celebrat. In illis verò huius ſacri Euangelij lectio proponitur, in quo ſimilitudo cuiuſdam amici continetur, qui ab alio panes, quos mutuo ſummis precibus petierat, & quibus egebat, obtinuit. In qua diuinus magiſter, nos perſeueranter à Deo neceſſaria poſtulare debere,
29 erudiuit: ipſe enim Dominus ardentibus obſecrationibus vult à nobis vrgeri. Siquis nobilis & illuſtris vir in regis curiam eo animo proficiſcitur, vt ab ipſo munus aliquod obtineat, rex vero præſentia eius gaudens, eiq; multa alia beneficia conferre deſiderans illud, quod poſtulat, vt ibi plurimis diebus commoretur, differt & in longius tempus protrahit. Nam ſi ſtatim negotium eius abſolueret, ipſe etiam ilico inde proficiſci vellet. Sic cum Dominus intelligat, nos neceſsitate oppreſſos & & mœrore afflictos curiæ eius & coram eo ad implorandam eius opem & auxilium intereſſe debere, vt diutiùs coram diuino eius conſpectu commoremur, nobis beneficia & auxilia (licèt ea velit conferre) ſæpenumerò differt, & procraſtinat. O benedictus & glorificatus ſit talis Deus, qui tot modos totque in
30 uentiones ad oſtendendum ſuū erga nos amorem, & vt mentes noſtræ diuina eius gratia ditentur, quærit atq; inueſtigat. Eſt autem maximè notanda omnibus quædam inſignis orationis præſtantia, videlicet, quod nō ſolum vim ac virtutem impetrandi id, quod petitur, habet, ſed etiam (ſicuti & cæteræ virtutes) efficax eſt admerendum. Atq; ità ſi ea, quæ à Domino poſtulamus, non obtinemus, (fortaſſe enim nobis minime expediunt) meritum tamen orationis non amittimus. Quod quidem immēſam Dei bonitatem nimis explicat, qui pro obſequio reputat, miſericordiam à ſe poſtulari. A qua profecto bonitate longe ſatis abſunt filij hominum qui ab alijs ardenti ſtudio obſecrari, multiſq; precibus vrgeri, vt aliquid eis concedant, grauiter ac

Simile.

moleſtè ferunt, Dominus verò in præſentiarum ait: Propter im- 31
probitatem dabit ei. Non ſolum enim id non grauiter fert, verũ
illud pro obſequio ſibi præſtito ac meritorio ſeruitio ducit. Et
hoc adeo verum eſt, vt propheta Dauid quærens aliquem mo-
dum, quo multorum beneficiorum, quæ à Deo acceperat, poſ-
ſetſe gratum exhibere, eaq; aliquo modo perſoluere, hoc obla
tionis genus inuenerit. Atq; ita inquit: Quid retribuam Do-
Pſal. 115. mino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Et ipſe reſpondet: Cali-
cem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo: ideſt: vir-
tutem Dei implorabo. Vbi apparet, eum ſibi perſuaſum ha-
buiſſe, ob memoriam & gratitudinem antiquorum beneficio-
rum ſingulare oblationis genus eſſe, alia denuò poſtulare. Quis
igitur, fratres mei, hæc audiens huius liberaliſsimi Domini
amore non inflammatur? Perſeuerantia enim orationis ad mul- 32
tiplicationem beneficiorum valde neceſſaria eſt. Nam vna dun-
taxat oratio ea omnia non meretur. Huius rei appoſitiſsimum
nobis in ſacra ſcriptura exemplum eſt: vbi propheta Dauid, cũ
in vrbe Ceila cõmoraretur, pertimeſcenſq; ipſum ab incolis ci-
uitatis Sauli eſſe tradendum, orationem habuiſſe, & à Deo hæc
1. Reg. 23. duo poſtulaſſe legitur. Alterũ, ſcilicet: Si tradent me viri Cei-
læ in manus Saul. Alterum verò: Si veniet Saul, ſicut audiuit
ſeruus tuus. Dominus autem reſpondit: Deſcendet, ſcilicet,
Saul. Nunquid Domine in hac oratione, quam ſeruus tuus Da
uid fecit, duo non poſtulauit? Ita profectò. Quare ergò alteri
tantum eorum reſpondes? Quoniam vna ſola oratione vnum
tantum beneficiũ meruit, atq; ita iterum orare ei opus fuit. Di-
xitq; rurſum: Tradent me viri Ceilæ? Tunc Dominus reſpon- 33
ſum præbuit: Tradent. Quo audito vir ſanctus inde abijt & in
tutiorem locum ſe recepit. Atq; in hoc capite manifeſtè appa-
ret, ſanctum prophetam inde diſcedere non auſum fuiſſe, quin
priùs ad Dominum preces funderet. Ter enim aut quater ipſe
in varia negotia, quę à Dño cõſequi volebat, ibi oraſſe legitur.

Maxime autem notandum eſt, diuinum magiſtrum, licet in
hac parabola nos docere voluerit, vt ab eo ardẽti ſtudio aliquid
poſtularemus, eumq; precibus importunis obſecraremus, ta-
men in modo verborum, quibus eam propoſuit, nos etiam my-
ſteria magna erudiuiſſe. Nam cùm ait in parabola, amicum al-
terius amici ianuas clauſas inueniſſe, atq; ſeruis eius omnibus
dormien

34 dormientibus eum vigilaſſe, aperte inſinuauit, Deum, licet omnes angeli dormiant, nullamque de fauore erga nos curam habeant, (quod ipſi nullatenus efficient, quia, vt ait Diuus Paulus: Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus) nunquã dormiturũ eſſe in opem & auxiliũ noſtrum, imò continuò ad fauendum nobis nimiũ euigilantẽ atq; paratiſsimum eſſe. Ait præterea, eum media veniſſe nocte, tempore, ſcilicet, ad negotiandum cum hominibus importuno. In quo ſignificauit, omnia tempora ad agendum cum Deo eſſe opportuna. Media nocte: etiam in hoc monemur, debere nos tranquillitatẽ, quietẽ, ac ſolitudinẽ quærere ad orandũ aptã. Nam (vt ait S. Iſaias) in ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Mag- *Hebr. 1.* *Iſai. 30.*

35 nam profecto verba hæc quam plurimis Chriſtianis confuſionem ac verecundiam iniiciunt, qui conſumptis noctibus, crepuſculo ac toto mane, meridie, poſt prandium cibo & potu tumeſcẽtes horas canonicas, & alias deuotas orationes recitare incipiunt. Sed quæro hoc, ſi homo ab amico ſuo videlicet Deo poſtulat, quis eſt huius hominis foras venientis alter amicus? reſpondeo, eſſe eius cor, quod foras vagatur, & illud homo, vt attente orationi det operam, colligere debet. Atq; ita S. Dauid Domino dixit: Inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te

2. Reg. 7.

hac oratione. Nunquid vir ſancte, cor tuum amiſeras? Vtique profecto, vt palam Deo confeſſus ſui, cum dixi: Cor meum de reliquit me: quod, quando ea, quæ non debui, amaui, mihi con- *Pſal. 39.*

36 tigit. O immenſe Deus, quot homines in mundo ac forſan hic abſq; corde ſunt: aliorum nam q; corda honores, aliorum voluptates, aliorum diuitias inſequuntur: atq; ita ipſi miſeri tanquã ſtatuæ væcordes & fere exanimes remanent, quibus ſanctus Iſaias ait: Redite præuaricatores ad cor. Eia agite peccato- *Iſai. 46.*

res, quærite corda veſtra, & illa, à rebus, quas dilexerunt, euellite ac deducite, & in veſtra pectora recipite, vt ita orationi attente vacare poſsitis. Nam teſte D. Paulo, Si orem lingua, (ſcilicet tantummodo) mens mea ſine fructu eſt. Quid *1. Cor. 14.*

ergo? Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Ideo cum horas canonicas recitamus, continuo dicere ſolemus: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina, vt nobis, ſicut oportet, orantibus Deus faueat & opem ferat. Quid igitur, fratres mei, eſſet, ſi-

Simile. quis vestrum regem deprecaretur, vt in auxilium suũ ad negotium sibi necessariũ ac magni ponderis properaret, veniente vero rege in eius opem & auxiliũ ipse tunc araneorum telas aspiceret & contemplaretur? Quibus opprobrijs iste insanus vir dignus esse iudicaretur? O stulte & væsane, ita regem contemnis? Eum celeriter vocasti, at tempore, quo tibi auxiliari volebat, huiusmodi insaniæ crimen committere audes? Dignus profectò es, qui ab ipso seuere rigideque puniaris. Hoc igitur scelus fere omnes committimus, qui fauorem & auxilium à Domino postulamus dicentes: Festina Domine ad adiuuandum me: festina & veni, vt pijssimus pater: nos autem cogitationes nostras in mille vanitates ab oratione diuertimus, oculis nostris circumcirca in hanc & in illam partem aspicientes. O infinitæ maiestatis Deus, qua pœna isti vilissimi terræ vermes propter hunc in te commissum contemptum digni erunt? Vtinam, fratres mei, hinc modestiam & sensuum ac potentiarũ interiorũ & exteriorum, quæ ad orationem requiruntur, compositionem intelligatis. Humiliter igitur ac reuerenter te, ò homo, in conspectu creatoris tui prosterne eumq; animi sum missione & amore sic alloquere. O dulcissime mẽtis meæ spõse, te oro atq; obsecro, vt benenola ac suauissima brachia tua extẽdens, me ita amplectaris, vt nec in vita nec in morte à te vllo temporis momento separer: non enim ignoras, creaturam in te melius quam in se esse. In te nanq; tanquam in Deo est, in *Simile.* se vero tanquam in debili quadam ac fragili creatura. A quæ gutta minima quaque aura, si sola est, consumitur, sed si mari (quod eius principium est) coniungatur, diu permanebit. 37 38 39

Ergo Domine me à me ipso erue & deprome, & tandem in te recipe, vt in te viuam in hac vita cum gratia, & postea in alia æterna cum gloria. Amen.

FERIA

Fer. IIII. In Litanijs maioribus
CONCIO VNICA.

Subleuatis Iesus oculis in cœlum, &c. Ioannis. 17.

QVi attente & accuratè diuinas tam veteris quã noui testamenti literas euoluerit, nihil in eis sæpius cõmendatum reperiet, quam vt oremus, & auxilia à diuina pietate petamus. Sed, ò immense Deus, quid hoc est? Non nè satius esset, vt nobis præciperes, res nostras egentibus elargiri (quod si non haberemus, tu ipse quid possemus pauperibus impartiri, nobis abundanter tribueres) quam nobis pauperibus & egenis effectis imperare, vt petamus? Donare libertas est, petere vero & accipere seruitus. Atq; ita diuina sapientia ait: Dives pauperibus imperat, & qui accipit mutuũ, seruus est fœnerantis. Illi angeli in cœlis maiores esse reputantur, qui suos hierarchicos actus alijs angelis communicãt. Sol etiã inter planetas, quoniã eos sui luminis participes facit, primatum tenet: alij verò planetæ, quoniam ab eo lumen accipiunt, non dicuntur præcipui. De niq; homo distribuendo ac donando ea, quæ habet, magis efficitur similis magnificentissimo Deo, cuius proprium est & peculiare, omnibus tribuere, & nihil ab alio accipere. Huic quæstioni respõdetur, quod quanuis hominem homini aliquid tribuere, sit nobilius, quam accipere, idque propter supradictam rationem: tamen inter Deum & hominem ê contra res se habet. Nam honorificentius est, hominem de manu Dei accipere, quam alteri tribuere. Cum enim homo ab alio aliquid accipit, libertatem quidem amittit: verum si à Deo accipit, non sic est: imò potius quo plura recipit è diuina manu, eò magis liber remanet. Ille namque maiorem libertatẽ habet, qui magis à peccato elongatus Deo subditur & subijcitur. Quæ creatura melior est? Illa, quæ plus Deo eget. Quæ creatura melior est, lapis an homo? Hominem cæteris creaturis præstare aperte constat: & tamen homo Deo plus quam lapis indiget. Atq; ita quemadmodum si quis Deo eget, ei in dedecus hoc non

1 2 3 *Prouer. 22.* *Similia.*

imputatur, sed potiùs in honorem: sic etiam à Deo accipere 4
non ignominiosum, sed honorificum est. Et quemadmodum
seruire Deo melius est, quam toti mundo imperare, (seruire
Eccle. 10. enim Deo regnare est: & de regibus inquit Ecclesiasticus: Rex
hodie est, & cras morietur: de illo vero, qui Deo inseruit ibi-
dem dicitur: Seruo sensato liberi seruient; ideſt, angeli, nam
Hebr. 1. D. Paulus ait: Omnes sunt administratorij spiritus, propter
eos, qui hæreditatem capiunt salutis) ita melius est, à Deo
aliquid petere, quam hominibus elargiri. Quod cum ita sit,
inter ea, quæ nos ad orandum maxime mouere debent, hoc
vnum est, videlicet, magna strages, quæ in nobis non solum
in corpore verum etiam in anima propter peccatum facta est.
Si igitur (vt Christus Redemptor noster ait) lumen, quod in
Matth. 6. te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Ideſt, si mēs 5
ac ratio, quæ lux & ductrix vitæ operumque nostrorum est,
& quæ nos in cœlestia atque spiritualia ducere debebat, cæca,
fragilis ac deprauata est quid ex carne expectare poterimus si-
quidem ipsa mens tanquam vilis serua cupiditati ancillatur?
Nam licet spiritus ex natura sua in spiritualia inclinetur: sen-
sus tamen ab exterioribus rebus attracti, & à voluptate, quam
Roma. 7. ob illas accipiunt, allecti spiritum ad se attrahunt. Quam
obrem Diuus Paulus nomine carnalium hominum inquit:
Non quod volo bonum, hoc ago, sed quod nolo malum illud
facio. Cœli omnes suos proprios motus habent. Vnumquod-
Simile. que enim eorum proprie ab occidenti in orientem mouetur,
violenter vero ab orienti in occidentem: qui vero naturalis
est motus, lente fit, violentus autem celeriter atque vno die. 6
Sic mens nostra duas habet portiones: alteram, qua cœlestia
diligit & contemplatur: alteram, qua in terrena propensa &
procliuis est: at portionem illam superiorem, quæ ei magis
naturalis est, lente ac negligenter exercet, inferiorem verò
magno impetu & feruore pertractat. O lamentabilem &
commiseratione dignam filiorum Adæ miseriam. Et adeò
cæci & vecordes sumus, vt vix tantum malum sentiamus.
Ex quo fit, vt homines quotidie in tot tamque intricata nego
tia laqueis quodammodo irretiti, vt quærant buccellam pa-
nis ad vitam vtcunque transigendam, immergantur. Quibus
Nahum. 3. merito illud Prophetæ Nahum dici potest: Plures fecisti ne-

gotia-

7 gotiationes tuas, quam ſtellæ ſunt cœli. Cui tanto malo vt mederi poſsimus, & vt fortunę caſibus, qui euenire ſolēt, obuiā ire valeamus, ſingulare remedium eſt ſancta oratio.

Atque ita cum Chriſtus cœleſtis magiſter noſter ſuis ſacris diſcipulis labores, quos paſſuri erant, prædixiſſet, ait B. Ioānes: *Hæc locutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis in cœlum dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum.* Vbi notandum eſt, Dominum oculos in cœlum ſubleuaſſe, vt & apoſtoli & nos intelligeremus inter remedia, quæ cōtra tentationes atq; animi perturbationes adhiberi ſolent, præcipuū eſſe orationem. Ideò Dominus ſubleuatis oculis in cœlū (vt nos etiam, cum oramus, id facere debere, erudiret) orationem incepit. Quando Eua peperit filium ſuū Cain, ſic diuinæ literæ eam dixiſſe referunt: Poſſedi hominem per *Gene. 4.*

8 Deum. Pro quo alia trāſlatio habet: Emi virum in Domino. Hoc autem aiebat, quoniam à Domino precibus & orationibus filium impetrauerat. Vbi orationem pretium vocaſſe videtur, pretium, inquam, quo aliquo modo dona Dei ac beneficia eius emuntur. Quantùm vero diuinæ maieſtati ſit grata ſancta oratio, egregie regius propheta ſignificauit dicēs: Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo. Sanctum regem Dominum laudare, eò quod vincula eius diruperit, optime congruit. Sed quor ſum adiecit: Et nomen Domini inuocabo? Quoniam intelligebat, Deum tanti facere preces & orationes noſtras, quibus ab eo aliquid poſtulamus, quanti æſtimat laudes, quibus eum, vt decet, efferimus. Ideo propheta ſanctus vnum alteri *Pſal. 115.*

9 adiunxit dicens, ſe, vt pro acceptis beneficijs gratus appareret erga Deum, ipſum eſſe laudaturum, multoque plura beneficia petiturum. Tam ineffabilem igitur liberalitatem omnes cœleſtes Hierarchiæ pro nobis ad id faciendum non ſufficientibus benedicant. Hoc etiam D. Ioannes confirmat, à quo orationes ſanctorum odoramenta, quoniam in diuino conſpectu ſuauiſsimum ex ſe odorem emittunt, appellantur. Nam cum Deus infinitè ſit bonus, & ad ſe communicandum alijs ſua pte natura inclinetur, gaudet oblata ad benefaciendum opportunitate: magna verò tunc opportunitas eſt, cū creatura precibus & orationibus ſuo creatori, vt in eū beneficia conferat ſubijcitur & humiliatur. Quod quidem intelligens S. Dauid *Apocal. 8.*

ait:

ait: Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam & mi- o
sericordiam suam à me. Si enim orationem meam amoueret à
me, suam etiam misericordiam auferret: sed quoniam non abstu
lit orationem meam, sua misericordia non priuauit. Hoc autem
intelligendũ est, dummodo, vt oportet, oratio habeatur. Quod
vero requiritur ad rectam orationem est conscientiæ puritas, &
animi integritas, & quod orans in Dei sit amicitia. Atque ita
cum summus mundi magister Iesus Christus suos sacros disci
Luc. 11. pulos orare docuit, eos sic allocutus est: Quis vestrum habe
bit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice
commoda mihi tres panes, &c. Vbi illum, qui petit, amicum
ei, à quo petit, debere esse significauit. O Christe Angelorum
gloria, quo iure & quanta ratione amici nomen tibi quadrat. In
Eccli. 6. Ecclesiastico dicitur quædam diuinæ sapientiæ sententia: Ami 11
co fideli nulla est cõparatio. Quæ verba nulli tam conuenien-
ter quam Christo Redemptori nostro adaptari possunt: qui
adeò fidelis noster amicus est, adeoq; omnia, quæ habet, nostra
sunt, vt aliqua, quæ nobis communicare non potest, (quia nobis
minime conueniunt) se illa etiam non habere dicat. Atq; ita
iudicij finalis diem se scire negauit, eò quòd illius diei scientiam
Marc. 13. & 6. nobis ostendere & communicare noluit: sicut apud D. Mar-
cum dicitur: De die autem illo vel hora nemo scit, nec filius, ni-
si pater. Et alibi idem euangelista sic ait: Non poterat ibi virtu-
tem vllam facere. Hoc est: Non poterat in patria sua miracu-
la edere, quoniam incolis eius propter ipsorum malitiam cõmo
do & vtilitati futura minime erant. Qui Dominus adeò libera
Simile. lis amicus est, vt pro nobis omnẽ sanguinẽ suũ fuderit. Siquis li 12
bẽter debitũ aliquod soluit, post quã numos ex marsupio emit,
illud, vt omnia, quę int⁹ erãt, in publicũ prodeãt, excutere solet.
Ita filius Dei, vt manifestè ostenderet, quã libẽter ac liberaliter
nos redimebat, parũ sanguinis, qui in eo remanserat, vulnere lan
ceæ, quod in suo sacratissimo latere factũ est funditus effudit &
proiecit, sicut qui marsupiũ excutit. Quod si quisita obijciat:
Si Christus Redẽptor noster tã liberalis tãq; fidelis amicus est,
quorsum per hũc amicũ, cuius ostia alter amicus (qui necessita-
te oppressus opẽ & auxiliũ ab eo postulauerat) obserata inue-
nit, & qui priusquam ei subueniret, ipsum moleſtis sermonibus
exasperauit, voluit significari? Ad hoc respõdeo, quod quamuis

verum

13 verum sit, amicos sæculi huius talis ingenij & conditionis esse, vt cum nobis maximè necessarij sunt, maximeq; illis egemus, tunc ianuas eorum clausas, & viscera eorũ occlusa inueniamus: at si aliquando munus aliquod in nos conferũt, prius nos insipidis verbis lędere solitos esse videmus. Tamẽ dulcissimus hic amicus noster Iesus Christus nõ sic est, qui per ianuas clausas & per asperas alterius amici in alterum responsiones voluit significare siccitatem ac tædiũ, quod sæpenumero iusti, dũ orationi vacant, ex diuina permissione sentiunt. Quod quidem tũ ad exercitiũ, tum ad maius meritum eorum eis euenit: nam cũ eam voluptatẽ, quam solebant, orando non accipiant, in ipsa efficacius oratione perseuerant. Atq; ita Dominus per Ieremiam ait: Recordatus sum tui, quoniam secuta es me in deserto. Diuinæ nã *Ierem. 2.*

14 quę maiestati mẽtes, quæ ipsum in deserto arido ac sicco insequũtur, (hoc est, quæ in sancta oratione, in ea nõ maius solatium quam in solitudine inuenientes perseuerant) magnopere placere solẽt. Simia, cum in nucem arborem ascendit, nuces eius col *Simile.*
ligens & ipsarũ amaritudinem extrinsecus sentiens, statim eas abore proijcit: at vero prudens homo solerter corticem illum amarũ ab ipsa nuce expellit, fractaq; crusta eius nucleum sapidissimũ edit. Sic imprudentes, dum in oratione voluptatem & dulcedinem non sentiunt, eam statim relinquunt, prudentes vero in ea perseuerantes amaritudinem eius perferentes, ac difficultates ipsius superãtes tandẽ ingentibus posteà spiritus cõsolationibus perfruuntur. Aliquando autem hæc siccitas & tędium orationis propter demerita ipsorum orantium contingere solẽt. Quamobrem, cum tibi, ò frater, dulcedines ac suauita-

15 tes, quas capere solebas, in oratione defuerint, id quod Saul fecit facere contende. Qui (vt Regum narrat historia) cum Dominũ consuluisset, eiq; responsum nõ fuisset redditum, intelligens silẽtium illud Dei propter aliquod à se in ipsum commissum scelus fuisse, constituit, vt ille ob cuius peccatum Dominus responsum negauerat, licet Ionathas filius eius esset, moreretur. Sic pius ac deuotus vir propter aliquod crimen à se in Deũ perpetratũ illa dulcedine orationis priuari, cogitare debet. Oportet igitur, vt illud peccatum, siue imperfectionem, ob quam credis orationis dulcedine priuari, à te penitus auertas atque ita solitas à Dño in ea dulcedines ac voluptates rursus accipies. Vt

ergo

ergò oratio noſtra. Corã Deo accepta ſit, oportet ſicut ſupra di- 6
ximus, nos & amicos ipſius Dei, & in gratia eius eſſe. Lapis qui
Simile. dã nomine Diaſcorides quam plurimas legitur in ſe habere vir
tutes, qui tamen in ore hominis mortui incluſus eas omnes amit
tit. Sic oratio gẽma multarũ virtutum pretiociſima eſt, ſed ſi
in ore peccatoris, videlicet, peccatis mortui reponatur eas om-
nes facillimo negotio deperdit. Propter quod Dominus per
Iſaiæ. 1. Iſaiã ait: Cum multiplicaueritis orationẽ, non exaudiam vos,
Simile. manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Si à Rege ſeu principe
aliquo beneficium poſtulare voluiſſes, & manus tuæ ſanguine
filij eius coram eo conſperſæ eſſent, petitio tua eſſetne incon-
ſpectu eius accepta? Quin potiùs eum magis ad indignationem
aliquid petendo prouocares. O miſeri peccatores, vt quid vos
non pudet, cùm manus rapinis, ac damnis pauperibus illatis ple- 17
nas habeatis, à Domino eorum parente fauorem & auxilium
poſtulare? Idcirco Dominus ſtatim ibi adiecit: Lauamini, mun
Vbi ſup. di eſtote, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, & venite & ar
guite me. Hoc eſt, ſi vobis nõ fauero & opem tulero, de me con
Ierem. 3. querimini. Idem etiam Dominus apud S. Ieremiã inquit: Ver-
terunt ad me tergum & non faciem, & in tempore afflictionis
ſuæ dicent: ſurge & libera nos. O terribilem filiorum Adæ abo
minationem: qui cum immenſo Deo veluti cum vili ſeruo hu-
ius mundi agunt, & cũ eũ ſuis ſceleribus magis læſum & offen-
ſum habent, tunc ab eo fauorem & auxilium poſtulant. Quam
igitur ò infælices reſponſionem ſperatis, niſi eam, quæ ibi à Do
mino præbetur, ſcilicet, vbi ſunt dij tui, quos feciſti? ſurgant, &
liberẽt te in die afflictionis tuæ. Vos ergo fratres mei per ſalutẽ 18
veſtram oro, vt vos à peccatis, & abominationibus, quibus infe
cti eſtis, maxime nunc, auertatis, ſiquidem tot laboribus oppreſ
ſi, ac tot calamitatibus & hoſtium contradictionibus obſide-
mur. Quæ omnia non ſolum ab illicitis voluptatibus, ſed etiam
à licitis vt orationes noſtræ puriores & efficaciores coram Deo
1. Corin. 7. ſint, nobis abſtinendum eſſe inuitant. Nam egregiè. D. Paulus
cum coniugibus loquens eos ſic admonet: Nolite fraudare in-
uicem niſi forte ex conſenſu ad tempus vt vacetis orationi, &
iterum reuertimini in id ipſum nè tentet vos Sathanas propter
incontinentiam veſtram. Vbi alia tranſlatio habet: Vt vace-
tis orationi & ieiunio: & ſic etiam eſt in cõtextu Græco. Quod

ſi huius

19 si huius sancti Concilij quouis tempore optima est adimpletio multò melior propter calamitates ac labores, quibus opprimimur, nunc erit. B. Eucherius & venerabilis Beda singulare mysterium super Genesim adnotarunt, videlicet, quod cùm sacra scriptura Patriarchæ Noe in arcam ingressionem narraret, sic ait: Et ingressus est Noe, & filij eius: vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam. Finito verò diluuio cum Dominus eis imperaret, vt inde egrederentur inquit: Egressus est Noe, vxor eius, filij eius & vxores filiorum eius cum eo. Vbi valde perpendendum est & magnopere notandum, sacrum textum, cum tempus, quo in arcam ingrediebantur, esset vltionis atque iræ Dei, & ideò tempus pœnitentiæ, Patriarcham cum filijs suis seorsum numerasse, mulieres verò filiorum Noe separatim etiam recensuisse ac si in hoc significare vellet, eos in arcam ad fruendum etiam licitis matrimonij voluptatibus non fuisse ingressos: ideò eos seorsum, videlicet, viros separatim à mulieribus recensetat. At vero finito diluuio, quippe cum iam tempus lætitiæ & tranquillitatis erat, eos ab arca simul, videlicet, Noe cum coniuge sua, & filios eius vna cum vxoribus prodijsse diuina scriptura cõmemorat, innuens eos adfruẽdũ matrimonialibus oblectamentis inde exijsse. Excellens etiam ad superandas contradictiones armorum genus est sancta obedientia. Quamobrem cùm Dominus insigni duce Iosue in terrã promissionis aduersus tot potentes hostes ingredi iussit, non alia ei arma ibi in ipsius defensionem, quam obseruantiam præceptorum suorum designasse reperietis, eique dixisse: Tu sorte diuides populo huic terram, pro qua iuraui patribus tuis, vt tradarem eam tibi. Confortare igitur & esto robustus valde, vt custodias & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus. O incommutabilis Deus, quam ampla nunc se se nobis hic offert materia ad ingentem lacrymarum copiam profundẽdam, cum fere omnes huius infælicis tempestatis duces penitus horum armorum oblitos esse videamus. Quod quidem in causa esse reor, quare tam paucas his temporibus ab infestissimis fidei nostræ hostib⁹ victorias reportemus. Vos igitur fratres mei illis armis, quibus S. Iosue se muniuit, videlicet, sacri euangelij obseruantia armate, eruntq; vestræ sicuti illius fuit oratio. De quo sic legitur: Obediente Deo voci hominis.

Eucher. lib. 1. in Gene. c. 40.

Beda in expositione Gene. c. 5.

Iosue. 1.

Iosue. 10.

Hæc locutus est illis & subleuatis oculis in cœlum dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum. Postquam diuinus magister suis sacris discipulis afflictiones & calamitates quas passuri erant, explicuit, statim oculos in cœlum subleuauit, & orare incepit. In quo illos nosq; erudiuit, vt idem continuo faceremus. Si habes imaginem ab insigni artifice depictam, cui aliqua labes vel macula forte fortuna inusta est, eam cum illa deformitate sic esse permittis: si verò aliquis tibi obijciat, quare tam pulchrā imaginem lauari non curas? Quoniam, inquis, tam artificiose tamq; eleganter depicta est, vt eam potius sic maculatam esse velim, quam ipsam imperiti artificis qui eā omnino inficiat, manibus tradere. O anima mea pulcherrima Dei viuentis imago, si forsan aliqua labe, videlicet, peccati maculata aut aliqua molestia siue angustia oppressa es ecce summus artifex, qui te de nihilo formans sapientissime delineauit & perfectissimè effinxit, ipse tibi remediū præstabit tuosq; defectus exactissime resarciet. Quam igitur putatis nostræ destructionis causam esse, nisi quia in necessitatibus, & pressuris nostris oculos in cœlum non leuamus, neq; inde auxilium quærere intendimus? Cum vos proximus vester iniuria afficit, ne quidem vobis in mentem venit à Domino humiliter postulare, vt vobis patientiam ad eam perferendam impartiatur: imo potiùs oculos in terram deprimitis, carnem & sanguinem consulentes, quid in eo negotio agendū sit. Cumq; perditos & carnales homines consulatis, ipsi vobis vltionem de inimicis vestris sumendam esse persuadere conantur: quo consilio non solum mentes, sed vitam vestram, honorē, ac res familiares penitus euertitis & effunditis. O Christe nostræ vitæ reparator & amor animarum nostrarum dulcissime, qui in tuis agonibus oculos in cœlum leuasti, at plurimi ex ijs, qui te magistrum veritatis esse confitentur in suis laboribus & necessitatibus oculos in terram, vnde eis nullum remedium oriri potest, impudentissime figunt. Medere obsecro his perditorū hominum insanijs & væcordijs. Et vos fratres sursum leuate corda, vestrūq; supernū ducem sequimini, nec vestris solum orationibus sitis contenti, sed iustos ac pios viros, vt ad Dominū pro vobis preces fundāt, deprecamini. Nam vt ait D. Iacobus, multū valet deprecatio iusti. Cū Abimelech S. Patriarchę Abrahæ vxorem acciperet, eum Dominus sic admonuit: Redde viro

Simile.

Iacob. 5.

Genes. 20.

suo

25 ſuo vxorem, & orabit pro te, quia propheta eſt, & viues. Vbi valde notandū eſt, nihil ei orationem prodeſſe, qui alienā mulierem, vel opes retinet. Ideo Dominus huic Regi ait: Redde viro ſuo vxorem. Velim etiam intelligatis Prophetam hic pro iuſto accipi: non enim quia Propheta ſed quia iuſtus, à Domino in ſuis precibus erat audiendus. Atq; ita vbi D. Lucas ait: *Luce. 13.* Requiritur ſanguis Prophetarū, D. Matthæus dixit: Requiritur ſanguis iuſtorum. *Matth. 23.* Sed quæro Domine à te, quare hanc rem huic Regi imperas? Nunquid à Patriarcha Abraham depēdet, vt tu in regem beneficium hoc conferas, quia ais: Orabit pro te & viues? Minime profectò, ſed volo in hoc peccatores docere, vt ſe ſe iuſtorum orationibus, quia mihi gratiſsimę ſunt, commē- *Geneſ. 19.*
dent. Huius rei nobis appoſitiſsimum exemplum ſacra pagina
26 proponit. Vbi S. Loth, cum ciuitas quædam nomine Segor diuino iudicio, ſicuti & aliæ, comburenda eſſet, pro ea ſic oraſſe legitur: Quæſo Domine mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, vt ſaluares animam meam, nec poſſum in monte ſaluari. Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea. Nunquid non modica eſt, & viuet anima mea? Non pro Sodoma, vel Gomorrha vrbibus opulentiſsimis, & ideo multò magis quā alię peccatricibus & nefandis deprecatus eſt. Atq; ita cum pro Segor orauit, adiecit: Nunquid non modica eſt? Quaſi diceret: Et ſi in ea nefarij homines commorentur, nō tamen tot ſunt, quot in alijs magnis vrbibus. Sic, proh dolor, his infauſtis temporibus in maioribus ac magis populoſis ciuitatibus maiores quam in paruis peccatores reperiūtur. Vix S. vir
27 orandi finem fecerat, cum ei Angelus nomine Dei ſic ait: Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertam vrbem, pro qua locutus es. O ineffabilē immenſi Dei bonitatem: qui ſic ab amici ſui voluntate ſe ſuperari permittit, vt planè videatis orationes ſeruorū Dei corā diuino conſpectu efficaciſsimas, ac maximi eſſe momenti: Nec cogitetis iuſtorū orationes tantā modò efficaciam, quantam illis temporibus habuerūt, non habere. Nam cum ad literam Dominus per S. Iſaiam de legis gratiæ tē- *Iſaia. 65.*
pore loqueretur ſic ait. Et antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam. Quod quidem ſacroſancta Eccleſia intelligens has rogationes per totum terrarum orbem celebrari inſtituit. Nam ſi vnius iuſti plurimū valet depre-

catio, multò plus plurimorũ acceptæ erunt orationes vtitur au- 28
tem diuino ſpiritu illuminata multis orationibus, quæ ſono-
ris vocibus, vt Chriſtianorum corda in deuotionem prouo-
cent, triſtitiamq; ac tepiditatem ab ipſorum canentiũ & audiẽ
tium mentibus auertant, ſolent decantari. Nam D. Iacobus in
Iacob. 5. quit: Triſtatur autem aliquis veſtrum? oret æquo animo, &
pſallat. Notanter ait, æquo animo, ideſt, bono & iuſto: quia
ſi animus, (vt iam diximus) bonus non eſt, oratio deprecan-
tis minime à Domino acceptatur: ſicut eorum animus non erat
rectus, de quibus ſumma bonitas ait. Me inuocabunt Deus
Oſeæ. 8. meus, & cognouimus te Iſrael. Vbi Paraphraſis Chaldaica ha
bet: Erant omni tempore, quo adduco ſuper eos anguſtiam, &
dicunt Deus meus cognouimus te Iſrael. Et adiunxit ſtatim:
Proiecit Iſrael bonum, inimicus perſequetur eũ. Ac ſi diceret: 29
Quamuis populus hic multis ac dulciſsimis verbis me deprece
tur, ego tamen ab ipſius inimicorum manibus eum non eripiã,
Pſal. 70. quoniam proiecit bonum. Quocirca oret qui triſtatur æquo
animo, & pſallat. Et S. Dauid Propheta inquit: Exultabũt labia
mea, cum cantauero tibi. Oratio etiam altis vocibus prolata ni
mis vtilis eſt, quoniam ad contemplandum ea, quæ ibi continen
tur, plus temporis ſpatiũ, quam in illis, quæ ſummiſſa voce ac ce
4. Reg. 3. leriter recitantur, nobis præbet. S. Propheta Eliſeus ad vatici-
nandum, inſtrumentum muſicum pulſari iuſsiſſe commemora
tur. Cumq; caneret Pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domi-
ni. Vbi Nicolaus de Lyra egregie adnotauit, quod, vt ſpiritus
propheticus cor prophetæ inſpiret, deuotio ipſius prophetæ
qua mentem ſuam in Deum eleuat, maxime iuuat & conducit. 30
Vt autem hanc deuotionẽ S. Eliſeus excitaret, muſicum inſtru
mentũ fecit pulſari. Et ad hoc ſacroſanctæ eccleſiæ modo no-
bis cantus inſeruiunt.

Subleuatis Ieſus oculis in cælum, &c. Hic etiam aptè poſſumus dicere, diuinum magiſtrum, quoniam ſacris diſcipulis paulò an te dixerat, vt Patrem æternum orarent, ſtatim id quod docue-rat, ſicut bonus magiſter facit, qui ea quæ docet, factis complet: opere fuiſſe executum. Atque itavt homo incipit orare dicens *Pater venit hora, clarifica filium tuum.* Sed quæro, Cur Dominus id à patre poſtulat, quod ipſe eum facturum eſſe certo ſcit? Cui quæſtioni Reſpondeo, nullum eſſe inconueniens nos illa à Deo

poſtula-

postulare, quæ nobis ipse daturus est. Promiserat Dñs Patriarchæ Abrahæ multas ex filio eius Isaac proles nascituras esse, & tamẽ sacra scriptura inquit: Deprecatus est Isaac Dominũ pro vxore sua eo quod esset sterilis: qui exaudiuit eum & dedit cõceptum Rebeccæ. Non dubitabat Patriarcha sanctus de diuinis promissionibus, sciebat enim optimè, Deum mentiri aut mutari non posse, & nihilominus Deum deprecatur, vt sibi filium ad prolem propagandam daret: quoniam intelligebat, Deum in homines interuenientibus ipsorum orationibus beneficia conferre constitutum ac decretum habere. Ità Christus filius Dei postulat ab æterno patre, vt eum in passione sua clarificet, cum tamen certò sciret, se per illam, vt postea ita fuit, esse clarificandum. Itaq; si à me petatis, quæ fuerit causa hono-
3. ris supremi, quem Christus in quantum homo in terris & in cœlis habet, vtrum fuerit propter singulares & profundissimas, quas ad populum habuit, conciones, aut propter prodigiosa miracula, quæ edidit, minime profecto: sed propter ignominiosam & dedecore plenam mortem, quam passus est, respõdebo. Atq; ita D. Paulus ait: Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Et hæc est via regia, qua iusti ad verũ honorem consequendum incedunt, videlicet, se ipsos humiliare & summittere, ac patienter opprobria & iniurias sibi illatas perferre. Loquitur autem de præterito in his verbis: Venit hora, cum nondum veniisset: quoniam in sacra scriptura id, quod propinquum & certissimũ est, tanquam præteritum enarratur. Atq; ita, vbi nos legimus: Regnum
33. tuum transibit à te: alia trãslatio habet: Transijt à te: & sic est in contextu Græco & paraphrasi Chaldaica, & sic etiam legit B. Hieronymus. Vbi vox illa è cœlo prolata, quæ Nabucho donosor admonuit, breuitatem, & infallibilitatem illius terribilis comminationis aperte significauit. Et apud S. Ezechielem vbi nos legimus: Lignum vitis eo modo, quo dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Hierusalem, & ponam faciem meam in eos, ideſt, contra eos, de igne egredientur, & ignis consumet eos, alia translatio habet: Tradidi habitatores Hierusalem: & sic est in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Vbi etiam breuitas atque infallibilitas, qua supplicium illud sumendum erat, designatur, adeoque certum post breuissi-

Genes. 25.

Hebr. 2.

Daniel. 4.

Ezech. 15.

uissimũ tempus futurum esse, vt iam pro præterito posset nu- 34
merari. Hoc idem iure optimo de huius mundi voluptatibus
possumus considerare, easq; vt præteritas, siquidẽ tam celeriter
1. Corin. 7. transituræ sunt, reputare. Quam ob causam. D. Paulus nos ad-
monet dicens: Hoc itaq; dico fratres: tẽpus breue est: Reliquum
est (quasi dicat) ex hoc colligi debet, vt & qui habent vxores, tã
quam non habentes sint, & qui flent, tanquam nõ flentes, & qui
gaudent, tanquam non gaudentes: præterit enim figura huius
mundi. Vbi S. Apostolus nos docet, tam labores quã voluptates
huius mũdi pro præteritis & tanquã si nõ essent, siquidẽ quã
breuissime præteritura sunt, esse habẽda. Mortem igitur crude
lissimam, quam sine macula agnus propinquam habebat, propter
breuitatẽ cũ nondũ appropinquasset, iam venisse Dñs ait.

Venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Et ita ve- 35
re & realiter factum est. Quoniam ex eo, quod pater æternus
vnigenitum filium suũ Christum Redemptorem nostrũ clarifi
cauit, cũ fecit, vt totus mũdus in eum crederet, & ipse ab omnĩ
bus filius Dei vere esse crederetur, ortum est, vt ipse Christus pa
trem suum clarificaret, idest, ostenderet gloriam, & magnitudi-
nem eius, efficeretq; vt á mundo cognosceretur. Atq; ita addit:
Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt det eis vitam æter-
nam. Et statim explicat, quid vitam æternam appellet dicens:
Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deũ
Cyril. Au- & quem misisti Iesum Christum. B. Cyrilus, D. Augustinus, &
gust. & Hi- S. Hilarius in expositione huius loci, expresse dicũt, hunc lo-
larius super cum non esse intelligendum de gloria, sed de fide, tanquam ra- 36
Ioan. 17. c. dice, ex qua æternæ vitæ fructus oritur. Cum autem dicit, se fi-
dem hanc & cognitionem omnibus daturum esse, perinde est
ac si diceret, se ex parte sua id, quod oportebat ad veram huius
immensi beneficij cognitionem obtinendam, esse facturum. At
Ioan. 1. que ita intelligitur etiam illud D. Ioannis: Erat lux vera, quæ il
luminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lau-
demus igitur fratres mei, & glorificemus hunc supernum repa
ratorem nostrum, siquidem nos claritatis fidei participes fecit:
qua illuminati conemur totis viribus per viam, quam nos do-
cuit, videlicet, per diuinam eius legem incedere: vt sic diuites
gratia consequamur gloriam, ad quam nos perducat Iesus Ma-
riæ filius. Amen.

DOMI.

DOMINICA INFRA octauam Aſcenſionis Domini CONCIO PRIMA.

Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à patre, &c. Ioan. 15.



Vm filij Iſrael (vt refert ſacra pagina) maxima neceſsitate & labore opprimerẽtur, clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit ſaluatorem vocabulo Aioth, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Inter præſtantias & excellentias viri iuſti vna eſt, q̃ de eo ſpiritualiter ea dici poſsint, quę de hoc inſigni duce corporaliter affirmãtur. Caſsianus grauiſsimus author inquit, Manum dexteram eſſe ſpiritualem proſperitatem, cuius digiti ſunt deuotio, cordis teneritudo, rerum ſpiritualium dulcedo ſuauiſsima, dominium in carnis deſideria, & rerum viſibiliũ contemptus, ſimul cum iubilo ac lætitia incredibili videndi ſe à terrenis fere auulſum, & in cœlis per ſpiritualem conuerſationem collocatum. Manus autem ſiniſtra eſt ſpiritualis aduerſitas: cuius etiam digiti ſunt tentationum tribulatio, priuatio deuotionis, acerbitas ſeu tędium totius boni, ſiccitas cordis, & amaritudo atq; triſtitia ſpiritus. Ecce igitur duas manus dexteram, videlicet, & ſiniſtram. Fœlix illa mens, quæ vtraq; prudenter vtitur. Harum vtrãq; manum S. Dauid, cùm tanta eſſet prædita ſanctitate, formidabat, Hiſpanè *De ambas eſtas dos manos ſe recelaua Dauid conſer quien era.* Nam de manu dextera ſolent aliqui præſumptionis occaſionem ſumere, de ſiniſtra verò occaſionem impatientiæ. Atq; S. vir confitetur: Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Ecce igitur qualiter in proſperitate ſpiritus, Rex ſanctus de ſe, pluſquam oportebat, ſenſiſſe videtur. Nam ſtatim adiecit: Auertiſti faciem tuam à me & factus ſum conturbatus. Manu etiam ſiniſtra ſe bene vti formidabat. Ideo

Iudic. 3.

Caſsianus collatio. 6.

Pſal. 29.

ait: Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Manus dextera etiam proſperitas temporalis eſt, cuius digiti ſunt, honor, diuitiæ, ſalus, pulchritudo & generis nobilitas. Hac manu abutebantur illi, de quibus Regius Pſaltes ait: Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorũ. Limax vulgò, *Caracol*, minima quaq; roris humiditate (quæ ſuper ipſum incidat) extenditur & ab ipſa in qua eſt, caſula facile pdit: ita miſer homo minima quaq; proſperitate, & minima fortunæ aura flante quodammodo extra ſe prodit, profanatur, diſſoluitur, & carnales voluptates amplectitur. Manus vero ſiniſtra temporalis aduerſitas etiam eſt, cuius digiti ſunt, dedecus, infamia, paupertas, ægritudo, ac generis ignobilitas ſimul cum perſecutione. Neutra harum manu ſapientiſsimus Salomon imperare audebat. Ideò à Domino efficaciter contendebat dicens: Mendicitatem & diuitias nè dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria: ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus, aut egeſtate cõpulſus furer & periurem nomẽ Dei mei. O beate Apoſtole Paule, ſit bene dicta immenſi Dei infinita maieſtas, qui tibi tam diuinitus fauit, talemque animum tribuit, vt verè affirmares: Ego enim didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio & abundare. In omnibus inſtitutus ſum & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Ecce igitur, qualiter hic ſanctus vir vtraque manu pro dextera vtebatur: in laboribus namque patiens, & in fauoribus gratus erat. Sic etiam S. Ioſeph blãditijs & illecebris patriſui nec diſſolutus, nec ambitioſus, ſed obediens præ cæteris fratribus extitit: in aduerſitatibus verò caſtus, fidelis Domino ſuo, in carcere incluſus iniuriæ ſibi illatæ immemor, ac tandem ijs, qui eum occidere voluerunt, & crudeliter vendiderunt, pro virili ſubuenit & auxiliatus eſt. Quod cum ita ſit, videlicet, rem eſſe nimis difficilem ac maximæ perfectionis, hominem his duabus manibus bene vti, pijſsimus Deus, vt ille aduerſitatis manu ſciat bene vti, cum laboribus ſpirituales conſolationes fauoreſq; corporales ſolet aliquã do miſcere: vt aperte apud S. Danielem apparet. Vbi cum ipſe Propheta Daniel in lacu leonum eò quod Deum offendere noluerit, eſſet incluſus, Prophetam Abacuc in meſſem euntem & prandium meſſoribus portantẽ apprehendit Angelus Domi

Pſal. 72. — *Simile.* — *Prouer. 30.* — *Philip. 4.* — *Daniel. 14.*

niinver-

7 ni invertice eius, & portauit eũ capillo capitis ſui, poſuitq; eum in Babylone ſuper lacũ, vbi erat Daniel, eiq; cibũ illũ, quẽ laborantibus portabat, dedit. Vir autẽ ſanctus ſic reſpondit: Recordatus es mei Deus, & non dereliquiſti diligentes te. O infinitæ maieſtatis De⁹, quid hoc eſt? Quare Domine, ſi beneficiũ hoc amico tuo impendere volebas, prãdiũ, quod meſſoribus laborãtibus mittebatur, eivis tribuere? Nõne ſatius eſſet, vt angelus ille culinã alicuius magni principis ingrederetur, & inde delicatas epulas otioſis paratas ſumeret, easq; ſancto Danieli aſportaret? Nos etiã minimè latet, Angelos tibi in deſerto finita tentatione abſq; alicuius iniuria quid mãducares miniſtraſſe cũq; idẽ modò ſic facere poſſes, quare affligtis & defeſsis meſſoribus victũ aufers? Ideo quia meſſores ſunt, eos prãdio volo priuare, & illud
8 Danieli tribuere, vt in hoc aperte inſinuẽ, nullũ meſſorẽ delaſſatũ, neq; aliquẽ mercenarium eſſe, qui cibo & mercede ita dignus ſit, ſicut iuſtus laboribus; & neceſsitatibus ꝓpter me oppreſſus fauorẽ ſpiritualẽ ac corporalẽ cõſolationẽ meretur. Atq; ita D. Paulus ait: Benedictus Deus & pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti pater miſericordiarũ, & Deus totius cõſolationis, qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Prudẽs atq; in arte ſua peritus faber ferrarius ſemper iuxta ſe craterẽ plenũ aquæ frigidæ habere ſolet: quoniã neq; abſq; igne durũ ferrũ poſſet cudi aut domari, neq; abſq; aqua tẽperari. Sic Deus iuſtos fornace atq; igne tribulationis cudit, & mollificat. Ideo Eccleſiaſtic⁹ ait: In igne ꝓbat aurũ, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Vbi alia trãſlatio habet: Homines vero acceptabiles in camino humi
9 liationis: ſcilicet fiũt. Sed ſtatim ipſemet Deus cũ aqua diuinę cõſolationis eis adeſt, P*orq̃ no ſe deſtẽplẽ cõ impaciencia*, Sicut (vt refert ſacra pagina) cũ tribus pueris, quos Nabuchodonoſor in fornacẽ ignis mitti iuſsit, feciſſe legitur. Qui fecit (ait ſacer text⁹) mediũ fornacis, quaſi ventũ roris flantẽ & nõ cõtriſtauit eos ignis, neq; qdquã moleſtię intulit. Hebręis etiã in AEgypto oppreſsis Dñs ad Moyſem dixit: Immittã manũ meã ſuper AEgyptũ, & educã exercitũ, & populũ meũ filios Iſrael de terra AEgypti per iudicia maxima, & ſciẽt AEgyptij, ꝙ ego ſum Dñs. Perpẽdite, quęſo fratres, dulciſsima verba, quę Dñs hic loquit: ſcilicet: Educã exercitũ meũ populũ meũ, filios Iſrael. O benedictus ſit & glorificatus talis Deus. Te Dñe omnes angelici cœtus, atque omnes iuſti

1. *Cori.* 1.

Simile.

Eccli. 2.

Daniel. 3.

Exod. 7.

collaudẽt, qui tuis in afflictionibus ſic faues & opitularis. Quod 10
vno verbo poterat dicere, id plurimis amplificat. Vt enim oſtẽ
deret ſingularem ſuum erga illos amorem, ſatis eſſet dicere:
Educam filios Iſrael, vel, educam populum meum, vel, educam
exercitum meum: ſed voluit omnia iſta proferre, vt quanti eos
faceret, ſignificaret, & vt in laboribus eorum ipſos conſolare-
tur. Vt autem dextera manu poſsimus bene vti, ipſe Dominus
proſperitatem cum afflictione & laboribus ſolet coniungere:
2. Cori. 12 ſicut cum D. Paulo fecit, qui de ſe ait: Ne magnitudo reuelatio-
num extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus
Sathanæ qui me colaphizet. Cum temporali vero proſperitate
ipſemet Dominus aliquas amaritudines, quæ ſunt velut aqua
temperans humanæ voluptatis vinum, nè nos inebriet, & intel-
lectum faciat amittere, immiſcere conſueſcit. Atq; ita reperie- 11
tis quoſdam multis diuitijs affluentes, qui tamen ſuæ infimæ
ſortis anguſtijs oppreſsi ſæpenumero prorumpunt dicentes: O
vtinam nobilibus ortus fuiſſem natalibus, nullus profecto me
poſſet fœlicior reperiri. Alij ſunt, qui generis nobilitate & maio
rum ſuorum fama clareſcunt, tamen ſuſpirijs vehementibus
(eò quòd honorem illum præ egeſtate ſuſtinere non poſſunt)
volunt potius à nemine cognoſci, quam honorem ſuum tanta
rerum inopia oſtendere. Alij ſunt nobiles diuites & ab omnibus
magno habiti honore qui tamen, quoniam placida ac ſibi gra-
ta coniuge carent cum rixoſa & quaſi lœna viuentes miſerri-
mam atq; amariſsimam vitam ducunt. Alij deniq; diuitias, ho-
nores, ac vxorem ſibi chariſsimam habentes intimo corde ſuſpi
ria trahunt, & lacrymantur, eò quod filijs priuati opes ac diui- 12
tias ſuas extraneos eſſe poſſeſſuros exiſtimant. Si autem aliquis
eſt, cui aliquid horum, quæ diximus, non deſit, ſi prudens eſt, ſa
tis lacrymarum poteſt profundere ſecum animaduertens ama-
rum atque infœlicem humanæ proſperitatis finem maxime in
Pſal. 67. improbis ac ſceleratis. Quod ſecum euoluens S. Dauid de ipſis
improbis loquens ait: ſicut deficit fumus deficiant. Fumus
Simile. cum in altum aſcendit in nihilum redigitur: ſic mundi gloria,
quo magis in ſublime vehitur, eo plus in maiorem confuſio-
nem poſsidentis eam vehi ſolet. Qua propter ſicut expertus
Simile. nauta & diu in mari verſatus cum tranquillum mare & tempus
proſperum videt, corde intimo ſuſpiria ducit procelloſas tem
peſtates

13 peſtates pertimeſcẽs. Ita prudẽs vir in proſperitate gemitus ede
re & plorare debet, fines amariſsimos, qui euenire ſolent, formi
dans. Itaq; cum verum ſit, quod quemadmodum Deus conſo-
lationes ſeruorum ſuorum afflictionibus ac laboribus, nè ſuper
bia tumeſcant, ſolet immiſcere, ità afflictiones & labores eo-
rum aliquibus conſolationibus, nè patientiam amittant,
temperat.

Quo circa in illo cœleſti ſermone, quem ſummus prędicator
Ieſus Chriſtus ſuis ſacris diſcipulis poſt vltimã cœnam habuit,
(cuius etiam hæc ſacra euãgelij hodierni lectio eſt quędã pars)
cum ingentes labores, quos paſſuri erant, iam enarraſſet, quoniã
multi alij ei ad narrandũ ſupererant, nè ipſi mœrore ac triſtitia
penitus conficerẽtur, ideò pijſsimus Dominus in narratione tot
14 afflictionum hanc ſingularis conſolationis periodũ inſeruit: ſci
licet, *Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis ſpiritum veritatis
qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.* O Chriſte noſtra
rum animarum amor dulciſsime benedicta ſit ineffabilis tua ſa
pientia, & tua prouidẽtia, qui ita labores, quos amici tui pro te pa
tiuntur, ſcis temperare. Quę cordis afflictio ac moleſtia tam ſu
perna promiſsione non leniretur? Ideo cœleſtis ſpõſus egregiè
in Canticis ait: Deſcẽdi in hortum nucum. Quę verba B. Anſel *Can. 6.*
mus, & S. Theodoretus explicantes dicunt, has nuces viros ſan *B. Anſelm.*
ctos eſſe, qui velut nuces foris amaritudine perſecutionũ, famis *& Theodo.*
ac paupertatis ſunt pleni: intus verò mirabilem quandam dulce *ſuper Cant.*
dinem in cordibus ſuis incluſam habent. Atq; ita hortus nucũ *6.*
ſacroſancta eccleſia eſt. Dominus etiam de aduentu Spiritus
15 ſancti agit, cum de laboribus loquitur, vt aperte doceret inter
tẽpora, quibus diuini ſpiritus fauor ac preſentia magis neceſſa
ria eſt, hoc vnum eſſe prœcipuum, videlicet, cùm homo multas
tribulationes & ingentes labores patitur. Ideo ſuis ſacris diſci- *Luc. 24.*
pulis ipſe Dominus ait: Sedete in ciuitate, donec induamini vir
tute ex alto. Atq; ita ſignum eiuſdem eſt, quod hæc virtus diui *Simile.*
na in mente habitat, cum ipſa patienter labores perfert. Qui lon
gum iter pedeſter facere vult, emit calceos duplici aut triplici
ſolea conſutos, ita, vt magis ex ferro quam ex corio confecti vi-
deantur, & tamen tribus aut quatuor diebus itineris rupti & la
cerati ſunt. Alius verò qui etiam pedeſter ſine calceis tamen iter
facit, quo magis iter continuat, eo plus corium pedũ eius indura

tur, durioremq; callum obducit. Huius rei ratio discriminis 16
est, quoniam corium calceorum mortuum est, pedum verò viuum, atq; corij viui natura est, vt quanto magis conteritur & pedibus conculcatur, tanto fortiùs ac durius efficiatur. Ita omnes qui vita gratiæ Spiritus sancti viuunt, quò magis affligũtur & laboribus opprimuntur, eo fortiores & constantiores effici solent. Peccatores vero culpa peccati mortui licet fortes & constantes videantur, tamen ipsi labores & afflictiones eos rumpunt, ac per impatientiam dilacerant.

Dominus igitur suis sacris discipulis ait: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à patre, &c.* Attendite, quo nomine Spiritum sanctum appellet, videlicet, consolatorem. Quasi diceret: Ne animo cadatis charissimi discipuli, aut tristitia aliqua afficiamini, quoniam licet vobis grauissimos labores & tribulatio- 17
nes prænuntiem, in illis tamen Spiritum sanctum consolatorem vos habituros esse credite. Maximè verò notãdum est, Christũ Redemptorem nostrũ vno quoq; horum verborum aliquam earum, quæ post sanctissimam ascensionem suam in mũdo grassaturæ erant, hæresim destruxisse. Nam cum dicit, *Quem ego mittam vobis*, Aperte docuit Spiritum sanctum non solum à patre, sed à se, qui filius est procedere: quod manifeste contra Græcorum errorem est. Et cum dicit: *Mittam à patre*, Clare explicat, eũdem filium esse eiusdem cum patre substantiæ: siquidem pater & filius habent vnum Spiritum, quod contra impium Arrium fortissime militat. Cum vero inquit, *Qui à patre procedit*, Spiritum sanctum non creaturam, sed Deum esse ostendit, contra eundẽ Arriũ. Quod enim ex Deo procedit, Deus est: creature namq; 18
non ex substãtia Dei, sed ex nihilo factæ sũt. In hoc vero quod dicit, *Ego mittam a patre*: eũ aliã personã distinctã esse à patre cõtra sceleratissimũ Sabelliũ nos erudit

De hoc autem diuino spiritu sic ait: *Cum venerit Paracletus, ille testimonium perhibebit de me*. Testimoniũ certe infallibillis veritatis fuit, quod Christus Redẽptor noster verus Deus erat, ipsum in mundum tam supernum donum misisse. In diuinis literis
Gene. 45. legitur, quod cum fratres Ioseph patri suo Iacob dixerunt: Filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti: audiẽs Patriarcha Sanctus quasi de graui somno euigilans, non credebat eis. Illi è contra referebant omnem ordinem rei: cumque

vidisset

19 vidiſſet plauſtra, & vniuerſa, quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius. Vbi apparet ditiſsima dona à ſancto Ioſeph miſſa, euidens fuiſſe teſtimonium, quod ipſe in AEgypto princeps erat, multiſque gentibus dominabatur. Atque ita poſtquam ſenex venerabilis ea vidit, ſtatim filiorum dictis acquieuit. Ita ſumma veritas in præſentiarum ait: Siquidem ego in mundum tam pretioſum donum, qualis eſt Spiritus ſanctus miſſurus ſum: id, me verum Deum eſſe teſtimonium eſt euidentiſsimum. Sanctus Propheta Elias, vt oſtenderet illum, quem ipſe colebat, eſſe verum Deum, ſacrificium quoddam feciſſe legitur, in quo ipſe ligna compoſuit, & poſtquam compoſita fuerunt, holocauſta ſuper ſtruem lignorum collocauit, ac tandem ſuper holocauſta, & ſuper ligna 3. *Reg.* 18.

20 aquam infundi iuſsit, & in oratione poſitus orabat dicens: Domine Deus Abraham & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus. Et ſtatim cecidit ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides puluerem quoque & aquam, quæ erat in aquæductu labens. Quod cum vidiſſet omnis populus ait: Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Propter ignem, qui è cœlo deſcendit, eum, à quo mittebatur, verum Deum eſſe cognouerunt. Sic conuenientiſsime poſſumus dicere, ſacratiſsimam virginem Mariam ijs poſt aſcenſionem vſque ad Pentecoſten diebus ſacros apoſtolos (ſicut Elias ligna) compoſuiſſe. Nam ipſa tanquam omnium magiſtra eos quemadmodum oportebat, ſuo ordine in oratione collocabat. In

21 vno loco D. Petrum, vt pote virum maiori fide præditum cũ cæteris apoſtolis collocabat. In alio ſanctũ Lazarũ virum ſcilicet, maioris experientiæ ſimul cum alijs diſcipulis conſtituebat. Alibi Mariam Magdalenam mulierem, videlicet, præ cæteris magis deuotam cum alijs ſanctis fœminis diſponebat. Atque ita omnibus recto ordine conſtitutis beatiſsima Domina in medio eorum ſita eos (ſicut Elias) aquarum abundantia perfundebat. Talia enim, tamque admirabilia verba & conſiderationes eius erant, vt omnes ad ingentem lacrymarum copiam profundendam commoueret. Holocauſtum vero, quod in hoc ſacrificio offerebatur, erant contrita omnium atque humiliata corda. Et ſic ſanctiſsi-

ctiſsima virgo ſimul cum illis, Deum humiliter deprecabatur 22
vt ignem, videlicet, Spiritum ſanctum mittere dignaretur.
Qui viſibiliter deſcendit, eoſq; inflammauit, igne ipſo lapides
ſcilicet, aliquas duritias & incredulitates, quas viri illi ſancti ali
quando habuerant, puluereque alicuius vanitatis & ambitio-
nis, qua ad inuicem ſe ipſos antecellere voluerunt, conſumen-
te: aqua etiam aliqualis inconſtantiæ, & puſillanimitatis eorum
conſumpta eſt. Omnes deniq; deificati atq; diuino incenſi amo
re remanſerunt. Atq; igne hoc diuino è cœlo deſcendẽte, Chri-
ſtum Dominũ, ſiquidem illum mittebat, verũ Deum eſſe, fuit
cognitum & manifeſtum.

Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. O ver-
bum admirabile, ò ſententia profunda. Vos, ait Dominus, qui
mecum ab initio prædicationis meæ verſati eſtis, & qui expe- 23
rientiam vitæ atq; operũ meorum habuiſtis teſtimonium per-
hibebitis de me. O verbi diuini concionatores, perpendite ob-
ſecro iterũ atq; iterũ horũ verborũ altiſsimũ ſacramentũ. Con
templamini Dominum hic dicentem, illos duntaxat, qui cum
eo ab initio, ideſt, multo tempore fuerunt, de ipſo teſtimoniũ
eſſe præbituros. Videamus igitur, qualiter cum Domino con-
uerſamini. Quæro à vobis, quot horas quotidiè in meditatione
& diuinorum operum, ſanctiſsimæq; vitæ huius cœleſtis Do-
mini contemplatione conſumitis? O Chriſte Ieſu lux beatiſsi-
ma illumina quęſo omnes tui ſacratiſsimi euãgelij miniſtros, vt
vere intelligant non oportere eos omne tempus conſumere
in ſtudio librorum mortuorum, ſed illis magnopere conduce
re in te, libro vitæ perfectiſsimo lectitare. Inter alias cauſas, 24
ob quas illi, qui mundum relinquentes ſe in ſanctas religiones
recipiunt optimum ſibi viuendi genus inſtituiſſe dicuntur,
vna eſt quoniam ibi ad diuinæ contemplationi vacandum &
cum Domino cõuerſandum expeditiores ſunt: & ita efficacius
Pſal. 75. de eo poſſint teſtimonium perhibere. Circa quod S. Dauid no-
tabiliſsima verba profert dicens: Quoniam cogitatio homi-
nis cõfitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent
tibi. Vouete & reddite Dño Deo veſtro omnes, qui in circui-
tu eius affertis munera, terribili & ei, qui aufert ſpiritũ principũ
terribili apud reges terræ. Pro intelligentia horũ verborum no
tandũ eſt, quod Chriſto redeptore noſtro crucẽ portãte defeſſo

& fati-

25 & fatigato in Caluariæ locũ iter faciente Iudæi quendam homi
nem, qui eum adiuuaret, conduxerunt. In quo ſignificatum eſt,
hunc Chriſtum myſticum (videlicet, populum Chriſtianũ) qui
in hoc mundo manſurus erat, in multis membris ſuis laſſandum
& defatigandum fore: ſicut vere modo quamplurimis in Chri
ſtiana republica, qui crucis mortificationẽ ac pœnitentiam re-
nuunt, contingere videmus. Cum q; pauciſsimi eſſent qui hanc
crucem portare vellent, diuinæ perſonæ ſacrarum religionum
conſtitutores ad eam portandam, atq; ad alios, vt idem facerẽt,
inuitandũ conduxerunt. Dicimus diuinas perſonas religionũ
fundatores conduxiſſe, quoniam ſolus Chriſtus Redemptor
noſter crucem locatione non portauit, ideſt, *No lleuo la cruz por*
26 *alquiler*. Nam per illam neq; gratiam neq; gloriam eſſentialem
ſibi meruit: accidentalis vero non erat ſufficiens tot tantiſq; la-
boribus præmiũ. Reliqui autem ſancti mercenarij ſunt, & ideò *Matth. 20.*
de illis dicitur: Conuentione autem facta cũ operarijs ex dena-
rio diurno miſit eos pater familias in vineam ſuam. Itaq; reli-
giones in ſacroſancta eccleſia ad hoc inſtitutæ fuerunt, vt, qui
in eis vitam agunt, nõ ſolum in humeris ſuis pœnitentię & mor
tificationis crucem portarent, ſed etiam ſuis bonis exẽplis eos,
qui in ſeculo viuunt, huius ſanctiſsimæ crucis ſuauiſsimo iugo
colla ſubmittere, incitarent, fortiſsimoſq; redderent. Huiuſmo
di tamen religioſos cautiſsime viuere oportet. Quemadmodũ
enim religio introiuit in mundum, vt eos, qui ibi erant, ab ipſo
educeret: ſic mundus magno impetu religionem ſolet inuadere,
27 vt eos, qui ibi ſunt, ab illa educat. Hic etiam ſcitu digniſsimum
eſt, quod ſicut in templo Salomonis erat locus dictus Sancta ſan
ctorum in interiori ipſius templi parte, quem pauciſsimi ingre
diebantur, & velũ tenuiſsimũ duntaxat, ſignabat inde interius
non eſſe progrediendũ: ſic in religione alia etiam eſt interior re
ligio, quam per pauci ingrediuntur: quoniam à ſubtiliſsimo ſua
rum paſsionum & miſerabilium affectionũ velo impediuntur.
Hoc autem Sancta ſanctorum eſt continua oratio, meditatio,
contemplatio & ſanctiſsima cũ Domino conuerſatio, qua mul-
tæ virtutes ac dona ſpiritualia comparantur. Quoniã vero quã
plurimi hanc profundiſsimam Dei conuerſationem non ingre-
diuntur: ideo ſæpenumero hanc crucis mortificationem relin-
quunt, ſeque iterũ mundi rebus affigẽtes ad ea, quæ in ipſo ſunt

conuer-

conuertuntur. Loquens Dominus cũ filijs Israel dixit: Nisi oc- 28
cideritis habitatores Chanaan, erunt vobis quasi claui in oculis,
Numer. 33. & quasi lanceæ in lateribus. Idem fere religiosis & omnibus
Christianis dicere possumus, quibus ipsæmet passiones & de-
prauati mores, nisi eos correxerint: & mortificauerint, erũt qua
si claui ac lanceæ eorũ oculos affigentes & obcæcantes. Hac igi
tur præhabita doctrina verba Prophetæ, quæ improbos ac ne-
farios huius tempestatis hæreticos persequentes religiones, &
quæ in eis fiũt vota, possunt cõfundere, facilius intelligetis. Lo
quitur ergo hic sanctus Dauid cum illis, qui in circuitu Dei af-
ferunt munera, videlicet, in lege gratiæ, cũ illis, inquã, qui sunt
velut à latere Dei, & in quibus ipse Dominus diuinos suos ocu
los figit. Hi enim dũ orationi vacant, rem sacram audiunt, ieiu-
nant, eleemosynam erogant, & se se in alijs huius generis operi- 29
bus exercent, diuinæ maiestati gratissima offerunt sacrificia. Et
his Propheta ait: Omnes qui in circuitu eius affertis munera, vo
uete & reddite. Vbi notandum est illud, Vouete, consiliũ esse,
& non obligationem inducere: nam Spiritus sanctus, id volũta
ti nostræ atq; arbitrio relinquit. Vult namq; vt tota mẽtis acie
inspiciatis & contẽplemini varios huius mudi laqueos, quibus
plerumq; illi, qui in eo manẽt, sunt irretiti. Vt autem ab illis eri
pi possitis, in aliqua vouere religione singulare remediũ est. Vo
ta enim sunt veluti quædam fortissima parietis, idest, obserua-
tionis diuinæ legis fulcimenta, atque etiã veluti quidam fræni,
quibus passiones mortalium cohibentur. De quibus verba illa
prouerbiorum apte dici possunt: videlicet: Legẽ ponebat aquis,
Prouer. 8. nè transirẽt fines suos. Humanæ namq; passiones instar furibun 30
darũ, & magno impetu currentium aquarũ sunt: homo verò, in
quo diuina sapientia habitat, his aquarum torrentibus & pro
fluuijs legem ponit, nè rationis terminos prętergrediantur. At
inter leges, quas iustus ad refrænandas suas passiones diuersis
vijs & rationibus quærit, vota in hũc finem remedia efficacissi-
ma esse solent. Sed valde omnibus, qui volunt emittere vota,
attendendum est, eos ipsa ad vnguem seruare atque adimplere
teneri. Quia licet illud verbum, vouete, consilium sit, vt dixi-
mus, tamen illa, Reddite Domino Deo vestro, præceptum &
obligationem inducũt. Scitote vos fidem Deo terribili dedisse,
cuius potestati si omnes vires ac potentiæ Regũ terræ compa-
rentur

31 rentur nihil esse putantur. Ipse est enim, qui vita, cũ ei placet, illos, quos vult, facillime priuat. Et ideò S. Propheta adiecit: Terribili & ei, qui aufert spiritum principum. Id est: Tu, quicunq; voues, cogita te Deo terribili vota promisisse. Ergo, ò religiosi, vos oro & obtestor, vt animaduertatis, fidem vestram Domino astrinxisse, non propriam voluntatem, sed ipsius vos esse facturos. Dominus per Isaiam promiserat, productum se gentem adeo sibi peculiarem, vt vocaretur, Voluntas mea in ea. Hæc gens vos omnes religiosi estis: idcirco Dei voluntatem magis quam vestram adimplere curate. Vir nobilis ignominia afficitur, si quod ei promittitur non præstatur: quantò magis Deus illud seuere & rigorose postulabit. Præter vtilitates, quas in votis esse diximus, S. Propheta hic singulare nobis commo-
32 dum proponit. Quoniam cum dixit: Vouete & reddite, iam antea reddiderat causam & rationem dicens: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquæ cogitationum diem festum agent tibi. Vbi aperte S. Propheta de oratione, meditatione, atque contemplatione verba facit: his enim Dominus laudatur & glorificatur. At quia hoc exercitiũ sanctissimũ est, vos Spiritus sanctus admonet, vt mundi illecebris derelictis in sanctas religiones ingrediamini, ibiq; vota mittatis, vbi ad diuinæ contemplationi vacandũ maxima est opportunitas. In oratione vero Deus mentibus ei operam dantibus festum agere solet, eis ipsis gaudia & cõsolationes spirituales imperties. Quod si alicui vestrum festum hoc tam celeriter nõ agit, nihilominus perseuerare debetis: nam & in hoc mundo vani amatores præ
33 nimio amore illius, quam diligunt, neque comedunt, neq; dormiũt, neq; tranquillam vitam ducunt. Quin etiã licet, (vt aiũt) ianuis in oculis percutiantur, nulloſq; fauores recipiãt, nunquã in amãdo deficiũt, sed vsq; ad optatũ finem perseuerant. Quare igitur fidelis Christianus in Dei amore non persistet, quousq; ipse ei ostia & brachia pandat, eumq; dulcissime amplexetur? Ex hoc autem festo, quod Dominus suis amicis agit, ipsi reliquias, quibus postea ei etiam diem festum agunt, depromunt: inde enim animum ac feruorem sumunt, vt promissis plenissime satisfaciant, victoriasq; amplas de mundo, carne, ac diabolo reportent. Ideo Rex sanctus adiunxit: Et reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. Solet aliquando con

Isai. 62.

Simile.

tingere

Simile. tingere, vt princeps aliquis, seu nobilissimus vir iter faciens in 34
domo agrestis & inculti agricolæ diuersetur, ibiq; prandium sumens panem, vinum, carnes, & multa alia, quibus vescebatur, superflua ei relinquat: totq; reliquiæ ibi remanent, vt ipse per multis diebus habeat victus abundantiam. Sic hominicum Domino agenti, eumq; domi suæ, videlicet, in intimis cordis visceribus recipienti ipse Dominus tot tantaque dona ac bonorum reliquias relinquit, vt cũ illis postea ipsi Deo festum agat solenne, ei in ijs, quæ se se obtulerint, occasionibus inseruiens. Ecce igitur vnũ ex præcipuis finibus, ad quos sacrosanctæ fuerunt institutæ religiones. Illi verò, qui in eis sunt, efficacius de Christo Iesu in suis sermonibus testimoniũ perhibendi multo maiorem occasionem habent, quam ij, qui in sæculo vitam degunt: quibus tanta licet ad hoc non sit opportunitas, ipsi tamen 35
iusta omninò si se his sanctissimis exercitijs nõ dediderint, excu-
Psal. 118. satione carent. Nam Propheta Dauid Rex erat, & multis ac magnis occupationibus detentus, & tamen dicebat: Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est. O Rex sancte, non nè tibi vna aut duæ sufficiũt horæ? Minimè profecto, sed tota die in lege Domini meditabor. O magna nostrorũ confusio: siquidem in toto integro die vix vnam horam in hoc sancto exercitio scimus consumere: atq; ita testimonia, quæ de Iesu Christo summa bonitate nostris colloquijs reddimus, tepida sunt ac paruæ vtilitatis. Incipiamus igitur Patres mei, & charissimi fratres, incipiamus, inquam, vos obsecro, per immẽsam Dei charitatem hanc sanctissimam conuersationem exercere: vt ex eaoribus nostris verba exeant tanto amore intensa, vt 36
corda audientium possimus inflammare, eosque ad diuinam gratiam disponamus, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem

In eadem Dominica infra octauam Ascensionis Domini

CONCIO SECVNDA.

Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à patre, &c. Ioan. 15.

SI, quoties Christus saluator mũdi aduentum Spiritus sancti in hoc vltimo sermone repetijt, cõtemplemur magnam profectò nobis admirationem afferet. Non solùm enim hic de aduentu eius egit, sed paulò post eis dixit: Si ego non abiero, paracletus nõ veniet ad vos: si autem abiero mittam eũ ad vos. Et paulo inferius adiecit: Cum venerit ille arguet mundum de peccato, &c. Posteà verò iterum repetit: Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ. Hæc omnia diuinus magister fecit ad infinitã tanti doni excellentiã significandam, &, vt sancti apostoli illud, vt æquum erat, magni facerẽt, seq; ad illud recipiendũ efficacissimè disponerẽt. Effectus enim, qui in cordibus credentium ab ipso diuino spiritu faciẽdi erant, singularissimi futuri erãt, sicut S. Isaias multò ante prædixerat: In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel: & sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Hierusalem. His verbis S. Propheta excellẽtem magnificorum donorum abundantiam, honorem, lætitiam, voluptatem, ac sanctificationem, quę fidelibus Spiritus sancti aduentu cõmunicanda erant, ostendit. Iccirco adiecit: Si abluerit Dominus sordem filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Pro cuius intelligentia oportet adnotare, peccatum in duabus præcipuis potẽtijs, videlicet, voluntate & intellectu hominẽ tangere, & ferire, intellectum enim cæcitate, voluntatem verò malitia percutit. Has autem duas maculas á peccato effectas S. Propheta hic Dominum in spiritu iudicij & spiritu ardoris mundaturum commemorat. Ad cæcitatem erit spiritus iudicij, ideſt, veritatis, qui ipsum intellectum illuminet & componat: ad voluntatem verò gelidam & corrup-

Isai. 4.

Exod. 12. tam erit spiritus ardoris, qui suo diuino amore eam inflammabit 4
& in formam rediget. In sacra pagina Dominus iubebat, omnes
agni paschalis reliquias igne consumi. In quo significauit, reli-
quias immaculati agni Iesu Christi Saluatoris nostri, videlicet,
sacros discipulos, qui in hoc mundo remanserunt, igne, scilicet,
Spiritu sancto in flamandos & comburēdos fore. V bi adimple-
tum est id quod mystice S. Dauid prædixerat: Ignis à facie eius
Psal. 17. exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Facies patris æterni est filij
eius: nam, sicut homo per faciem dignoscitur, ita pater æternus
per filium suum in hoc mundo cognitus fuit. Ex hac autem fa-
cie ignis, qui est Spiritus sanctus, sicut ab eodē patre procedit:
carbones verò, quos succendit, sacrosancti fuerunt discipuli,
qui veluti carbones nigri atq; aridi erant: nigri quidem prop-
ter profundam eorum humilitatem, & aridi ab omni humana 5
consolatione: vt ita ad illud mirabile incendium & inflamma-
tionem diuini spiritus parati ac dispositi essent. O vtinam nunc
diuinus hic ignis corda nostra tam cruda & debilia penetraret.
Simile. Inter vasa fictilia iam igne cocta & vasa tantummodo compa-
cta, nondum tamen in fornacem coniecta hoc discrimen est,
quod his, videlicet, crudis paleæ ac puluis facillime adhærent,
& quidquid ipsa tangit, statim ea flectere facit, eisq; nocet: co-
cta verò facilius his omnibus resistunt, nec enim flectuntur, nec
puluis aut paleæ eis adhærent. Sic inter iustos & peccatores hoc
differt, quod iustis velut vasis diuini ignis amore decoctis nec
puluis vanitatis seu arrogantiæ, nec paleæ voluptatum terrena-
rū adhærent aut coniunguntur, nec denique rebus huius mun-
di flectūtur: peccatores verò tanquā cruda vasa minima quaq; 6
re mouētur, vixq; voluptas aut vanitas est, quæ eis facillime nō
adhæreat, & tandē omnibus huius mūdi nenijs animū inclinat.
Ezech. 37. Hoc etiā mysteriū adumbratū fuit apud sanctum Ezechielem:
vbi Dominus ei campum, in quo erant multa ossa sicca, osten-
disse legitur, eiq; iussisse, vt prophetaret, atque nomine ipsius
Dei diceret: Ossa arida audite. Ecce ego intromittam in vos spi
ritum & viuetis, & dabo super vos neruos, & succrescere faciam
super vos carnes, super extendam in vobis cutem, & dabo vobis
spiritum & viuetis. Statimq; commotio magna & admirabilis
sonitus factus est, & in illis ossibus omnia, quæ Dominus pro-
miserat, adimpleta sunt. Sic sacri discipuli tanquam ossa arida &
ab om-

7 ab omni humano fauore aliena erāt: quibus Chriſtus Dominus verus Deus ac verus homo ſe eis ſuum diuinū ſpiritum, & ſimul cū eo carnem, videlicet, cordis teneritudinem, (vbi omnia præcepta ſua imprimerentur) atq; etiam neruos, ſcilicet, virtutem, vires, & fortitudinē ad reſiſtendū omnibus malis, & ad omnes mūdi perſecutiones perferendas daturū promiſerat. Promiſit etiam ſe eos cute ſuæ diuinæ protectionis & vmbraculo ſuæ ſanctiſsimæ tutelæ cōtecturū eſſe. Quæ omnia tūc adimpleta ſunt, quādo factus eſt repēte de cœlo ſonus tanquā aduenientis ſpiritus vehemētis. Adeo enim mirabilia dona, quæ Spiritus ſancti aduētu ſacri diſcipuli erāt accepturi, futura erant, vt Dñs voluerit ea prius ab ipſis vehementer exoptari: & idcircò hūc ſupernū aduentū toties enarrando percenſet dicens, *Cum venerit paracletus*, Ideſt, conſolator. Merito atq; optimo iure Spiritus ſanctus cōſolator appellatur, quoniā nullū ſolamen, quod verè ſolatiū ſit, eſſe poteſt, quin ab hoc diuino cōſolatore nō profluat & dimanet, per quē etiā charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris vt D. Paulus ad Romanos ſcribens teſtatur dicens: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritū ſanctū, qui datus eſt nobis. Vbi autē habitat hæc charitas, ibi verū gaudiū & voluptas, quæ ſunt eiuſdem ſpiritus fructus, vt etiam idē apoſtolus his verbis aſſerit: Fructus autē ſpiritus eſt charitas, gaudiū, pax, patiētia, benignitas, bonitas, &c. Vbi valde perpendē dū eſt, q̄ cū S. Apoſtolus quā plurimos fructus, quos Spiritus ſanctus in noſtris operatur mētibus, hic enumeraret, ſtatim poſt charitatē intexuit gaudiū tanquā rē aliquo modo ab ipſa charitate inſeparabilē. Quam obrē venerandus Hugo de ſancto Victore inquit: Vis nunquā eſſe triſtis, ſemper bene viue, quia bona vita ſemper gaudiū fert. Et ſic etiā diuina ſapiētia ait: Secura mēs quaſi iuge cōuiuiū, ideſt, cōtinuū. Ergo fratres chariſsimi hūc ſupernū cōſolatorē diligite, ac votis omnibus appetite, vt à vobis nūquā diſcedat, quo facto nūquā etiā vobis verū gaudiū, ſolamen, ac voluptas deerit, ſicut ſacris apoſtolis in ſuis agonibus & afflictionibus minimè defuit. Ibāt enim (vt ſacra hiſtoria refert) gaudētes à cōſpectu cōcilij, quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cōtumeliā pati. Nulla perſecutio, ſeu labor, aut calamitas eos hoc gaudio valuit priuare. Res etiā plane conſideratione digna eſt, tēpus, in quo Chriſtus Redēptor noſter

Rom. 5.

Gala. 5.

Hugo.

Prouer. 15.

Actuum. 5.

hæc suis sacris discipulis verba protulit, fuisse, cum iam ab illis ro
discedens mortem subire volebat. In quo misericordia Dei ma
ximè elucet & ostenditur, qui in maioribus afflictionibus ma
ioribus auxilijs opem ferre & subuenire solet. Hoc perfido Sa
thanæ inest ingenium, quod si quempiam incipit affligere &
vexare, quo vsq; illum omninò (Domino permittente) non per
dat, minime quiescit. Sic sanctum Iob, cum sibi à Deo facultas
data est, prosequutus fuit, vt ei nihil ex omnibus, quæ possidebat præter coniugem & ipsam etiam ad eum persequendum &
indignatione prouocandum reliquerit. A quo teterrimo magistro omnes nefarij eius discipuli peccatores docentur, qui, si aliquem persequi incipiũt, eum vsq; ad finem destructionis perducunt. At verò Deus sicut neminem vexat, vt perdat & destruat,
sed vt ei vitam tribuat, efficit, vt in medio turbinũ ac tempestatum quies sit & tranquillitas. Postquam homo peccati venenũ
delibauit, nociuis humoribus adeò plenus remansit, vt quidquid recipit, siue bonum siue malum illud in lethiferum conuertat venenum. Atq; ita non in minori periculo versatur, cum
fauores accipit, quam cum vexatur & opprimitur: nam tam ex
bonis, quàm ex malis acceptis malum educere solet. Quapropter sicut Dominus ei bona, vel fauores solet temperare: ita ma-
Cant. 8. la, videlicet, labores & vexationes, ne vno aut altero funditus
euertatur, temperare cõsueuit. Et hoc est quod sponso dicebat
sponsa: Fuge dilecte mi & assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum. Super hæc verba id, quod Philosophi naturales dicunt, no
tandum est, videlicet, capream & hinnulum ceruorum hanc ha
bere proprietatem, quod cum venatoris congressum fugere vo- 12
lentes celeriter currunt, vultum & oculos passim in terga vertunt, ac retorquent. Ideo his verbis sponsa suum charissimũ spõ
sum deprecari contendit, vt si aliquando ab ea discedere volue
rit non omnino discedat: id enim animæ suæ vtilissimum fore
scit: sed, Assimilare, inquit, dilecte mi capreæ hinnuloq; ceruo
rũ. Idest: Cum à me recesseris, verte obsecro aliquando, imo &
sæpissime hilarem in me faciem tuam, sicut caprea oculos ac fa
ciem retorquet. Ne quæso à me pulcherrimos oculos auertas:
hoc est, ita me laboribus opprime, vt etiam aliquibus fauoribus seu gaudijs & voluptatibus sint coniuncti. Sic supernus spõ
sus cum suis sacris discipulis in præsentiarum egit, qui cũ eis di-
xisset,

13 xiſſet, ſi me perſecuti ſunt & vos perſequentur, afflictionē hāc
cum promiſsione magnæ conſolationis coniūgit dicens: Cum
venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre, &c. Deſcri
bens ſanctus Ezechiel modū & figuram templi quam Deus ei *Ezech. 47.*
oſtendit ait: Ab hoc templo aquæ egrediuntur, & vſq; ad mare
profluūt, & aquas ipſius maris dulces efficiunt: piſces vero quos
producebant, quam plurimi & pulcherrimi erant. Vbi adum-
bratū eſt, omnes afflictiones & amaritudines ac labores ſeruorū
Dei, licet tanquam ampliſsimū mare ſint, dum illis dulces con-
ſolationum ac refrigerij aquæ (quæ ab illo admirabili templo,
videlicet, Ieſu Chriſti promanant) cōiunguntur, dulciſsimos
fieri, vt in illis quam plurimi piſces producantur, hoc eſt, vt ſint
cauſa multorū meritorum. Ex quo intelligetis verba D. Pauli, *2. Corin. 7.*
14 quæ non paruam videntur habere difficultatem, ſcilicet: Reple
tus ſum conſolatione: ſuperabundo gaudio in omni tribulatio-
ne veſtra. Quid ais diuine apoſtole? Id nè charitas docet? Ali- *Rom. 12.*
ter profectò te docuiſſe mihi viſus es, cum dixiſti: Gaudere cū
gaudentibus, flere cum flentibus. Qualiter ergo modo inquis:
ſuperabūdo gaudio in omni tribulatione veſtra? Ad hoc faci-
lis eſt reſponſio, ſcilicet, ſanctū Apoſtolum tanto gaudio & vo
luptate fuiſſe perfuſum, cū labores propter Deum patiebatur,
vt ſiquos propter eundem finem etiam afflictiones perferentes
videbat, ſuauitatem, qua illas patiebantur, conſiderans dice-
ret: Superabundo gaudio in omni tribulatione veſtra. Nego
tium hoc intellectu difficillimū eſt, *Son cifras de Dios*, Quas non
niſi qui eas ſtudet, & in eis diligentiſsime inſudat, intelligere
15 valet. Reges ſolēt habere aliquos à ſecretis, quos vocant, *Scri* *Simile.*
uanos de cifras Per quos difficillima quæque negotia tractant: ſic
Deus potentiſsimus Rex modos ac ſifras habet, quæ à pauciſsi-
mis intelliguntur: nam exaltari hominem & ſtatim tentari, (vt
ſanctus Iob inquit cum ipſo Deo loquens: Viſitas eum diluculo
& ſubito probas illum) immenſi Dei difficillima ſifra eſt. Si-
militer beatitudinem cum fame, & ſolatia cum lacrymis iniun-
gere, ſifræ ſunt, quas non niſi ille, qui eas experitur, eo quod ab
ipſo Domino docetur, intelligit. Fœlices ergo illi, quos ſumma
ſapientia res tam admirabiles erudiuit. Dominum fratres mei
ſummiſſe deprecamini, vt vos tanti ponderis ac momenti nego
tia, veſtriſq; mentibus tam vtilia docere dignetur.

Ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, 16
quia ab initio mecum estis. Animo, hic, quæso, euoluite infinitũ im
mensi Dei artificium, cui (vt ait D. Paulus) placuit per stultitiã
1. Corin. 1. prædicationis saluos facere credentes. Stultum quippe huma-
no intellectui videbatur, vt Dominus abiectam, vilem, paupe-
rẽ, & ignorantem gentem eligeret, eosq; per totũ terrarum orbẽ
ad prædicandũ hominem, qui crucifixus fuerat, esse verũ Deũ,
per quem saluandi eramus mitteret. Ac tandem hoc, quod in
sania videbatur, omnipotens Deus stultam huius mundi con-
fudit sapientiam, & per hos infimos & abiectos homines, qui
erant quasi non essent, id quod habere esse videbatur, destruxit
Vbi sup. & consumpsit. Atq; hoc verba illa Apostoli significant, scili-
cet: Contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ
sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius, 17
sibi tam præclarum hoc opus tribuens, cum immensi Dei opus
fuerit. Cuius rei fidelissimum, hi sancti viri proprias vitas in di
scrimen offerentes, testimonium reddiderunt: nam vt erant ve-
ri discipuli gloriam sui sanctissimi magistri quærere conaban-
tur. Eia ergo concionatores vestrarũ concionũ quis finis esse de
beat, diligenter addiscite, & quid vobis summa veritas dicat, at-
tendite. Vos testimonium perhibebitis deme: vt videlicet, obe
dientiæ meæ atq; imperij iugo subiectentur. Quod si hic finis
D. Tho. 2. 2. q. 100. ar tic. 5. Caiet. vester non est, væ, væ & millies væ vobis. B. Thomas de prædi-
catoribus agens, eos si præcipue pro mercede prædicant, letha-
liter peccare; affirmat: quem ibi Dominus Caietanus explanãs
aliquas notabiles distinctiones adhibet. Magna profecto confu
sio & ingens insania est, eos, vt alij gloriam adipiscantur, ipsi 18
Num. 32. vero, vt gehennam sibi comparent, continuo laborare: quemad
modum de tribubus Ruben & Gad refert sacra pagina. Qui
cum terram promissionis vi & armis alios adiuuantes expugna
rent, postea in ea partem aliquam seu portionẽ noluerunt: imò
quadam regione, quæ ante Iordanem erat, eo quod pinguia ad
pascendos greges pascua habebat, contenti fuerunt. O infelices
illos, qui huius miserrimæ vitæ bonis sunt cõtenti, vt belluinos
suos & sensuales appetitus pascant, & propter illa immẽsa æter
næ gloriæ bona amittere volunt. Igitur vos, ò prædicatores, cõ
fessores, ac ministri tam diuini muneris hodierna die obtestor at
que obsecro, vt mẽtis oculos erigatis, eosq; terrenis rebus contẽ

ptis

19ptis in summo illo atq; ineffabili Deo, qui vos in tanta tāq; singulari dignitate collocauit, figere cōtendatis, ipsumq; solū pro laborū vestrorū præmio votis omnibus appetite. Id quod sanctus Isaias licet in aliud propositū ait, efficere totis viribus labo- Isai. 13.
rate: Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocē, leuate manū. Mons caliginosus sæculū hoc erroribus & ignorātijs plenū est, super quē exaltate signū, scilicet, crucē. Attendite quæso, pœnitentiæ & mortificationis crucē in mūdo nimis esse demissam & neglectā, vos eā erigere & eleuare cōtendite. Exaltate vocem, videlicet, ad hunc finē spiritus feruore prædicātes, virtutē docentes, & vitia seuere increpantes. In magnā certe admirationē rapimur, quoties gentiū & ethnicorū libros euoluimus, in quibus videre est, qua seueritate, & quo rigore Poetæ illo-
20lius tēpestatis vitia reprehēdebāt: nos vero Christiani vix nisi ad placitū saporēq; audientiū loqui audemus: quod quidē paucissimi amoris Dei euidens signū est. Penuria enim ac defectus amoris & cōscientiæ culpa homines ad vera loquendū ignauos efficiunt. Atq; ita Anna mater Samuelis egregiā protulit sentē- 1. Reg. 2.
tiam, scilicet: Impij in tenebris conticescent, idest, Impij in peccatis suis obmutescēt. O dilectissimi in Christo Iesu patres desiderio me dēdi & succurrēdi animabus exaltate, quæso, vocē, leuate manū, scilicet, bene operando. Et hoc, licet à sancto Propheta fuerit posteriūs dictum, vos illud priūs exequi oportet, vt doctrina vestra in cordibus audiētiū, qui viderint vos id, qđ docetis opere complentes, efficacius operetur.

Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini, absque synagogis faciā
21*vos, &c.* Vsq; *Arbitretur, obsequium se præstare Deo.* Dum ait diuinus magister sactos discipulos de ipso testimoniū esse reddituros, statim ingentes labores, quos in executione huius ministerij passuri erant, eis explicat. Ex quo apertissime constat, præclarosillos & sanctitate excellentes viros non blāditijs, vel bonorum temporaliū promissionib⁹ fuisse attractos, sed vi verborū Christi Redēptoris nostri, & euidentia miraculorū ac sacratissimæ vitę eius: qua adeò cōfirmati fuerūt mediāte Spiritus sancti gratia, vt oēs mūdi persecutiones & calamitates, quæ eis euenerūt, nè sanctissimū hoc testimoniū ab eis nō redderetur, minimè suffecerint. Ex quibus etiā liquidò & manifestè apparet, quantū sit rationi cōsentaneū, nos omnes in fide, quam illi tradiderunt

& sacrosancta Ecclesia hoc vsq; obseruat, firmissimos esse debe- 22
re siquidē tam clare & aperte conspicitur, totū hoc negotiū à
Deo & non ab hominibus emanasse. Admirabile quippe omni-
bus visum est, pauperculos homines tantū animi robur & for-
titudinem habuisse vt toti terrarum orbi resistere ausi fuerint.
2. Corin. 4. Qua propter D. Paulus inquit: Habemus thesaurū istum in va-
sis fictilibus vt sublimitas sit virtutis Dei, & nō ex nobis. In om
nibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, aporiamur
ideſt, Somos puestas en lo vltimo de las tribulationes, Sed non destitui
mur. Quasi dicat: Stupenda res est, tam pretiosum tamq; miri-
cum thesaurū, qualis est diuina gratia, hominibus imbecillis &
fragilibus traditū & commissum fuisse, cumq; debiles ac fragi
lissimus tyrannos omnes atq; huius sæculi potestates à nobis
facillime superari. In hoc profectò omnipotentis Dei magnitu- 23
do ostenditur & apparet, quod vasa tam fragilia & caduca in cru
deles carceres sæpenumero proiecta, tot tantisq; ictibus percus-
sa, nec vnquam fuerūt confracta, nec ab eis gratia aliquo impa-
tientiæ genere defluxerit. O ineffabilem altissimi magistri sa-
pientiam, qui talia operatus est. Itaq; quēadmodū omnes artes
& inuentiones, quas Laban ad opprimendū & molestia afficien
dū sanctū Iacob excogitauit, in illius sanctissimi Patriarchæ cō
modū & vtilitatem redūdarunt: sic omnes inuētiones, quas ne
farij tyranni exquisierūt, vt sacros Apostolos torquerent ac tor
mentis afficerent, eis in gloriæ coronam & ad maiorem ipsorū
tyrannorū confusionem versæ sunt. Nam propter crudelitates,
quas improbi in iustos exercent, Deus non solū in alia vita, ve-
rū etiam in hoc sæculo eos punire solet. Atq; ita Dominus Pro- 24
phetæ Nathan iussit, vt sancto Dauid de filio eius Salomone di
ceret: Misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli à
Saul, quem amoui à facie mea. Vbi alij transtulerunt, quē amo-
ui à facie tua: & sic est in translatione Syriaca & in contextu
Græco, atq; in Paraphrasi Chaldaica. Vbi aperte significatur
Deū propter persecutiones, quas impiusille Rex in sanctum
Dauid exercuit ipsum regno & vita spoliasse.

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem nec me. O verba ter-
ribilia, & quæ maximum cuiq; timorem iniiciūt: à quibus nos
terribile etiam argumentū in hūc modū sumere & formare pos
sumus. Si ij, qui ob defectum cognitionis Iesu Christi atq; æter

ni

25 ni eius patris, iustos persecuti sunt, & de meo sustulerũt, obse-
quiũ se præstare Deo arbitrantes, æternis supplicijs digni sunt
(licet suis persecutionibus illos glorioſos martyres effecerint, *Simile.*
sicut cùm quis flumen aliquod in cymba, vel scapha traijcere &
transmeare contendit, alius cymbam impellit, quo impulsu eũ
celeriter fluuiũ transire, & ad portũ breuissimè peruenire facit:
ita improbi tyranni varijs tormentorũ generibus quę in sanctos
excogitarunt, ipsos procellosum huius mũdi flumen breuissi-
me transire, & celerius ad tutissimũ gloriæ portũ peruenire fe-
cerunt propter quod Dominus ait: Nolite timere eos, qui occi- *Matth. 10.*
dunt corpus animam autem non possunt occidere) quanto ma-
iori culpa, maioribusq; tormentis Christiani digni erũt, qui suis
persuasionibus & deprauatis exemplis animas suorũ proximo-
26 rum interficiũt? O crudelissimi tyranni, qualiter talem fidem
profitentes talemq; Dei cognitionem habentes huiusmodi ty-
rannide vti audetis? O pater luminũ, illumina obsecro per in-
finitam clementiam tuam hos miserabiles ac detestandos homi
nes, vt tantum scelus intelligentes ab illo se abstinere totis viri-
bus contendant. Nouit Dominus (inquit S. Iob.) & decipientẽ *Iob. 12.*
& eũ, qui decipitur. Et ad quid eos cognoscit Deus? V tiq; vt dig
na rependat meritis vtriq;. Cum Eua serpentis suggestione pec
casset, interroganti Deo, Quare hoc feciſti? respondit: Serpens *Gene. 3.*
decepit me. Dominus autem ad serpentẽ ait: Quia feciſti hoc.
Quid est hoc, quod serpens fecit Domine? Quasi deceptionẽ
nominare pudeat eius nomen subticet, & nec per os suũ profer-
27 re vult peccatũ, solum ait: Quia feciſti hoc. O magna exaggera
tio: quam aperte in hoc grauitas abominationis & sceleris, quod
committit ille, qui alium ad peccandum persuadet, explicatur.
Deus optimus maximus nos ab huius modi crudelitate eripiat,
nobisque spiritum conferat, vt ad inuicem alij alios in
virtutem & sanctitatem moueamus: atq; ita ple-
ni gratia tandem perfruamur gloria, ad
quã nos perducat Iesus Mariæ fi-
lius. Amen.

In eadem Dominica infra octauam Ascensionis Domini CONCIO TERTIA.

Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à patre, &c. Ioan. 15.

SAcrosancta huius euangelij lectio quædam etiam illius cœlestis sermonis, quem summus prædicator Iesus Christus post vltimam cœnam ad suos discipulos habuit, singularis pars est. Vbi aduertere oportet Dominum paulò ante eis dixisse: Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, quia verò de mundo nō estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Terra herbis, quas ex se germinat & producit, tantam virtutem communicat, vt nemine eas colente & circūfodiente ipsæmet crescāt, & augeantur: at verò triticum, & alia, quæ ex se terra non producit, ante quam nascatur, crescat, & in suam perfectionem perueniat, prius seminari & coli diligenter oportet. Itaq; terra erga herbas, quas ex se producit, se habet, sicut mulier erga filios quos peperit, quibus solicite & omni cura indulget: filiorū verò mariti sui, quorū ipsa nouerca est & non mater, obliuiscitur & sæpenumero eos vexat. Sic mundus mūdanos, vt potè qui filij sui sunt & ipse eorū pater, honore afficit, eisq; fauet & indulget, bonos verò cum filij Dei sint, natos suos esse nō agnoscit, sed cum illis tanquam victricus vulgo, *padrasto*, & non pater agit ipsos multis opprimens tribulationibus. Ideo D. Ambrosius explicans versiculum illum: Omnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt me, adiuua me, sic ait: Fortasse quia persecutiōes non patimur, tanquam condēnati habemur: quia homines, qui pie viuere volunt, in Christo Iesu persecutionem patiuntur. Si igitur eas non perferimus, signum est quod non pie viuimus, & quod mundi iam filij esse reputamur. Si autem quæritis, quare Dominus permittat filios suos in hoc sæculo opprimi & vexari? Huic quæstioni B. Augustinus egregiè satisfacit dicens: Omnis tribulatio aut pœna impiorum aut exercitatio iustorū est.

Simile.

Ambr. sup. psal. 118.

D. Augus. lib. 33. qq.

Et

4 Et alibi idem S. Doctor sic ait: Auferuntur ista bona tempora bonis, vt probentur, malis autem vt crucientur. Atq; ita quidam non contemnendus Doctor dixit: Fides inexercitata languescit. Inter arces, quæ hostibus finitimæ sunt, & illas quæ in medio regni ædificatæ sunt, magnum discrimen versatur: quod illæ armis & rebus bello necessarijs sunt munitissimæ, hæ vero minime. Si arces, quæ in toto regno Castellæ veteris sunt, ingrediamini, omnes belli machinas & bellica tormenta rubigine fere consumpta videbitis, thoraces & loricas rubiginosas & puluere conspersas: ita, vt si aliquod bellum vel ciuile vel commune insurgeret, plus operis & numorum in purgandis & reficiendis illis armis consumeretur, quam in alijs denuo conficiendis. Cuius rei pax, quæ nunc viget, causa est: 5 nam cum bella aduersus Mauros quotidie instabant, omnia in promptu ac paratissima erant. Hoc idem equitibus ecclesiæ militatis contingere videmus, qui contradictione deficiente statim animum demittunt, desides fiunt, torpescunt, ac vitijs se tradunt, atque ita tota machina, ideſt, *Toda la artilleria*, Consumpta est rubigine, videlicet, vitio sensuali, quod in multis vsq; ad ossa penetrauit, qui etiã auaritiæ musco ideſt, *Moho* & superbiæ puluere sunt contecti. Qua propter egregiè D. Bernardus ait, ecclesiam catholicam id, quod Rex Ezechias aiebat, posse dicere, videlicet: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Itaque si hodie ad patiendũ pro Christo Domino arma capere iuberemur, sicut quotidie in Gallia & alijs regnis ad hostium infestantium iniuriam repellendam 6 euenire solet, Hispane, *Si oy tocaſſen al armaa padeſcer por Chriſto*, Maior profectò in præparandis armis & in disponendo nos ipsos, quam in moriendo esset difficultas. Nam optima dispositio est, vitia relinquere: potiùs autem concubinarius vitam suam deseret, quam adamatam concubinam: & luxor facilius millies mortem oppetet, quam à ludo abstineat & sic de alijs peccatoribus. Cum res in tanta pace & tranquillitate, sicut modo sunt, non erant, homines vitijs & voluptatibus non ita erant dediti: imò quamplurimi tanto animo & voluntate mortem pro Christo subire volebant, quanta nunc eam multi ex Christianis recusant. Quocirca iusto Dei iudicio fit, vt eorum amici ingentes labores ac tribulationes patiantur. Ideo

Epist. 80. simile.

D. Bernar.

vbi

vbi nos legimus: Prosperũ iter faciet Deus salutariũ nostrorũ, 7
Felix ex Hebræo sic vertit: Aggrauabit nos Deus salute nostra,
hoc est, permittet nos persequi propter salutem nostram. Facil
lime posset omnipotens Deus in cordibus hominũ fidem absq;
illa contradictione, quæ in principio nascentis ecclesiæ habita
est, imprimere: sed quoniam iustis pro Christo pati maxime cõ
ducebat, ideo ipse Dominus permisit, vt illi, qui primi fidem
receperũt, tam crudeliter oppressi necarentur, vt, videlicet, om
nes, qui in progressu ecclesiæ catholicæ in ipsa nascerẽtur, quo
animo ac patienter quidquid eis eueniret, perferrent. Hinc in-
telligetis obscura illa Diui Pauli verba, scilicet: Nunc gaudeo
Coloss. 1. in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionũ
Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. O glo
riose Apostole, vt quid ausus es dicere, Christi Redẽptoris no- 8
stri passioni aliquid defuisse: siquidem illa ad redimendos mil-
le mundos, si tot existerent, sufficientissima fuit? Absit, vt dica
Chrysost. mus, ei merita defuisse. Sed (vt ait D. Chrysostomus) contin-
gere posset, quod, cùm prædicatores hominibus persuadere vel
lent, vt supernum magistrum Iesum Christum imitarentur, eis
sic dicerent: Oportet vos vitam vestram pro Iesu Christo parui
facere: siquidem ipse filius Dei propter obedientiam patris ei
iubentis, vt veritatem prędicaret, & tueretur, ac pro defensione
eius, si se offerret occasio, vitam relinqueret, eam libentissime
obtulit. Vobis ergo idem facere maxime conducit: quia vt prin
ceps Apostolorũ ait: In hoc vocati estis, quia & Christus passus
1. Petr. 2. est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia
eius. Ipsi eis in hunc modũ respõdere possent: Si Iesus Christus 9
mortuus est, ac tot labores pertulit, licet verus homo erat, simul
etiã verus Deus erat, & diuinũ suppositum humanitatẽ illam,
quam sibi vniuit, adiuuabat. Quod si pro veritate mori voluit,
non mirum videri debet: nam anima illa sanctissima veritatem,
pro qua patiebatur, ad oculum (vt aiunt) aspiciebat: nos vero
miseros, fragiles, & caducos pro veritate, quam non videmus,
licet eam credamus, pati difficilius est. Hoc igitur ait D. Paulus
Christi Redẽptoris nostri passioni deficiebat, q; scilicet, purus
homo sicut ego & alij quã plurimi insurgerẽt, & pro defensione
veritatis quã nõ intuebãtur, licet eã crederẽt, hilare ac libẽtissi
me paterẽtur. Atq; ita, cũ ego in carne mea debili pro veritate,

quam

10 quam non video, licet eam credam morior, tũc id, quod Christi
passioni defuit, adimpleo: nam Christus Dominus pro veritate,
quam clare contemplabatur (siquidem anima eius ab instanti
suæ creationis vidit diuinam essentiam, & fuit beata) mortem
obijt. Id vero quod ego patior, est pro corpore eius, quod est
ecclesia: quoniam mei ac sodalium meorũ exemplo multi alij
volunt vitã suã pro hac veritate in discrimẽ vocare, videntes ea,
quæ nos puri homines carne & ossibus sicut illi cõpacti perferi
mus. Quoniam autem sacros Apostolos tot labores, quot pertu
lerunt, pati maxime oportebat, vt, videlicet, omnibus Christia
nis, qui vsq; ad finem mundi futuri sunt, tam glorioſum mane-
ret exemplum: ideo Dominus in præsentiarum eos præadmo
net, & crudelissima prælia ac conflictus, quos passurierant, præ
11 dicẽs adhortatur, vt spiritualibus armis se ipsos munirẽt, & prę
pararẽt, quibus armati hostiũ telis possent faciliùs resistere, cer
tissimamq; de illis victoriã habere. Sic etiã D. Paulũ de grauissi
mis persecutionibus, quas in Hierusalem passurus erat, admo- *Actuũ. 21.*
nuit. Ideo Agabus propheta sumens zonam Pauli & alligans si-
bi pedes & manus dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus: Virũ, cuius
est zona hæc, sic alligabunt in Hierusalem Iudæi, & tradent in
manus gentiũ. Suauissimus autem magister narrans sacris disci-
pulis multos, quos passuri erant labores, verba hæc singulari
dulcedine plena inserit, scilicet: Cùm venerit Paracletus, quẽ
ego mittã vobis à patre, ille testimoniũ perhibebit de me, vos-
que vt idem faciatis, fortissimos reddet.

Hæc vt intelligatis vos nimis attentos esse velim: nam licet
12 ea, quæ dicenda sunt ex se obscura sint ob minimã tamen expe
rientiã quã prohdolor, de illis habemus, obscuriora reddũtur?
Spiritus sancti consolatio non est aliquod peculiare donum,
sed fontes illius sunt tres theologales virtutes, quibus diuinus
hic spiritus quando eas inflat, auget & eleuat, tantum gaudium
& dulcedinem in suorum fidelium cordibus operatur, vt in cor
pora etiam abundantissime redundet, sicut Propheta Dauid *Psal. 83.*
expertus est, qui de hoc agens inquit: Cor meũ & caro mea exul *Simile.*
tauerunt in Deum viuum. Quemadmodum flumina cùm per so
litos alueos fluunt leniter & suauiter collabuntur, cũ verò aqua
rum multitudine hyberno tempore crescunt, ita inundant & ex
tra ripas diffluũt, vt etiã campos longe ab illis semotos irrigẽt:

sic

ſic hæ virtutes operatione Spiritus ſancti, qui eas implet, clari- 13
ficat, & perficit, ſuas inundationes habent, quibus iuſti non
ſolum in mentibus, verum etiam ſæpenumero in corporibus
recreantur. Lumen fidei, quo diuina & cœleſtia cognoſci-
mus, ita aliquando ab ipſa luce, videlicet, Spiritu ſancto clarifi-
catur, vt iuſtus res fidei iam aliquo modo non credere, ſed mani
bus tangere & oculis intueri videatur. Hoc autem facit, quoties
per donum intellectus fidem explicat & illuſtrat, quod qui-
Rom. 15. dem donum à Domino nobis Apoſtolus implorat dicēs: Deus
autem repleat vos omni gaudio & pace in credendo. Huius rei
plenus fuit Eunuchus ille, qui (vt ſacra refert Apoſtolorum hi-
ſtoria) poſtquam fidem accepit, ibat perviā ſuam gaudens. Spes
Actuum. 9. etiam plerūq; tam viua & abūdans hoc diuino ſpiritu volente
eſſe ſolet, vt iuſtus iam non futura ſperare, ſed præſentia certiſsi 14
ma habere ſibi videatur: ac dici non poteſt, aut verbis explicari
gaudium & voluptas, quam hoc iuſti animæ affert: de cuius
Rom. 12. ſpei modo. D. Paulus inquit: Spe gaudentes. Et idem Apoſto-
& Rom. 5. lus: Gloriamur in ſpe gloriæ filiorū Dei. Charitas deniq;, cum
ab Spiritu ſancto ſuis diuinis flatibus afflatur, ingētes flammas,
quæ etiam magnæ voluptatis cauſa ſunt, ex ſe emittit. Porro his
Rom. 8. virtutibus Spiritus ſanctus in ſuorum mentibus operatur illud,
quod idem Apoſtolus ait, ſcilicet: Ipſe ſpiritus teſtimoniū per-
hibet ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei. Quod quidem teſti-
monium licet nos aliquo timore recipiamus, tamen (vt ait Ari
ſtoteles) rerum maximarum, vel tenuis cognitio & certitudo
maximam parit oblectationem. Ecce igitur conſolatio, qua il
le, qui in ſe nihil reperit, quod conſcientia accuſet, perfruitur. 15
Qualis erat D. Ambroſius, cum in hora mortis quædam protu
D. Auguſt. lit ſingularia verba, quæ D. Auguſtinus laudibus magnopere
extollit, Scilicet: Non ſic vixi, vt me vixiſſe pœniteat, nec mo
ri timeo, quia bonum habemus Dominum. O fœlix ille, qui ſic
vitam tranſigit, vt hoc dicere poſsit. Hic vero maxime no-
tandum eſt, inter diſcrimina, quæ in carnalibus voluptati-
bus & ſpiritualibus reperiuntur, hoc vnum eſſe, videlicet, quòd
illæ homines debiles, molles & effœminatos efficiunt, hæ verò
fortes, conſtantesque reddunt. Ideo in Canticis dicitur: Quid
Cantic. 7. videtis Sunnamite (ideſt, pacifica) niſi choros caſtrorum: pro
quo alij choreas verterunt. Sed quæro, quomodo chorus & cho

rea

16rea atq; caſtra inter ſe cõueniãt? Nam caſtra exercitus militantiũ ac bellum gerentium ſunt, chorus vero eſt canentium congregatio: deniq; choreæ ſunt hominum, vel mulierum voluptatem capientium cœtus & multitudo, in qua ipſi ſaltando delectantur. Qualiter ergo ludus & ſaltatio cũ bello conuenit? Multum profecto, quoniam nihil eſt, quod iuſtos tam fortes addimi candum, perſeuerandum, ac patiendum reddat, quam cum iam ipſi ſuauitatem diuini ſpiritus, (quæ talis ac tanta eſt, vt omnia libenter pro ipſa perferri faciat) guſtauerunt. Duæ hominis potentiæ, videlicet, concupiſcibilis, in qua eſt & fundamentum habet ipſa voluptas, & iraſcibilis, in qua fortitudo fundatur, ſic genuinæ & coniunctę ſunt atq; altera alteri correſpondet, vt quò magis in concupiſcibili voluptas augetur, & quo magis ipſa in
17voluptate inflãmatur & incẽditur, tanto magis in iraſcibili fortitudo creſcit, ſiue vt id, quod optat, conſequatur, ſiue vt id, quo iam gaudet non amittat. Qua propter minime mirandum eſt, ſi dulcedo & ſuauitas Spiritus ſancti, cum talis ac tanta ſit, iuſtorũ mentibus tantam afferat fortitudinem, vt ſe ſe omnibus laborũ periculis & contradictionibus exponãt. Hac ſuauitate Sãcti in principio naſcentis eccleſiæ maximè fruebantur, de quibus in apoſtolorum actibus ſic legitur: Eccleſia ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione Spiritus ſancti replebatur. *Actuum. 9.* Ac de ſacris apoſtolis præcipuè in eodem libro dicitur: Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Actuum. 5.* Tantum abeſt, vt laboribus, carceribus, flagellis, tormentis, ac mortibus ſuperarentur, vt
18potius illis gaudio & voluptate afficerentur: talis erat fortitudo, qua eorum mentes firmæ & ſolidatę erant. Et quod magis eſt, gaudebant, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati. Magnum profecto eſt in laboribus quempiam gaudere, ſed multò maius eſſe reputatur, non ſolum in laboribus gaudere, ſed pro Ieſu Chriſto mori & ignominijs affici, ſummam exiſtimare dignitatem. Atque ita diuina diſpenſatione & prouidentia factum eſt, vt ſancti illi viri prius ab ſpiritu ſancto fortitudine muniti eſſent, quam mundus contra eos inſurgeret. Nam (vt ex ſacro euangelio colligitur) licet antea prædicauerint, Dominus tamen non permiſit eos ab aliquo opprimi & vexari quouſque ex alto virtute indu-

ti

ri eſſent. O benedictus ſit talis Deus, glorificata talis pietas. Ter-
Domine cœlorum angeli & terrarum iuſti benedicant & col-
Pſal. 9. laudent, qui tuis ſic faues & auxiliaris. Merito ergo S. Dauid
ait: Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Et in cõ
textu Græco atq; in paraphraſi Caldaica habetur: Orphano tu
eras adiutor. In quo oſtẽditur, quam continuus ſit pijſsimi Dei
fauor ergà illos, qui ſe à mundi fauoribus omnino abdicarunt.
Ideo dum ait: Eras adiutor, perinde eſt ac ſi diceret: orphano tu
eras, es, & eris adiutor: vt plane videatis, quanto otio & ſecurita
te orphanus huiuſmodi tutela ac protectione poteſt viuere. Eia
igitur fratres mei, quid facitis? Quare vobis hæc audientibus
corda veſtra deſiderio eorum non inflammãtur? Et quare, cùm
mundus tantis contradictionibus ſit plenus, arma hæc, quibus
non ſolum minime vincemini, ſed gratiſsimam victoriam repor- 20
tabitis, diligentiſsime non quæritis? Si autem à me quæratis,
quid remedij ad tot tantaq; dona comparanda inueniendum
Luca. 11. ſit? ad hoc reſpondeo, ſummam veritatem per S. Euangeliſtã
Lucam dixiſſe: Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs
veſtris: quanto magis pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonũ
petentibus ſe, hoc eſt, Dona Spiritus ſancti? Ergo hæc dona ab
æterno patre per merita Ieſu Chriſti filij eius cõdenter ac ſum
mis precibus efflagitate: nam merita Ieſu Chriſti totius noſtræ
ſpei & fiduciæ debent eſſe fundamenta. Atq; ita vbi nos legi-
Iſaiæ. 15. mus: Dominus fundauit Sion, & in ipſa ſperabunt pauperes po
puli eius, alia tranſlatio habet: In ipſo ſperabunt pauperes po-
puli eius: & ſic eſt in contextu Græco. In quo docemur quod
quamuis iure optimo ſpem habere & confidere poſsimus, Deũ 21
per merita ſacroſanctæ eccleſiæ, quam Chriſtus verus ſaluator
in mundo fundauit, nobis propitium fore: principalius tamen
in ipſo, cuius merita infiniti valoris ſunt, nos oportet confidere.
Vnum tamen vos non latere cupio, videlicet, orationem hanc,
vt id quod intenditis conſequamini cum conſcientiæ puritate
ac bonis operibus coniunctam eſſe debere. Idcirco B. Apoſto-
1. Tim. 2. lus orandi formam tradens inquit: Volo viros orare in omni lo
1. Corint. 3. co leuantes puras manus. Idem Apoſtolus ait: Templum Dei
ſanctum eſt, quod eſtis vos. Vt autem quilibet ſciret, qualis eſ-
ſe deberet, Dominus Salomoni iuſsit templũ ædificare, quod
totius vitæ noſtræ & actionum ſingulare eſſet exemplar. At in

ter-

22 ter præcipua, quæ templum illud habebat, erant duo altaria, alterum intus in oraculo, alterum vero foris: in illo thus igne cō-
crematum offerebatur, in hoc animalia mactabantur, & in obla
tionem offerri consueſcebant. Hoc idem in quolibet noſtrorū
oportet eſſe, ſcilicet, in interiori animæ, hoc eſt, in portione ſu-
periori quoddam altare eſſe debet: in quo thus deuotæ oratio-
nis igne diuini amoris inflammatæ offeratur: in portione verò
inferiori, vbi carnis affectus ſunt, alterum eſſe debet: in quo bru
ta animalia, videlicet, inordinati appetitus mactentur & ſacri
ficentur. O quam gratum ſacrificium Domino fit, quoties gla-
dio diuini timoris eius omnes paſsiones & affectiones ſuæ ſan-
ctæ voluntati contradicentes mactamus. Nemo cogitet vnum
duntaxat horum altare ſufficere, nam duo eſſe maxime opor-
23 tet, imo & neceſſario nobis habenda ſunt. Quam plurimi ex-
tant, qui interius habent altare, ſeque orationi tradunt & deli-
cias illius habere conantur, ſed nihil, quod eos aliqua moleſtia
afficiat, agere volunt: nec enim ambitionem, nec ſuperbiam,
nec iram, aut cupiditatem ſuam mortificare & comprimere
contendunt. Quid vero iſti à Domino in oratione poſtulent,
penitus ignoro: nam ſi gratiam ad te ipſum vincendum & ad
euellendas proprias paſsiones, atq; ad ſubijciendum diuinæ
obedientiæ corpus & animam precibus non expoſtulas, quid
obſecro in oratione petis? Siquidem poſtquam oraſti & thu-
ris ſacrificium obtuliſti, omnes appetitus tui viui remanſerūt,
nec eos ſacrificare voluiſti. Conare igitur, chariſsime frater
hæc duo altaria in te habere, & hos duos ſacrificij modos perfe
24 ctiſsime offerre: hæc eſt enim regia via, qua dona & conſola-
tiones Spiritus ſancti comparantur.

Deinde ſacris diſcipulis Dominus ait: *Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.* Hoc eſt: Labores, quos paſſuri eratis, prædixi vobis, nè poſteà in illis offendatis & ab ipſa virtute cadatis ac declinetis. *Quoniam non ſolum abſque ſynagogis facient vos, ſed venit hora vt omnis, qui interficit vos, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo.* Hoc eſt quod D. Paulus de ſe ac ſocijs ſuis dixit: Tanquā purgamenta huius mundi facti ſumus. Pro quo alij verterunt: Tanquam luſtramenta huius mundi facti ſumus, ideſt, tales nos mundus reputat, & in tali exiſtimatione ab infidelibus habiti ſumus, vt exiſtiment, Deos ſuos nulla alia re, quam ſanguine 1. Corin. 4.

& morte nostrorum, quo ab ipsis beneficia, accipiant posse fa- 25
cilius placari. O rem stupendam & omni admiratione dignam.
Quæ patientia sanctis illis viris necessaria erat, vt tormenta tan-
to errore illata æquo animo paterentur?

Et hæc facient nobis, quia non nouerunt patrem nec me. Ex hoc infer
tur, nos multo magis nunc eos posse admirari, qui cum sint Chri
stiani illuminati fidei splendore iustos ac sanctos viros, eò quod
ipsorum vitia increpant, odio habent & persequuntur. Nam illi
quoniam infideles erant, nec veritatem intelligebant, arbitran-
tes se obsequiũ præstare Deo, crudelitates illas horrendas per
petrabãt: tu vero ò Christiane, qui scis & intelligis te in his graui
ter Deum offendere, quare non erubescis, confunderis, & timo
rem concipis animaduertẽs terribilia, quæ tibi ob tam grauem
abominationem parata sunt, tormentorum genera? O infini- 26
tæ maiestatis Deus & pater luminum, per immensam clemen-
tiam tuam hos cæcos illumina, vt aperte videant quo eos mali-
tia sua perduxit, & antea quam furor tuus eos absorbeat, tantis
malis mederi, seque in meliorem frugem recipere conentur.

*Sed hæc locutus sum vobis vt cum venerit hora eorum reminiscamini,
quia ego dixi vobis.* Magno enim solatio vobis erit cum huius tan-
to tempore ante à me prædictæ veritatis memineritis. In quo me
verè Deum esse apparet, qui ea, quæ ventura sunt, infallibiliter
scio quiq; vobis in omnibus vestris laboribus adero & opẽ fe-
ram, quo vsque ab illis eripiamini ac præmijs dignis donemini.
Cum populus Israeliticus (vt nobis refert sacra pagina) in mag-
Exod. 3. naesset afflictione Dominus Prophetæ Moysi apparuit, eiq; di
xit: Vidi afflictionem populi mei in AEgypto & clamorem 27
eius audiui, & sciens dolorem eius descendi, vt liberarem eum
de manu AEgyptiorum, & educerem de terra illa in terram bo-
nam. O infinitæ potẽtiæ Deus. Nunquid Domine, siquidem
te miseri illi & calamitatibus oppressi ad misericordiam prouo-
cauerant, eos è cœlis vbi eras absque eo quod in terram descen-
deres non poteras liberare? O admirabilem omnipotentis Dei
pietatem, qui afflictorum miseriam ità compatitur, vt velit
etiam, quod ipsi intelligant se cum eis in eorum esse afflictio-
nibus. Cum igitur ait: Descendi vt liberarem eum, singula-
ris quidam amor, & indulgentia atque cordis teneritudo ip-
sius Dei erga illos, qui propter ipsum patiuntur, denota-

tur

28tur. Quo circa fratres dilectiſsimi, cum nos laboribus & fortunæ caſibus ſeu contradictionibus oppreſſos viderimus nè deficiamus aut animo cadamus, ſed in hoc fideliſsimo ſocio confidentes ſpem habeamus, eum nos, ſi patienter perſtiterimus, diuites gratia ad præmia perducturum gloriæ, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

AD LECTOREM.

PRo die Pentecoſtes, & feria ſecunda & tertia eiuſdem ſolennitatis in volumine, quod de ſanctis in lucem edidimus, proprias conciones reperies: quatuor etiam conciones in feſto ſanctiſsimæ Trinitatis inuenies, quod celebratur 29dominica prima poſt pentecoſten.

DOMINICA II.

Poſt pentecoſten

CONCIO PRIMA.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & inuitauit multos, &c. Lucæ. 14.

1 VNigenitus filius Dei cum in mundum non ſolum ad redimẽdum verum etiam ad erudiendum nos veniſſet, (ſicut eius pater æternus per Iſaiam Prophetã promiſerat dicens: Ecce dedi eum ducem ac præceptorem gentibus) poſtquam hoc negotium incepit, ab eo omni loco & tempore oblata opportunitate non deſtitit. Atque ita cum introiſſet in domũ cuiuſdam principis Phariſæorũ Sabbatho mãducare panẽ, & occaſione illius cõuiuij quidã ex inuitatis dixiſſet: Beat⁹ qui mãducabit panẽ in regno Dei, ipſe parabolã hac elegãtiſsimã ꝓpoſuit, in qua cœleſtis *Iſai. 55.*

cœnæ magnitudinem, & inuitantis liberalitatem, atq; eos, qui 2
ab ea repudiandi, quiq; in ipsa admittendi sunt, commemorat.
Incipit ergo parabola: Homo quidam fecit cœnam magnã, &c.
Per hunc hominem pijssimus Deus significatur, quod quidem
nomen singularem eius clementiam & benignitatem designat.
Cum Dominus furorem suum, iram, atq; iustitiam significare
vult, in sacra scriptura Tigris, Leo, aut Vrsus vocatur, sicut apud
Oseæ. 13. S. Oseam vbi sic ait: Ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via
Assyriorum. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirum-
pam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo:
bestia agri scindet eos. Cum autem pietatem suam aut amorem
insinuare vult, homo appellatur. Atq; ita dicitur apud S. Za-
Zacha. 13. chariam: Homo agricola sum, & hic: Homo quidam fecit cœ
nam magnam. Sed in primis notandum est hoc Dei comui- 3
uium non vocari prandium, quod meridie fieri solet, sed dici-
tur cœna, quæ vesperi & in fine diei parari consueuit, & vltra
quam nullus alius cibus sumitur. Mundus suos ad prandium
inuitat, sed ipsos absq; cœna relinquit: eis in vita nimias deli-
cias ac voluptates offert, vesperi vero, ideſt, mortis hora con-
uiuas suos fame enectos & absque cœna dimittit. Ideò Prophe
Baruch. 4. ta Baruch nomine mundi dilectos eius sic alloquitur: Nutriui
illos cum iucunditate, dimisi autem illos cum fletu & luctu. O
immense Deus, quem fletum, quem luctum, & quem planctũ
amatores mundi incipient, postquam ab hac miserabili vita di
scesserint? Fames enim propter inordinatam abundantiam,
qua in hoc mundo largiter vsi sunt, eos magnopere vexabit,
Psal. 18. atque grauissime torquebit. De quibus sanctus Dauid ait: Con 4
Iob. 21. uertentur ad vesperam & famem patientur vt canes. Et B. Iob
postquam de ipsis dixit: Tenent tympanum & citharam & gau
dent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos & in puncto
ad inferna descendunt: paulo inferius adiecit: Quoties lucerna
impiorum extinguetur, (ideſt, cum eorum vita consumpta fue-
rit.) Quid tunc erit? Sequitur: Superueniet eis indignatio, & do
lores diuident furoris sui. Erunt sicut paleæ ante faciem venti,
& sicut fauilla, quam turbo dispergit: & cum reddiderit eis,
id est, cum Dominus eos, sicut eorum peccata merentur, pu-
nierit, & pœnas luere fecerit, tunc sciet, hoc est, tũc quilibet eo
rum fraudem, in qua vixerunt, intelliget. Videbunt oculi

eius

5 eius interfectionem ſuam, ideſt, æterna ſupplicia, quibus torque
bitur, aſpiciet. Et de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad
eum pertinet de domo ſua poſt ſe? Poſtquam, ò infœlix pecca-
tor, in inferno fueris, quid tibi potens & illuſtris familia, quam
in mundo reliquiſti, proderit? Quod filij tui diuites ac potentes
in ſæculo manſerint, non ſolum minime gaudebis, verum prop-
ter peccata, quæ ipſi tuis depranatis exemplis commiſerint, cru
deliſſime torqueberis. O verba horribilia illis præcipue, qui lar
giter in menſa huius mundi omnibus eius voluptatibus perfruẽ
tes, epulantur. Medicus ægrotos, qui in prandio cibum ne- *Simile.*
ceſſarium ſumunt, cœna priuari iubet. Sic Deus ijs, qui in hac
vita temporalibus bonis ſaturantur, & ſtomachum ſuum, vide-
licet, voluntatem caducis voluptatibus implent, præcipit, ne
6 æterna beatitudinis cœna perfruantur. Ideò in fine huius euan-
gelij ait: Dico autem vobis quod nemo virorũ illorum guſta-
bit cœnam meam. Dicitur vero cœna magna propter magni-
tudinem epularum, quæ in illa exhibentur. O cœnam illuſtriſ-
ſimam, quam ſemper votis omnibus deſiderare debemus, ſiqui-
dem ipſe Deus cibus eſt, qui in ea apponitur. Itaque omnes con
uiuæ eandem eſcam & in eodem cratere & lance (in qua Domi-
nus) edunt: ibi enim non vnus cibus Domino & alius inuitatis
conditur, ſed ſicut ipſe Deus veſcitur & fruitur ſua diuina eſſen
tia: ita conuiuæ eadem diuina eſſentia veſcuntur & perfruun-
tur, atque in ea ſaturantur & beatificantur. Quæ autem ſit &
quanta hæc voluptas linguæ hominum aut angelorum nequeũt
explicare. Si domum alicuius principis aliquando ingrederis *Simile.*
7 ibique vides ex furfuribus candidos ac ſapidos panes ſeruis &
famulis ipſius Domus fieri, ſtatim ex eo colligis panes, qui ex
farinæ flore domino ac filijs compinguntur, ita eſſe perfectos
vt meliores vix poſſint cogitari. Sic ex bonis huius miſerrimæ
vitæ ad æterna cœlorum bona poſſumus argumentum forma-
re. Si voluptates huius mundi depromptæ ex furfuribus, vide-
licet, ex creaturis, quæ ſeruis, ſcilicet, corporibus humanis
dantur, tanta delectatione & ſuauitate nos afficiunt, quales
erunt deliciæ, quæ ex infinita Dei diuinitate chariſſimis filijs
ipſius, videlicet, iuſtis educuntur? Merito profectò Diuus
Paulus eas æternum gloriæ pondus appellat. Tanti enim 2. *Corin.* 4.
ponderis ac momenti voluptas illa eſt, vt mentes ipſæ (niſi ad

Matth. 25. id diuino numine fuissent adiutæ) eam nullo modo ferre possent. Magnitudinem hanc Dominus etiam significauit, cum dixit: Intra in gaudium domini tui. Vbi insinuatur, gaudium illud esse quasi abyssum vbi iustus submergitur, quo beatorum quisque adeo plenus, hilaris, & contentus est, vt nihil quod alius habet, omnino desideret. 8

Exod. 16. In sacris literis S. Moyses populum Hebræorum nomine Dei sic allocutus fuisse legitur: Colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum Gomor per singula capita. Mirabile certe est, vnam duntaxat illius cibi mensuram magnis ac paruis suffecisse, & illa omnes contentos & satiatos fuisse. Qui igitur tam paruo bono omnibus illis satisfecit, quare in cœlo iustis, eis suam infinitam essentiam tribuens non ita satisfaciet, vt alij alijs nō inuideant? S. Ioseph in AEgypto fratres 9
Genes. 43. suos ad prandium inuitasse legitur. Et sederunt (inquit sacer textus) coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Et mirabantur nimis sumptis partibus, quas ab eo acceperant, maiorq; pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet. Dignum profectò admiratione extitit, eos, qui antea fratri suo Ioseph propter peculiarem parentis erga eum amorem inuidebant, postquam simul cum eo mensæ accubuerunt, ab omni inuidiæ genere cessasse: quā uis excessus beneficiorum ab ipso Ioseph in illos collatorum non cessauerit. Inquo certe significatum fuit, omnes querelas & inuidias in illo cœlestis gloriæ æterno conuiuio, cui verus Ioseph Iesus Christus ministrabit, deponendas fore. Nam ordinatissima eius dispositio tam integram & perfectam 10
in vno quoque beatorum efficiet voluptatem, vt nullus eorum licet alios plures gloriæ gradus possidentes videat, tædium aliquod vel molestiam accipiat. Hæc ergò splendidissima cœna in pulcherrima & amplissima cœlorum aula proponitur: cuius excellentiam & amplitudinem nullus intellectus humanus potest comprehendere. Etenim si omnes huius mundi homines vno ore & corde effecti suis artibus, ingenio & potentia iucund uædam ac ditissima, & quæ meliora fierinon possent, pa lificare contenderent, qualia obsecro esse possent? Mu tur meliora vnus dūtaxat angelus, quippe

pe qui omnibus hominibus potentior eſt, ea ſi vellet conſtrue
ret. Sed his etiam alia longe pulchriora ac meliora omnes
hierarchiæ cœleſtes, ſi in vnum coniungerentur efficerent.
Ergo quanto his omnibus meliora ab ipſo ſummo rerum om
nium artifice, qui homines & angelos ex nihilo creauit, &
in cuius comparatione omnes, tanquam ſi non eſſent, ſunt
fieri poſſe cogitatis? Talia igitur erunt pulcherrima atria
illa, quæ ſummi Dei in ſuorum filiorum atque electorum
domicilium omnipotens dextera ædificauit. Nam cum Do-
minus propenſionem, naturam, & capacitatem noſtram opti-
mè ſciat, illumque locum in delicias noſtras ac perfectum
otium & tranquillitatem creauerit, in eo nihil ex omnibus
quæ deſiderari poſſunt, deeſſe certiſsimum eſt. Quod qui-
2dem regius Propheta conſiderans dicebat: Quam dilecta ta- *Pſal. 83.*
bernacula tua Domine virtutum concupiſcit & deficit anima
mea in atria Domini. Ideſt: Anima mea gaudio proſilit &
deſiderio pulcherrima atria tua videndi liqueſcit. O quam
ingens fratres mei hoc nobis confuſio eſt: qui hæc omnia au-
dientes tam gelidi remanemus, acſi ea non crederemus. Nam
ſi illa, ſicut S. Dauid, paulò altius euolueremus, ſine dubio
ſuſpiria ex corde traheremus, vt illa conſequeremur, & om
nibus huius mundi voluptatibus, ſicut ipſæ merentur, con- *Iſaiæ. 28.*
temptis efficaciter ea cuperemus. Ita nos ſanctus Iſaias admo
net dicens: Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebrio-
rum Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius,
quaſi temporaneum ante maturitatem autumni. Quibus ver- *Simile.*
3bis S. Propheta honores, lætitias, ac voluptates huius mun-
di cum fructu temporaneo comparat, qui antequam ad matu-
ritatem perueniat, manducanti talem dentium ſtuporem generat
vt quamuis non ſit ſaturatus tamen optimos cibos & delicatiſsi-
mas epulas edere non poſsit. Sic huius mundi deliciæ, cum ni
hil ſint & illis fruentem ac veſcentem non ſatient, ſaporem ac
deſiderium gaudiorũ, conſolationum q; cœleſtiũ auferũt. Ideò
S. Propheta affirmat, nos ipſas debere contemnere & pedibus
cõculcare, quod verè, (ſi Deũ, vt iuſtũ eſt, diligeremus) ac ſine
dubio cõpleremus. Nam ſicut duo, qui ſe ad inuicẽ amore pro *Simile.*
ſequuntur, cum abſentes ſunt, nihil eis vel epiſtolæ, vel nuntij,
vel dona, ſed ſola chariſsimi ſodalis præſentia ſatisfacit ipſum q;

satiat & consolatur: ita qui vere Deum diligunt in nulla re, nisi 14
in eo solatium & voluptatē inueniunt: & ideo semper eius præ
sentiam suspirando videre cupiunt. Nam si sponsus, videli-
cet, Deus pro sponsa hoc est, pro anima iusti suspirat & ait:
Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox
enim tua dulcis & facies tua decora, quanto potiori iure mens
ipsa desiderijs illum videndi inflammata dicere debet: Ostende
mihi faciem tuam, &c? Siquidem de eo illud Prophetæ Dauid
Psal. 15. dicere potest, scilicet: Dominus pars hæreditatis meæ. Si autem
quæritis, qualiter Deus, cum sit tota hæreditas, ac totum bonū
hominis, pars esse potest? Ad hoc respondetur, illum in se esse
integram hæreditatem, quæ beatificat, in eo verò, qui beatifica
tur, esse partem: quia nullus beatorum nec omnes possunt eum
B. Thom. totaliter comprehendere, ideſt, omnibus modis, quibus com- 15
p. q. 12. art. prehendi potest, vt egregiè angelicus Doctor D. Thomas ad
7. ad. 1. notauit. Ergo agite charissimi fratres & corda sursum leuate,
siquidem in terris nihil, quod desiderari possit, reperitur. Ad
hanc igitur lautissimam cœnam noster omnipotens Deus, qui
benedictus sit in sæcula, nos magnificentissimè inuitat. Quod
vt compleret, *Misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, Vt veni-
rent, quia iam parata sunt omnia.* Hora cœnæ, ideſt, tempore op-
portuno, videlicet, dum in hac vita sumus, in qua nunc interio
ribus inspirationibus, nunc prædicatoribus, nunc calamitati-
bus, nunc fauoribus & auxilijs nos vocat: & vnumquodque ho
rum seruus Dei dici potest. Hi autem nuntij quid dicunt? Hoc
scilicet, iam parata sunt omnia, *Ya esta muy apunto todo*: Non
est cur amplius expectetis. Veteres illi & antiqui patres, licet 16
ex hoc mundo pleni meritis prodierunt, non tamen statim illa
cœlesti cœna potiti sunt, multo enim temporis spatio, videli-
cet, quousque Christus Saluator noster sanctissima morte
sua cœlorum ianuas aperuit, in limbo expectauerunt: nunc
vero nulla alia re opus est nobis, quam manus abluere, &
statim cœnæ possumus accumbere. Volumus dicere, quod
mentes, quæ ex hoc mundo omnibus sordibus omnino ex
purgatæ & cunctis virtutibus adornatæ exeunt, statim
in gloriam omnipotenti Deo fruituræ ingrediuntur: sicut B.
Hebr. 9. Apostolus testatur dicens: Christus assistens pontifex futu-
rorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non

manu

17 manu factum, nec per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. De quo etiam eleganter B. Thomas multa ait. Atq; ita Dominus latroni iuxta se pẽdenti dixit: Amen dico tibi hodie eris mecũ in paradiso. Ideſt: Ego breui admodum pro te & totius mundi salute moriar: & ideo statim vt animam exhalaueris, diuinitatem videbis, & ea frueris: quæ visio & fruitio vera & ineffabilis deliciarum paradisus est. Ideò ait: Iam parata sunt omnia. *Ya esta hecha la costa, Y la mayor que nunca se hizo*, Siquidẽ mors innocentissimi agni Iesu Christi fuit. Atq; ita, vbi nos legimus: Exultauit vt gigas ad currendam viam, alij transtulerunt, Exultabit vt gigas ad currendam viam. Et sic est in contextu Græco & paraphrasi Chaldaica. In quo significatum est, ad 18 uentum filij Dei in mundum, atq; eius mortem, quam pro nobis lubentissimè subiuit, tantum valere, ac si quotidie ipse Dominus in mundum veniret & mortem susciperet. O immense Deus: qualiter non confundimur videntes omnia ex parte tua paratissima esse, ex nostra verò cuncta deficere? Igitur quilibet nostrum mentis oculos in conscientia sua figat, & eam omnibus rebus necessarijs, vt dignè ad hanc Dei mensam accedat, spoliatam esse videbit. Hoc etiam lacrymis & commiseratione dignum est, quod cùm cœna, ad quam Deus homines inuitat, opulentissima atq; excellentissima sit, ipsi de quouis minimo oblato negotio occasionem sumunt, vt ea non fruantur: sicut in hoc quod hic Dominus ait, manifeste apparet, scilicet, cœperunt simul omnes se excusare. Et quod peius est, ita se ipsos 19 excusant, vt aliqui dicant: Non possumus venire: ac si plus vtilitatis in ijs quæ præmanibus habent, quam in ijs quæ relinquunt, videlicet, in cœna, ad quam inuitantur, essent percepturi. Antè quàm autem de excusationibus, quas afferunt, agamus, velim animaduertatis res istas, quæ hos, de quibus sacra euangelij lectio agit, impediunt, non esse ex illis, quæ de se malæ aut in diuina lege prohibitæ sunt, vt furta, adulteria, homicidia, sed ex illis, quæ cõmuniter bonæ ab hominibus reputantur. Vnde infertur non solum illa, quæ aperte sunt de prauata, verum etiam illa, quibus mundo inseruire solemus (licet optima videantur) si eis parce & moderate non vtimur, posse nos æternæ gloriæ voluptatibus priuare & in perpe-

D. Tho. 3. p. q. 49. ar. 5 Lucæ. 23.

Psalm. 18.

tuis tormentis sepelire. Atque (vt vera dicam) apud Chri- 20
stianos in his aliquo modo maius, quam in alijs periculum est. Nam adulteria, furta, & homicidia & cætera, *Como tienen la cara descubierta*, Facillimè cognoscuntur, & ab eis nos ipsos auertimus: at vero damna & incommoda, quæ ex alijs secundis rebus euenire solent, *Como vienen cubiertos*, Non tam facile vitantur. Certum est enim, hominem facilius posse alienam mulierem non rapere, quam sua moderate vti, faciliusque non furari, quam bonis suis bene vti, & sic de alijs. Iccircò vitæ spiritualis Reformator Iesus Christus non solum ea, quæ praua sunt, prohibet, sed etiam periculum, quod in bonis esse solet, in hac sacra euangelij lectione nobis ostendit. Qui dam itaque ex inuitatis hanc prębuit ex
cusationem: Villam emi, & necesse habeo exire & vi- 21
dere illam, rogo te habe me excusatum. Quasi diceret, Deo intime inseruire, & curam de re familiari habere mihi difficile videtur. Cùm ait, videre illam, innuit ex cupiditate oculorum impedimentum ad bene operandum oriri. Auarus enim opes suas ac facultates videndo nunquam satiatur, & si quotidie eas non auget, quotidie ei pauciores videntur: qua cupiditate inflammatus plures quotidie compa rare, vineas emere, & domos ædificare contendit. Qua propter omnibus, qui hoc morbo laborant, S. Isaias ait: Væ
Isai. 5. qui coniungitis domum ad domum & agrum ad agrum copulatis vsque ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Ecce qualiter S. Propheta eos non propter latrocinia commissa, sed propter cupiditatem, qua mul- 22
ta superflua habere conabantur, reprehendit. Et ideò non ait: Væ qui furamini domos alienas, sed, væ qui coniungitis domum ad domum. Nam si res illis supererant, alijs de futuras esse certum est, tum vel maxime quia cum ad cœlestia comparanda cœlestium nobis desiderio opus sit, ea, quæ rerum desiderium impediunt, ipsarum etiam consecutionem impedire solent: cum vero mens in his temporalibus bonis effrænata quadam cupiditate immergitur, etiam ad æterna desideranda impeditur. Quemadmodum si quis ad splendidissimum conuiuium & pretiosissimis epulis adornatum inuitaretur, & paulo antequam illuc pergeret, cepis, allijs, atque
Simile.

id

23 id genus crasis cibis ventrem expleret, certe appetitus eius
ac desiderium vescendi illis preciosis epulis hebetaretur. Nam
(vt est in prouerbio) ientaculum tenue prandio priuat opipa-
ro. Et ad hoc referre potest illud D. Pauli, scilicet: Ani-
malis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, idest:
Homo, qui se totum appetitibus sensitiuis & irrationalibus 1. Corin. 2.
tradit, cœlestia & Spiritualia contemnit. Hoc autem incon-
ueniens ex mundi voluptatibus generaliter oritur, quæ licet
legitime possideantur, si tamen inordinate executioni man-
dentur, gignunt in mente hoc bonorum spiritualium fasti-
dium. Quocirca homo non solum attendere debet quales
delicias capit, sed etiam quantum ex eis sumit, vt & secun-
dum qualitatem iustus, & secundum quantitatem parcus
24 moderatusque sit. Hæc vero intemperantia licet in omni-
bus huius mundi bonis nociua sit, eam tamen diuinæ literæ
maxime in diuitijs damnant: istæ enim sunt velut instrumen
tum, quo omnia temporalia bona comparãtur, & quibus homo
vires ad satisfaciendum appetitibus suis accipit. Ideò, vbi nos
legimus: Dies effectus sum, (scilicet, mea industria non Dei au Oseæ. 21.
xilio) inueni idolum mihi, Hebraice est: inueni vim mihi. Vbi
diuitiæ, quibus erat effectus ille dies, quæ in nostra transla-
tione idolum vocantur, dicuntur vis diuitis: illis enim dies ad id
quod vult, animum recipit. Et idcirco idolum etiam vo-
cantur: quoniam fiducia, quæ in solo Deo homo habere debe-
bat, in ipsis ab eo collocatur. Atq; ita Salomon dixit: Substan- Prou. 10.
tia diuitis vrbs fortitudinis eius. Adhæreat (faxit Deus) hæc fra
25 tres mei cordibus vestris cœlestis doctrina, vt omni cura ac soli
citudine cupiditatem ab eis euellatis, quam. D. Paulus radicem
omnium malorum appellat. Possumus etiam & fortasse con 1. Tim. 6.
uenientius dicere, Villam emere significare superbiam &
ambitionem, qua homines primatus & dominationes hu-
ius mundi acquirere contendunt, eosque cœlestibus gloriæ
bonis anteponunt. O ingentem dementiam, qua non tan-
tum aurum præbent, cum, scilicet, volaticos honores emũt,
sed, quod plus est, animas suas diabolo tradunt. O pessi-
ma & modis omnibus detestanda commutatio. Hinc Beatus B. August.
Augustinus sic ait: In villa empta dominatio notatur, er- lib. de verb.
go superbia castigatur. Habere enim villam & possidere, Dñi. Ser. 33

re, homines in illa subdere & dominari delectat: vitium malum: 26
vitium primum, primus quidem homo dominari voluit, qui
Dominum habere noluit. Quid est dominari nisi propria pote
state gaudere? Villam emi, habe me excusatum. Inuenta su-
perbia ad cœnam venire noluit. Hæcille. Conuenienter igitur
superbia & ambitio in primo conuiua, qui se excusauit, signifi-
cata sunt, quia grauissimum peccatorum est secundum suum
genus, eò quod excedit in auersione, quæ formaliter pecca-
D. Thom. 2. tum complet, vt optime B. Thomas inquit.
2. q. 162. ar Maxime etiam hic ponderandum est, hunc inuitatum se nō
ticu. 6. excusare dicendo castrum, ciuitatem, aut regnum emi, sed
villam se emisse ait. In quo tanta esse auari & ambitiosi cupidi
tas ostenditur, vt pro vilissima re rem tantam, videlicet, cœ-
lestem gloriam contemnat. Nam etiam insanum esset, & à ra- 27
tione alienum tantum bonum pro totius mundi monarchia &
Matth. 16. imperio amittere: quia (vt ait Dominus) Quid prodest homi-
ni, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detri-
mentum patiatur? Et, (quod peius est,) impius iustam se
habere excusationem existimat, ideo ait, Rogo te habe me
excusatum. Quod perinde est ac si diceret, Dominus sum, alie
nis & plurimis curis vexor: seruire Deo nequeo, verbum Dei
& rem sacram audire minime vacat: Regni cœlestis iustitiam
meditari multis implicatus negotijs non valeo. O stulte, stul-
te, itanè Deum, qui falli non potest, & cordium scrutator est,
cogitas decipere? Vere tu ipse seduceris. Quapropter non so-
lum illa ineffabili cœna haud frueris, verùm etiam æternis sup
pliciorum generibus in inferno cruciaberis. 28

Et *alter dixit*. *Iuga boum emiquinque & eoprobare illa*. Per hunc
cupidi & auari proprius significantur, qui nimia cupiditate
totam vitam in emendis bobus atque alijs animantibus ad ter-
ram subigendam consumunt. Hoc vero maxime mirandum
est, quod tam ille, qui villam, quam qui boues emerat, emp-
tiones illas antequā res emendas viderent fecerunt. Et hoc
vnum est ex præcipuis hominum malis, scilicet, ea, quæ arden
ter cupiunt, & quorum amore flagrant, non contemplari.
O miserrime peccator, qui diuitias, honores, ac voluptates
nec prius id quod cupis & intendis, consideras, nec quid inde
vtilitatis ac emolumenti percipies, postquam illud obtinue-

ris

29ris animaduertis? Merito igitur de te & tuis similibus S. Dauid ait: Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulant. Nō sic mens illa sancta fecit, de qua dicitur: Considerauit agrū & emit eum. Prius considerauit, & postquam bonū esse cognouit, tunc illum emit. *Prouer. 31*

Et alius dixit, Vxorem duxi & ideo nō possum venire. O *sancta Maria señora*: Quæ res tam stupenda. Cum matrimonium à Domino institutū fuerit, & in eo gratia ex opere operato, nisi aliquod impedimentū adsit, conferatur, ac de ipso D. Paulus dicat: Honorabile connubiū & thorus immaculatus: eo dementiæ humana malitia peruenit, vt id, quod in remediū animæ & in viam salutis conceſſum fuit, in suam homines verterint damnationem. *Heb. 13.*
Res quidem commiseratione digna est, esse aliquos homines,
30quibus si vt Deo inseruiant, persuadere velis, respondebunt, se, quia vxores habent, minime posse. O miseri, nonnè matrimoniū ad euitanda peccata, & non vt causa eorum sit, institutū est? Quarè ergò dicitis, vos, quia coniugati estis, non posse Deo seruire? Forsan respondebitis: O pater cum sis in loco tuto, & hūc statū coniugalem nunquam expertus fueris, ad tuū placitum secure loqueris. Quid mihi prodest habere cōiugem, quæ vnius inconuenientis sit remedium, si ipsamet aliorum millium, quibus absq; illa non vexarer, mihi est occasio? Illa enim sua feritate mihi multarum iracundiarum, suis varijs vestium cultibus multorum sumptuū, suis dissolutionibus & impudicitijs multarum suspicionum ac solicitudinum, suis deniq; inuidijs, quibus
31alijs inuidet, multarum litium & contentionum causa est. O *vala me la santissima Trinidad*: Tot nè ac tanti sunt mulieribus defectus? Ita profectò ac multò plures maioresq;, non omnibus sed aliquibus. Ergo illas, quę his morbis laborant, vos cōiuges oportet diligentissime docere, ad hoc enim Deus cum illis vos coniunxit. Matronæ Romanæ inter se non minus de honestate & pudicitia contendebant, quam viri earum de pluribus victorijs reportandis bello, armis ac viribus decertabant. Atq; ita fanum Deæ Honestati, in quod nulli fœminæ alicuius impudicitiæ nota infectæ ingredi fas erat, ædificarunt. Si igitur honestas in illis Ethnicis mulieribus florebat, quanto maiori ratione in Christianis nitescere oportet? Vnū tamen velim, vt oēs fœminæ diligēter perpendant, videlicet, solam castitatem in muliere non suffi-

cere.

cere. Quid enim prodest castitas, si alioquin superbia, inuidia, ri32
xa, cõtetio, loquacitas, atq; cętera id genus mala cũ illa cõiũgã
tur? Hoc ergo vos cõiuges vxores vestras zelo animarũ suarum
erudire oportet: memẽtote parentẽ nostrũ Adã, vt vxoris suæ
appetitui & volũtati satisfaceret, ex oblato cibo comedisse &
mortuũ fuisse: q; si nõ comederet, vterq; minime moreretur, sed
propter viri cõstantiã mulieri remediũ adhiberetur. Cũ vxor
tua, quæ est altera Eua, vetita cupit: cũ, inquã, corporis ornamẽ-
ta, vestiũ elegantiam, ancillarũ põpam, atq; alia multa impertinentia desiderat, suaq; desideria absq; tuo consensu exequi non
potest, si tu, ne eã molestia aliqua afficias, voluntati eius assentiris, iam deliramentorũ eius particeps factus es: cũq; eã ab errore
suo liberare deberes, mortis vtriusq; occasionẽ præbes. Postea
Gene. 3. verò excusationem affers: Vxorẽ duxi, nõ possum venire, sicut33
Adã se excusauit dicens: Mulier, quã dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Quemadmodũ autẽ illi sua nõ profuit, sic nec tibi tua proderit excusatio. Qua propter per immẽ
sam Dei charitatẽ vos tã viros, quã mulieres obsecro, vt tã ingẽs
beneficiũ, quale in vos Deus conferre voluit, vestræ fragilitati
sanctissimo matrimonij sacramẽto medẽdo cognoscatis, detisq;
operã in eo ita viuere, vt hic cõsequamini gratiã, qua perueniatis
ad gloriam, ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica secunda post Pentecosten, in cuius fine de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento agitur 1

CONCIO SECVNDA.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & inuitauit multos. Lucæ. 14.

BEatus Ioãnes ait omne, qđ est in mũdo, cõcupiscẽtia carnis est & cõcupiscẽtia oculorũ, & superbia vitę. Hęc tria tam cõmunia mala summa veritas alijs verbis in hac parabola causam fuisse asserit, ob quã inui

tati

2 tæ ſplendiſsima cœna, videlicet, gloria, ad quam creati & vocatiſunt, perfrui noluerunt. Per illum enim, qui ſe excuſando dixit: Villam emi, ſuperbi & ambitioſi in quos ſuperbia vitæ dominatur, ſignificãtur. Per eum vero, qui ait. Iuga boũ emi quinque, auari, in quibus oculorum concupiſcentia regnat, deſignantur. Ac dum alter inquit: Eo videre illam, & alter, Eo probare illa rogote habe me excuſatum, friuolæ & parui momenti excuſationes, quibus improbi, vt Dei vocationibus nõ acquieſcãt, vtũtur, aperte denotantur. Si alter diceret: Venditur quædã villa & iam publicæ præconis voci ſubiecta eſt, antequam aliquis eam emat, ipſam videre volo, quam, ſi mihi placuerit, tunc emam: hic idonea excuſatione vſus fuiſſe videretur. Alterverò ſi etiam diceret: In foro boues præconis voce vendũtur, antequã eos ali
3 quis emat, ibo, & videbo illos, & tunc, ſi placuerint, emam, ideò habe me excuſatũ: huiuſmodi excuſatio iuſta aliquo modo videretur. Sed poſtquã alter villam, alter vero boues emerat, quid obſecro iacturæ, aut diſpendij fiebat, ſi id quod emerãt, in ſequẽtem diẽ ad videndũ differretur, maximè cũ iam ſero eſſet & hora cœnæ? Satis in hoc oſtẽditur homines dequacunq; minima re ad non obediendũ Deo, ſicuti debent, occaſionem ſumere: atq; adeò ſunt cæci, vt hæc tã parui momẽti ipſos excuſare exiſtimẽt. O inſani & amẽtes, ita pẽtã vili precio æternam illam fœlicitatem amittere, & ab illa cœleſti cœna diſcedere conamini? Ob hoc profectò vos alia miſerrima cœna dignos efficitis: de- *Apocal. 19.*
qua D. Ioãnes ait: Vidi vnũ angelũ ſtãtẽ in ſole, & clamauit voce magna dicẽs omnib⁹ auib⁹, quæ volabãt per mediũ cœli: Ve
4 nite & cõgregamini ad cœnã magnã dei, vt mãducetis carnes Regũ, & carnes tribunorũ, & carnes fortiũ, & carnes equorũ, & ſedentiũ in ipſis. O infœlices peccatores, qui quoniã cœleſtẽ illã cœnã, in qua diuina eſſentia æternus fuiſſet cibus veſter, contẽpſiſtis, ideo vos in inferno æternis cruciatibus improbæ eritis Dæmonũ epulæ, ſicut huius S. Apoſtoli verbis oſtẽſum eſt. Si igitur modo dũ per tẽp⁹ licet, tãto malo obuiã ire nõ cõtẽditis væ vobis. Omnes Philoſophi cũ Ariſtotele cõueniũt, qui ait: Beatitudinem eſſe bonũ, quod omnes appetunt. Et alibi: Natura, *Ariſtot. 1. AEthic. 1. c. & c. 8.*
inquit, maxime fugit triſte, & appetit delectabile. Licet autẽ verũſit, nullũ eorũ cognouiſſe, qua in re beatitudo cõſiſteret, ſiquis tamẽ ad ianuas fere huius veritatis acceſſit fuit ipſe omniũ philoſopho-

Arist. 10. Ethicor. sophorum princeps Aristoteles, qui in suis Ethicis asseruit, beatitudinem in speculatione veritatis animi virtutis studiosi benè ordinati consistere. Hic vero, quoniam Deum, vt ei aperiret, ipsumq; illuminaret, non inuocauit, in tenebris mansit & æternis cruciatib⁹, sicut cæteri, in gehenna torquetur. De quib⁹ omnibus S. Dauid ait: Deum non inuocauerunt, & confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Et B. Apostolus, Euanuerunt, inquit, in cogitationibus suis & obscuratum est insipiens cor eorum: dicẽtes, se esse sapientes, stulti facti sunt. Quod autem hi ineffabile gloriæ bonum non fuerint consecuti, minime mirandum est, si quidem fidem nõ habuerunt: at vero Christianos (quibus Deus sua diuina misericordia tantam lucem communicauit, eosq; to ties, vt æternis gloriæ bonis fruantur, vocauit) pro huius mundi rebus damnare, maxime dolendum est, & omni commiseratione dignum reputatur. Deniq; per eum, qui se excusauit dicens: Vxorem duxi, & ideo non possum venire, carnales & voluptuosi, in quibus ipsa carnis concupiscentia dominatum tenet, significantur. Vbi maxime perpendendum est, tam primum, qui villam emit, quam secundum, qui iuga boum, seruo patris familias modeste respondisse dicentes: Rogamus te habe nos excusatos: vxoratum vero non ita sed perfricata fronte dixisse: Non possum venire. Ratio est, quia luxuria ita hominem ligat & obcæcat, vt ipsi voluptates illas nullo modo se relinquere, & Deũ sequi posse videatur. Commune est omnibus peccatoribus, cũctas creaturarum delicias, vt videãt in quibus melius se habeant gustando tentare, cumq; quasdam obtinent, alias ardenter desiderant. De quibus egregiè D. Paulus ait: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Non inquit, in desiderio, sed in desideria: quoniam plurimorum desideriorum serui sunt, atq; expletis quibusdam alia succedunt. Quamuis autem hoc peccatoribus commune sit, multo tamen luxuriosis communius est, quos carnis & voluptatis varia desideria ita torquent, vt nullo modo turpia vijs omnibus inquirere, & inuestigare prætermittant, & idcirco dicunt: Non possumus venire. Deus optimus maximus nos à tanta tyrannide eripiat, idque ab eo omnes summis precibus contendere & deprecari debemus. Si Propheta Dauid Deũ humiliter obsecrabat, vt ipsum à prauo desiderio liberaret, & sic ait: Ne tradas me Domine desiderio meo peccatori: quanto

Psalm. 52. Rom. 1. 5 6 Roma. 1. 7 Psal. 139.

magis

8 magis nos ardenti ſtudio precibus inſtare debemus, vt à multis, quibus capti & ligati ſumus nos eripiat? Itaq; iſte ſe excuſauit dicens: Vxorem duxi & ideo non poſſum venire. Libido effrænis hic taxatur & reprehenditur, & non ſtatus. Quemadmodū villam emere, & iuga boum comparare nullatenus prohibetur ſed affectus iniquus dominādi & praua volūtas in diuitijs acquirendis damnatur, quæ ad cœnam illam cœleſtem accedere prohibet. Ergo intellige, ò homo, non ſatis eſſe, quòd ad tuā vxorē accedas: memento quod ait B. Auguſt. quòd Noe non ex aliena vinea, ſed ex propria, quā poſsidebat, bibit, & nihilominus inebriatus eſt. Si primus parens noſter Adā Dño dixit: Mulier, quā dediſti ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi: (quod perinde eſt ac ſi diceret: Mulier quā dediſti mihi, decepit me) ſi inquā
9 mulier, quā Dñs Adamo dedit, tot tātiſq; donis cœleſtibus adornata ipſum fefellit, quid obſecro putas illam, quam tu elegiſti, vt appetitui tuo abſq; alia ratione diuini cultus ſatisfaceres, facturam eſſe? Quod ſi legitima tua vxor ad gloriam comparandā tibi ſolet eſſe impedimento, quid concubina tua, cū qua tot crimina contra diuinam bonitatē committis, efficiet? O infœlix nimiū: quam citò hæ tuæ breuiſsimæ voluptates, quas tanto ſtudio quæſiuiſti, finientur? B. Ioannes angelū quendam ſe vidiſſe affirmat, qui magnis vocibus & clamoribus Babyloniæ ſic dicebat: Poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te, & amplius illa non inuenies. Hæc poma voluptates ſunt, quas miſer homo ingenti labore & ſtudio ex arboribus ſæculi decerpit, & cū illis frui incipit, ab eius manibus ſurripiūtur. Sicut ille, qui magna ſolicitudi-
10 ne & vitæ diſcrimine in arborem, vt fructus carperet aſcenderet quibus collectis cū eo ſiam edere vellet, ità priuaretur, vt nunquam eos ampliùs videret, quam triſtis ac deceptus iſte pauperculus manebit. Sic, & abſq; aliqua cōparatione infœlicius peccatori eueniet cū ſe omnibus voluptatibus, quas tanto ſtudio & labore acquiſiuit priuatū viderit & ob quas dignus factus eſt, vt de eo illud Iob dicatur: Non videat riuulos fluminis torrētis mellis & butyri. Hæc non oratio ſed prophetia eſt: atq; ita alia tranſlatio habet: Non videbit riuulos, &c. Etſic etiam eſt in paraphraſi Chaldaica. Perpendite quæſo, quibus nominibus hic Spiritus ſanctus æternæ gloriæ dulciſsima bona appellet: gloriā namq; flumē vocat, quod multos riuulos dulces ac ſuauiſsimos

B. Auguſ. Gene. 3. Apoca. 18. Simile. Iob. 20

habet, in quibus beati reficiuntur, & recreantur. His igitur inef- 11
fabilibus bonis immēsus Deus homines inuitat & obsecrat: ipsi
verò tales sunt, vt ea cōtēnant: in quo profecto diuinæ maiestati
magnam iniuriam inferunt. Nam liberali & magnifico cordi
tunc magna fit iniuria, cum dona vel beneficia, quæ offert, non
acceptantur. Patriarcha Iacob (vt ex sacra scriptura constat)
Genes. 32. munus fratri suo Esau offerre constituit. Elegit, (inquit sacer
textus) & separauit de ijs, quæ habebat, munera Esau fratri suo,
capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti,
camelos fœtas viginti cum pullis suis, & vaccas & asinas. Cui
hæc omnia offerenti tyrannus frater respondit: Frater mi, sint
Genes. 33. tua tibi. Dixitq; Iacob: Noli ita obsecro: sed si inueni gratiam in
oculis tuis accipe munusculum de manibus meis. Quibus ver-
bis, sanctum Patriarcham, iniuriam sibi fieri, existimasse con- 12
stat, eo quòd frater eius oblata munera accipere nolebat: quod
(vt diximus) liberalis ac magnifici cordis proprium est. Mul-
tò igitur maiorem iniuriam Domino facimus, cum supernas di
uitias, quibus nos inuitat, contēnimus. Hoc D. Paulus his ver-
Roma. 2. bis inquit: An diuitias bonitatis eius contemnis? Quasi dice-
ret admirans humani cordis ingratitudinem, & cū ipso loquēs:
Tantum nefas committere audes, vt diuitias bonitatis Dei
contemnas?

Intelligens itaq; Dominus illorum inuitatorum nequitiam di
xit seruo suo. *Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debi
les, & cæcos, & claudos introduc huc.* Hic apertè docemur, quā plu-
rimos principes, magnates, ac potentes huius sæculi, qui ad epu
las cœli sunt inuitati, in gehennam atq; inferna loca cœnaturos 13
detrudi, qui ad id occasionem de dominijs, diuitijs, honoribus,
atq; alijs temporalibus bonis sibi à Domino liberalissime con-
Deut. 32. cessis arripiunt. De quibus in Deuteronomio dicitur: Incrassa-
tus est dilectus & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilata
tus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari
suo. O summam filiorū Adæ perfidiam, dignam profecto quæ
sanguineis lacrymis deploretur. E contra vero nobis hic osten-
ditur, quam plurimos pauperes, afflictos, & ægrotos eisdem la-
boribus se ipsos disponere, vt in eis efficacius diuinū verbū ope
D. Greg. retur, & sic in cœlū facilius ascendant. Ex quo illud D. Gregorij
dictū confirmatur, scilicet: Mala quæ nos hic premunt, ad Deū

nos

14 nosire compellũt. Vnde etiam infertur, nos maxima obligatione astringi ad Deũ quotidie pro laboribus, quibus nos premit, glorificandũ, siquidem tantũ bonũ & vtilitatem mentibus nostris afferre solent. Porrò hic pater familias homines docet, vt panem suũ absq; communicatione pauperum comedere nolint siquidem ipse quam plurimos ad cœnam suam inuitat, & domũ pauperibus, atq; egenis impleri iubet. Hoc idem S. Tobias filiũ suũ docebat dicens: Panem tuũ cum esurientibus & egentibus comede. Et in Ecclesiastico dicitur: Si benefeceris, scito cui benefeceris, & erit gratia in bonis tuis multa, Benefac iusto & inueniesretributionem magnam, & si non ab ipso, certe â Domino. Hæc sola Spiritus sancti admonitio hominibus sufficere debebat, vt & mundo nec guttam aquæ darent, & erga Deum
15 liberalissimi existerent. Mundus enim ingratissimus Deus vero adeo gratus est, vt duos pro nomine suo oblatos obolos nunquam prædicandi ac remunerandi finem faciat. Hoc etiam clarius idem Ecclesiasticus ostendit cũ ait: Misericordia viri quasi sacculus, cũ ipso gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Omirifica verba, digna sane æterna memoria: quibus Spiritus sanctus asserit, opera misericordiæ, quæ iustus operatur, posse ipsum atq; eius gratiam quousq; in cœlũ perueniat, cõseruare: quemadmodũ fascia Hispane, *Funda o arpillera*, In qua preciosus pannus inuoluitur, ipsum â puluere & immunditia tuetur & defendit. Quis ergo has misericordiæ in pauperes excellẽtias audiẽs, illã ardẽti studio cõsequi nõ optabit? Scitu etiam dignissimũ est, D. Paul. cũ dona Spiritus sancti enumeraret, sic dixis-
16 se: Qui miseretur in hilaritate. Vbi manifeste ostendit misericordiam cũ lætitia & gaudio esse exercendam, atq; ita fieri donũ Dei esse: iccirco ab eo efficaciter postulandũ est. Quapropter diuinam maiestatem, charissimi fratres, obsecrare debetis, vt vobis hoc singulare donũ cõcedat, vosq; in hoc sibi cõformes efficiat: qui (vt ait D. Iacobus) dat omnibus affluenter. Vbi in contextu Græco habetur: Qui dat omnibus simpliciter, hoc est propter suã dũtaxat bonitatẽ. Y *sin interes*. ℂV tautẽ Dominus desideriũ, quod, habet vt homines ipsius gloria fruantur, magis ostenderet, iterũ seruo suo ait. *Exi cito in vias & sepes, & compelle eos intrare, vt impleatur domus mea*. O infinitæ maiestatis Deus, quid est hoc, quod imperas? Nũquid isti, qui vocãtur bruta sunt

Tobiæ. 4.

Eccle. 12.

Eccle. 17.

Simile.

Rom. 12.

Iaco. 1.

an homines? Nam si bruta, conuiuiũ hoc ad eos non pertinet: si 17
vero homines rationis compotes, iustũ non videtur eos cogi ipsisq; vim inferri? Ad hoc respondetur, duplicem esse modũ inferendi vim: alterũ cum bruta ictibus & flagellis cogũtur alterũ cũ homines rationis capaces amore compellũtur. Atq; ita cùm Dominus ait: Compelle eos intrare, perinde est, ac si diceret seruo suo: Tot tantaq; beneficia nomine meo hominibus ante oculos propones, vt aliquo modo eos, vt boni sint, & me diligãt, cõpellas. Qualiter vero Domine possibile erit, vnũ solũmodo nũtium tot homines, vt ingrediantur ad cœnam, posse compellere? Ad hoc facilis est responsio, si dicas, per hũc nuntiũ omnes euãgelicos prædicatores significari, qui omnes propter vnitatẽ & consensum doctrinæ, quam prædicant, & propter finem, quẽ in suis concionibus habere debẽt, scilicet, pro gloria Dei & pro 18
vtilitate animarũ vnus vocantur. Finis nanq; prædicatorũ glo-
ria Dei & non humana merces esse debet, quãuis aliqui non sine
Simile. magno animarũ suarũ dispendio è contra faciũt. Capo, si in ventre deplumetur, pullos gallinarũ facillimè alere cogetur, illos verò non propter ipsorũ vtilitatem, sed propter suam ad se trahere & sub alis suis fouere nititur: pennis enim caret, ideo calore indiget. Ita aliqui concionatores, vel confessores, quia plumas bonorũ temporaliũ non habent, spirituales filios conseruant, vt, videlicet, calore eorũ, hoc est, temporalibus bonis foueantur, non autem vt illis commodo & emolumento spirituali esse possint. O infœlices homines, quibus satis esset vtilius in triremibus continuo remigare, quàm tantũ tamq; præclarũ munus tam vili intẽtione exercere. O Patres concionatores & ministri Dei aduerti 19
te, obsecro, verba hęc ab omnipotenti Domino prolata, scilicet, compelle eos intrare. Quibus vobis imperat, vt tales opere & exemplo vos exhibeatis, vt homines illis commoti probi & virtutis studiosi esse compellantur. Exemplũ enim alicuius principis, seu in aliqua Republica primarij magnam vim habere, vt
Galat. 2. quam plurimos ad se trahat certissimũ est. Ideo D. Paulus Beatũ Petrũ reprehẽdit dicens: Tu cũ Iudæus sis, gentes cogis iudaizare. Non compellebat D. Petrus, nec verbis Gentes, vt iudaizarent, docebat: sed quoniam Iudæorum cæremonias coram gentibus obseruabat, ideò dicitur à B. Paulo ipsos ad iudaizandũ cõpulisse. In quo significauit, exemplũ duntaxat. D. Petri tantæ

fuisse

fuisse efficaciæ, vt gentes ad id faciendū cogeret. Contendamus ergo, fratres charissimi, tale populis, vbi cōcionamur, simul cū sancta doctrina exemplū præbere, vt homines vitia relinquere, & virtutes amplecti, illo adducti aliquo modo cogantur. Nā sicut monstrosa ac prodigiosa res esset, aliquem hominem linguam duorum cubitorum, manus vero exiguas ac iuxta humeros habere: ita quemlibet in verbis nimium, operibus vero breuissimum esse portentum est. Non sic primi illi parentes fidei nostræ erant, vt aperte constat ex ijs, quæ D. Paulus ad Thessalonicenses scribens affirmat, cum ait: Vos testes estis & Deus quam sancte & iuste & sine querela vobis, qui credidistis, affuimus, sicut scitis, qualiter vnum quemq; vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes testificati sumus, vt ambularetis digne Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriā. O vtinam verba hæc Spiritus sanctus cordibus omnium ministrorum sacrosancti euangelij faciat adhærere, vt per illa digne sanctissimum hoc munus exercere discant.

Simile.

1. Thessa. 2.

Pro ineffabili sacramento altaris.

BEatus Augustinus hanc parabolam aliter explicat dicens: Quis est iste homo, qui fecit cœnam magnam, & vocauit multos, nisi mediator Dei & hominū homo Christus Iesus? Et hæc cœna magna fuit admirabilis sanctissimi sacramenti Eucharistiæ institutio. Dicitur autē cœna magna, ppter ingentē cibū, qui in ea fuit & nunc est appositus, videlicet, ipsemet Christus. Atq; ita cœlestis Dñs cœnam hanc magno apparatu voluit celebrare, vt manifeste colligitur, cum ipse Dominus sacros discipulos in ciuitatem Hierusalem misit, eisq; necessaria iussit parari dicens. Ipse demonstrabit cœnaculum grande, stratum: & illic parate nobis. Mirabile profecto est, Dominum Iesum in stabulo voluisse nasci, & in præsepio reclinari, & in monte Caluariæ loco, videlicet, infimo & abiecto in cruce mori, & in angusto sepulchro sepeliri: ac deniq; dum vixit, dicere solebat: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, hanc vero cœnam voluisse, vt esset cœnaculum grande stratum & pompa adornatum. In hoc singularem magnificentiam, qua erga homines

B. Augustin. de verbis domini. ser. 33.

Marci. 14.

vtebatur, voluit ostendere: non contentus, pro illis factus fuis- 23
se homo, sed præbens se ipsum eis in cibum tam singulari modo
ac tanta amoris teneritudine, vt mentes eorum mirifice susten-
tarentur, & in maximam perfectionem peruenire possent. At
que ita Concilium Tridentinum de hoc altissimo sacramento
Concil. Tri. loquens ait: In quo diuitias diuini sui erga homines amoris ve-
Sess. 13. c. 2. lut effudit. Quæ sententia maxima ponderatione digna est, in
ea nanq; aperte ostenditur magnificentia, qua Dominus in hoc
erga homines vsus est, siquidem velut effudit in eo sui amoris
D. Tho. 3. diuitias. Ideò egregiè. D. Thomas diffinit, quod licet per ba-
p. q. 79. ar. 1 ptismum detur primus actus vitæ spiritualis, per Eucharistiam
tamen datur eiusdem vitæ spiritualis complementum. Et hoc
Ioan. 6. significauit Dominus cum dixit: Ego sum panis viuus. Quid est
sum panis viuus, nisi vita hominibus hic cibus largitur? De hac 24
Cant. 2. magna cœna sponsa in Canticis ait: Dilectus meus, qui pasci-
tur inter lilia, donec aspiret dies: id est, Dilectus meus, qui
pascit me inter lilia, donec dies huius vitæ finiatur. Si au-
tem quæritis, quare verbum illud, pascitur, significet, pascit?
respondeo, esse modum loquendi sacræ scripturæ, quæ cum
loquitur de beneficijs, quæ Deus in aliquem confert, quia in
illis conferendis magnopere delectatur, inquit, ipsum Deum
illa accipere, sicut cum ait: Super quem requiescit spiritus meus
nisi super humilem? Certissimum est enim, Deum, cum in
mentem iustam ingreditur, nouam quietem minimè recipere,
neque etiam antequam ingrediatur, in labore est: Sed ait, se re
quiescere, quoniam quietem menti, in quam ingreditur, præ-
Apocaly. 3. bet. Et in Apocalypsi dicitur: Si quis mihi aperuerit, cœnabo 25
cum ipso. O immense Deus, vt quid possibile est, te, cum sis sa-
tietas infinita, cum anima iusta de nouo cœnare? Inquit, se cũ
ea cœnaturum, quoniam ipsam reficiet, eique cœnam dabit.
Ita in præsentiarum ait, pascitur, quia pascit: vt gaudium &
lætitiam, qua mentem iustam pascit, insinuet. O benedictus
& glorificatus sit talis Deus, siquidem tot modis, & rationibus
suum erga nos amorem apertissime ostendit. Qui pascitur (ait)
inter lilia: quoniam nos inter millia angelorum, qui sacratissi-
mam illam mensam circunstant, depascit. Qua propter, siqui-
dem cibus talis est, nobis q; inter puros & angelicos spiritus
præbetur, rationi consentaneum est, vt ad ipsum angelica etiã

purita

26puritate accedamus. Hoc Spiritus ſanctus inſinuauit, cũ dixit: Sapientia miſcuit vinũ, & poſuit menſam, & ait: Venite, comedite panem meum, & bibite vinũ, quod miſcui vobis. O menſa regia, ò altare ſanctum, vbi nõ cibaria corruptioni obnoxia, ſed ſacratiſsimũ corpus, & ſanguinem benedictum regis æterni fideles manducant. Vt autem doceret, non omnes hoc ſacratiſsimo cõuiuio dignos eſſe, adiunxit: Siquis eſt paruulus veniat ad me: & inſipientibus locuta eſt ſapientia: Venite, comedite panem meũ, & bibite vinũ, quod miſcui vobis, relinquite infantiã, & venite, ambulate per vias prudẽtiæ. Ecce quomodo apparet, quod nõ homines turgidi & arrogantia inflati hac mẽſa & cœna magna digni ſunt, ſed humiles ſpiritu: nec ſapientes huius ſæculi, qui gloriam mũdi quærũt. Ideo clamat B. Apoſtolus: Qui ſapiens 27eſt inter vos, fiat ſtultus, vt ſapiens ſit. Hoc etiam D. Lucas in parabola filij prodigi ſignificauit, dũ prius quã pater cibũ filio, & epulas miniſtrare iuſsiſſet, dixit ad ſeruos ſuos. Citò proferte ſtolã primã, & induite illũ & date annulũ in manu eius, & calciamentũ in pedibus eius. Et poſtea addidit: Et adducite vitulũ ſaginatum. Poſſet aliquis huic patri ſic obijcere: O pie parens, nonnè vides filium tuũ itinere defeſſum, & fame enectũ venientem? Iube ergo priùs dari cibũ, & poſteà his veſtibus paulatim induetur. Non ita futurum eſt, ſed priùs veſtietur, & poſtea comedet. Itaque cum iubet ipſum ſtolam primam indui, ſignificat, peccatorem tantam diſpoſitionem & contritionem ſcelerum ſuorũ poſſe habere, vt ad tantam gratiam perueniat, quantam, antequam peccaret, habebat: cum vero præcipit, ipſum 28calciari, perinde eſt, ac ſi iuberet, eum affectibus terræ priuari Ideo per prophetam Ieremiam inquit Dominus: Prohibe pedem tuũ à nuditate, ideſt, Nè permittas aliquam affectionum tuarum infimæ terræ adhærere. Annulus magis ad ſigillandum, quam adornandum digitos inuentus eſt, atque ita fidelitatem ſignificat. Quam obrem ſancta eccleſia eum ſponſis in ſignum fidelitatis, quam ad inuicem ſeruare debent, adhibere conſueſcit. Epiſcopis etiam annulus imponitur ad inſinuandam illam, quã eccleſijs ſuis debent, fidelitatẽ obſeruare. Cum ergo huic filio annulus dari iubetur, fidelitas, amor, & obedientia, quam habere debet ille, qui vitulum ſaginatum in menſa ſacroſancti altaris manducaturus eſt, apertiſsime denotatur. Quam

Prouer. 9.

1. Corin. 3.

Luc. 15.

Ierem. 2.

Simile.

Leuit. 16. etiam dispositionem Dominus in Leuitico significauit, cũ, san- 29
cto Moysi imperauit, vt fratrem suum Aaronem admoneret, ne
sanctuarium ingrederetur, quin prius tunica linea vestiretur, &
fœminalibus, inquit, lineis verenda celabit, accingetur zona li-
nea, cidarim lineã imponet capiti: hæc enim vestimenta sunt san
cta, quibus cunctis, cũ lotus fuerit, induetur. In his ornamentis,
confectis ex lino, quod postquam madefactum, ictibus concus-
sum, & coctũ est, candorem suũ obtinet, & ex viridibus, atq; in
cultis herbis tandem albũ & pulcherrimum efficitur, significa-
tur munditia & puritas, quæ laboribus, asperitatibus, & pœni-
tentia comparatur: atq; ita homines ex voluptuosis & carnali-
Apoc. 19. bus puri, iusti, ac sancti efficiuntur. Ob quod in Apocalypsi di-
citur: Byssinum iustificationes sunt sanctorum. Et hac puritate 30
omnes potentiæ interiores omnesq; sensus exteriores adornari
debent. Deniq; cum hic peculiaris fit mentio de lineis, puritatis
indumentis, castitas atq; honestas corporalis manifeste designa
tur, sacrilegum enim esset ad sanctissimum & immaculatũ agnũ
turpi corde & corpore accedere. Veritas catholica est, hoc san-
ctissimum sacramentum, cũ digne accipitur, gratiam conferre,
& spirituales vires augere: nam hic est panis ille, qui cor hominis
confirmat. Vnde pro eo quod nostra edictio habet: Panem an-
Psalm. 77. gelorum manducauit homo, B. Hieronymus ex Hebræo vertit:
Panem fortium manducauit homo. Quod si ita est, quare hi, qui
sæpenumero hanc diuinam escam sumitis, nõ aliquid vobis pro
desse ostenditis? Vbi incrementum & auctio spiritualis est? Vt
quid cœlos non rumpimus? Vt quid mundum non conuerti-
mus? Vt quid Sathanæ machinas & insidias non euertimus? Væ, 31
væ, væ, quam malum signum, signum, inquam est, quod ad hãc
Simile. cœnam cum supradictis conditionibus non accedimus. Sæpe-
numero solet euenire, quod etsi puer nimia indulgentia, cura, &
solicitudine alatur, & optimis ac delicatis cibis sustentetur, ipse
tamen macilentus, pallidus, ac tristi colore sit: quod si medicus
de huius rei causa interrogetur, respondet, ipsum absq; dubio
terram comedere, & ideo licet gallinis atq; optimis epulis ve-
scatur, non melius se habere, nec viribus proficere. Quæ est ra-
tio charissimi fratres, quare cum frequenter hunc diuinum ci-
bum accipimus in moribus ac viuendi ratione non proficimus,
& tam prauum colorem habemus, vt vix Christiani esse videa-

mur?

32 mur? Huius profecto rei cauſa eſt, quoniam terram edimus, hoc
eſt, in caducis & terrenis, huius mundi rebus vſq; ad oculos (vt
aiunt) amore inordinato immergimur. B. Euangeliſta Marcus
narrat, quod cũ Chriſtũ Redemptorẽ noſtrum magna hominũ *Marci. 5.*
ac mulierũ multitudo comitaretur mulier, quæ ſanguinis fluxũ
patiebatur, ad eum plena fide acceſsit dicens: ſi vel veſtimentũ
eius tetigero, ſalua ero. Quæ per multitudinem gentiũ prorum-
pens ipſum tetigit. Dominus autẽ ad eam conuerſus dixit: Quis
tetigit veſtimenta mea? Et dicebant ei diſcipuli ſui: Vides turbã
comprimentem te, & dicis, quis me tetigit? O *quanta differencia*
ay de tocar a tocar. Multi Dominum tangebant, *Yloatropellauan*, Ip
ſe tamen interrogat, quis me tetigit? Quoniam illa duntaxat mu
lier eum tactu fidei, ſpei, atq; humilitatis tetigit: & hoc vocat Do
33 minus, tangere. Sic quam plurimi modo ad hunc eundem Do-
minũ accedimus, & ipſum manducantes tangimus, *Yloatropella-*
mos, Si ita dici poteſt. Sed pauciſsimi ſunt, qui ipſum tangunt, &
ad eum humilitate, amore, atq; fiducia neceſſaria accedũt. O bo
ne Ieſu gloria iuſtorum, ecquis ſe poterit, vt, ad te dignè acce-
dat, abſq; tuo fauore & auxilio prẽparare? Igitur pijſsime Deus,
da quod imperas & poſtulas, poſtula autem & impera quod vo
lueris. S. Ioſeph (vt diuina ſcriptura cõmemorat) in ſacco Benia *Geneſ. 44.*
min nihil præter aurum, quod ipſe ibi poſuerat, inuenit. Sic tu, ò
ſuauiſsime ſponſe, nihil in cordibus noſtris inuenies præter bo-
num, quod in illis collocaueris: tuum eſt, nobis hanc diſpoſitio-
nem largiri, ad te pertinet, ad nos autem eam petere, & ſummis
precibus poſtulare, ac tuis donis non abutẽtes coadiutores tuos
34 nos eſſe oportet. Deniq; per te ad te acceſſuri ſumus tali diſpoſi-
tione, vt hoc tantum bonum nobis in malum minime vertatur, *Pſal. 68.*
ſicut ob ſua demerita multis vertitur: de quibus S. Dauid ait: Fiat
menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in *Iudicum. 7.*
ſcandalum. In libro Iudicum ſacroſancta refert hiſtoria, quendã
hominem in caſtris Madian proximo ſuo ſomnium narraſſe, ſic
dicentem: Videbatur mihi quaſi ſubcineritius panis volui & in
caſtra Madian deſcendere. Et reſpondit is, cui loquebatur: Non
eſt hic aliud, niſi gladius Gedeonis. Stupenda profecto res & ad
miratione digna: ecce panisillis gladius videbatur. Sic hic diui-
nus panis, qui digne ſumentes fortes reddit, gladius ijs, qui illum
indigne ſumunt, & ęterna damnatio erit. Nam (vt ait D. Paulus) *1. Cor. 11.*

qui eum manducat indigne, iudiciũ sibi manducat & bibit. O 35
terribilia verba. Attende peccator quid agis, attende qualiter ad hanc sacratissimam mensam accedas, caue nè accipiendo sanctissimi Christi corpus accipias aduersum te iudicium, hoc est, omne diuinæ iustitiæ tribunal, (veluti si dicas: omne prætoriũ, vel omne conciliũ regiũ) nã hic iudex est, videlicet, Iesus Christus, à quo te iudicari oportet. Est etiam fiscus, scilicet, idem Dominus, qui te accusabit, & qui etiam testis tui sceleris ac tortor erit, à quo in æternum cruciaberis. Licet enim ad pœnam sensus Deus carnifices immanes, videlicet, ipsos Dæmones, qui dãnatos torquent, habeat, tamen ad pœnam damni exequendum ipsemet Deus vltor est & tortor. Qua propter probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat, nec temporalibus negotijs à tam supernæ cœnæ participatione excusetur, sicut illi, de quibus hu 36
ius sacrosancti euangelij lectio agit: in illa namq; communicatur gratia, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA III.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audirent illum. Lucæ. 15.

1

Simile.



Ivenator aues absq; arte aliqua & industria capere vellet, sine dubio ipsæ terrerẽtur, & ità labor eius inutilis esset atq; inanis. Idcirco ille, qui peritus & expertus est, solet colore viridi nemoris, in quo venatur, vestes induere, ac si columbas capere contendit, columbam quandam iuxta retia collocat: si vero perdices, perdicem alligatam, seu in cauea inclusam, vt cæteræ illius speciei aues illuc concurrant, & ita in retibus capiantur. Olim Deus homines rete suæ diuinæ legis venari, & ad suum diuinum amorem atque

2 que obedientiam voluit attrahere, qui tanquam aues per saltus & nemora suorum peccatorum cursitabant. Atq; ita propheta Oseas de populo Israelitico ait: Ephraim quasi auis aduolauit. *Osea. 9.* At vero aues istæ venatorem, qui ipsas capere volebat, pertimescebant, quoniam viderunt eum in monte Sinai maxima fulgurum & tonitruorum maiestate assistentem. Atq; ita in Exodo dicitur: Perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicentes Moysi: Loquere tu nobis & audiemus: non loquatur nobis Dominus, nè forte moriamur. Quod ergo remedium adhibetur, nè aues istæ terrore concutiantur? Id quod venator facit agendum est, sic altissimus filius Dei fecit, (*El qual se disfraço,*) Et vt homines caperet, factus est homo. In similitudinem hominũ factus & habitu inuentus vt homo: ait B. Paulus. Sed quoniam 3 peccatores capere volebat, figuram peccatoris assumpsit, & ita idem Apostolus inquit, ipsum ab æterno patre in similitudinẽ carnis peccati fuisse missum. Non in carnem peccati, sed in carnem similem carnis peccati. *Yponiendo se desta manera por añegaça,* Ad eum aues illius speciei accedebant, quæ retibus cœlestis doctrinæ eius capiebantur, sicut. B. Lucas hic testatur dicens: Erant appropinquates ad Iesum publicani & peccatores. In sacra Regum historia de Rege Dauid sic legitur: Conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno & amaro animo, & factus est eorum princeps. O Christe Reparator vitæ, & amor dulcissime animarum nostrarum, quam perfectè in te hoc, quod de sancto Dauid dicitur, adimpletum est: siquidem princeps ac dux peccatorũ pec 4 catis oneratorũ & amaritudine plenorum factus es, eosq; infinita clementia tua recepisti. Quoniam autem hanc singularem prędam, præclarumque facinus adeptus es, æternus pater eosdem peccatores tibi pro corona concessit: atq; ita de te optime dici possunt illa verba, scilicet: Veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum & de montibus pardorum. O admirabilem erga omnes peccatores fauorem: ò spem omnibus mortalibus certissimam: ò supernam cunctis filijs Adæ gloriam. Inuictus dux Iesus Christus coronabitur de capite Amana, ideſt, male, quod perinde est ac si diceretur: Coronabitur de capitibus ac principibus flagitiorũ. Nam Regẽ Dauid adulterũ & homicidã D. Paulũ persecutorẽ eccle

Philip. 2. *Roma. 5.* *1. Reg. 22.* *Cant. 4.*

siæ,

siæ ac alios huiusmodi peccatores pro corona habet. Et de 5
vertice Sanir, idest, decacumine eorũ, qui vanitatem inuenerũt
& sustinuerunt, sicut Magdalena atq; alij ei similes fuerunt. Et
Hermon, idest, anathema, qualis fuit publicanus, D. Matthæus
& Zacheus atque alij huiusmodi. De cubilibus leonum, idest eo
rum, qui fures, prędones, atque grassatores extiterunt, de quo-
rum numero fuit latro, quem in cruce ipse Dominus ad se con-
uertit. De montibus pardorum, scilicet, carnalium & voluptа-
riorum, qui pedes suos fere nunquam ab stercore auertunt, qua-
lis Maria AEgyptiaca ante conuersionem suam extitit. De his
omnibus fit corona, qua vniuersalis Rex Iesus Christus corona
tur, qui enim tam prędara facinora edidit, tali etiam corona dig
nus est. In quo significatur, inter ea, quæ pluris facit diuinus
Saluator noster, hoc vnum singulare esse, videlicet, peccatores 6
conuertere, & ad se per gratiam atque amorem attrahere. O
benedictus & glorificatus sit talis Dominus, qui tali tantaque
pietate erga eos, qui ea minime digni sunt, liberalissimè vtitur.
1. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, (ait. B. Apostolus)
quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos
facere. Eia agite peccatores, animum concipite, & á sceleri-
bus vestris in Deum conuertimini: & quamuis à teterrimo ini-
mico Sathana nunc conculcemini, tamen (diuino numine fa-
uente) illius Regis Regum Iesu Christi corona eritis. In iusti-
ficatione peccatoris duplicem Deus finẽ habet, alterum honoris
& gloriæ suæ, alterũ vero vtilitatis & cõmodi ipsius peccatoris.
Rom. 9. Idcirco D. Paulus inquit: Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in
vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Atq; ita ex pec 7
catore Dominus bonum hoc aliquo modo magis quam ex
iusto educit. Nam (vt experientia patet) quædam res ad fi-
nem aliquem melior est alia, licet ipsam precio & valore non
adæquet. Serram auream pluris quam ferream æstimari ne
mo est qui dubitet: sed ad serrandum ligna ferream melio-
Simile. rem quam auream esse constat. Sic peccator ferreus est: nec
tantum sicut iustus valet: at vero in admirabilem effectum
iustificationis, quam Deus in ipso operatur, magis quam
iustus, qui in peccatum non incidit, conueniens est. Hoc
sanctus Dauid ad poscendam misericordiam Domino addu
Psal. 78. cebat, atque ita inquit. Adiuua nos Deus salutaris noster &

prop-

8 propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius
esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ait igitur sacrosancti euangelij hodierna lectio: *Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores.* Publicani dicebantur illi, qui vectigalia & tributa publica exigebant, vel (vt ait glossa ordinaria) redemptores, campsores, mercatores, seu negotiatores. Et communiter omnes, qui hoc munere fungebantur, infames reputabantur, non quia sit illicitũ, mercatorẽ, campsorẽ, aut publicanũ esse, nullũ enim horũ officiorũ de se malũ est: sed quoniam plerũq; illi, qui hæc munera exercent, deprauata conscientia homines esse solent, quiq; pauperibus mille extorsiones & iniurias faciũt: ideò propter malitiam & peruersam tyrannidem ea exequentiũ ministeria & officia hæc infamia esse
9 iudicantur. Atq; ita S. Euangelista, vt Domini misericordiam amplificaret, inquit, ipsum publicanos, gentem, videlicet, perditam & in Republica pernicioſam recepisse. Status etiam pharisæorũ inter Hebræos perfectissimus erat, at cũ illo homines deprauati ac dissoluti fungebantur, propter ipsos adeo infamis remansit, vt cùm modo dicimus, pharisæos, sub hoc nomine hypocritas, inuidos, malitiosos, tyrannos, atq; ambitiosos intelligamus. Itaq; Publicani & Pharisæi suis sceleribus ac corrupto viuendi modo status illos, qui de se boni erant, sordibus ac maculis ignominiæ afficiebant. Et nũc, proh dolor, idem fere in rebus publicis contingit: nam iuris periti, scribæ, lictores, prætores, atq; alij huiusmodi, quorũ munera de se bona sunt, improba sua viuendi ratione ipsis infamiæ notam inurũt. Sed quid esset,
10 si perditus ac deprauatus viuendi modus statũ clericorum, vel monachorũ infamiæ nota coinquinaret? Hoc certè ingens ac detestabile malũ esset, à quo Deus per infinitam misericordiã nos eripiat: sicut B. Apostolus admonet dicens: Adiuuantes exhortamur, nè in vacuũ gratiam Dei recipiatis, nemini dantes vllã offensionem, vt non vituperetur ministeriũ nostrũ. Gratiã Dei hic B. Apostolus tempus & opportunitatem huius vitæ ad merendũ, atq; statũ, in quo nos diuina misericordia constituit, appellat. Hortatur verò omnes, vt illũ sanctè exerceant. Ad quod exequendũ maximè oportet, gubernatores ac principes Reipublicæ instituere in ea optimos ministros & vectigaliũ exactores qui pauperibus iniustitias non inferant, eosq; minimè lædant.

2. Corin. 6.

Ita

Psal. 100. Ita S. Dauid faciebat, sicut ipse fatetur dicens: Oculi mei ad fide- 11
les terræ, vt sedeant mecũ, (ideſt, vt sint ministri & coadiutores
mei.) Ambulãs in via immaculata hic mihi ministrabat. Quod
igitur ex his omnibus ad nostrã doctrinam colligimus, est hoc,
videlicet, quod sicut peccatores & publicani erãt appropinquã
tes ad Iesum, vt audirent illũ, ita nos idem diligentissime facia-
D. Amb. li. de virgini. mus, sicuti B. Ambrosius nos monet dicẽs: Omnis anima acce-
dat ad Christum, quia omnia Christus est omnibus. Si vulnera
curare desideras, medicus est: si febribus æstuas, fons est: si graua
ris iniquitate, iustitia est: si auxilio indiges, virtus est: si mortẽ ti-
D. Augus. lib. 5. medi- mes, vita est: si cœlũ desideras, via est: si tenebras fugis, lux est: si
tationum. cibum quæris, alimentum est. O quanta ratione D. Augustinus
in suis meditationibus ait: Cur per multa vagaris homuncio quę
rendo bona animæ & corporis: quære vnum bonũ, in quo sunt 12
omnia bona, & sufficit: ibi enim est, quidquid amas, quidquid
D. Thom. 1. p. q. 3. art. 1. ad. 1. desideras. Sed circa hoc valde notandum est id, quod D. Tho-
mas inquit: videlicet: ad Deũ non accedi passibus corporalibus,
cũ vbiq; sit, sed affectibus mentis & eodem modo ab eo recedi.
D. Greg. li. 25. moral. Id quod etiam B. Gregorius adnotauit his verbis. Tot gressibus
anima ad Deũ accedit, quot bonis moribus mẽtis proficit, & tot
gressibus longe fit, quot malis cogitationibus decrescit. O quã
procul à Deo (iuxta hæc sanctorũ dicta) sunt aliqui Christiani,
Psal. 71. qui non solũ cogitatione, verũ etiam opere & desiderio illũ quo
tidie offendunt. De quibus S. Dauid ait: Qui elongant se à te, pe
ribunt: saltim si diligẽter remediũ non adhibent. Qua propter
charissimi fratres, qui ex vobis mortali macula infecti & inqui-
nati estis, periculũ grande, in quo versamini, attendite, atque om 13
ni cura & solicitudine ad hunc diuinum medicum accedere, con
B. Thom. 2. 2. q. 62. ar- ticul. 8. tendite. B. Thomas inquit, nec per modicũ tempus licere in pec
cato commorari, & quemlibet debere illud statim deserere. Gra
uissimi autem Doctores quærunt, an teneatur peccator, quotie-
Alex. Alẽ. 4. par. q. 68. mẽ. 2. ar. 2. Ricar. in 4 d. 14. ar. 9. q. 1. Gab. d. 14. scunq; peccatũ cõmissum memoriæ occurrit, de illo dolere. Ad
quod Doctor irrefragabilis Alexander Alensis, Ricardus, Ga-
briel, & alij multi respõdent, hominẽ, quotiescunq; peccatũ cõ
missum memorię occurrit practicè, teneri de illo pœnitere, etiã
si remissum fuerit, & à fortiori si non fuerit remissum. Tunc au-
tem peccatum memoriæ practice occurrit, quando aut tanquã
opere exequendum, aut tanquam delectatione in eius cogitatio

ne

14ne si stendo occurrit. Quam sententiam videtur etiam B. Tho mas amplecti. O vtinam hæc omnia æqua lance ponderaremus, & animis nostris paulo altius euolueremus: certe peccatũ odio habere, & animis nostris detestari conaremur. Hoc cogitantibus admirationem affert, quod licet epulæ & cibi sapidissimi sint, si tamen illis per quindecim dierum spatium vtimur, fastidium nobis generant: perdices & gallinæ, si ipsis quatuor diebus vescimur, statim nobis afferunt nauseam, *Luego nos dan en rostro*: Peccata vero, quæ sunt venenosi cibi, mentes sumentium inficientes, cum toties ac tot diebus quam plurimi manducent, nunquam eis fastidium generant. O diabolicam peruersitatẽ. Væ, væ, & millies væ illi, qui creatorem suum offendere non cessat, & qui postquam multa tempora suis sceleribus in crucifi
15gendo Iesu Christo consumpsit, nullo propter hoc tædio vel molestia afficitur, nec à vitæ suæ sceleribus animum auertere conatur, se ipsum in meliorem frugem recipiens, maxime cum Dominus eum quotidie ad pœnitentiam conuocet, & ad veniã inuitet. Hoc D. Augustinus in suis confessionibus lamentabatur dicens: Quoties vocatus à te venire contempsi, & quasi expergiscens de somno dicebam: Sine me paululum, expecta me modicum: & illud modicum ibat in longum, & illud paululum nesciebat habere modum. Et iterum de hac mora affectuose cõquerens dicebat: Sero te cognoui pulchritudo tam noua: sero te cognoui pulchritudo tam antiqua. Si tu, ò homo, cũm alium læseris, vel alapis cædendo iniuria affeceris, ipse per ianuas domus tuæ ingrederetur, ac tecum beneuole loqueretur, pristinam ami
16citiam tuam postulans, & desiderans: tuum cor, si eum expelleres, lapideum profecto dici posset: quis duritiem tuam non admiraretur, eamq; omninò nõ execraretur? Quanto igitur magis abominandum est, quod cum summus Deus, & infinitæ maiestatis Dominus toties & tam grauiter à te, ò vilissime vermis, læsus fuerit, ac te ipsum sæpenumerò ad veniam & amicitiã suis diuinis inspirationibus, prædicatorumq; vocibus inuitauerit, hanc amicitiam & misericordiam contemnas, velisq; tanquam capitalis inimicus eius in vitijs tuis ac sceleribus immersus remanere? Hoc Lactantius Firmianus diuinitus exaggerat & amplificat. His igitur fratres charissimi præhabitis præsupponamus, vos his considerationibus diuino fauore ad hoc summũ bonum acce-

B. Tho. in 4. d. 17. q. 3. artic. 3.

Simile.

D. August. in confess.

simile.

Lact. Firm. lib. de diuin. institutio.

accedere velle, veramq; vestrorũ scelerũ pœnitentiam facere, 17
oportet, vt sciatis, eundẽ Dominũ dixisse: Nemo potest venire
Ioan. 6. ad me, nisi pater meus traxerit eũ. Nam ad Deũ ire, est ipsum su
per omnia amare, ac de proprijs peccatis firmissimè dolere.
Hic verò amor & dolor à nemine, vt oportet, nisi ab ipso Deo
concedatur, haberi potest. Cùm autem Deus hoc peccatori cõ-
cedit, inter omnia bona quæ ei facere potest hoc præcipuũ est.
Licet enim gloria maius bonũ sit, quam gratia: tamẽ maius est,
hominem à peccato educere, ipsumq; in gratia reponere, quam
Simile. post quam in gratia fuerit, gloriam illi tribuere: quoniam magis
distat peccatum à gratia, quam gratia à gloria. Ex hoc apparet,
cor peccatoris domui Dædali conuenientissimè cõparari, quæ
S. Isi. lib. 4. domus vocabatur Labyrinthus, idest, labor intus, (vt D. Isido-
Etymolo. rus in suis Etymologijs explicat) sic appellatus propter eximiũ 18
laborẽ, quẽ in eius egressu ille, qui ingrediebatur, suscipiebat: nã
vias adeo implicitas & perplexas, dolosq; tam irremeabiles ha
bebat, vt vix ei, qui semel ingrediebatur, egredi liceret. Intus
verò monstrũ horrendũ à Dædalo inclusum fuisse dicitur, quod
inde exire minime poterat. Sic in corde peccatoris diabolus mõ
strũ horrendũ, videlicet, peccatum abscondit, atq; in eius intel
lectu diuersa itinera nimis perplexa & cõfusa: qualia sunt, timor
pœnitentiæ, amor voluptatis, pudor confessionis, spes longæ vi
tæ, pigritia bonorũ operũ, ac negligentia, fabricatur. Quoniam
verò tot tamq; perplexæ sunt viæ cordis peruersi, ab eo difficil
limè peccatũ exit. Vnde apertissime cõstat, quam stultus ac de-
mens sit habendus ille, qui, cũ peccata committit, ait: Hoc pec-
catum perpetrare volo, & statim ad Deum conuertar. O cæce 19
& insane quam periculose tua te fallit opinio. Quando Hebræi
in AEgyptum ingressi sunt, non ibi plusquã per quinq; annos
se habitaturos esse existimarũt, postea verò per quadringentos
annos ibidem commorati sunt: ita vt necessum fuerit Deũ quã
plurima miracula facere ad educendũ illos ex illa misera, in qua
erant, captiuitate. Sic quam plurimis euenit, qui in peccatum eo
animo ingrediuntur, vt per paucissimũ temporis spatium in eo
sint, postea vero in ipso ità veterascunt, vt Deũ ipsum ad illos
inde abstrahẽdũ mirabilia, singularia & prodigia operari, opus
sit. Quocirca siquidem à peccato exire, & ad Deum perveram
contritionem ire, tam difficile est, oportet eum, qui peccatum

relinquere

20 relinquere contendit, instanter & humiliter opem atq; auxiliū à summa bonitate implorare, quemadmodum faciebat S. Dauid, qui sic ait: Factꝰ sum sicut nicticorax in domicilio. Idest: Quēad modū nicti corax, siue noctua fugiens aliarum auiū consortia habitat in secreto aliquo loco domicilij, lucem & conspectū hominū odiens noctibus vigilat & grauiter cantat, velut edens canticū lugubre: sic (inquit. S. Dauid) ego lucem & hominū aspectū effugiens, per noctem vaco fletibus & lugubres gemitus è pectore haurio. O vtinam sic nos ploraremus, & gemitus ederemus remediū nostrum profectò certissimum esset. *Psal. 101.* *simile.*

Inquit igitur sacra euangelij nostri lectio: *Et murmurabant scribæ & Pharisæi dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* O cruenta bellua & immanissima inuidia, quæ sic amato-
21 res tuos vexas. O filia diaboli & inferni scintilla, ne dicā ò flamma exurens pectora multorū. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, ait Sapiens. Animaduertite obsecro, ex quo fonte hoc lethale venenū longe lateq; diffusum profluit, nempe ex diabolo oborta est inuidia in mundo, qua atrociter inuidū excruciat. Est quidem tristitia de bono alieno, (vt ait S. Damascenus) de quo pia charitas mirè gaudere solet. Hac igitur cruenta bellua præcordia Phariseorū & scribarū dilacerant ad murmurationes se conuerterūt dicētes: Hic peccatores recipit. O quam maxima ratione Dominus his nefarijs & sceleratis hominibus dixit: Progenies viperarū, quomodo potestis bona loqui, cū sitis mali, ex abūdantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro suo profert bona, & malus homo de malo the-
22 sauro suo profert mala, ideſt, ex dispositione cordis bona aut mala locutio per os exit. Improbus ac sceleſtis homo, cum sit inuidus, iracūdus, superbus, & ambitiosus, atq; alia huius generis scelera habeat, horum omniū thesaurū in corde suo retinet abūdantissimū, à quo maledicto thesauro verba malitiosa prodeūt. Contra vero bonus ac pius vir in corde suo thesaurū virtutū amplissimū retinet, à quo etiam singularia & magnæ ædificationis verba profert. Appellat autem illos Dominus genimina viperarū: quoniā quemadmodū catuli viperini matris viscera rūpūt, & illam, quæ ipsos genuit, interficiunt: ita hi venenosi Pharisæi Christi Redemptoris nostri honorem mordentes ipsum, videlicet, factorem suum vita priuare cupiebant. Mulier cum vbe- *S. Dama. lib. 2.* *Sapien. 2.* *Matthæ. 12* *Simile.* *Simile.*

ra plenissima lactis habet, magnam voluptatem capere dicitur, 23
si ei lac illud, quo abundat, suggatur: contra vero ipsam magna molestia ac tædio affici dicunt, si non sit, qui illud exuggat, & in suum commodum & vtilitatem accipiat. Sic Deus optimus maximus sua diuina misericordia & pietate pectora plenissima habet, ac si lætitiam voluptatem q; nouam posset accipere, magnam profectò caperet, si homines ad suggendū & accipiendū diuina eius dona ac beneficia ad ipsum accedant: contra verò si tædio affici posset, illud certe magnū acciperet, cum videret aliquos ita impios esse, vt suis irrisionibus, subsannationibus, & murmurationibus peccatoribus sint impedimento, quo minus diuinæ clementiæ lacte fruantur. Isti illud Ecclesiastici legerāt, *Eccli. 13.* scilicet: Qui communicat superbo, induet superbiam: & illud: Viri iusti sint tibi commensales. At propter malitiam suam nō 24
intelligebant, verba hæc iustos ac perfectos viros minime tangere, quorum maxime interest cum sceleratis cōmercium habere, & cum illis conuersari, vt eos à delictis suis ad pœnitentiam trahere possint. Idcirco. D. Paulus aiebat: Omnibus om
2. Corin. 9. nia factus sum, vt omnes lucri facerē. Maiorē tamen iusti capiēt animo lætitiæ voluptatem, dum cum alijs iustis conuersantur. Atque ita D. Paulus Romanis (quorum sanctitate ita fretus
Roma. 15. erat, vt se ipsum eorum orationibus commendaret his verbis: Obsecro vos fratres per Dominum nostrum Iesu Christum, & per charitatem sancti spiritus vt adiuuetis me in orationibus vestris) sic dicebat: Veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei vt refrigerer vobiscum. Vbi alia translatio habet: Vt requiescam vobiscum, & sic etiam est in textu Græco. In quo significatum est, iustos ac pios viros in aliorum iustorum societate 25
non solum refrigerium, verum etiam quietem, ac requiem inuenire, & ideo maximo cum gaudio in illam se conferunt: conuersationē autē peccatorū ideo quærunt, vt ipsos à vitijs & sceleribus, inquibus versantur, auertant. Signum vero optimum est, cùm ipsi peccatores iustorum colloquia admittunt: & multo
Eccle. 12. melius, quando ea inquirunt: nam in Ecclesiastico dicitur: Pondus super se tollit, qui honestiori se communicat. Improbus magnopere torquetur, quotiescumq; probum ante oculos aspicit, vita nam q; pij ac iusti viri improbo & scelerato onus est grauissimum, quod quidem difficillime ferre potest. Ita Saul vi-

tam

26 tam ſancti Dauidis ſuſtinere non poterat, erat enim ei nimis gra-
uis: nam vita iuſti continua improborum reprehenſio eſt. Quo-
niam ipſa quoddam ſpeculum eſt, vbi illi ſuas deformitates vi-
dent, ac nè tales ſe aſpiciant, ſpeculum, ſi poſſent, frangere vel
lent: ideo cum peccatores diligunt & quærunt iuſtorum collo-
quia ſignũ eſt, ipſos peccata & ſcelera velle relinquere, iuſtoſ-
que effici. Quod ſi verba illa Spiritus ſancti: Qui graditur cũ
ſuperbo, induet ſuperbiam, ad viros heroicos non attinent, quo
modo ad Chriſtum Dominum, qui peccare non poterat, perti-
nebunt? Fragiles & imperfectos cum peccatoribus minime con
uerſari, nè ſimul cum eis corrumpantur, maxime oportet. Ideo
Dominus populo Iſraelitico iuſsit, ne fœdus cũ Chananæis in
iret. Nè forte (inquit) peccare te faciãt in me. Hoc illis impera- *Exod. 23.*
27 uit, quoniam cũ in AEgypto diu habitaſſent, idololatrijs nimis
dediti erant. Atq; ita aliqui doctores dicunt, AEgyptios quoſ-
dam qui ſe ad Moyſem conuerterant, eo quod in AEgypto eũ
multa prodigia operantẽ viderant, fuiſſe primos, qui Hebræos,
vt vitulũ ad idololatrandum conflarent, incitarunt: cumq; ab
ineũte ætate in improbo idololatrandi cultu vixiſſent paruaoc
caſione in illum iterum nefarie inciderunt.

Et *murmurabant ſcribæ & Phariſæi*. Quoniã Phariſæi homines
erant in tota Republicæ præcipui, ideo eorũ aduerſus Dominũ
murmuratio penicioſa fuit: nam multis ad eum nõ ſequendũ oc
caſionem dederunt. Qui de ſancta Suſanna murmurauerũt, iudi
ceserant, & viri magnæ æſtimationis de quibus apud S. Danielẽ *Daniel. 13.*
dicitur: Credidit eis multitudo, quaſi ſenibus & iudicibus popu
28 li. Qua propter eos, qui magnæ authoritatis in Republica ſunt,
& in ea grauibus muneribus fungũtur à detractione alicuius ſe
abſtinere maxime oportet: improbo enim vitio murmuratio-
nis authoritatẽ præbent, & cũ illa omnibus ſunt nocumento.

Intelligens igitur cœleſtis Dominus horum ſceleratorum
maledicam murmurationem ait ad illos parabolam iſtam di-
cens: *Quis ex vobis, qui habet centum oues, &c.* O Chriſte veriſ-
ſime ac ſumme mundi magiſter, ſit tua ab omnibus creaturis ſu
perna clementia ac pietas benedicta, quandoquidem ex malis
ſic bona ſcis educere: ex malitioſa enim improborũ Phariſæo-
rum murmuratione occaſionem cepiſti, vt his ſuauiſsimis para-
bolis nobis tot tantaque de tua diuina miſericordia patefaceres,

vt & illos & nos ad tuũ diuinũ amorem atq; obedientiam attra- 29
heres. O mortales filij Adami, discite ab hoc cœlesti magistro, malũ pro malo minime reddere. Quando isti merebantur, vt igne è cœlo descendente propter tantum facinus comburerentur, ac penitus absorberentur, tũc Dominus in eos singularia beneficia confert, ipsis ineffabili mansuetudine cœlestem doctrinam prædicans, sicut cũ per Prophetã Oseam Synagoga dixit:
Osee. 2. Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, idest, post idola, Dominus cùm iure optimo terræ posset præcipere, vt ipsam deuoraret, inquit: Propter hoc ecce ego lactabo eam, & loquar ad cor eius. O immensam atque ineffabilem summi Dei pietatem: quis hæc audiens in eius diuino amore totus non deliquescit?

Quis ex vobis homo, &c. Idest: Vos, qui murmuratione & male 30
dictis, meæditis quoniã peccatores ad me veniẽtes libenter, ac cipio, scitote hæc omnia parũesse respectu eorũ, quæ facere decreui. Nõ solũ enim expectabo, vt ad me veniãt, sed instar optimi pastoris per alta cacumina & per vmbrosas valles eos diligẽtissime quæram, & in humeris meis portabo, peccata eorũ ferẽs pro quibus tandem patiar & eis veniam consequar, & gratiam, qua comparatur gloria, ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica tertia post pentecosten CONCIO SECVNDA.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audirent illum. Lucæ. 15.

Genes. 28. IN sacra scriptura legitur, quod cùm Patriarcha Iacob e somno (in quo scalam, quæ cœlos attingebat, vidit) euigilaret, tulit lapidem, quem superposuerat capiti suo, & erexit in titulũ fundens oleũ desuper.
1. Cor. 10. D. Paulus inquit: Petra autem erat Christus. Hanc autem petrã æternus pater tam abundanter vnxit, vt S. Dauid dicat: Vnxit te Deus

2 te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Vbi illud, Deus, in primo loco poſitus in vocatiuo caſu eſt, & loquitur Regius Propheta cum Chriſto mundi Saluatore, qui per illũ lapidem, quem Iacob vnxit, adumbratus eſt. Itaque ait: Te Deus Chriſte Ieſu vnxit Deus tuus, videlicet pater æternus, qui eſt Deus tuus inquantũ tu ipſe homo es: & vnxit te præ conſortibꝰ tuis, videlicet, omnibus ſanctis, ſuper quos Chriſtus Dñs vnctus fuit: omnibus enim gratia per menſurã donata eſt. De ipſo verò Dño Ioãnes ait: No eſt datus ei ſpiritus ad mẽſurã: imò (vt idẽ ipſe inquit) de plenitudine eius omnes accepimus. Si igitur vnctio, qua Iacob lapidem vnxit, nimis abundans fuit (oportebat enim, vt ipſa terram, quæ circumcirca erat fluendo vngeret) & vnctio diuini lapidis fuit abundantiſsima, certiſsimum eſt, omnes qui ad eũ fide, amore, & obedientia acceſſerint, diuinæ eius gratiæ participes futuros eſſe. Qua propter optime in præſentiarũ illud Prophetæ Dauid myſtice applicari poteſt, ſcilicet, ſicut vnguentum quod deſcendit in barbam, quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Caput eſt Chriſtus Ieſus, de quo D. Paulus inquit: Ipſum dedit, ſcilicet, pater æternus, caput ſuper omnem Eccleſiam, ideſt, ſuper Eccleſiam triumphantem & militãtem: & in hoc capite omnis plenitudo vnguenti & vnctionis ſpiritus ſancti eſt. Hinc autem effluxit vſq; ad barbam, videlicet, ſanctos Apoſtolos. Nam ſicut barba hominẽ nobilitat & honore afficit: ita ſacri Apoſtoli ſuis virtutibus ac rectè factis Chriſtũ vnigenitum filium Dei honore condecorarunt. Ab hoc verò diuino capite in ſubuculam, videlicet, in eccleſiam ipſius eadẽ vn
4 ctio effluxit. Quemadmodum enim ſubucula in collari multos ſinus vulgo, *Plieges*, Habet, qui omnes vniti & coniũcti ſunt: ita in primitiua eccleſia (quæ veluti ſubuculæ collariũ erat) omnes fideles per amorem & charitatem vniti atq; coniũcti erãt, vt in actibus apoſtolorũ dicitur: Multitudinis autẽ credentium erat cor vnũ & anima vna. Ac ſicut ſubuculæ ſinus & rugæ quãto magis ab ipſo collari ad inferiora deſcendunt, tanto magis ampliantur & dilatantur, ità vt in ora nulli iam ſint, ſic eccleſia catholica quanto magis progreditur, tanto plus multa illius mẽbra odijs, paſsionibus, & inimicitijs ad inuicem ſeparantur. De nique ſicut in fimbria ſeu ora ſubuculæ nullæ duplicationes vel ſinus ſunt, aut aliquid, quod cum alia re ſit coniunctum, ſic

Pſal. 44.
Ioan. 3.
Idem. 1.
Pſal. 132.
Epheſ. 1.
Simile.
Simile.
Actuũ. 4.

in nobis, qui sumus, in quos fines sæculorũ deuenerũt, vix amo 5
ris vestigium aut charitatis reperitur, imo potiùs mutuo nos ad
instar rabidorũ canũ mordemus: & non solũ proximis nostris in
rebus familiaribus nocere atq; officere contendimus, verũ etiã
in fama, vita, & conscientia eos lædere, ac de ipsis detrahere to-
tis viribus conamur. Merito ergo fimbria vestimenti appella-
mur, nã scelera nostra vsq; ad vltimũ terminũ, quo peruenire
poterant, quodammodo accessisse videntur: & nihilominus si
ad meliorẽ viuendi modũ reduci, & ad hanc diuinam petrã hu-
militer accedere volumus, ipse nobis aliquid ex vnctione suæ
diuinæ gratiæ impartietur, siquidẽ ait, ipsam vsq; ad orã vesti-
Psal. 118. menti accedere. Cũ. S. Dauid dixit: Lõge à peccatoribus salus
nõ ibi stetit, sed adiunxit: Quia iustificationes tuas nõ exquisie
rũt, In quo significauit, peccatores efficaciter quærentes Dei iu 6
stificationes nõ lõge à salute esse. Igitur fratres mei, qui lethali
macula infecti estis, & Dei iustificationes quærere minime co-
namini, vos longe à salute esse intelligite, ac pro certo habete,
Simile. vos ipsos esse, sicut terram, quæ cũ à sole nõ calefiat & attinga-
tur, fructus propter nimiã frigiditatẽ parere seu præbere nõ va
let, sicut experiẽtia patet in septẽtrionalibus regionibus, in qui
bus (vt aiũt) res viua nõ gignitur, nec viride aliquid ob defectũ
Simile. caloris producitur. Ita in mẽtibus vestris nihil viuũ nihilq; viri
de, sed omnia mortua sunt & sicca præ frigiditate peccati & diui
nę gratiæ caloris penuria. Si cadauer veste pellicea induatur, ve
stis ipsa cadauer minimè calefaciet: nã vt vestis corpori calorẽ tri
buat prius ab ipso corpore calorẽ exire oportet, qui vestẽ pelli-
ceã calefaciat, & postquã illa calefacta fuerit, facile calorẽ ipsi 7
corpori cõmunicabit. Hę autẽ operatiões fieri nequeũt in cada
uere, sed in corpore viuo. Sic bona opera sunt quędã vestis pelli
cea, qua mẽs induit & cõtegitur, sed, vt ei calorẽ meriti afferãt,
pri⁹ ab illa ipse calor gratiæ & charitatis, q vitam caloremq; bo
nis operibus præbet, exire debet. At si mens per culpã mortua
est, sicuti ab illa calor hic exire non potest, ita nec operibus cõ-
municari, nec etiã ipsa opera animæ calorẽ hunc impartiũtur:
atq; ita misera mens, tanquã terra septentrionalis, arida & steri
lis remanet, quoniã à vero iustitiæ sole, videlicet, Deo longe ab
est. Aliud etiã nõ minus malũ peccatori euenit ex eo ꝙ à Deo
se elongat, scilicet, omnia, quæ Dei sunt, ei minima videri. Res,

quas

quas à longè videmus, minores quam ſunt nobis repræſentari, certiſsimum eſt: illas verò, quas prope & iuxta nos videmus, magnas eſſe iudicamus. Sic peccatori, quoniam à Deo procul eſt & in mundi rebus ſummerſus, omnia mundi magna eſſe videntur, & propter illa facillime mortem oppetet: illa autē quæ Dei ſunt minima & ideo ea parui facit & pro nihilo ducit, vultque potius breuiſsima quadā voluptate, quā illis omnibus frui. Non ſic. D. Paulus faciebat, ſed, quoniam cum Chriſto Ieſu vnitus, & corde ſeparatus à mundo erat, dicebat: Omnia arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucri faciam. Qua propter, ſiquidem in tam infœlici ſtatu omnes, qui à Deo auerſi eſtis, verſamini, & ipſe vos ſua diuina miſericordia expectat & inuitat, vt ad eū accedatis, quid moramini? Quis vos detinet, quo minus à tanto pe
9 riculo euadatis, tantūq; beneficiū accipiatis? Ephraim (inquit S. Oſeas) quid mihi vltra idola? Audiens Ephraim (ideſt Iſrael) beneficia, quę ei Dominus pollicebatur, hæc verba protulit: Quid mihi vltra idola? Et in paraphraſi Chaldaica habetur, Dicēt progenati domꝰ Iſrael, Quid ad nos attinet vltra ſeruire idolis. Deus autem ſtatim eis alia longe maiora beneficia promittit dicens: Ego exaudiam & dirigam eū ego, vt abietem virentē. Paraphraſis Chaldaica explicat Deū hic Iſraeli promiſiſſe, ſe populū Iſraeliticum tanquam abietem virētem facturū. Vel poteſt intelligi, quod ipſe Deus tanquam abies frondoſa, quæ ſupereminet virens (ideſt, qui ſuis diuinis fauoribus & auxilijs eis faueret) erga ipſos futurus eſſet. Idcirco quandoquidem Deus modo peccatoribus, ſi ad eū conuertuntur, multo maiora & præclario
10 rabeneficia pollicetur, omnes puro corde dicite: Quid ad nos attinet vltra ſeruire idolis? Vere relinquamus illa, & ad ſummū bonū Ieſum Chriſtū accedamus, ſicut iſti faciebant, de quibus ſacroſancti euangelij lectio ait: *Erant appropinquantes ad Ieſum Publicani & peccatores*. Quis ægrotus eſt, qui ſalutē non deſideret? Quis eſt in carcere, qui libertatem non optet? Quis nudus, qui veſtes non cupiat? Quis famelicus, qui cibos nolit? O animæ induratæ vos eſtis illæ, quæ remediū contemnitis. O vtinam omnipotens Deus his meis ſermonibus efficaciā præberet, vt lapidea corda veſtra transfigerent, quo omnes ad Deū conuerſi ſtatim hæc, quæ nomine ipſius vobis intimo, faciatis.

Simile.

Philip. 3.

Oſea. 14.

Et murmurabāt Phariſæi, & ſcribæ dicētes: Quia hic peccatores recipit

Iob. 28. *& manducat cum illis.* Conuenienter de cæco illo populo verba, 11
quæ sanctus Iob inquit, dici possunt, scilicet: Semitam ignorauit auis, nec intuitus est oculus vulturis. Vbi alia translatio habet: Non est intuitus oculos vulturis, & sic etiam B. Gregorius legit. Vultur acutissimo suo olfactu cæteras omnes aues facile antecellit: qui per aerem volans cadauera mortuorum longissime distantia olfacit, & in ea celeri ac veloci impetu descendit, non vt inter ipsa spatietur, sed vt fami suæ satisfaciat carnibus illis vescens, & eas in se commiscens & incorporans. Non solùm autem eas edere contendit, verum etiam ipsas in altas rupes atq; asperas crepidines, in quibus nidificauit, pullis suis asportare conatur. D. Ambrosius inquit, esse quoddam genus vulturum, quorum fœminæ absq; maris accessu concipiunt. Qua propter Christus Redemptor noster aptè vultur appellari potest, siquidem mater sua sanctissima ipsum integra virginitate concepit. De hoc cœlesti vulture improbe Hebræi dixerunt, Plus valet in manibus passer, quam vultur in aere volans, vt vulgo dicitur: *Mas vale paxaro en mano que Buytre volando.* Venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Habebant Iudæi in manibus passerem, hoc est, dominatum & imperium, & nè hunc minimum passerem amitterent, supernum redemptorem tantis miraculis ac tam alta doctrina volantem contempserunt & aspernati sunt. Hoc etiã vnusquisq; peccatorum inquit, scilicet, *Mas quiero paxaro en mano que Buytre volando.* Qui licet verbis illud nò proferat, operibus tamen dictitat, quandoquidẽ propter voluptates, honores, atq; alia temporalia bona Deũ derelinquit. Iustus verò econtra ait: Malo volantem vulturem, quam in manibus 13
passerem, hoc est, vt Christum Saluatorem meum sequar, & ei toto corde seruiam, voluptates ac delicias humanas contemno & pro nihilo habere volo. Hic igit diuinus vultur magno impetu suæ diuinæ charitatis, olfaciens humanum genus, quod propter culpam mortuum erat, è cœlo in terram descendere dignatus est, qui inter mortuorum cadauera incedebat, hoc est, cũ publicanis & peccatorib⁹ versabatur: Hebræus vero Populus semitam auis ignorauit, & non intuitus est oculos vulturis. Oculi intentionem alicuius significant, & oculos non intueri, idem est atq; animum & intentionem non attendere. Ita Hebræi dulcissimum Iesum tanquam vulturem inter cadauera cum peccatoribus

Similè

D. Amb. li. 5. exac. merõ.

Ioan. 11.

12

14 bus commorantem aſpexerunt, ſed intentionem eius atq; animum, quo id faciebat (videlicet, vt fami ſuæ ſatisfaceret) minime attenderunt. O quam maxime Deus iuſtificationem impiorum & ſaluationem animarum eſurit. Quando aliquis fame (vt aiunt) enectus eſt, panis ſeptem hebdomadarum coctus, licet duriſsimus ſit, ei recens videtur. Sic Deus ita ſalutē animarū eſurit, vt peccatorem ſeptem peccatis mortalibus durū vera pœnitentia contritum, ac ſi eſſet panis recens, deuoret & manducet. Hæc igitur fames ipſum quodammodo coegit, vt inter cadauera, hoc eſt, inter peccatores verſaretur, ipſoſq; ederet, & in ſe per gratiam incorporaret, atq; in cœlorum nidum aſportaret. Nam, vt ipſe ait: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Circa quod notandum eſt, Dominum tam iuſtis quam peccatoribus è cœlis 15 in terram veniſſe. Dicit autem, ſe præcipue pro peccatoribus veniſſe, tum quia iſti plus aduentu eius egebant, tum quia eius virtus & potentia in his ſanandis magis oſtendebatur. Iccirco D. Paulus inquit: Iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat. Denique iſti ſcelerati atq; impij homines animū & intentionem qua pijſsimus Ieſus cum peccatoribus & publicanis communicabat, minime attendebant, & ideo impudentiſsime murmurabant. Hoc vnū expræcipuis negotijs eſt, ad quæ pater æternus eum in hunc mundū miſit. Hinc vox illa inſonat miræ ſuauitatis plena, nec dum eius deſideratum aduentū, ſed vnctionem & prædicationem illius palam faciens, ſcilicet, ſpiritus Domini ſuper me, eo quod vnxit me ad annuntiandū pauperibus miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgē 16 tiam, & claudis redemptionem, vt prædicarem fortitudinem lu gentibus Sion, & annuntiarem annum placabilem Domino Et paulo poſt: Et darem coronam pro cinere, oleū gaudij pro luctu palliū laudis pro ſpiritu mœroris. Quam prophetiam Saluator noſter dignatus eſt, de ſe ipſo explicare, vbi in ſynagoga petijt librum, & ſedens verba hæc ore ſuo ſacro protulit dicens: Hoc die impleta eſt prophetia hæc in oculis veſtris, & ſtatim librum clauſit. Quid precor commodius & nobis ſalubrius dici potuit, qui captiui à tyranno Sathana tenebamur? Clauſi in tetro carcere eramus, & delictorum noſtrorum tenebris, perinde atq; æreis vinculis irretiti: veruntamen Redemptor Chriſtus Ieſus cruore ſanctiſsimo ſuo ſuaq; precioſiſsima morte vincula noſtra diru-

Simile.

Matth. 9.

Roma. 3.

Iſai. 61.

pit, & mirabili sua virtute libertatem nobis etsi immeritis donā- 17
uit: sicole ū gaudij pro luctu largitus est pœnitentibus, & coronam gloriæ pro cinere humilitatis. Murmurationi igitur istorū Phariſæorum patientissimus Iesus suauissimis sermonibus satisfacit eis efficacissimas quasdam in modum similitudinum rationes proponens. In quo admirabile artificiū ad superandos eos,
Simile. qui nobis calumniam inferunt, nos docuit. Narrat Plinius egregius naturalium rerum indagator, in mari quendam esse piscem qui cum cetoperpetuam habet contentionem, vt autem tantam belluam possit superare, virus abominabilis fœtoris per os mittit, cetus verò ad se defendendum fumum quendam odoriferū & anhelitum maximæ fragrantiæ, qui ex ambro, quod in visceribus habet, oritur, dicitur immittere, atq; ita venenum aduersarij nocere ei minime potest. Sic cùm improbi lethale ve- 18
nenum iniuriarum & opprobriorum in iustos ac pios viros eis nocere intendentes conijciunt, ipsi verborum dulcedine, vultus mansuetudine, & vitæ sanctitate se non solum ab eorum iniurijs tuentur, verum etiam illos hac admirabili arte, facillimè su-
2. Cor. 12. perant. Ita. D. Paulus faciebat, sicut ipse testatur dicens: Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia. Inquit: In omni patientia, tum quoniam non deficiebat, nec desistebat ab incepto, cum videbat peccatores nolentes se conuertere, sed vna die atque alia patienter expectabat: tum etiam quia æquo animo contradictiones eorum, qui eum à sancto proposito deterrere volebāt, sustinebat, atque ita eos mansuetudine vincebat. O charissimi fratres, quot quantaque mala euitaremus, si hanc cœlestem doctrinam, quam hic diuinus magister 19
nos docet, seruaremus.

Inquit igitur sacra euangelij lectio: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, &c.* Vsque, *Cōgratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.* Hæc omnia, quæ bonus pastor hic facere dicitur, filius Dei Iesus Christus fecit: qui nouem angelorum choros in cœlo reliquit, & in terram quæsiturus ouem, quæ perierat, scilicet, naturam humanam profundissime descendit. Si autem quæritis qualiter angelos reliquit, siquidem ab eis nunquam discesserit, quippe qui vbique est? huic quæstioni Rupertus Abbas eleganter satisfacit dicens, hunc loquendi modum esse per
Simile. comparationem. Veluti cum Rex aut princeps aliquis in domo

20mo ſua famulum habet, quo familiariſsime vtitur, & in quem maxima quotidie beneficia cõfert: poſtea vero ad ſe aliũ, quem plus diligit, & maioribus beneficijs exornat, attrahit & beneuolentia proſequitur, tũc dicere ſolemus: Iam Rex illum, quem nimio amore charum habebat, reliquit: non quod in domo eius vt antea non habitet, & in eum ipſe Rex multa beneficia conferat, ſed quia comparatione alterius, quem denuo recepit, & maioribus beneficijs auxit, illa, quæ erga illum confert, minima videntur: ita filius Dei nũquam angelicos ſpiritus omiſit, quin potius illos continuis beneficijs afficit. Sed comparatione innumerabilium mirabiliorum, quæ pro hominibus (dũ homo fieri voluit) operatus eſt, dicitur aliquo modo angelos reliquiſſe: ſiquidem (vt ait D. Paulus) Nuſquam angelos apprehendit, ſed ſemen *Hebræ. 2.*

21 Abrahæ apprehendit. Vocat autem oues, angelos ipſos atq; homines propter innocentiam, in qua creati fuerunt, cœlum verò appellat deſertum, quoniam in deſerto ouis paſcua abũdantiſsima ac ſapidiſsima inuenit, in vrbe verò macellum eſt, vbi ipſa vitam amittere ſolet. Ita homo in cœlis tantũ ſatietatẽ & requiẽ integram atq; perfectam inueniet, in mundo autem omnia afflictio, fames & mors ſunt. Atq; ita Dñs inquit: In mũdo preſſurã habebitis, in me pacem. Deſertum etiam cœlũ ſumma veritas appellat, quoniam ibi id, quod maxime ipſe diligebat, videlicet homo, non erat. Cũ quis alium nimio amore proſequitur, licet cũ alijs quam pluribus eo abſente ſit, in ſolitudine ſe abſq; illo eſſe exiſtimat. O ineffabilem Dei bonitatem, ò immenſam diuini amoris magnitudinem. Vt quid fratres nõ confundimur? Vt *Simile.* *Ioan. 16.* *Simile.*

22 quid pudore talia audientes non erubeſcimus? Ecce Deus locũ in quo homo non eſt, ſolitudinem vocat, cum tot angelorum millia cum eo ſint: nos vero è contra locum, in quo Deus eſt, videlicet, vbi negotia ſeruitio eius dicata aguntur, ſolitudinem putamus: ac tunc multitudine comitati nobis eſſe videmur, quando cũ illis ſumus, cũ quib⁹ murmurare, ludere, atq; alia id genus ſcelera committere facile poſſumus. Maxime verò perpendendum eſt, amiſsionem hominis à Domino comparari cũ ouis iactura. Ideo S. Dauid inquit: Erraui ſicut ouis, quæ perijt. *Pſal. 118.*

Ouem ab alijs, vt parumper in herba edat, facile errare contingit. Gradiũtur omnes ſimul, & ex illis quædam, vt viridẽ ramũ, vel dulcem herbã manducet, cæteris vltra progrediẽtibus *Simile.*

ipſa

ipsa sola retrorsum manet. Sic primus parens quoniam vetitum 23
fructum manducauit à via recta aberrauit: quod etiam nũc quã
plurimis euenit. Nam quid est illud, propter quod homines pe
reunt, nisi parum herbæ viridis, quæ in momento marcescit &
consumitur? O miseros ac cæcos filios Adæ, quam ludiose pa-
rentes primi suum creatorem prouisibus huius mundi rebus of-
fendentes vestigia sequũtur. Ait etiam, se tanquam ouem erras-
se, quoniam discrimen est inter amissionem ouis & amissionem
Dissimile. margaritæ pretiosæ. Si enim margaritam pretiosam amisisti, in
eo loco, vbi eam amisisti, ipsam inuenies: at vero si ouem perdi-
disti, ipsam longe ab eo loco, in quo remansit, comperies: conti-
nuo namq; eius perditio augetur, quia in dies magis in saltuosa
nemora & in asperos montes sese immittit. Ita homo nõ tanquã
margarita, quæ quiescit vbi remansit, sed tanquã ouis deperdi- 24
tur: nã postquã vnũ scelus cõmittit, aliud, & aliud, atq; alia mul
ta perpetrare cõtendit. Ouis amissa rapaci lupo subiecta est, nec
habet dentes, vel vngues, aut cornua, quibus se tueri valeat. Sic
peccator, postquã gratiam amisit, arma, quibus á teterrimi inimi
ci viribus se possit defendere, & ab eius potestate liberari, mi
nime habet. Canis aut felis, si aliquando à domo heri sui aber-
Simile. rauit, in eam facile redit, ouis verò in gregem, à quo discessit, re-
uerti nescit, si à pastore suo nõ quæritur. Iccirco S. Dauid, post
Psal. 118. quam dixit: Erraui, sicut ouis quæ perijt, statim adiecit: Quære
seruum tuum Domine. Quasi diceret: Non ad me Prophetæ, nõ
patriarchæ quærentes veniant, ipsi enim à peccato me ipsum
haud poterũt eripere. Tu Domine, qui meus pastor es proprius
quiq; ab his malis eripere vales, me quære. Hanc igitur errantẽ 25
ouem filius Dei è cœlis in terram quæsiturus descendit: atq; ita
Lucæ. 10. per S. Euãgelistam Lucam ait: Venit filius hominis quærere &
saluum facere, quod perierat. O incommutabilis Deus, quare
cum in mundo tot perditi homines sint, quidam propter ludũ,
alij propter voluptates, alij propter superbiam, alij propter cupi
ditatem, inquis esse vnam tantum modo ouem perditam? Quo
niam dulcissimus Iesus vult, vt credas, se taliter te ipsum quæsi-
uisse, vt si in toto mundo tu solus esses, propter te duntaxat mo
reretur. Ideo vnusquisq; se vt ouem illam perditam reputare de
bet, & beneficia redemptionis, non vt vniuersalia, sed vt particu
lariter sibi facta existimet, eaq; vt talia gratificetur.

Et

26 *Et vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam.* Hic immenſa Chriſti Saluatoris noſtri charitas denotatur, qui tanta cura, diligentia, ac perſeuerantia nos diu noctuq; mane ac veſperi indefeſſe quæſiuit, tot à natiuitate ſua vſque ad crucis mortem labores patiens. Vbi apertè noſtrorum ingratitudo reprehenditur, ſiquidem tam lente & ignaue hoc ſummũ bonũ inquirimus: qđ ſi aliquando illud quærere incipimus, ſtatim laborando deficimus, cum aliàs in perquirendis caducis huius mundi rebus nimis conſtantes ac diligentes ſimus. De hoc Dominus per Aggæum prophetam conqueritur dicens: Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinaſtis vnuſquiſq; in domum ſuam: propter hoc prohibiti ſunt cœli, ne darent rorẽ, & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum. Diſcamus igitur fratres à noſtro diuino magi- *Aggai. 1.*
27 ſtro, qui tanta cura, diligentia, & conſtantia ea, quæ noſtra intererant, effecit, vt nos omni ſedulitate ac ſolicitudine ea, quæ ad eius ſeruitutem attinent, agamus. Rex Ioſaphat in ſacra ſcriptura ſic iudices allocutus fuiſſe legitur: Sit timor Domini vobis, & cum diligentia cuncta facite. O admirabile conſiliũ: Spiritus ſanctus illud cordibus noſtris, vt per ipſum ducamur, affigat. *2. Para. 19.*

Donec inueniat illam. O Chriſte angelorum gloria, quorſum Domine tanta cura & ſolicitudine rem tam vilem, qualis eſt ouis quærere intendis? Ad hoc reſponderi poteſt, aliqua eſſe, quæ cura & ſolicitudine quæruntur non propter id quod in ſe ſunt & habent, ſed propter id quod eſſe poſſunt, alia vero propter id quod in ſe ſunt tantũ. Inquirimus aurum & argentũ diligenter eò quod res precioſæ ſunt: ſculptor verò arboris truncum ſeu *Simile.*
28 ſtipitem quærit, non quod de ſe precioſum ſit, ſed quia ex eo ſacrarium magni valoris facere poteſt. Sic Deus omni cura ac diligentia peccatorẽ quærit non propter id quod in ſe eſt, nec propter bonum quod in ſe retinet, (eſt enim alter Sathanas) ſed illũ quærit propter id quod eſſe poteſt, nam melior eſſe, quam angelus, aut Archangelus, ſeu Cherubim aut Seraphim & pluſquam ipſi valere poteſt. O peccator, qui nihil vales, ſed tamen plurimum valere potes. *En el juego del axedrez ay differencia entre aquellos trebejos y pieças, que ſe aſsientan en la tabla. El peon es el mas infimo y mas alto es el arfil, y mas el caualllo que el arfil, y mas el roque que el caualllo, y mas el rey que el roque, y mas la dama que el rey: pero aunque ſon todos mayores que el peon ninguno puede ſubir à ſer mas. El arfil no puede ſubir* *Simile*

subir a ser caualło, ni el caualło a ser roque, ni el roque a ser rey, ni el rey a 29
ser dama: Solo el peon, que es menor en acto, es mayor en potencia, porque
puede subir a ser mas que arfil, y mas que caualło, y mas que roque, y mas
que rey, porque puede subir aunque con difficultad a ser dama. Ita *En el*
axedrez del vniuerso, Hoc discrimen versatur inter creaturas intel
lectuales, quod ex omnibus infimæ sunt homines, super quos di
gnitate & excellentia Angeli sunt, & super Angelos Archange
li, & ita vsq; ad Seraphin ascendendo. Et inter eos hic ordo ser
uatur, quod neq; Angeli ad dignitatem Archangelorum, neque
Archangeli ad dignitatem Thronorũ, nec Cherubin ad digni-
tatem Seraphin valent ascendere. Soli homines, qui infimum
naturæ gradum retinent, diuina gratia & fauore adiuti ad digni
tatem plusquam Angelorum, Archangelorũ, Cherubin, ac Se-
raphin ascendere possunt, sicut vere & realiter sacratissima vir- 30
go Maria Domina nostra ascendit. O nuntia filijs Adæ fœlicis-
sima. Quo circa omnes peccatores è somno euigilate, capita ve-
stra leuate, & hanc singularem libertatem arripere, atq; capesse-
re incipite. Tempus, in quo ad tantam sublimitatem peruenire
potestis, ne frustra consumatis.

Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens. O vere no-
strarum mentium amator, qui cum eas tanto precio emere ac re
B. Petr. 1. Canon. 1. dimere dignatus fueris (sicut B. Petrus testatur dicens: Scientes
quia non corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed pre
cioso sanguine, quasi agni incontaminati Iesu Christi: redem-
pti (ait) ideſt, iterum empti, quoniam pijssimus Iesus nos sæpe-
numero emit, siquidē quodlibet opus eius infiniti valoris erat) 31
cũ, inquam, animas nostras tanto precio emeris, quomodo di-
Iean. 17. cis te eas inuenisse. Quin etiam loquens cum tuo æterno patre
dixisti: Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mi-
hi de mundo. O liberalissime Iesu, id quod tibi tanti stetit, &
propter quod tot labores tamq; crudelem mortem passus es, do
natum tibi esse videtur? O Benedictus ac glorificatus sit talis
Simile. amor. Cùm quis rem, quam magnopere exoptabat, etiam maxi
mo premio emit, posteà amico suo ait: En Domine miiam id,
quod studiose quærebam, inueni. Egregie profecto: rem pluri-
bus numis emit, & eam se inuenisse inquit, eò quod ipsam emis
se, nimia lætitia & gaudio perfundebatur. Sic filius Dei cum er-
rantem hominem inuenit, tanta lætitia affectus est, vt omnia,
quibus

32 quibus illũ emit, licet preciũ emptionis proprius ipſius ſanguis ac mors fuerit, parui pẽderit & pro nihilo habuerit. Et ideo poſt quam bonus Ieſus dixit, *Cum inuenerit eam*: Adiunxit ſtatim, *Imponit in humeros ſuos gaudens*. Loquens. S. Moyſes de populo Hebræo inquit: Inuenit eũ in terra deſerta in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis: circũduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillã oculi ſui, & aſſumpſit eũ, atq; portauit in humeris ſuis. Hoc ait ſacer textus, quoniam Deus illis legem dedit, & eorũ moleſtias, atq; onera pertulit. Hic verò, dum ouem in humeros ſuos imponit, aperte innuit, ſe humani generis peccata in humeris portaſſe, & pro illis in cruce debitũ ipſorum perſoluiſſe, quia (vt ait. B. Petrus) Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus. Adiecit autẽ, *Gaudẽs*

33 quoniam licet mens eius ſecundũ portionem inferiorem triſtabatur, tamen ſecundũ ſuperiorem magnopere gaudebat: quod quidem gaudiũ neq; ipſe vehemens dolor, quẽ ſanctiſsima eius caro vi tormentorum patiebatur, impedire potuit.

Deut. 32.

1. Pet. 2.

Ita D. Tho. 3. p. q. 46. artic. 8.

Et ait, *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat*. Quemadmodũ pij ſimus paſtor dãna & incõmoda ſuarũ ouiũ, vt ſua propria reputat, & ea pluſquã ipſæmet oues ſentit: ita euigilantiſsimus paſtor Ieſus Chriſtus hæc omnia obſeruans inquit vt ſibi congratulẽtur de oue, quã inuenit, ac tandem concludit illa mirabili ſententia, videlicet: *Dico vobis quod gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agẽte, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia*. Neſcio quid prius amplificem, aut quid prius admirer, an beatorum erga omnes admirabilem

Simile.

34 charitatem, an ſingularem virtutem & dignitatem pœnitentiæ, quæ omnem cœleſtem curiam nouo gaudio lætificat, an peccati malitiam? Siquidẽ cùm homo ab illo exit, Deus ipſe atq; eius angeli lætantur. An deniq; væcordiam, pigritiam, ac cæcitatẽ filiorũ Adæ, qui nec his verbis virtutẽ eximiã & ſingularẽ excellentiã pœnitentiæ intelligũt: ſiquidem ad illã agendam ſe ſe minimè applicare volũt. O infœlices illos, quos hæc omnia ad hãc ſupernã medicinã ſumendam non mouẽt. Pro intellectu tamẽ iſtorũ verborũ notandũ eſt, quòd cũ excellentior ſit innocẽtia quã pœnitẽtia, maiꝰ gaudiũ fit in cœlo de innocẽte iuſto, quã de cõuerſione peccatoris, qa de maiori bono maiꝰ gaudiũ dimanat, vt egregie D. Thom. inquit. Sed dictũ eſt, plus gaudere de pœ-

D. Tho. 1. p. q. 20. art. 4. ad. 4.

de pœnitente, quam de iusto innocente, eo quod plærumque pœnitentes humiliores resurgunt, & feruentiores. Sic S. Gregorius exemplum adducit de milite, qui in certamine succumbēs, deinde fortiter inimicum prostrauit, de quo eius dux plus exultat, quam de alio milite, qui in bello nunquam cecidit. Quo circa, siquidem Angeli hominum peccatorum conuersione lætantur, rationi etiam consentaneū erat, vt pharisæi ipsa gauderent, & contra Dominum non murmurarent, quoniam ipse eos ad se recipiebat, & ab eorum peccatis & sceleribus auertebat. Discamus igitur fratres charissimi hanc cœlestē doctrinam, & ad veram pœnitentiam agendam ad inuicem nos excitemus, qua hic gratiam consequemur, & postea gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. 35

B. Gregor. hom. 34. in euange.

1

DOMINICA IIII.

post Pentecosten

CONCIO PRIMA.

Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, &c. Lucæ. 5.

Origē. sup. numer.

ANtiquissimus Origenes sacratissimū euāgelium agro pulcherrimo & floribus referto comparat, ex quo, licet omnis eius pulchritudo magnopere delectet, omnes flores, rosas, ac violas, quas intueris, minimè carpis: sed ex illa multitudine florū illos, qui oculis placidiores sunt, & quorū odore magis delectaris, colligere assuescis. Quoniam autem hoc sacrum euangelium est veluti cāpus floribus repletus, nos siquidem omnes decerpere non valemus, eos, quos poterimus colligemus. Inter quos vnus euangelicæ lectionis huius principij valde excellens est, dum ait: Cum turbæ irruerent, idest, cum impetu irent in Iesum. Hoc initium maxima amplificatione dignū est: vbi satis aperte docemur, quo feruore, spiritu, ac diligētia diuina eloquia audire debemus. Perpē 2

dite,

3 dite, quæso, si in quadam vrbe maxima fame oppressa vnũ dũ- *Simile.*
taxat horreũ frumento plenũ esset, qua solicitudine, cura, & festinatione omnes ad illud, quærendi triticũ causa confluerent? Multo igitur maiori cura, angore, & anxietate nos ad accipiendũ cœlestẽ panem, videlicet, sacram doctrinã properare, ratio postulat. Quod si ad id diligentiam non adhibemus, satietas & fastidiũ, quod de rebus spiritualibus habemus, huius rei causa est. Ecce, dies veniũt, dicit Dñs, & emittam famem in terrã: non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiẽdi verbũ Domini, inquit Amos Propheta. Magnũ profecto in nos Deus beneficiũ con- *Amos. 8.*
ferret, si famem hanc, quæ nos suscitaret, & à nobis frigiditatem atq; acerbitudinem, res diuinas audiendi, auerteret, mẽtibus nostris immitteret. Si sciretis in hac ecclesia esse ditissimũ thesau- *Simile.*
4 rũ, ex quo quantũ cuilibet placeret, posset accipere, quo impetu & solicitudine, ac celeritate omnes ad depromendũ aurũ venissetis? Non ne ergo diuina verba omni auro & argento pretiosiora sunt? Ita profectò, sicut S. Dauid testatur dicens: Iudicia Domini desiderabilia super aurũ & lapidẽ pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Si igitur concio diuinarũ rerũ thesaurus est, quo mentes vestras ditare potestis, quare magno impetu magnaq; lætitia ad hoc tam pretiosum aurũ colligẽdum huc non confluitis? Aliter profectò ac longe dissimili spiritus feruore S. Dauid illud sibi arripiebat, dũ ait: Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. O admirabilem Spiritus sancti metaphoram, qua efficacia, & vehementia ac feruor huius sancti viri explicatur, & quanta solertia, quanta q; auiditate ad audiendũ verbũ Dei conuenire debeamus. Quemad- *Simile.*
5 modũ milites postquã ditissimam aliquam vrbem expugnarũt, eam spoliare conantes omni cura, anxietate, & solicitudine spolia colligũt, sinus ac manicas exuuijs implẽt, tandem omnia, quę possunt, in humeris portant: sic (inquit S. Dauid) Ego facio, cum Deus meus sanctissima tua verba audio: ea ad cor, ad oculos, & ad omnes animę meæ potentias colligo, atq; sicut illi, vt diuitias spoliorũ comparent, non bibũt, neq; comedunt, ita ego in tuis diuinis sermonibus immersus sæpenumero necessitatũ corporaliũ obliuiscor. Prętereà dicite mihi, obsecro, fratres charissimi si omnes huius vrbis ciues Regi infesti essent, ac propter grauissima crimina morti damnati: Rex vero clementia commotus *Simile.*

non ministros aut carnifices, qui pœnas in eos exercerent, sed le- 6
gatos mitteret, qui ipsos adveniam & amicitiã inuitarẽt, eisque
nomine Regis noua ac magnifica beneficia promitterent: quo
animo, quo gaudio, aut qua affectione, cũ eos ad legationem nũ
tiandam vocarent, eam audituri accederẽt? O vtinam hac simili
tudine spiritum, affectum, ac feruorem, quo legatos Dei prædi-
2. Cor. 5. catores, scilicet, audire debetis, plane intelligatis. Ita nos D. Pau
lus admonet, cùm ait: Deus erat in Christo mundũ reconcilians
sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit nobis verbum
reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tãquam
Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconcilia-
mini Deo. O felicissima nuntia, ò verba digna quæ perenni me
moriæ mãdentur. Ponderate quæso vnumquodq; eorũ, quoniã
omnia ponderatione magna dignissima sunt. Non, inquit, S. 7
Apostolus: Rogamus pro Christo, sed, obsecramus pro Chri-
sto. Quasi diceret: Ad pedes vestros proiecti vos vehementi de
Actuũ. 20. siderio vestræ vtilitatis, Christi nomine petimus, vt reconcilie-
mini Deo. Meritò ergo summa veritas diuinam legem, euange-
liũ (id est, bonum nuntium) appellauit: & D. Paulus eandem in
actibus apostolorũ euangelium gratiæ Dei (id est, bonum nun-
tium ad obtinendam gratiam & amicitiam erga Deum) nuncu-
pauit. Quibus ergo visceribus & quo amore talia nuntia audien
da sunt? Sicut apes omni cura & solicitudine prata floribus ple-
Simile. na circum voluentes quæritant, vt flores ipsos ad fabricandum
dulce mel in interiori aluearis parte colligant: sic ac multò maio
ri diligentia nos ad diuina colloquia colligenda (quæ veluti flo-
res sunt, quibus in intimo corde hominis cœlestis dulcedo gig- 8
Psal. 118. nitur) aduolare oportet. De quibus diuinis sermonibus. S. Da-
uid inquit: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori
meo. Cum ait: Quam dulcia, dulcedinem spiritus sentiri posse,
Simile. verbis autem exprimi non valere significat. Hyemis tempore,
cum frigus viget, videre est qua voluntate ad ignem, vt calefia-
Ierem. 23. mus, accedimus. Nunc ergo si quidem in diuino amore adeò frige-
scim⁹, & ipse Dñs per Ieremiã ait: Nũquid nõ verba mea quasi
ignis, quare magna cũ animi affectione ad hunc cœlestem ignẽ
non accedimus? Propheta Dauid huius rei causam assignat di-
Psal. 118. cens: Ignitũ eloquium tuum Domine, & seruus tuus dilexit il-
lud. Quoniam autem tu, ò peccator, seruus Dei non es, sed diabo

li,

g li, ideo eloquium ignitum Dei minime diligis. Si vis cognoscere an piscis sanus sit vel corruptus ad aurem eius oportet olfacere, qui si ibi fætet, signum corruptionis eius est, si vero benè olet, signum sanitatis & incorruptionis. Ita in aure, videlicet, in affectione aut in tepiditate, qua diuina verba audiũtur, cognoscitur aliquo modo, an homo iustus sit vel peccator. Ait enim summa veritas: Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Ergo, ò homo, si in peccati corruptione es, hoc esse certissimum iter, per quod si incedas, facile tuis vulneribus medeberis, pro comperto habeas. Vinerra vulgo, *Huron*, Cùm in foueas cuniculorum ingreditur, ipsos plerumq; per aures inde extrahit: sic ex quinquaginta hominibus, qui ad Deum conuertuntur, quadraginta, ex antris peccatorum ipsorũ Deus per aures (id est, quia diuina verba audiũt) educit. Cùm aliquando D. Bernardus in quadam vrbe concionaretur, quidam perditus peccator videns alios homines in ecclesiã audiendi sermonis causa euntes, ipse etiam illuc simul cum eis se contulit, ac sancto viro peccatores aspere increpante cæpit plorare & suorum peccatorum pœnitentiam habere. Quem cùm D. Bernardus aspiceret, vidit cathenam quandam multis annulis ipsum in faucibus habentem, & singulis lacrymis ab eo profusis singulos quoq; cathenæ annulos dissolui. Quod prodigiũ vir sanctus intuens maiori efficacia vitia cepit detestari: peccator verò maiori amaritudine flebat, quo vsq; oẽs annuli simul cũ cathena fuerũt cõsumpti. Porro finita cõcione vir sanct⁹ peccatorem illũ vocauit & consolatus est: qui eius monitu crimina i sua confessus est, & in posterum sanctissime vixit. Si ergo tantũ commodum & vtilitatem ille, qui absq; aliqua sancta intentione concionem audit, ex ea reportat, quid obsecro ille reportabit, qui spiritu, affectione, ac desiderio proficiendi conuenit? Heu, heu, heu, quot forsan ex vobis hic sicut ille peccator cathenis, videlicet, inuidijs, iris, ambitionibus, luxurijs atq; cupiditatibus ligati estis. Accedite igitur fratres mei sicut oportet, accedite inquã, vt in vobis diuina eloquia imprimãtur, diuinaq; in cordib⁹ vestris efficiẽt operatiões. Pierius valerianus inquit, vas ex stipite hederæ cõfectũ, talẽ habere pprietatẽ vtsi in illud aquã & vinũ infundas, vinũ ab eo exit, aqua vero in ipso remanet. Heu quot hic fortasse sũt quorũ cor dahãc naturã habẽt, vt res diuinas

Similit.

Ioan. 8.

Similes

& sermones sanctos, qui animam ad instar meri in diuino amo- 12
re inebriant statim vt eos audiunt à se expellunt: si autem fabu-
læ scurrilitates, & profana eloquia narrantur in eorum memo-
rijs insident & inhærent, atq, alijs ad inuicem narrant. Quæ
omnia ex eo oriuntur, quod res profanas ipsi magna animi af-
fectione diuinas vero absque illa & grauiter audiunt. Igitur fra
tres mei ad vos reuertimini & desiderium ac voluntatem, quam
ad huius mundi res in anes applicatis in necessarijs ac vestræ sal
uationi pertinentibus collocate, atque ita non tam facile à ve-
strorum memoria labentur.

Et ipse stabat secus stagnum Genesareth, &c. Ascendens autem in
vnam nauim, quæ erat Simonis rogauit eum vt à terra educeret
pusillum. O ineffabilem Iesu Christi clementiam & humilita-
tem, qui tanta modestia seruum, cui absolute poterat imperare 13
Sapien. 8. deprecatur: est enim sapientia: quæ attingit à fine vsque ad
finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Ab hoc diuino ma-
gistro prælati ac domini temporales blande & benigne, non
1. Pet. 5. violenter aut coacte subditos gubernare addiscant. Ita B. Pe-
trus eos admonet dicens: Pascite, qui in vobis est, gregem Dei
prouidentes non coacte, sed spontanee, neq; vt dominantes in
cleris, sed forma facti gregis ex animo. Inter discrimina, quæ iu-
Iob. 11. stum à peccatore discernunt hoc vnum singulare est, videlicet,
Sapien. 10. quod de peccatore inquit sanctus, Iob: Sicut pullum onagri se
D. Tho. 1.2 natum putat. De iusto vero in sapientia dicitur: Deduxit iustũ
q. 90. art. 2. per vias rectas, videlicet, per vias diuinæ legis. De qua D. Thom.
ait: non esse aliud quam regulam & mensuram actuũ agendorũ
vel omittendorum. Itaque peccator suapte natura inobediens 14
est, iustus vero nihil aliud magis exequi intendit. Y *de lo que mas*
Cant. 1. *se precia*, Est esse obediens. Idcirco in Canticis sponsus animæ
iusti inquit: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te
amica mea. Ac si apertius diceret: Quemadmodum equas mites
parentes fræno aurigę vt eas vertat quo quo voluerit facile cerui
ces loris & iugo currus submittentes Rex Pharao iungebat: in
eundem modũ tu ò soror & sponsa mea, legis meæ nexibus te
deuinctam conspicio, qua mea præcepta dicunt eundum, per-
gis & non alia via, scilicet, peccati. Atque ita Dominus sancto
3. Reg. 2. Dauid dixit: Si custodierint filij tui vias meas & ambulauerint
coram me in veritate. Pro quo alij transtulerũt: Si custodierint

filij

15 filij tui viã ſuã & ſic eſt in tranſlatione Syriaca & in paraphraſi Chaldaica, atque in contextu Græco. In quo ſignificatur proprium hominis iter debere eſſe ſummo Deo obedire & per vias diuinorum mandatorum eius incedere: nam cæteræ viæ magis præcipitatio, quam iter dicendæ ſunt. At ſicut iuſtus Deo obediens eſt, ita etiam & prælato ſuo, aut domino temporali. Vt autem hæc obedientia ſubditis videatur ſuauis maxime oportet prælatos ac dominos modeſte, ac verbis ſignificantibus potius preces, quam imperium, in ſubditos dominari eiſq; præcipere: ſuapte enim natura cor hominis generoſum eſt, & amore potius vult trahi, quàm violentia. Atque ita vbi nos legimus: Principatus ſenſati ſtabilis erit, alia tranſlatio habet, terribilis erit. *Eccli. 10.* Et in contextu Græco habetur, ordinatus erit. Vbi aperte in-
16 nuitur, principē, qui ſapientia & ſuauitate ſubditos gubernat, ſuum principatum optime conſtitutum ac nimis ſecurum eſſe habiturũ ſuiſq; inimicis terribilem fore: intelligent enim inimici illius ipſum ab eius ſubditis diligi & tanquam patrem obediri atque obtemperari.

Et *ſedens docebat de nauicula turbas.* Hoc fecit diuinus magiſter ad oſtendendum quanta quietudine & tranquillitate verbum diuinum & prædicandum ſit & audiendum. Cùm quis veſtrũ aliquos ad epulas inuitauit, eis in ipſo conuiuio varietate ciborum miniſtrata, in principio dicere ſolet: Domine, noſter eſt totus dies, nè feſtinemus, ſed lente & paulatim his epulis fruamur, edendo enim nulla feſtinatio eſſe debet. Nam prima decoctio ciborũ (vt aiũt Philoſophi) inter dentes fieri debet, quod
17 mihi veriſimum videtur: quoniam ſi cibus dentibus bene conteritur & (vt dicitur) fit optima maſticatio, melius in ſtomacho ipſe naturali calore decoquitur: id vero quod ſatis decoctum eſt, in ſubſtantiam corporalem ſubtilius conuertitur. Sic ergo cũ ad audiendum ſermonem Dei conuenitis, animo perpendite, fideliſsimum amicum veſtrum Ieſum Chriſtum vobis lautiſsimũ conuiuium præparare. Quis igitur vos opprimit? quis vexat? qs feſtinare facit? Sedete & omnẽ tẽporaliũ negotiorum curam deponite, quæ paruo temporis ſpatio occaſionem minime amittent: nam prima diuinorum verborum decoctio hic facienda eſt. Si nunc optime manducatis & intelligitis ſacro ſanctam doctrinam, & ſi in cordibus veſtris diuina eloquia in

Simile.

sident, facillimè animis vestris proficient. Et *sedens docebat*. Vt ex 18
Marci. 4. D. Marco cōstat, Dominus sedens longissimam habuit concionem: in quo prædicatores ipsius gloriā zelantes erudiuit, vt, cū se se obtulerit occasio, prædicando non defatigētur. Iuxta hūc
2. Tim. 4. sensum aliqui illud B. Apostoli explicant, scilicet: Prædica verbum, insta opportunè importune. Idest: Cum videris tempus opportunum ipse in tuis concionibus nimius esto, & (vt aiunt)
Actuū. 24. importunus. Ità faciebat idem. S. Apostolus, de quo in Actibus Apostolorum sic dicitur: Protraxit sermonem vsq; in mediam noctem. Et paulò inferius: Ascendens autem, frangensq; panem & gustans satis allocutus est vsq; in lucem. *O sancta Maria señora*, Quæ tempora illa erant, qui concionatores, & qui diuini eloquij auditores? Nec illi diu noctuq; prædicando, nec hi audiendo deficiebant. Nunc verò in hoc miserrimo temporum statu, 91
si prædicator parū perhoram trāsgreditur, illico eum prolixum & molestum esse dicunt, atq; ab ipso tanquam à peste fugiunt, Perpendite autem sacrum textum dicentem: Frāgens panem & gustans. Et non inquit, manducans: nam vix sanctus vir panem gustauerat, cum statim ad prædicationis munus vsq; ad mane se contulit, gustus enim diuini verbi ac zelus salutis animarum ipsum à gustu corporalis cibi priuabat.

Vt autem cessauit loqui dixit ad Simonem: Duc in altum. Prius imperauerat, vt pusillum nauiculā à terra reduceret, nunc verò iubet vt ipsam in altum traheret. In quo aperte insinuauit, nos in eius seruitio & obedientia à minoribus ad maiora debere procedere, non autem, sicut quam plurimi modo faciunt, qui initio suæ conuersionis de magnis contemplationibus, ac de vita illumi- 20
natiua & vnitiua agunt obliti operum pœnalium mortificantium sensuales passiones, ac tandem nullam aliarum exercitationum humilium & pijssimarum habentes rationem. Igitur fratres mei si vultis rectè procedere, à minoribus incipite, & id
Iob. 5. quod S. Iob ait, attendite: Ingredieris in abundantia sepulchrū, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Quemadmodum se
Simile. pulchrum locus est cadaueris, ita diuina contemplatio animæ deuotæ sepulchrum est gratissimum. Ac sicut Ethnici mortuorum corpora diuitijs adornata humare solebant: ita prisci illi sancti in diuinam contemplationem corporalibus exercitijs humilibus, pijs, ac pœnalibus ornati ingrediebantur. Sicut infer-

tur

21 tur acerus tritici in tempore suo, quod postquam tritum est, ictibus concussum, & a palea pulvereque immune in granarium includitur. Ideo. D. Bernardus agens de modo, qui ad vitam contemplatiuam attingendam necessarius est, illa verba Psalmographi: Circuiui & immolaui hostiam vociferationis, cantabo & psalmum dicam Domino, (in quibus S. Propheta fatetur, se prius circuisse & sacrificia obtulisse animalia mactando, postea vero se contemplationi & diuinis laudibus tradidisse) sic explicat: Quando accipiter ardeam inuadit, si recta via contra illam aduolat, auceps, qui alias huic similes contentiones expertus est, sodalibus suis inquit: Hic accipiter cum vitæ periculo prædam aggreditur, ideò meo iudicio eam non capiet. Debebat enim faciendo gyros, *Y haziendo*
22 *puntas*, In hanc & in illam partem in altum ascendere, & hoc modo optatam prædam facillime consequeretur. Sic tu Christiane, qui in diuinam contemplationem cupis ascendere super nam q; ardeam, videlicet, altissimũ Deum capere, & te ipsum illi perfectè vnire debes ascendere, prius gyros faciendo, idest, te ipsum in operibus pœnalibus exercendo, Y *haziendo primero vna punta al ayuno, otra a la disciplina*, Aliam in elee mosynam aliam in pauperes, aliam in infirmos, aliam deniq; in tuarum passionum mortificationem, atq; ita finẽ optatũ facillime consequeris. Nam si statim abs q; his gyris recto tramite in ardeam vis ascendere viscera rumpes, & præda non obtenta patier s.

D. Bernar.

Psal. 26.

Simile.

Igitur loquens pijssimus Dominus cũ B. Petro ac socijs eius eis inquit: *Laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit*
23 *illi: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.* O quam multi verba ista merito proferre possunt: Retia nostra in mari huius mundi tetendimus, & per totam noctem laborantes nihil cepimus. Non imponimus mundo falsum crimen, cùm illum mare nũcupamus: quoniã S. Dauid inquit: Hoc mare magnũ & spatiosum manibus. Hic mũdani retia sua tendũt, videlicet, varia ac diuersa negotia, quibus in huius vitæ nocte tanta cura & solicitudine implicantur: ita vt de illis S. Isaias Propheta dicat: Telas araneæ texuerũt. Sicut enim araneæ in texendis telis ad capiendas muscas se ipsas euiscerant: ita filij huius sæculi in negotijs parui ponderis ac momenti torquentur & defatigantur. Musca non solum vilis & sordida est, sed etiam molesta & (vt aiunt)

Psalm. 103.

Isai. 59.

Simile.

Simile.

aiunt) importuna: etenim licet eam semel iterum atque iterum 24
abigas, ipsa tamen statim ad pungendum redit: Sic auarus in
tranquillitate noctis vult quiescere, & statim superuenit cura &
solicitudo mercium, quo pacto eas cariùs vendet, ac quantum
in illis lucrabitur: & ita secum contendit, eamque muscam, vi-
delicet, angorem ad quiescendum parumper expellere conatur:
sed statim cura illa & solicitudo veluti musca iterū atq; iterum
reuertitur. Idem misero ambitioso, qui honores adipisci contē
dit: idem carnali homini, qui voluptates ac delicias captat: idē
demiq; illi, qui iniurias sibi illatas vlcisci vult, alijsq; huius ge-
neris perditis hominibus contingit. O miser peccator, qui tot
curis & solicitudinibus te ipsum in vanū opprimis & affligis.
Ideò meritò S. Propheta adiecit: Opera eorū, opera inutilia: co
gitationes eorum, cogitationes inutiles: contritio in vijs eorum, 25
viam pacis nescierūt. Magna certè fuit plaga illa, quàm Domi
nus ad AEgyptios torquendū & ad molestiam eis inferendam
misit: sed multo maior est, quam nūc omnes mūdani suis curis &
angoribus patiūtur: nam illa AEgyptiorū breuis fuit, hæc vero
assidua est, ac toto tempore vitæ eorum permanet, qua finita ip
si vacuis (vt aiunt) manibus reperientur. O si nūc ex sepulchris,
in quibus sunt, Cæsares, Alexandri, Darij, & reliqui mūdi mo-
narchæ, quibus voluptatū & honorū temporaliū maxima cura
fuit, resurgerent. Quid obsecro dicerent? Qualiter vociferaren-
tur, ac pœnitentia commoti exclamarent: Per totam noctem la
Sapien. 5. borantes nihil cepimus? Diuina sapientia confessionem, quam
impij circa hoc in inferno faciunt, nobis ante oculos proponit.
Ipsi enim sic dicunt: Lassati sumus in via iniquitatis & per 26
ditionis, & ambulauimus vias difficiles. O rem stupen-
dam & omni admiratione dignam. Si isti saltem dicerent:
Per momentum gaudium nostrū & deliciæ perdurarunt, nunc
verò æternis supplicijs illas per soluimus, non tanta admiratio-
ne digni erant: at non dicunt, se gaudiū & voluptatem habuisse,
sed inquiunt: Lassati sumus in via iniquitatis, scilicet, in captan-
dis caducis huius sæculi rebus. Itaq; per labores & lassitudines
ac defatigationes infœlices illi ad inferos descenderunt. Igitur
omnes, qui eos modo sequimini, non putetis plus commodi &
vtilitatis, quam ipsos, vos esse reportaturos. Nōnè experti estis
id, quod ex laboribus vestris & ærumnis hactenus percepistis,

& conse-

27 & consequuti estis? Ponite corda vestra super vias vestras, ait. S. Aggæus, & aperte videbitis vos multũ seminasse, & parũ intu lisse. Comedistis, (inquit idem. S. Propheta) & non estis satiati, bibistis & non estis inebriati, operuistis vos & non estis calefacti & qui mercedes congregauit, misit in sacculũ pertusum. Hoc est omnes vestræ negotiationes & lucra corpori sunt & non animæ, *Yesto es echarlo todo en sacoroto.* O pater luminum per infinitam clementiam tuam hos, obsecro, cæcos illumina, vt aperte videãt quanta insania & væcordia sit, tot tantaq; corpori, quod minimo flatu comprimitur & perit, solicite quærere, suarũ animarũ penitus immemores: atq; ita ab hoc sæculo tandem vacui exeũt & inanes. Iusti verò ac pij non ita se gerunt. Nam sicut. B. Petrus dicens, In verbo tuo laxabo rete, copiosam piscium multitudi- 28 nem inclusit: sic illi omnia in verbo Domini faciunt: & ideò licet quam plurimas patiantur persecutiones, ex hoc sæculo in æternam vitam ditissimi egrediuntur. In diuinis literis Laban gene rum suum Iacob maxime persecutus fuisse legitur, sicut ipse cõ questus est dicens: Immutasti mercedem meam decem vicibus vbi numerus determinatus pro indeterminato accipi debet. Quod perinde est ac si diceret: Millies decepisti me. Iacob tamẽ e domo soceri sui Laban cum duabus filijs, cum pecoribus, cũ camelis, ac deniq; cum omni bono comitatus exiuit: quæ ipse Laban minime potuit impedire, quoniam Deus ei terrorem incussit. O iusti quam diuites ex hoc sæculo egredimini, licet in eo laboribus & ærumnis oppressi fueritis: quoniam id quod in hoc mũdo melius est, iustorũ merita sunt, & his vos satis ornati 29 ab eo exitis, eo quod in nomine Christi retia vestra laxastis. O vtinam Deus spiritum his meis verbis imprimeret, vt illis corda vestra sanctis desiderijs inflãmarentur. Ac ita omissis illis, qui ad capiendas muscas retia tendũt, illos, qui ad captandam diuinam gratiam retia laxant, imitaremini.

Aggæi.

Genes. 31.

Prædicatores etiam sacrosancti Euangelij dicere possunt: Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Res plane admiratione digna est, videre tot concionatores singulis ferè diebus concionantes, qui quam parũ capiant, & quam pauci suis concionibus à suo deprauato viuendi modo se se in meliorem frugem recipiant, maxime dolendũ est. Huius rei causam esse reor, quoniam non in nomine Iesu Christi, sed in nostrorum nomine re-

tia laxamus, hoc est, nostris rationibus, nostris studijs, ac dilige-
tia nitentes, & propter peculiares fines prædicamus: atq; ita hoc 30
nihil aliud est quã retia noctu absq; gratiæ lumine laxare, ideo
nihil capimus. Quod q; peius est, (vt ex eodem D. Matthæo,
qui piscaturam tandem refert, colligitur) quanuis ea nocte pi-
scatores illi nihil ceperint, eorũ retia rupta fuerant: inquit enim
sacer textus: Erant reficiẽtes retia sua. Hoc multis sacri euãgelij
prędicatoribus euenit, qui studẽtes, laborãtes, sudãtes, & viscera
sua concionãdo fere rumpentes nullum spirituale commodũ re
portant, sed dilaceratis retibus & immundis quãplurimas ægri
tudines propter assidua studia contrahunt, conscientijs ipsorũ
propter vanitatem sordidis manentibus. O æterne Deus doce
obsecro me in tuo nomine retia laxare. Nunc ergo in nomine
Dei, *Echo este lance*: In nomine tuo, pro gloria tua, pro zelo ani- 31
marum, pro desiderio attrahendi multos ad pœnitentiam & ad
amorem tuum dulcissimum. Ita Patres concionatores in nomi-
4. *Reg.* 5. ne Christi piscari debetis, vt piscatura vestra fructuosa sit. Cum
Naaman leprosus (vt Regum narrat historia) è Syria in eum lo-
cum, vbi Eliseus propheta venisset, ipse. S. Propheta non exiuit
ad eum, sed misit nuntium dicens: Vade & lauare septies in Ior-
dane. Tunc Naaman, vt erat Regi dilectus, existimauit, S. Pro-
phetam, & omnes prophetas, ac Dominum prophetarũ ipsum
magnifacturos esse, & iratus est, eò quòd vir sanctus ad eum ex
cipiendũ non egrediebatur: atq; ita in Iordanem ire nolebat, sed
dixit: Nunquid nõ meliores sunt Abana & Pharphar fluuij Da
masci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder? Sed tan-
dem à suis famulis persuasus in Iordanem profectus se lauit & à 32
lepra sanitatem recepit. Quam plurimi in illo flumine Iordane
se abluerant, & ab ægritudinibus suis minime sanati fuerant, hic
vero, quoniam iussu sancti Prophetæ se lauit, à lepra mundatus
est. In quo nobis aperte ostenditur, magnum discrimen versa-
ri, si res sponte tua, aut imperio Dei facias. Hæ nanq; si, vt opor
tet, fiant, maximum fructum afferunt ipsas exequentibus.

Rumpebatur autem rete eorum: Præ multitudine piscium, qui eo
fuerunt capti. Vbi significatum est, quod ex eo quia multi eorũ
qui non sunt electi & prædestinati ad fidem Christianam se cõ-
uerterunt, ex eo inquam ortũ est, & oritur, vt rete fidei ac Rei
publicæ Christianæ tot tantisq; schismatibus & hæresibus rum

pere-

33 peretur, atq; sacrosancta ecclesia tot procellarum fluctibus, laboribusq; iactaretur: nefarij enim perditionis filij in illa horum tantorum malorum causa sunt. Orem sanguineis lacrymis deplorandam. In Chalcedonensi concilio sexcenti & septuaginta Episcopi quietos & catholicos episcopatus habentes subscripserūt ex quibus, proh dolor, in sanctæ Ecclesiæ obedientia, atque fidei integritate pauciſsimi extiterunt. Nos verò adeò sumus in sensibiles, vt vix tot mala sentiamus, cùm assiduè illa plorare deberemus, & â diuina maiestate postulare, vt per infinitam clementiam suam illis remedium adhibeat, & nos ipsos in sanctiſsima fide conseruet, & cum illa nobis impartiatur gratiam, qua gloria comparatur, ad quam nos perducat idem Dominus Iesus Mariæ filius. Amen.

34

In eadem Dominica quarta, post pentecosten CONCIO SECVNDA.

Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, &c. Lucæ. 5.

CVm Dominus in sacra scriptura formā & modū edendi agnū Hebræis daret, eis dixit: Non comedetis ex eo crudum quid, neq; coctū aqua, sed assum tantū igni. Atq; (vt D. Gregorius adnotauit) 1 hæc eadem verba legis ibi aliquod mysteriū latere insinuant: alias enim quorsum diceret: Non comedetis illum crudum, siquidem apud Hebræos, quemadmodum & apud nos non est mos carnibus crudis vescendi? Ergo superfluū esset, illud imperare, nisi ad aliquod mysteriū significandū. Voluit igitur in hoc Dominus innuere, quòd sicut ille, qui crudū agnū mānducat, eum saporem non sentit, quem si assum vel coctū aqua perciperet, ita ille, qui cœlestem agnū Iesum Christū manducat, illū omni sapore, gustu, suauitate, & affectione edere, conari debet. Et est notandū, nos hūc diuinū agnū non solū, cum sacratiſsimum eius corpus in altiſsimo sacramento altaris accipimus manducare, verum etiam illum, quoties aliquod sanctū exercitium *Exod. 12.*

tiũ operamur, (per quod participes meritorum eius efficimur) spiritualiter edere: vultq; Dñs, vt cibus iste nobis horrorẽ vel tædiũ, non afferat, sed vt illũ maximo gustu, sapore, & suauitate percipere contendamus. De credentibus legi gratiæ, inquit. S. Isaias: Lætabũtur corã te, sicut lætantur in messe, sicut exultant victores captapræda quando diuidũt spolia. Licet Deus intime in omnibus rebus sit, (propter quod semper corã illo sumus) tamen singulari quodã modo ante eius diuinũ conspectũ esse dicimur, quotiescũq; illũ cũ animi attentione orando, meditãdo, & contẽplando considerãmus: & quãdo tanta affectione concionẽ audimus, ac si ab ipsius diuino ore illam audiremus: & quando rẽ sacram tanta attentione & reuerẽtia audimus, acsi in mõte Caluario præsentes essemus morti Redẽptoris nostri Iesu Christi, cũ se pro omnibus in cruce obtulit: quãdo libros sanctos, qui nos ad deuotionẽ prouocãt, lectitamus: ac deniq; quando carceres & xenodochia seu hospitalia inuisimus, & ægrotos, qui in eis sunt, animi teneritudine curamus, eorũq; necessitatibus medemur. In quibus omnibus pertractandis no aliter gaudio affici debemus, quàm si preciosa spolia in expugnatione vrbis opulẽtissimæ caperemus. Et hoc est, quod vere significare videtur verba illa: Lętabũtur corã te, sicut exultãt victores capta præda. O vtinã ad tantã perfectionẽ venissemus, vt hoc modo Deo inseruire conaremur, fœlices profectò vocari possemus. Volens Dñs homines docere, eisq; ostẽdere, quantũ, cũ ipsis cõuersando, gaudiũ accipiat, per S. Oseã sic ait: Quasi vuas in deserto inueni Israel: quasi primapoma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorũ. O admirabilẽ amplificationẽ, in qua Dñs fatetur, iustos ac piosviros sibi gratissimos esse & cũ illis gaudere, sicut ille, qui vuas sapidas ac dulces præcoquesq; ficus in solitudine defessus & fame enectus inuenit. Si igitur Deus ille infinitæ gloriæ & maiestatis Dominus, cũ vermibus terræ gaudere & lætitia affici, inquit, quare ipsi non gaudebũt, & maxima voluptate perfundẽtur, cũ illo conuersari? Si autem à me quæritis, quid ad operãdũ sancta exercitia cũ gaudio & voluptate faciendũ sit, ad hoc vobis respondeo, vt hoc magnopere desiderare totis viribus contẽdatis: hoc enim ad illud obtinẽdũ iter est rectissimũ. Interim tamen verba D. Pauli adnotate, quæ sic habent: Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Quod

Isai. 9.

Esai. 9.

Osea. 9.

2. Corin. 3.

si ad

5 ſi ad cogitandū bonū non ſumus ſufficientes, quanto minus ad illud optandū erimus? Nam (vt ait D. Auguſtinus) Deſiderare auxiliū gratiæ initiū gratiæ eſt: viuū enim deſideriū gratiæ mētem inflammat, vt nihil ex neceſſarijs ad illam obtinendam prętermittat. Ideo congrue deſideria floribus comparātur. Quoniam quemadmodum cū arbores florū multitudinem præ ſe ferunt, ſignū eſt abūdātiæ fructuū: ita plurima ſancta deſideria plurimorū donorū Dei ſigna ſunt manifeſta. Qua propter egregiè D. Bernardus ait: Sicut fides ducit ad plenam cognitionem, ſic deſideriū ad perfectam dilectionem. Et ſicut dicitur: Niſi crediderit is, non intelligetis: ſic dici poteſt: Si non deſideraueritis, nō perfecte amabitis, quia ſapientia inquit: Initiū ſapientiæ veriſsima eſt diſciplinæ concupiſcentia. Ait, veriſsima, quoniam deſi-
6 deria aliquā falſa ſunt & fraudulenta. De quibus in prouerbijs dicitur: Deſideria occidunt pigrum, noluerūt enim quidquam manus eius operari. Heu quot deſideria hodie in mundo fallacia & inania inuenientur, quibus quam plurimi ſeipſos decipiunt existimantes recte dirigi, eò quod ipſa habeant, licet nunquā ea adimpleāt & exequantur. Idcirco D. Bernardus inquit: Si nolumus fruſtra quærere Dominū, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perſeueranter, & nè quæramus pro illo aliud, nec cū illo aliud, ſed nec ab illo ad aliud cōuertamur. Facilius eſt enim cœlū & terrā tranſire quā vt ſic quærētes nō inueniāt, ſic petētes nō accipiant, & ſic pulſanti nō aperiatur. Quo circa, iquidē efficacia ac viua deſideria boni tātę excellētię ſunt & dignitatis, ſi ea volumus adipiſci, ipſa ab eo qui eſt fons & origo omniū bonorū nos ipſos ſimul diſponentes ad illa accipien-
7 da debemus poſtulare. Nam ſi animæ noſtræ his deſiderijs ditatæ fuerint, magno cū gaudio & affectione res ad diuinū cultum ſeruitutemq; pertinentes operabūtur, & ad illas eo impetu & feruore properabimus, quo ij ad diuina eloquia audienda acceſſerūt, de quibus ſacroſancti euangelij lectio hodierna inquit: *Cūturbæ irruerent in Ieſum, vt audirent verbum Dei.* In Eccleſiaſtico dicitur: Tibiæ & Pſalterium ſuauem faciūt melodiam, ſed ſuper vtraq; lingua ſuauis. Quod ſi tanta ſuauitas eſt in hominū eloquentia, qualis in filio Dei eſſet? Cœleſtis prędicator Ieſus Chriſtus corda hominū adeo ad ſe attrahebat, ac tanto impetu ipſum ſequebantur, vt pijſsimo Domino, ſe in nauiculam recipere, ne com-

D. *Auguſ.*

Simile.

D. *Bernar. in quadāepiſ.*

Sapien. 6.

Prouer. 21.

B. *Bernar.*

Eccle. 40.

comprimeretur, necessarium fuerit. Magna profecto Christia- 8
norum huius temporis confusio est, audire feruorem, quo olim
diuinum verbum accipiebatur, maxime si negligentiam, socor-
diam, ad tepiditatem, qua nunc ad illud audiendū confluunt,
animaduertant & contemplentur: quam ob causam multis ita
prodest ac si illud non audirent, aliquibus vero propter suā ma-
liciam magis nocet, quam prodest. D. Antoninus narrat, quen-
D. Anton. dam eximium prædicatorem, cū quadam solenni festiuitate cō-
in par. histo. cionem habiturus esset, in morbum incidisse. Cumq; magna po
pulimultitudo audiendæ concionis causa in cœnobium con-
fluceret, Prælatus illius monasterij maxima tristitia ac molestia
affectus est, eò quòd nullus ibi erat, cui, concionatore deficien-
te, prædicandi munus committeretur. His itaq; paratis ecce
adest ad fores, pulsans quidam Dæmon monachi habitu indu- 9
tus, qui concionatorem se esse ait, & concionem illam se habi-
turum promittit. Porro suggestum ascendens de gloriæ bonis
amplissimis, de magnis inferni tormentis, de crudelibus gehē
næ pœnis, de grauibus, quæ in mundo committuntur, sceleribus
altissime prædicauit: & tanta efficacia hæc proferebat, vt quot-
quot aderant lacrymas profundere cogeret. Diuina igitur reue-
latione quidam religiosus vir sanctitate insignis ex ijs, qui in eo
conuentu habitabant, illū concionantem dæmonem esse cogno
uit, eumq; post quā concioni finem imposuit, nomine Dei adiu
rauit, vt causam, propter quam ad prædicandā illā concionē cō-
motus fuerat, exponeret. Cui dæmon sic respōdit: Iam grandia
mysteria, quæ prædicaui, audiuisti, & qualiter illi, qui aderant,
ploraierunt, aspexisti, ego optime mores & ingenia eorū cogno 10
sco, nam ex his, quæ dixi, nihil percipient, aut cōmodū aliquod
reportabūt, imo statim bona desideria, quæ ibi conceperunt, il-
los deposituros esse credo, atq; ita verba, quæ audierūt, in maio
rem ipsorū damnationem vertentur: & hoc est quod ad prædi-
candum me incitauit. Quibus dictis ab eius oculis euanuit, & am-
plius nō apparuit. Per ummensam nūc Dei charitatem vos, fra-
tres mei, oro, nè permittatis, vt tantū bonū, quale est verbū diui
Simile. nū, vobis in malū vertatur, sed diligenter in illo proficere, totis
D. Chryso. viribus contendite. Nam (vt ait D. Chrysostomus) quemadmo
hom. 8. de sa dū arbor perpetua irrigatione in magnam crescit altitudinem,
nue. educat. sic diuinorū eloquiorū doctrina assidue irrigatus ad virtutis fa-

stigium

11 stigium peruenit. ¶ *Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis rogauit eum, vt à terra educeret pusillum.* Ab hoc superno prælato Iesu Christo omnes sanctæ Ecclesiæ prælati modestiã, qua subditis suis præcipere debent, addiscant, intelligantque Dominum per Ezechielem prophetam de illius temporis prælatis conqueri, qui sic ait: *Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ.* Statimque paulo inferius inquit: *Cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras.* Vbi Dominus insinuat, inter alias vnam destructionis & perditionis ouium causam esse imprudentem asperitatem & arrogantiam atque superbiam pastorum. Quod si hoc pastoribus legis scripturæ vituperabile erat atque reprehensibile, quanto magis nunc legis gratiæ prælatis erit odiosum, qui tale humilitatis exemplum in summo prælato Iesu Christo habent? Ezech. 34.

12 *Vt autem cessauit loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.* O quam multi hũc in hac vita sunt, qui verè hæc verba dicere possunt, quoniam in nocte tribulationis absque eo, quod aliquid meruerint, laborauerunt. Vult Deus te ô peccator, ægritudine, paupertate, ac rebus aduersis opprimere, vt in illis tanquam in nocte positus multa merita piscareris: tu autem ob culpam tuam labores pateris, & nihil meretis. Fige oculos, ô miser, in te ipso, contemplare, qualis ex morbi periculo, ex naufragio, aut ex alia aliqua tribulatione euasisti, à qua quidem, cum plenus fructibus

13 & bonis spiritualibus exire deberes existi: sicut D. Petrus illa nocte exiuit, insomnis, defessus, & omni bonorum genere vacuus prodis. Dissipati sunt, nec compuncti, inquit S. Dauid de tibi similibus. Quibus Propheta Sophonias ait: Vlulate habitatores pilæ. O singularem Spiritus sancti metaphoram. B. Hieronymus inquit, hoc nomen, pilæ, in genere fœminino significare mortarium: atque ita, habitatores pilæ, perinde est ac si diceretur, *Moradores del almirez*. Mortarium est hic mundus, grana vero, quæ in eo teruntur & emoluntur, sunt boni atque improbi homines. Probos Deus laboribus & tribulationibus in maius ipsorum meritum opprimit, improbos verò, vt in meliorem frugem se recipiant, eisdem labo-

Psal. 34.

Sophon. 1.

B. Hiero.

ribus

Simile. ribus afficit. At, sicut grana cuiuscunq; seminis, si arida sunt & 14
sicca, statim dū ictibus in mortario concutiūtur, crustas á se &
siliquas seu tegumēta expellūt, & in puluerē redigūtur: si verò
humida sunt, licèt quam plurimis ictibus conterantur, nec sili-
quas aut tegumenta à se expellunt, nec in puluerem reuertuntur
imò quanto pluribus ictibus percutiuntur, tanto magis compri
mūtur & condensantur, atq; in massam quodammodo efficiun
tur: sic inter bonos & improbos hoc discrimen communiter ver
satur, quod illi velut sicca grana & absq; humore malitiæ, dum
alicuius laboris ictu (Domino permittente) feriūtur, statim cru-
stas imperfectionū, si quas in se habēt expellūt, & in puluerē re
uertūtur animo euoluētes, se quā citissime esse morituros. Et si
tanta, inquiūt, molestia parui ac leues huius mūdi labores op-
primunt, quid magni & æterni alterius vitæ labores efficient? 15
qualiter vexabunt, & quam crudeliter torquebunt? Ideo hos
patienter ferre ad illos æternos euitandos satius esse iudicamus.
Improbi autem tanquam grana humiditate concupiscentiæ &
malitiæ humida quanto pluribus à Domino laboribus vexan-
tur & concutiūtur, tanto magis comprimūtur & ira atq; impa
tientia condensantur & contrahūtur. His ergo Spiritus sanctus
inquit: Vlulate habitatores pilæ, idest, vos, qui estis in tribula-
tionibus, quæ sunt veluti medicamenta, quibus animæ ægritudi
nes curantur, & illa prodesse vobis non curatis, instar campe-
Simile. striū ferarū vlulate, quoniam id vestræ damnationis signū est
apertissimū. Cùm aliquis ægrotus maxima tristitia afficitur, &
ab aliquo inuisus interrogatur, quæ tantæ tristitiæ causa sit? re-
spondet, se potionem amaram, quæ taurū purgare sufficiens erat 16
accepisse, & eam absq; aliqua operatione seu cōmotione in cor
pore suo habere. O infœlix peccator, quā iure sanguineas lacry
mas posses profundere, siquidem tam efficacia medicamenta,
qualia sunt labores à Deo missi, nihil in tuo corde operantur.

*In verbo autem tuo laxabo rete: & cum hoc fecissent, concluserunt pi-
scium multitudinem copiosam.* Rationi consentaneum est, vt hoc
loco promptitudinem, quā B. Petrus Domino in omnibus, quę
ei iusit, obtemperauit, perpendamus. Nam prius nauiculam à
terra pusillū reduxit, postea vero ipsam in altum protraxit, ac
tandem in nomine ipsius Domini imperantis retia tetendit, &
ideo ex illa piscatura tot tantosq; fructus percepit. Hic, fratres

mei

17 mei, præcipuus est nostræ salutionis punctus, videlicet, nos ad beneplacitum Dei & voluntatem eius continuo incedere, at que in omnibus rebus ab eius diuino imperio gubernari permit tere. Hoc. S. Dauid magnopere exequi cõtendebat, & se ipsum iactabat dicẽs: Dns regit me, & nihil mihi deerit, ideſt, ego à Dño meipsum ducisino & tali ductore ac duce quid mihi deesse potest? Non errabo certe quoniam me totum gubernationi eius commisi. Et statim eleganter & succincte bona, quæ à Domino acceperat, & accepturus expectabat, incipit exponere & enarra re dicens: In loco pascuæ ibi me collocauit, ideſt, Dominus me in suorum fidelium congregatione posuit, vbi spirituali pabulo pastus fui. Hæc, quędam pura & gratis data gratia est, quæ nullis meritis præcedentibus potest tribui. Nam quid obsecro a i 18 ma illa, quę in corpus genitum in vtero mulieris Christianæ infusa est, plus meruit, quam ea, quæ in corpus genitum in vtero mulieris gentilis & infidelis inclusa est? Quid, inquam, meruit, vt altera, cum in lucem prodijt, nunc in lege gratiæ sacrosanctæ baptismatis sacramentum plenum gratia & sanctificatione, & in lege veteri circunciſionẽ reperiret: altera verò minimè? Et hoc significat: In loco pascuæ ibi me collocauit: nam locus pascuæ est hæc sacrosancta Ecclesia, quam Dominus in terris habet. Et addit: Super aquam refectionis educauit me. Hæc & alia singularis gratia est, videlicet, Deum mihi parentes, qui doctrina tanta me vsq; ad annos discretionis educarunt, concessisse: & hanc doctrinam S. Propheta aquam refectionis appellat. Quoniam autem, licet parentem habebat, qui ipsum doctrinæ mori 19 bus imbueret, tamen crescente sensualitatis impetu eum tanquã fragilem per deuia itinera, scilicet, malitiam cordis ipsius turpiter sectando, atque appetitibus corporis satisfaciendo incipientem aberrare Dominus oculis misericordiæ aspexit, mentemq; eius errantem, nè has fallaces voluptatum vmbras sequeretur, & ne ex vno malo in alia deteriora incideret, conuertere dignatus est, iccirco adiecit statim: Animam meam cõuertit. At quia parum prodest, hominem bene incipere, nisi in ipso bono perseueret, ideo vlteriùs aliam gratiam, quam sibi Dominus communicauit, commemorat dicens: Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum. Quoniam verò Deum ipsum ducem & fautorem in virtutum exercitatione habuit, ei tanta fiducia ac

Psal. 22.

vigor ortus est, tantasq; vires atq; animum recuperauit, vt adie- 20
cerit: Nam si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo
mala, quoniam tu mecum es. Adeò nè Propheta sancte securus
es, vt errare & in malum aliquod incidere, atq; à bono te separa-
ri sit impossibile? Et quis est, qui his periculis non sit obnoxius?
Fateor equidem me errare & incidere posse: sed Virga tua & ba-
culus tuus ipsa me cõsolata sunt. Correctio & reprehensio iusto-
rum est quædam in peccatorem virga: dulcia autem verba, qui-
bus ipsum nomine Dei ad veniam & misericordiam inuitant,
sunt baculus, quo idem peccator, ne in diffidentiam labatur, &
vt à culpa resurgat, sustentetur. Hæc etiam est gratia eximia, qua
Dominus electis suis fauet. Væ autem illis, quos tanquam per-
ditos Deus abs q; flagellis & correctione relinquit. Quam obrẽ
Psal. 27. idem S. Dauid maximo affectu hoc à Domino postulabat di- 21
cens: Ad te Domine clamabo Deus meus, nè fileas à me: nè quan-
do taceas à me, & (id est, quia) assimilabor descentibus in lacum.
Quod perinde est ac si diceret: Si in me ac scelera mea virga, re-
prehensio, & vltio non est, cum in peccatum incidero, ero velut
B. August. diabolus. Ideo B. Augustinus ait, nihil infælicius esse fælicitate
peccatorũ, qui se fælices putant, cum à Domino non vapulant,
nec reprehendũtur. Deniq; quia Dominus in ipsum hæc omnia
beneficia conferre non fuit contentus, sed plura contulit, ideò
adiungit: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tri-
bulant me. Hæc sacrarum scripturarũ lectio est, in qua mens spi-
ritualem refectionem, qua dæmones vincit, superat, & præcipi-
tat, suauissime accipit & ex hac oritur alia gratia, videlicet, de-
uotio, quæ affectionem cordis in omnia bona corroborat, fir- 22
mat, & impinguescit. Hæc iustos in medio tribulationum sua-
rum lætabundos reddit, atq; ad curren dum per rectas vias Do-
mini velociss imos. Hoc vinum est, quod iustos inebriat, ipsos
que perfectissimè Deo coniungens attonitos & extra se fere re-
linquit. Hanc vero gratiam significauit: cum dixit: Impinguasti
in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus
est? Quæ quidem gratia deuotionis quoniam facile amittitur &
sæpenumero absque culpa, Deus hominem, nè tunc deficiat in
bono, sua misericordia protegit. Et hoc est quod dicit: Et miseri-
cordia eius subsequetur me omnib⁹ dieb⁹ vitæ meæ. Sed hoc cõ
Psalm. 58. tradicere videtur ei, qd ipse S. Dauid alibi dixerat, scilicet: De⁹

meus,

meus, miſericordia eius pręueniet me. Hic meo iudicio nulla eſt cõtradictio, quia vt idẽ Propheta ait: Miſericordiæ tuæ multæ Dñe. Et ex his miſericordijs quędã nos pręueniũt, aliæ vero nos ſequũtur. Prædeſtinauit nos Dñs, vocauit, in ſua eccleſia poſuit, & ſanguine ſuo lauit, hæ & aliæ ſimiles miſericordiæ præcedũt nos: at verò nobis parcere per pœnitentiã, nos in ſua gratia conſeruare, ac in tẽtationibus vim & auxiliũ præbere, hæ & aliæ huius generis miſericordię nos ſubſequuntur. Sed quęro ò Rex ſancte, quorſum Deus has omnes gratias & miſericordias in te operatus eſt? Ipſe ſtatim explicat dicens: Vt inhabitẽ in domo Domini in longitudinem dierũ, ideſt, in æternũ. Iam igitur, fratres mei, obligationes ac rationes, quas S. Dauid habebat, vt Dei nutu & volũtate ſe regeret & gubernaret, ei magna in omnib⁹ prõptitudine obediẽs, audientes intellexiſtis. Vos etiam ex his multas gratias accepiſtis quarũ aliquę lõge illis maiores fuerũt, ſiquidẽ vos ipſos Deus in ſua Eccleſia & in lege gratiæ poſuit. Quòd ſi aliquas hactenus ex his miſericordias non eſtis cõſecuti, id culpæ veſtræ tribuendũ eſt. Nam iccirco D. Paulus nos admonet dicens: Pacẽ ſequimini cũ omnibus, & ſanctimoniã contẽplantes, ne quis deſit gratiæ Dei. Quib⁹ verbis. S. Apoſtolus oſtẽdit, gratiã Dei nemini deeſſe, niſi ei, q̃ prius ipſi gratiæ deficit. Quo circa per immenſam eius charitatẽ vos fratres obſecro, vt à tam recto duce & rectore gubernari ſinatis, & cũ eodẽ S. Dauid dicite: Vt iumẽtũ factus ſum apud te. Tu domine eques eſto, & ego equus ero: tu auriga & ego currus: tu deniq; nauclerus & ego nauis. Diſce igitur, ò homo, diſce à brutis tibi ſubiectis obedientiã & illorum efficere diſcipulus. Interroga, inquit S. Iob, iumenta & docebunt te: attende quanta beneuolentia tibi inſeruiunt, quanta lætitia tibi obtemperant. Equus nam q̃; pulcher licet ferox, tumidus, & furibundus ſit, atque præ ferocitate ſpumas ab ore mittat fræno quocum q̃; ac tenuiſsimis loris cohibetur, & in hanc atq̃; in illam partem trahitur, currit, & ſiſtit, quotieſcũq; tibi placet. Contemplare bouem, qui licet horridus ſit, & cornibus ſuis terrorem incutiat, quam patienter iugo colla ſummittit, aratrum trahit, & terram, quandiu tibi placet, colit & proſcindit. Animaduerte, quam facile à tenero puero multitudo equarum & boum cuſtoditur. Ipſe eas, quo vult, ducit, ad prata & ad bibendum trahit, & inde ipſas obtemperantes domum

Pſal. 118.

Hebr. 12.

Pſal. 72.

Iob. 12.

Similia.

manſuetudine mirabili reducit. Intuere curam & diligentiam, 26
qua canes domum tuam & pecora vigilantes & noctu latrantes
ad lupos latroneſq; terrendos obſeruant, & ſui ipſorum obliti la
pidibus, telis, & fuſtibus, vt ea, quæ eis commiſiſti, cuſtodiant,
ſe libenter exponunt. Quæ quidem bruta licet tu non alueris, ne
que eis eſſe, quod habent, dederis, tamen quia creatori eorũ pla
cuit, ea omnia tibi ſubijcere, ideo tam facile tibi atq; efficaciter
obtemperant. O homo multòpeior animantibus, quanto magis
& efficacius te creatori tuo ſummittere debebas, eiq; obedire, à
quo quidquid habes, & habiturus expectas, & quidquid tibi de
eſt, te accepiſſe & accepturum eſſe certum eſt. O duriſsimã cer-
uicem: ò diabolicam hominũ ſuperbiam. Ferendũ ne eſt, vt bru
ta rationis expertia tibi obtemperent, tu verò tanta ratione præ
ditus & ornatus ſummo rerũ omniũ opifici non pareas? Dicito, 27
Pſalm. 61. dicito id quod S. Dauid ait: Nonne Deo ſubiecta erit anima
mea? Ab ipſo enim ſalutare meũ: nam & ipſe Deus meus, ſaluа-
tor meus, & ſuſceptor meus. Hoc eſt: Quare ego Domino non
obediam, ſiquidem ratio id exigit, & in lucrũ hoc mihi vertitur?
Diſcite etiam fratres à B. Petro, & cũ eo in cordibus veſtris Do
minũ alloquentes dicite: In verbo tuo laxabo rete. Fælix ille ni-
mium, qui nec pedem, nec manũ (vt aiũt) mouet abſq; eo quod
in ſe reflexionem faciat, vt omnia in gloriam & honorem Dei
dirigat. Et hæc (vt ait quidam pater) eſt vitæ ſpiritualis metho-
dus ac regula quædam, vbi quantũ quiſq; in virtute proficit, ali
quo modo cognoſcet, ſcilicet, quanto pluries in vno quoq; die
hoc amore & affectione egerit.

Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt ſocijs, qui erant in alia na- 28
ui, &c. In hac mortali vita nullus ſibi ſoli ſat eſt, ſed omnes ad in
nicẽ auxilio & fauore aliorum egemus. Ideo D. Paulus inquit:
1. Cor. 12. Non poteſt oculus dicere manui, Opera tua non indigeo, aut ca
put pedibus, non eſtis mihi neceſſarij. Atq; ita maxime rationi
conſentaneũ eſt, vt id, quod ſacri Apoſtoli fecerũt, exequamur
qui ſignis & nutibus intelligentes ſuorum fratrũ neceſsitatem,
ſtatim eis opem & auxiliũ ferre conati ſunt. Hæc eſt genuina &
perfecta charitas, ſcilicet, non expectare, vt proximus ad aliquã
ſibi opem ferendam te ardenti ſtudio atq; importune obſecret.
In hoc etiam Dominus ſignificauit, piſcatores animarũ mutuò
ſe adiuuare debere maximam amoris conformitatem habentes.

Primi

29 Primi euangelij ſacri prædicatores Chriſtus Redemptor noſter ac Diuus Ioannes Baptiſta fuerunt: id vero, quod alter eorũ concionabatur, alter libentiſsime commendabat. Cæpit. D. Ioannes prædicare dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ: & Ieſus Chriſtus filius Dei ſic incepit: Agite pœnitentiã, appropinquauit enim regnum cœlorum. Ad hanc amoris vnitatem D. Iacobus nos hortatur dicens: Fructus iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem: nam ſi ſacrum euangelium inuidijs, contentionibus, ac liuoribus ſeminatur, eſt operam perdere. Rurſus notandum eſt in præſentiarum piſcatores alios piſcatores in auxilium vocaſſe. In quo prælati docẽtur, vt cũ viderint, ſe omnibus adeſſe non poſſe, ſuumq; munus erga omnia minime poſſe exercere, coadiutores ſibi adhibeant, ſicut S. Moyſes feciſſe
30 commemoratur. Sicut enim manus ad ſuum munus exercendũ non eſt minus apta ac fortis, eò quòd in digitos diuidatur, quin potius ob id ad operandum aptior & dexterior eſt: ita non minus ſtrenuus princeps aut prælatus eſt habendus, ſi negotia, quę ipſe perficere non poteſt, prudentibus viris committat: quinimo ſic Reſpublicæ melius reguntur & gubernantur, ipſis principibus aut prælatis ad res maioris ponderis expeditioribus manentibus.

Luc. 3. Matth. 4. Iacob. 3. Exod. 18. Simile.

Quod cum videret Simon *Petrus procidit ad genua Ieſu dicens: Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.* Hic vnus eſt ex fructibus, quos homo ex colloquio & conuerſatione Ieſu Chriſti percipit, videlicet, ſe ipſum vt abiectum peccatorem cognoſcere, & ſummiſſe ac profunde ſe ipſum proſternere & demittere. Ex hoc infer
31 tur manifeſta fraus & pernicioſa fallacia illorum, qui dicunt, nimiam ſacroſanẽti ſacramenti altaris aſsiduitatem contemptum parere. Apud homines verum eſſe fateor, nimiam conſuetudinem contemptum gignere: quia propter nimiam conſuetudinẽ & rerum, ad inuicem cognitionem miſerias ac defectus alterius tandem intelligunt, vnde contemptus ipſe oritur. Secus eſt in Dei conuerſatione: nam quo magis quiſq; eum pertractat, & cũ ipſo conuerſatur, tanto magis de eius bonitate ac magnitudine cognoſcit: ex quo fit, vt ipſum plus æſtimet, & maiore amore proſequatur. Apparuerat Dñs Patriarchæ Abrahã, ac ſæpenumero cum eo de multis egerat, poſtea vero (vt ex ſacra ſcriptura patet) Poſtquam nonaginta annorũ eſſe cœperat, apparuit ei Do

Geneſ. 17.

minus, dixitq; ad eum. Ego Dominus omnipotens: ambula co- 32
ram me & esto perfectus. Post longos verò cum eo habitos ser-
mones, inquit sacer textus: Cecidit Abrahã in faciem: quod an-
tea minime feciſſe legitur. Itaq; S. vir maioribus beneficijs &
intima Dei conuersatione se ipsum magis contemnebat, parui
æstimabat, & humilius abijciebat. Propter nos, chariſsimi fra-
tres mei, demiſsio hæc & humilitas S. Patriarchæ & non prop-
ter ipsum scripta est, quoniam multis retro tẽporibus, cùm hæc
scripta fuerunt, ipse mortem obierat. Idem nos. D. Petrus hic
docet, & cùm Dominus pedes eius voluit abluere, qui cùm ip-
Ioan. 13. sius cor ardentiſsimo amoris feruore id ferre non posset, sic pro-
rupit: Domine tu mihi lauas pedes? In cognitione quorum pro
nominum, videlicet, tu, & mihi, ideſt, in Dei cognitione & tui
ipsius omnis euangelica theologia comprehenditur. Tu mihi la- 33
uas pedes? Tu Deus infinitæ maiestatis mihi viliſsimæ creatu-
ræ? Conuersamini igitur, fratres mei, cum hoc magnifico Deo
qui rectiſsimum iter est, & ad ipsum magni faciendum & ad vos
D. Tho. 2.2 ipsos contemnendos. En fons, inquit B. Thomas, à quo deuotio
q. 82. art. 2. in oratione scaturit, nempe ex consideratione profunda nostrę
fragilitatis & contemplatione maiestatis Ieſu Chriſti: paupertas enim & fragilitas nostra cum beneficentia & clementia Dei in nostris excitat cordibus deuotionem.

Et ait ad Simonem Ieſus. Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens. Tales esse debent sacrosancti euangelij prædicatores, scilicet, hominum piscatores & non numorum, aut dignitatum, vel ho-
2. Cori. 12. norum temporalium. Ideo dicebat D. Paulus: Ecce tertio pa-
ratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis, non enim quæ- 34
ro, quæ vestra sunt, sed vos. Silentio etiam prætereundum ne-
quaquam est, Dominum Diuo Petro se hoc modo humilianti honorem tribuisse, ei tam mirabilem dignitatem promittendo. Vbi aperte docuit, vnam ex virtutibus præcipuis, quam in prælatis & concionatoribus nitere oportet, & quæ diuinæ maiestati magnopere placet, esse humilitatem atque animi demissionem.

Illuminati igitur sacri discipuli illa diuina luce & ab illo diuino ore, Ieſu Chriſti vocati, *Subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum.* Fœlices nos si tam glorioso exemplo commoti & inflammati idem facere toto animi conatu studeamus

Inter

35 Interrogatus Plato, quando eſſet fugienda ciuitas, reſpondit: Quando maiores ſunt expenſæ lucris, & in ea mali ſunt plures bonis, ac Domini terræ ſunt mendaces, & illa eſt quærenda, in qua omnia ſunt oppoſita. Omnia hæc mala in mundo eſſe manifeſtum eſt. Qua propter illum relinquere nobis maxime conducit, ſaltim ab eo animum auertere, inquirentes per rectum virtutis iter omni cura & ſolicitudine ſupernam ciuitatem gloriæ, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

Platonis reſpenſio acuta, in vitis Philoſophoꝝ

DOMINICA V.

Poſt pentecoſten

CONCIO PRIMA.

Amen dico vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra, &c. Matthæi. 5.

1 Sacroſancti huius Euangelij principiũ nobis maximum terrorem & admiratiõnẽ injicit. Valde enim horribile eſt, Deũ nobis aperte dicere, nos, ſi iuſtitia noſtra in virtute altiores ac meliores, quã Phariſæorum, radices non egerit, in regnum cœlorũ nequaquã eſſe ingreſſuros. Nũquid Domine illi non ieiunabant? ita profecto, & aliqui eorum bis in Sabbatho. Non ne eleemoſynas erogabant, non nè orabant? ita ſanè, imò & aſsidue. At multos reperies Chriſtianos, qui non ſolũ ſe à cibis minimè abſtinẽt, verùm etiam epulones & voraces ſunt: alios verò inuenies, qui non ſolum pauperibus ſubuenire nolunt, verum aliena rapiunt. alij deniq; quã plurimi exiſtunt, qui nec orationi vacãt, nec preces fundunt, imo multis periurijs, iuramentis, & blaſphemijs ſacratiſsimum Dei nomen polluunt & offendunt. Phariſæis verò omnia illa bona opera exercẽtibus, tu Dñe nobis inquis: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquã ſcribarũ & Phariſęorũ nõ intrabitis

D. Dion. e. 4. de diuinis nom.

trabitis in regnum cœlorum? Pro huius rei intelligentia notanda sunt verba D. Dionysij dicentis: Bonum consurgit ex integra causa, malum autem non. Ideſt, ad hoc quòd aliquid ſit perfecte bonum, oportet multis circūſtantijs exornari, & nihil quod ad perfectionem pertineat, in eo deſitere, vt autem ſit malum, ſufficit parum mali habere. Sunt aliqui nobiles viri, qui quanuis pij, magnifici, & erga pauperes liberales ſint, tamen inter illos referri poſſunt, quos Deus per Iſaiā minatur dicens: Qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper eam, numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, hoc eſt, Sonantes tubares, cōtinuo ludētes, Quoniam licet ea omnia bona in ſe habeant, ſi hoc tantummodo malum habent, ſufficiens eſt, quominùs ipſi probimi nime dicantur. Id autē, quod de perſonis dicimus, de operibus etiam affirmandum eſt. Nam vt aliquod opus bonum ſit, nihil ei boni deeſſe debet, imò omnibus circunſtantijs ornatum eſſe oportet, inter quas præcipua eſt finis, vt, videlicet, opus propter Dei amorem fiat duntaxat. Hæc autem finis circunſtantia operibus ſcribarum & Phariſæorum deficiebat: Idcirco de eis Dominus apud. D. Matthæum ait: Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus: atq; ita coram Deo vacui meritis & abſque præmio remanſerunt. Nam idem Dominus inquit: Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Iſti ſimiles illis exiſtunt, qui mimos agūt & tota die ſaltantes, & geſtientes, atq; choreas ducētes, trepidātes corpora ſua diſtorquent: quæ omnia ad hoc tantum modo faciunt, vt, videlicet, ijs, qui ipſos vident, ſtudeant placere, qui tandem noctis tempore corpora ſua defeſſa & abſque aliquo lucro aut vtilitate fere confracta ſentiunt. Ita miſeri hypocritæ mille vultus ac demonſtrationes ſui ipſorum faciunt, & hoc tantum vt hominibus placeant, nocte vero mortis appropinquante ſe ipſos defeſſos abſque aliquo merito contemplantur. Cum caſtellum aliquod optimis munitionibus ſeptum, & fortiſsimis tormentis bellicis munitum & circumuallatum eſt, omnibus, qui illud foris intuentur, terrorem affert, & admirationem. Sed plerumque contingit vt in eo nihil aliud ſit, quam ille exterior apparatus, nam ſi interius aſpicitur, omnia illa bellica tormenta vacua ſunt, & abſque puluere ſulphureo, atque globo aliquo.

Matth. 23.

Matth. 6.

Simile.

Simile.

Simile.

Ita

6 Ita videbis hypocritam exteriùs armatum & munitum, *Con vn tiro de ayuno, con otro de lymosna, y otro de oracion*, Ita vt aspicientibus maximum injiciat terrorem. *Mas como a aquellos tiros les falta la poluora del amor de Dios, y la pelota de la buena intencion, no dan golpe, ni hazen operacion en los muros del cielo.* Atque ita cum deberent suis bonis operibus cœlum lucrari, illis ipsis infernum merentur. Radix & fundamentum, ex quo illis hoc malum oriebatur, erat ingens superbia & arrogantia ipsorum, quæ in illa miserrima & infœliciſsima natione cõtinuo regnauit. Propter quod S. Propheta Oseas ait: Et respondebit arrogantia Israel in facie *Oseæ. 5.*
suа. Vbi septuaginta, interpretes, transtulerunt: Et respondebit iniuria Israel in facie sua. Et Theodocion vertit: Et respondebit superbia Israel in facie sua. In quarum transtatio-
7 num varietate significatur superbia & arrogantia, adeò semper esse coniuncta, vt vna sine altera esse nequeat: quarum quæ libet tantum malum est vt per antonomasiam iniuria Dei appelletur. Alij vero Doctores accipiunt arrogantiam propria significatione, in quorum numero est. B. Thomas, qui sic ait: Ar- *B. Tho. 2. 2.*
rogantia est elatio mentis vel spiritus, qua vsque in Dei contem- *q. 112. ar. 1.*
ptum erigitur, vt eum non agnoscat: id est, vt cognoscere vel *ad. 2.*
venerari contemnat. Huc videtur spectare Chaldaica Paraphrasis, quæ sic habet: Respondebit gloria Israel in facie eius, idest, publice punietur, veluti cùm dicere solemus, *Esto le sal dra a fulano al rostro*. Velaliter, Respondebit arrogantia Israel in facie sua, idest, eum peccatum suum accusabit. Ergo homo attende quid agas: nam cùm peccatum aliquod committis,
8 testes aduersus te coram diuino tribunali adhibes, sicut. B. Paulus ad Romanos scribens inquit: Testimonium reddente illis *Roma. 2.*
conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die cùm iudicabit Deus occulta hominum. Quapropter, frater charissime, sancti Iob accipe *Iob. 36.*
consilium: qui sic ait: Depone magnitudinem tuam absq; tribulatione, id est (vt egregie D. Thomas explanat) Depone superbiam animi tui, antequam tribulatio tibi à Deo immittatur ad tuam humiliationem. Ac si apertius diceret: Ideo Deus homines præcipue punire solet, vt, videlicet, se à peccato auertant. Ex his, quæ dicta sunt, calamitatem horum infelicium temporum, in quibus homines aliquo modo magis perditi & cor-

rupti sunt, quam illi, de quibus hic summa veritas agit, facile 9
poterimus colligere. Nam (vt constat) illi in exteriori cauti
erant, nec aliquem suis deprauatis exemplis offendebant,
licet in interiori improbi essent: tamen omnibus probi appa-
rere studebant, ac bona opera exterius exequebantur. Atq;
Ioan. 3. ita idem Dominus de illis temporibus agens inquit: Omnis,
qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non ar-
guantur opera eius. Nunc autem in hoc miserrimo tempo-
rum statu iam homines à luce, vt improbi existant, non abhor
rent, sed publice fornicarij, adulteri, fœneratores, detracto
res, epulonesq; passim reperiuntur: & (quod peius est) hæc
nefaria scelera vrbanitatem atque elegantiam esse putant, &
cum alijs sui similibus tempus conterentes illa extollunt, pu-
blice Christum Dominum crucifigentes ac se ipsos de illis glo 10
Esai. 3. riantes. Itaque de huiusmodi sceleratis hominibus id, quod S.
Esaias ait, possumus affirmare. Peccatum, inquit, suum
quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Væ animæ
eorum. Denique eo mali peruentum est, vt homines illa so-
lum modò peccata, quæ mundus infamia, turpia, & inhone-
sta esse reputat, (qualia sunt, furari, peccatum contra natu-
ram committere, fidem deserere, & proditores esse) erube-
scant: at verò iniurias vlcisci, carnales esse, lusores, & in ve-
stibus profanos, hoc summæ gloriæ atque honori tribuunt.
Itaque si ab his turpibus peccatis, fratres mei, cauetis, non
ideo est, quia illa Deus prohibet, sed quoniam ea mundus dā-
nat: nam si propter Deum ab illis vos abstineretis, alia cō-
mittere verecundia afficeremini. Quibus igitur flagellis tan 11
ta scelera ac dissolutiones digna sunt? Vtquid iram Dei &
furorem eius non pertimescitis? Per infinitam ipsius Dei cle
mentiam vos oro, vt his malis nunc remedium adhibeatis, &
interius exteriusque omni cura ac diligentia probi esse conten-
datis: ne alijs vestris deprauatis exemplis peruersionis causa si-
tis & occasio.

In Exodo vbi nos legimus: Si egressus ignis inuenerit spicas,
& comprehenderit aceruos frugum, reddet damnum qui ig-
Exod. 22. nem succenderit, alij transtulerunt: Si egressus ignis inuenerit
spicas, & sic est in translatione Syriaca, & in contextu Græco,
& Paraphrasi Chaldaica, & sic quoque legit Rabanus. Quæ

omnia

omnia rem exaggerant & amplificant. Si ergo ille, qui ignem
spinis, ex quibus ignis ipse egressus messes combusit, admonit,
damna resarcire tenetur, quanto magis is, qui causa peccandi
suo fratri, fuit & ad cuius exēplum alij peruersi & cōbusti fue-
runt, spiritualia damna satisfacere tenebitur? Vt ergo ab his
omnibus calamitatibus liberi esse possitis, satagite, vt abundet
iustitia vestra plusquam scribarum & Phariseorū, idque quod
B. Apostolus docet, adimplere contendite, qui ad Colossen- *Colossen. 3.*
ses scribens sic ait: Omne quodcunq; facitis in verbo aut in ope
re, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite gratias
agentes Deo & patri. Videlicet, quia vobis vires & voluntatem ad id faciendum prębet. Et alibi idem S. Apostolus inquit: *1. Corin. 10.*
Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in
gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis & gentibus &
Ecclesiæ Dei, idest, omnibus bonum exemplū reddite. Aiunt *Simile.*
naturales Philosophi, aquilam, vt cognoscat an pulli sint vere
filij sui, oculos eorum contra solem vertere, & qui ex illis in ip
sum solem oculorum aciem non intendit, ab ipsa repudiatur.
Sic vnū ex præcipuis signis, quibus filij regiæ aquilæ Iesu Chri
sti cognoscuntur, est, cùm oculorum aciem in verum iustitiæ
solem intendunt, hoc est, cum omnes actiones suas in Deum ho
noremq́; eius & gloriam dirigunt. Animaduertite Deum, si no
bis iustitiam exercere imperat, non id propter suam vtilitatem
facere, bonorum enim nostrorum minime indiget: sed id præci
pere propter maiorem gloriam & honorem nostrū certissimū
est. Solent Reges terræ in homines beneficia conferre cum ho-
nore & absq; honore. Aliquando Rex, alicui viro nobili diplo- *Simile.*
ma mittit, quo eum commendato, cuius redditus quotannis
stant quatuor mille aureis, insigniuit: in diplomate scriptum
continetur, ipsum Regem ei beneficium illud donasse, eo q́
in tali prælio talem arcem expugnauit, & in ea strenue segessit.
Alterum vero diploma alij etiam viro nobili mittit, in quo licet
munus & beneficium, quo eum afficit, scriptum contineatur, tamen causam & rationem, propter quam illud in eum
confert, minime exprimit: non enim habet aliquid, propter
quod tantum beneficium in illum conferat, sed duntaxat
quia voluit. Primum beneficium cum honore esse certissimum est, hoc vero secundum absque honore.

Idcirco

Idcirco Dominus vult, nos iustitiam operari, vt ipse in nos be- 15
neficia magnificentissima cum honore conferat: ita, vt dicere
possit: Do vobis gloriam meam, quoniam vos ipsi eam auxi-
lijs meis & fauore adiuti meruistis. O benedictus & glorificatus
sit talis Deus, qui tot modos, totq; inuentiones ad afficiendum
nos honore & gloria condecorandum quærit. Quis igitur ani-
mum non recipiet, & in bonam spem non excitabitur, vt totis
viribus atq; animi conatu tam pio tamq; grato Domino inser-
uiat, qui nunquàm seruitiorũ, & carũ rerum, quas pro eius amo-
Iere. 1. re quis fecerit, obliuiscitur? Cùm S. Ieremias à Dño interroga
retur: Quid tu vides Ieremia? respondit: Virgam vigilantem ego
video. Et dixit ei Dominus: Bene vidisti, quia vigilabo ego su-
per verbo meo vt faciam illud. Ecce qualiter Deus virga vigi-
lans appellatur, nunquam enim dormit, sed semper sibi ad ex- 16
hibita seruitia attendit. Reges vero, principes, ac prælati huius
mundi non virgæ vigilantes, sed potiùs dormientes erga homi
num seruitutes dici possunt, perpauci enim eas remunerant &
compensant. Quibus profecto debet esse magna confusio, id,
Esther. 6. quod sacra pagina de Rege Assuero enarrat, qui cum noctem
quandam insomnem duxisset, iussit sibi afferri historias &
annales priorum temporum, vt videret, si qua erãt seruitia sibi
aliquo tempore adhibita, quæ ipse non persoluerat, reperiens-
que singulare quoddam officium, quod Mardochæus ipsi ex
hibuerat, illud exactissimè remunerauit. Quod si Rex hic,
cum Ethnicus esset adeò gratus & beneficiorum memor erat,
quare Christiani, quibus. D. Paulus ait: Pax Christi exul-
tet (ideſt, exultare vos faciat) in cordibus vestris, & grati 17
estote, beneficia in se collata mutuo non reddent? Ac si hæc
gratitudo in homine infideli reperta est, qualis in Deo re-
perietur? Notandum tamen est, quod quanuis (vt diximus)
iustitiam nostrã Pharisæorum iustitiã oporteat excedere, (nam
illis deerat finis circunstantia, siquidem opera sua faciebant, vt
ab hominibus viderentur) tamẽ licet eorũ opera optimo fine es
sent facta, adhuc iustitiã nostrã eorũ iustitiã superare, necesse
est: illi enim falsam legis diuinæ habebant intelligentiam. Nam
(vt inquit. B. Augustinus) Praua desideria cordis, aut odiũ pec-
D. August. contra Faust. cata non esse existimabant. Atq; ita cum Dominus dixit: Amẽ
dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra &c. statim rei huius

adie-

18adiecit rationem, scilicet: Audistis, quia dictū est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Vbi summa veritas explicuit, illos solum hoc pro peccato habuisse. Sed quæro, vnde eis tantus error oriri potuit? nā in Leuitico præcipiebatur: Non oderis fratrem tuum in corde tuo, & S. Dauid ait: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini, & S. Isaias inquit, Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis? Inquibus locis apertissime docetur, esse aliqua peccata & scelera, quæ corde dūtaxat patrantur, à quibus pœnitentiā agere maxime oportet. Adhoc respondeo, passiones hominum adeo esse potentes, ipsosq; ita obcæcare, vt id quod malum est, eis bonum esse videatur. Cum autem illi miseri Pharisæi varijs passionibus pleni essent, malitia eorum excæcauit eos, vt in tā
19tum errorem inciderent, quem eleganter B. Augustinus, & D. Thomas refutant. Ac præcipuus huius erroris cōfutator est ipsa summa veritas Iesus Christus Dei filius, qui in huius sacri euangelij lectione ait: *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* D. Augusti. atq; alij nōnulli doctores iuxta Græca exemplaria pro, autem, legunt, enim, quæ quidem coniūctio aptius cum præcedentibus videtur cohærere. Vbi etiam notandum est, vocem illam, Fratri, non vacare significatione, aliud namq; est, in fratrem irasci, aliud verò in fratris vitia irasci. Idcirco inquit S. Dauid, Iniquos odio habui, & legē tuam dilexi, iniquos, id est, iniquitatem iniquorum, & de hoc odio atq; ira in vitia intelligitur illud eiusdem S. Prophetæ, scilicet: Irascimini & nolite peccare. Ego autem, vt vos à periculo iracundiarum
20in fratres vestros liberi esse possitis vellem potius, vos eorum casus compati, quam in ipsos irasci. Nam peccata binas facies habent, quarum altera nos ad compassionem, altera vero ad indignationem prouocat & inuitat. Peccatū enim, vt est offensa Dei, in iram concitat: vt vero est casus hominis in compassionem inuitat. Et quoniam ex iracundia peccati potest aliquando euenire, vt in fratrem peccantem irascaris, ideo tutius est cōpati propter casum eius. Aduerte tamen in præsentiarum, nomine iræ, non primum motum intelligi: quia (vt theologi testantur) primi motus non sunt in hominis potestate & arbitrio, nec eis subiacēt & ideò culpa vacare dicuntur: non enim potest esse peccatum, quod non est voluntarium. Sed loquitur hic Dominus de ira de libe-

Leuit. 19.
Psalm. 4.
Esaia. 1.
B. August. ad Faustum.
D. Tho. 1. 2. q. 18. art. 3. ad. 3.
Psal. 118.
Psal. 4.

liberata, ad quam voluntatis consensus accedit, qua quis commotus occisionem fratris, vel grauem læsionẽ appetit: de qua Salomon spiritu Dei afflatus dixit: Ira non habet misericordiã, neq; erũpens furor. O virulentam rabiẽ, quæ sic hominẽ deformem reddit. Atq; ita in Prouerbijs Salomon ait: Spiritum ad iracundum facilem quis poterit sustinere? Et alibi: Impetum concitati spiritus quis ferre poterit? Hæc ira fons & origo multorum malorũ est, à qua homicidiũ oriri solet, quòd (vt D. Thomas asserit) ex peccatis, quæ in proximũ cõmittuntur, grauius est, quia maius nocumentum infert, siquidem vita priuat. Qua propter merito. S. Dauid quemlibet nostrum admonet dicens: Declina ab ira & derelinque furorem. Atq; hoc Christianum adimplere, non multum est, siquidem gentes id facere se iactant. Nã (vt refert. M. Tullius) cum insignis quidam philosophus nomine Architas famulos suos scelus, quoddam admittentes comperisset, animaduertens se ira inflãmatũ eos punire noluit, sed in hæc verba prorupit: Fortunati estis, quia irascor vobis. Plato etiam (vt in vita ipsius narrat Laertius) interrogatus, quo indicio cognosceretur sapiens, respondit: Sapiens, cum vituperatur, non irascitur: cum laudatur, non extollitur. Quæ sententia maxime cohæret cum illa Ecclesiastici, scilicet, Ira in sinu stulti requiescit: & S. Iob, Iratum virum stultum vocat. Quo circa fratres mei, vt equis in ipso cursu non fræna injicit homo, sed longe ante: ita qui animo sunt in iram præcipiti, & ad res molestas facile irritabiles rationibus quibusdam diu ante præsumptis in certamen sunt producendi.

D. Thom. 2.2.q.158. ar.3.ad.2.

Prouer. 18. & 27.

S. Tho. 1.2. q.10.art.6. & 2.2.q. 72.art.3.

Psal.26.

M. Tullius lib.4. Tuscu.

Laertius in vitam Pla.

Eccle.7.

Iob.36.

Simile.

Valde etiam notandum est, Dominum hic nomen fratris posuisse, vt nos doceret, aliam esse fratris in fratrem, hoc est, æqualis in æqualem conditionem, aliam vel patris in filium, vel Domini in seruum, vel prælatii in subditum: hi namq; subditos sibi corripere tenentur, & non solum verbis, sed verberibus coercere possunt. Sed videant, quod pro qualitate criminum sit castigationis temperamentum, atq; vt verborum acrimonia, quibus interdum vti opus est, internam animi pacem atq; tranquillitatem, quantum fieri poterit, minime turbet. Hoc enim modo iracundia non reprehensibilis, sed sancta est. Qua succensus. B. Paulus cuidam mago nomine Eli næ dixit: O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ non desinis sub

Actuum.13

uer-

24 uertere vias Domini? Et nunc ecce manus Domini super te,
& eris cæcus non videns solem vsque ad tempus. *O vala me la beatissima Trinidad:* Tanta nè verborum asperitas est in tam sancto viro? Hinc apparet, merito B. Augustinum dixisse, in nostra disciplina non tantum attenditur, an animus Christianus ira commoueatur, quantum illius iræ causa spectatur: sicut non attenditur, vtrum aliquis mœstus sit, sed causa tristitiæ eius aduertitur. Nam qui contra peccatum alicuius irascitur, vt ipse peccator in meliorem frugem se recipiat, à nemine potest æquo iure damnari. Sed id quod D. Gregorius circa hoc ait, attendite: Summopere præcauendum est, nè ira, quæ instrumentum est virtutis, antecedat. Perpendite obsecro, quo nomine, iram appellet, scilicet, instrumentum virtutis, aitque ipsam
25 tanquam Dominam non debere antecedere, sed tanquam seruam & ancillam retro ire. Hoc est, ira non debet esse præcipua causa, quæ te ad alios increpandum & puniendum moueat, sed potiùs zelus honoris Dei atq; proximi vtilitas: ita, vt fere necessitate coactus irascaris: punitio enim ac reprehensio, vt pro sit, magno cum feruore & efficacia præberi debet. Scopeta, aut quoduis aliud tormentum bellicum globum nullo modo à se excutiet, nisi prius puluerem sulphureum ei adhibeas, & ei ignem admoueas, quæ duo non ante sed retro adhibenda sunt. Si enim puluerem sulphureum tormento bellico ante adhibeas, id est, *Si por delante le echays la poluora al arcabuz, y le poneys el fuego,* Facile rumpetur, ac te interficiet, si vero à tergo, statim globus ab eo exibit. Ita ira necessaria est, qua bilis incenditur, & ita
26 supplicium ac reprehensio, vt oportet, exibit: sed (vt diximus) retro & non ante procedere debet. Iam fratres mei vidistis, qualiter cœlestis magister nos doceat, non solum homicidium esse peccatum mortale, sed etiam iram atque interius humani cordis odium. Idcirco ab vtroque summa cura & solicitudine nobis abstinendum est. Cum dux aliquis contra hostes ad pugnandum perrexit, ipsosque superauit, sæpenumero euenire solet, vt reportata victoria rediens, ab alijs hostibus ipsi insidias occulte parantibus interficiatur, cui nihil profuit publicos hostes occidisse, siquidem occulti ipsum interemerunt. Sic non sat est, à sceleribus abstinere, sed à prauis cordis desiderijs omnino recedendum est. Nec sufficit dicere: Ego illum minime

B. Augus. lib. 9. de ciuit. Dei.

D. Greg.

Simile.

Simile.

lædo,

lædo, licet ipse mihi damnum intulerit, ego nihil ab eo coram 27
iudice peto, cum eum video, libenter alloquor: id enim perinde
est, ac si inimicos externos superares. Sed si iræ & odia tanquã
occulte insidiantes hostes in corde tuo remanẽt, ipsa anima tuã
interficient, & morte æterna damnabunt. Videbis adolescentẽ
Simile. pulcherrimum & formam elegantem venustamq; habentẽ, qui
cum alio in certamine quodam æquatis hastis vulgo, *En vna justa*
grauiter percussus, & postea curatus esset, tandem non integrã
assecutus est sanitatem: Hispanè, *Quedo sobre sano.* Cùm autem il
lũ postea gibbosum, debilem, macilentum, & prauo colore af-
fectum vides, eum interrogas: Quid est hoc Dñe, tu ne gibbosus
ac debilis eras? Profecto recto corpore incedere solebas? Forsan
tuis vulneribus remedium non est adhibitum? Qui respondet:
Profecto multi chirurgi vulneri meo quam plurima medicami- 28
na adhibuerunt, sed intus quædam assula lanceæ vulgo, *Raja de*
lança, Remãsit, quæ vexat, & vexabit me, quousque foras eijcia
tur. Sic tibi, ò frater, qui cum proximo tuo rixatus es, euenit.
Amicitię quidem inter te & ipsum cõtractæ sunt, sed assula quę
dam, videlicet, odiũ in interiori cordis tui remansit, & hoc est
in causa, vt in seruitio Dei & amore proximi tam imperfecte
ambules. Sed nunquid tua crimina sacerdoti non es confessus?
Non ne in gratiam inimici tui redijsti, & cum eo reconciliatus
es? Ita sane. Verum in corde meo adhuc quędam assula videli-
cet, odium remansit, & quousq; à me non extrahatur, nunquã
quiescam, nec in Dei amicitiam redibo.

Qui autẽ dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. Hoc nomen,
D. *August.* Racha, (sicuti D. Augustino, B. Chrysostomo, & Remigio pla- 29
Chrys. & Remig. sup. hunc locum. cet) non est vox significatiua, sed verbum Hebræum indigna-
tionem denotans, veluti si quis ira inflammatus diceret, O. Cùm
autem inquit, Concilio, magis pœnam quam iudicium insinuat
quia iudicium ad vnum tantum pertinet.

Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis. Sed quæro, qua
re, cũ primus, secũdus, & tertius ira consummata excandescẽtes
mortaliter peccent, Dñs hoc discrimen posuit dicens, quendã
illorum reum esse iudicio, alterum cõcilij, alium vero gehennę?
Ad hoc respondeo, Christum Dominum hanc differentiam in
ter hos collocasse ad significandum, omnes eadem met pœna
non esse in inferno puniendos: siquidem non omnes æqualiter

delin-

30 delinquũt. Nam primus ſola ira non tantum peccat, ſicut ſecun
dus, qui eam voce manifeſtauit: hic vero non tantũ peccat, quã
tum ille, qui eandem iram verbis ignominioſis oſtendit. In hoc
loco Chriſtus Redemptor noſter proceſſum & diſcurſum pec-
cati in ipſo homine docet. Ex ira enim peccator in exteriora ſi-
gna prorumpit, poſtea verò in ignominioſa verba: ac tandem
inde homicidia & alia quam plurima mala oriuntur. Vnde exa
ctè Salomon in Prouerbijs dixit: Qui ad indignandum facilis *Prou. 29.*
eſt, erit ad peccata procliuior. Ergo fratres mei iracundiam in
principio, & aliud quod vis peccatum, antequam in alia maio-
ra incidatis, comprimere & à vobis expellere omni ſtudio cõ-
tendite. Nefarius enim ac perditus Iudas ex eo quia cupidus
fuit, tandem furatus eſt, & quia latro murmurauit, ac de piſſi-
3 mo opere, quod B. Magdalena exercebat, detraxit dicens: Vt *Matth. 26.*
quid perditio hæc? Deniq; per hæc ſcelera vſq; ad ſummum fla
gitium, videlicet, vſque ad traditionem & venditionem magi-
ſtri ſui ac Domini noſtri Ieſu Chriſti peruenit. Puer numos
ex crumena patris ſui prius capere incipit, poſtea ex marſupio *Simile.*
vicini, ac tandem ex domibus exterorum aliena rapit, atq; ita
vſq; ad patibulum minimè ſiſtit. Explicãs ſacra pagina cauſam
mouentem Saram, vt à viro ſuo Abrahã filius eius Iſmael è do
mo expelleretur, inquit: Cũq; vidiſſet Sara filium Agar AEgy *Geneſ. 21.*
ptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: Eijce an-
cillam hanc & filium eius. Mirabile certe: quia duntaxat vidit,
cum filio ſuo Iſaac Iſmaelem ludentem tanta moleſtia affecta
eſt, vt non quieuerit quouſq; pater eius ipſum è domo eiecit.
32 Nunquid tam impium tamq; nefarium erat, duos pueros inter
ſe pacifice ludere? Cum quo alio puer Iſaac melius, quam cum
fratre ſuo ludere poſſet? Ad hoc communiter reſpondetur, lu-
dum illum fuiſſe idololatriam, & Iſmaelem idola fictilia fabri-
caſſe, fratremq; ſuum Iſaac ad illos adorandum docuiſſe, ſicut
modo pueri altaria erigunt, *Thazen ſanticos.* At vero Sara pericu
lum illius ludi intelligens, (nam idololatria, quæ tunc ludendo,
cum pueri erant, ludus & iocus puerilis tantum modo erat, po-
ſtea cum prouecta ætate eſſent, grauiſsimum ſcelus, & fidei, quã
receperant, eſſet apoſtaſia) & tanto malo obuiam ire intendens
coniugem ſuum tam importunis precibus obſecrauit, vt ipſe
Domino ei iubente, & ad id impellente Iſmaelem è domo de

truserit. Vbi aperte docemur, quam plurima, quæ in tenera ætate, cum pueri sumus, facimus ludi sunt, quæ quidem, cum in prouectiori ætate sumus, grauissima peccata esse non est dubium. 33

Monemur etiam in hoc facto, vt initio malis mederi & obsta re contendamus antequam in cordibus nostris altiores agant radices, sintq; aliorum maiorum causa & origo, ita vt eis remediū adhiberi difficillimum sit. Regius psalmographus peccata funes appellat dicens. Funes peccatorum circumplexi sunt me. *Psal.* 118. *Eccle.* 4. Quod si (vt ait Ecclesiastes) Funiculus triplex difficile rumpitur quanto maiori difficultate funiculus cētuplex rumpetur? Multiplicauit Israel fornicationes suas recordans dies adolescentiæ suæ, inquit. S. Ezechiel. Et quid inde secutū est, ò propheta sancte? Insaniuit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt, vt carnes asinorum, & sicut fluxus equorum, fluxus eorū. 34 *Ezech.* 23. Ecce qualiter ex multiplicatione peccatorum homines insaniunt & præuertuntur, ac quodammodo vt bruta animantia remanent. Deus à tantis malis per infinitam clemētiam suam nos eripiat, ac nobis vigorem & spiritum largiatur, vt statim verā pœnitentiam facere incipiamus, qua consequamur hic gratiam & postea gloriā, ad quā nos perducat Iesus Mariæ filius. Amē.

In eadem Dominica quinta Post pentecosten CONCIO SECVNDA.

Amen dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Matthæi. 5. 1

CVm Christus Redemptor noster modū, quem in exequendis bonis operibus obseruare debemus, apud. B. Lucā erudiret sic ait: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuū lucidum erit. Vbi aperte innuit, sanctam intētionē, qua aliquis exercet opus, ipsum illustre efficere, quod quidem intelligitur, dummodo opus sit bonū, & in gratia Dei fiat. Idem namq; Dñs cū suis sacris discipulis loquens inquit: Venit hora, vt omnis, qui in *Luc.* 11. *Ioan.* 16.

tex

2 terficit vos, arbitretur obſequiũ ſe præſtare Deo. Ecce iſti iuſto
rum perſecutores bonã intentionem habebant, & tamen opus
eorum, videlicet, cùm iuſtos odio proſequebantur, ſceleratiſsi-
mũ erat. Ergo non ſufficit, bonam duntaxat intentionem habe-
re, vt opus lucidũ ſit & præclarũ. Et valde notandum eſt, Domi
nũ non fuiſſe contentũ, cùm dixit: Si oculus tuus bonus fuerit,
ſed voluiſſe addere: Si oculus tuus ſimplex fuerit, quia verbum,
ſimplex, Hebræis ſignificat integrum & perfectũ. Ita de ſancto *Iob. 1.*
Iob ſacra ſcriptura dixit: Erat vir ſimplex. Vbi alij in Hebræo
peritiſsimi tranſtulerunt: Erat vir integer, & aliorum tranſlatio
habet: Erat vir perfectus. Ita cùm Dominus ait: Si oculus tuus
ſimplex fuerit, nobis aperte oſtendit, ſe velle, vt intentio in ope
ribus noſtris integra ſit atq; perfecta.

3 Iccirco ſacra hodierni Euangelij lectio nos admonet dicens:
Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum nõ
intrabitis in regnum cælorum. Quod ſiquis hoc modo arguat: Pha-
riſæi habebant iuſtitiam; ergo erant iuſti: & ſi iuſti, ergo poterãt
ſaluari: ſi autem illi ea iuſtitia ſaluari poterant, ergo etiam illa
iuſtitia, qui non erant phariſæi poterant ſaluari, ad hoc reſpon
detur, phariſæos non veram iuſtitiam, imo fictam & ſimulatam
atq; inanem habuiſſe. De quibus id quod D. Paulus ait, affirma-
ri poteſt: Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere, *Rom. 10.*
iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Hinc legitimum ſenſum illo-
rum verborum, ſcilicet: Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iu- *Pſalm. 74.*
dicabo, facile intelligetis. Quæ ſunt iſtæ iuſtitiæ, quas Dominus
ſe iudicaturum ait? Profecto iuſtitiæ apparentes & non veræ:
4 quales erant Phariſæorum iuſtitiæ, quibus ſumma veritas in-
quit: Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis *Matth. 23.*
ſepulchris de albatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, *Simile.*
intus vero plena ſunt oſsibus mortuorum & omni ſpurcitia: ſic
& vos à foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem
pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Sed væ, væ, & millies væ,
quot nunc in mundo phariſæorum ſunt diſcipuli, falſa atque
apparenti iuſtitia pleni, in quo certè non paruam ſuo creatori
iniuriam irrogant. Quid obſecro nobilis vir ſentiet, quãdo vxo *Simile.*
rẽ ſuam ſe ipſam componentem & adornantem varijs veſtibus
aſpexerit, non vt ipſi ſed vt alijs complaceat? Certiſsimum eſt,
hoc ei maximę triſtitię & afflictionis cauſam eſſe, magnãq; ſibi

iniuriam fieri huiusmodi vir existimabit. O infinitæ maiestatis Deus, quibus verbis iniuria & offensio, quam tuæ sanctissimæ celsitudini illi inferunt, qui opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, aliquo modo poterunt amplificari? Qua pœna, si illa posses accipere afficereris videns illos se ipsos bonis operibus exterioribus adornãtes, non vt tibi, qui animarum verus es spõsus, sed vt alijs sibi similibus abiectis ac vilibus creaturis placeant. O scelus æternis supplicijs dignum. Fugite fratres mei, fugite à tanta iniquitate: & id quod Dominus ait, videlicet, cũ accepero tempus, ego iustitias iudicabo, attentis animæ oculis contemplamini. Nunc Deus tempus hoc, in quo vitam degimus nobis concessit, sed mortis hora illud à nobis auferet, & tunc fictas has iustitias iudicabit, illasq; seuerè puniet. Quo circa fratres mei bona opera pura ac sancta intentione propter Dei gloriam solummodo, toto animi studio ac viribus facere contendamus. Vt autem iactantiæ & inani gloriæ facilè resistamus, similes illis, qui templum ædificarunt, nos esse oportet: de quibus sacræ literæ aiunt: Vna manus sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Sic nos partim bene operari, partim verò contra iactantiam, inanem gloriam, ac malam intentionem pugnare debemus, & sic abundabit iustitia nostra plus quam scribarum & pharisæorum, ac non solum exterius, verũ etiam interius (quod Deo magnopere placet) boni erimus. Ad hoc autem significandum iussit Dominus sibi offerri super altare pinguedinem arietis, quæ iuxta viscera est, & ipsa operit. Hoc S. Dauid Deo obtulit, cum dicebat: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Non solum vero studere debemus, vt iustitia nostra abundet plusquam scribarum & Pharisęorum, sed omni animi contentione & spiritus feruore laborare, vt iustitia nostra vere iustorum excedat iustitiam, ipsos diuino fauore atq; humili corde antecellere contendentes, in sanctis & spiritualibus exercitijs nunquam cessantes. Nam (vt Salomon ait) Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectam diem. O verba mysterioſa: diuinus spiritus nos illuminet, vt ea explicare atq; intelligere, & ex illis (sicuti oportet) vtilitatem capere valeamus. B. Ioannes in sua Canonica inquit: Qui facit iustitiam, iustus est. Quo in loco atq; in hoc sacro Euangelio nomen, Iustitia, nõ pro vna ex quatuor cardi-

5 6 7

Psal. 74.

2. Esdræ. 4.

Leuit. 7.

Psal. 102.

Prouer. 4.

1. Ioan. 3.

neis

8 neis virtutibus accipitur, sed omnem virtutem significat. Atq; ita inquit Aristoteles: Iustitia communis est virtus. Et alibi idē ait: iustitia est virtutum præclarissima, & ipsa est omnis virtus. Licet autem. D. Augustinus sic iustitiam definiat: Iustitia est amor Deo tantum seruiens, in amore Dei proximi dilectio includitur, vt B. Thomas asserit. Atq; ita hæc definitio omnes virtutes amplectitur. Alij doctissimi viri iustitiam definientes dixerunt: Iustitia est perpetua & constans voluntas ius suum vnicuiq; tribuens. Signanter in hac definitione ponitur primo, voluntas ad ostendendum, quòd actus iustitiæ voluntarius ac spōtaneus est: & quia firmitate opus est, additur, quòd sit perpetua & constans voluntas illa, vbi actus ponitur pro habitu. Sæpe habitus specificantur per actus. Potuissemus autem iustitiam sic de
9 finire: Iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti & perpetua voluntate ius suum vnicuiq; tribuit, & qui facit hanc iustitiam, iustus est. Sunt autem tres, quibus ius suum tribuere debemus, videlicet, Deo, nobis, & proximo. Quid vero Deo possumus tribuere? Non nè ait. S. Dauid, Domini est terra & plenitudo eius? Ita profecto, sed ipsa omnia homini dedit, sicut idē S. Dauid testatur dicens: Omnia subiecisti subpedibus eius. Opes, quas Deus peculiariter diligit, sunt hominum animæ, & eas suas appellat. Omnes, inquit, animæ meæ sunt: & has eis reddere debemus. Sed qualiter? Non ne ipse eas omnes habet, siquidem illarum creator est? Hoc per similitudinem quandam facile intelligetis. Habet Rex munitissimam arcem, & vt melius
10 seruetur, præsidi cuidam viro bonæ existimationis eam sub publica fide seruandam & custodiendam cōmittit ea lege, vt quoties ab eo petita fuerit, ipsam libenter tradat: quas conditiones idem præses arcis sub pœna proditoris acceptat. Sic Deus cum hominibus se habet, quorum cuilibet animam vnam iuxta normas ideæ, *Conforme alos aranzeles*, Suæ diuinæ legis regendam & gubernandam ea lege committit, vt quando ab eo petita fuerit, eam reddat: tunc autem ipsam Deus ab homine exigit, cum aliqua res sui diuini seruitij, cui ipse homo se totum dedat & addicat, offertur. Atq; ita diuinus Psaltes ait: Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Hoc est, Domine animæ meæ claues, vt eam custodiā, mihi tribuisti, & id, quod promisi, cùm ipsam mihi tradidisti, non oblitus sum. Ex hoc in

Aristot. 5. Ethico.
D. Augus. lib. de moribus eccle.
B. Thom. 2. 2. q. 58. ar. 1.
Inst. de iustitia & iure in prin.
D. Tho. 2. 2. q. 58. ar. 1
Psal. 23.
Psal. 8.
Ezech. 18.
Simile.
Psal. 118.

fertur, peccatores non solũ esse iniustos, sed etiã proditores, si- 1
quidem fidem, quam in baptismo præbent, violant. O infælices peccatores, vt quid non erubescitis & vos ipsos confunditis nõ præstantes diuinæ maiestati debitum, quo astricti estis? Qui cũ à vobis animam commissam exigit, ipsam minime redditis, eò quod eam alienatam & varijs sceleribus oppressam habetis. O execrandam abominationem. Ferendũ ne est, vt anima, inæstimabilis valoris, à quibusdam vili precio vendatur, ab alijs vero impudenter pignoridetur? Quod vt melius percipiatis, notandũ est, hominem esse animal rationale, hoc est, duabus rebus cõstare, altera quidem infima & abiecta, videlicet, misero & corruptibili corpore, pluribus ægritudinibus quã cæterorũ animaliũ corpora obnoxio: altera vero preciosa & excellenti, videlicet, anima, quam Dominus ad imaginem & similitudinem suã 2
Simile. procreauit. Solet imago, quæ peritissimi artificis manu depicta est, summopere laudari, & qui illam possidet, sæpenumerò dicit: Hanc effigiem nullo precio aut dabo, aut commutabo, quoniam à celeberrimo pictore Apelle, qui cæteros arte pingendi longe antecelluit, confecta est. Quanto ergo magis facienda est mens, quæ à solo Deo creata & effecta est? Ad generationẽ omnium rerum Deus cum causis secundis concurrit, at vero animã
Simile. sua duntaxat infinita potentia creat. Sicut pictor, qui amplam tabulam multis figuris ornatam in lucem edere conatur, iubet discipulis suis, vt imagines, quæ in extremis partibus atq; in angulis ipsius tabulæ futuræ sunt, depingant: quod vt melius efficiat, idem artifex manus eorum penicillo ducit, imaginem vero, quę in medio apparere debet & cuius pulchritudine omnis tabula 3
decorãda est, ipse propria manu, vt perfectior fit, depingit. Hic mũdus tabula quędã est varijs imaginibus, scilicet, diuersis creaturis, quæ in eo sunt, adornata: ad conficiendas autem has imagines omnipotens Deus artifices quosdam, videlicet, solem, lunam, & alios planetas, atq; elementa habet, quæ omnia ad illarum generationem concurrunt, & ideo vocantur pictores imaginum huius tabulæ, scilicet mundi, Deo ipso cum illis tanquã magistro (qui manum discipulorum pingendo ducit) concurrẽte: effigiem autem ideſt, animam, quæ in medio est, omnem q; tabulam sua pulchritudine decorat, Deus opt. Max. sua infinita sapientia solus scit depingere. Multis verò lacrymis, & maxima

com-

14 cõmiſeratione dignum eſt, quod cum homo corpore vili & anima precioſa conſtet, corpus nullo precio commutat, animã vero breuiſsima quaq; voluptate vel paruo honore aut minimo lucro libentiſsime præbet. Quanti, obſecro, ò infælix peccator tuũ miſerrimum corpus, vt in vinculis & captiuitate apud Turcas eſſet, vẽderes? Illud profecto centũ mille aureis & pro totius mũdi rebus minime traderẽ, quid enim mihi omnia iſta pro deſſent, ſi ego miſerrimę ſeruituti obnoxius futurus eram? Ergo ſi corpus tanti facis, quare mentẽ, quæ inæſtimabilis precij eſt, non pluris æſtimas? De hoc per Ezechielem prophetam Dominus conqueritur dicẽs: Violabãt me propter pugillũ hordei, & propter fragmen panis. Illi, qui animam vendunt, ſunt omnes, qui tã deprauate delinquũt, & vitijs ita dediti ſunt ac propenſi, 15 vt de correctione ſua nũquã cogitent, nec vitia relinquere, & ad Deũ ſe cõuertere, aliquo tẽpore proponant: illi autem, qui eam pignerant, ſunt ij, qui peccantes & multa ſcelera committentes dicũt: Statim me corrigam, & in meliorem frugem recipiam. Quibus ad inſtar illius euenit, qui pignus aliquod in cauponam mittit non eo animo, vt apud ipſum cauponem maneat, ſed animo illud ſtatim repignerandi: at vini cupidus quotidie plus vini ſibi mitti ad bibendũ iubet, & quantũ ipſius vini augetur cupiditas, tantũ ſuper pignore debitũ multiplicatur, ita vt tanto debito obligatus dicat ipſi cauponi: Pignus, quod apud te pigneraui, ſiquidẽ debitũ, quod ſuper illo debeo, ita multiplicatum eſt, vt illud ſoluere minime poſsim, tuum ſit. Sic aliqui ſunt, qui aiũt ſe peccatum aliquod ſemel & non amplius velle committere, 16 poſtea vero aliud atq; alia multa admittunt: & taliter ſuper pignore, videlicet, ſuper anima debitũ peccatorũ onerant, atq; in ipſis ſceleribus ita veteraſcunt, vt omnino impotentes ad pœnitentiã agendam ſibi eſſe videantur: quos mors ſic imparatos rapit, pignus vero videlicet anima remanet in dæmonis poteſtate. O æterne Deus cõcede, obſecro, mihi per infinitam clementiã tuam ſpiritus feruorem, vt hæc tanta flagitia, vt oportet, ſciam amplificare. Qualiter ò miſeri animas veſtras omnipotẽti Deo præbebitis, ſi ipſas à vobis alienatas, & vt quid vile, venditas habetis? Quare non contremiſcitis vos ipſos in tanto periculo poſitos contẽplãtes? Sed quæ dã vobis optima nũtia nũc ſignificare volo, atq; vtinam ea capere, vobiſque prodeſſe velitis. Scitote

Simile.

Ezech. 13.

Simile.

vos, quandiu in hac vita commoramini, libertatem & opportu- 17
nitatem habere, vt has venditiones posſitis irritas facere atq; diſ
ſoluere. Nam publica huius Regni lege permiſſum eſt, vt om-
nes pupilli & qui ſub tutoribus ſunt, poſsint quoſcunq; contra-
ctus, qui in ipſorum damnum facti fuerint, annullare. Dum hãc
D. Bernar. miſeram vitam ducimus, omnes (vt ait D. Bernardus) pupilli ſu
Epheſ. 4. mus, donec (ſicut. B. Paul. inquit) occurramus oẽs in vnitatẽ fi-
dei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ętа
tis plenitudinis Chriſti: vt iam non ſimus paruuli fluctuantes. Et
Pſal. 90. tanquam pupillis Deum nobis Angelos tutores ac pædagogos
tribuiſſe teſtatur Regius Pſalmographus dicens: Angelis ſuis
mandauit de te, vt cuſtodiãt te in omnibus vijs tuis. Iccirco mo
do quam cunq; venditionem dæmoni, mundo, aut carni factam
optime poſſumus reuocare, ſiquidem ad illam faciendam nullã 18
facultatem habebamus. Fit autẽ irrita hæc vẽditio per verã, quã
de peccatis noſtris agere debemus, pœnitentiã. Eia fratres mei,
eſt nè aliquis veſtrum, qui animam ſuam vendiderit? Eſt ne hic
aliquis concubinarius, qui propter carnales diuitias ſe Sathanæ
vendiderit? Eſt hic aliquis honoris ambitioſus, aut aliquis auа-
rus, qui propter caducam & inanem gloriam, vel propter vilem
pecuniam corda ſua vendiderunt? Soluite fratres, ſoluite per ſa-
lutem veſtram ac remedium animarum veſtrarum has infælices
venditiones. O vos miſeri, ò infauſti, quis vos ita dementauit, vt
tam bonam opportunitatem contemnatis, illamque præterire
abſq; vtilitate veſtra permittatis? Quid, quæſo, damnati in in-
ferno darent, ſi libertatem, quæ nunc vobis ſeſe offert, haberent?
Si Angelus nomine Dei ad prædicandum illis è cœlo deſcende 19
ret, qualem pœnitentiam agerent, vt ſe à tantis tormentorũ ge-
neribus eriperent? Ergo exiſtimate nunc, & animo concipite,
iam vos in horridis inferni ignibus ardere, poſſeq; ab illis facile
liberari, ſi veſtrorum peccatorũ verã pœnitentiã egeritis, atq;
ita ad illam agendam vos ipſos incitabitis, animaſq; veſtras, vt
ad ſuũ verũ Dominum, videlicet, altiſsimum Deum redeant, re
dimetis.

Secundus vero, cui ius ſuum tribui debet, eſt vnuſquiſque ſi-
bi ipſi. Sed dicetis: Opaterid certe prędicare nõ opus eſt, nullus
enim extat, qui vt ſibi ipſi deat, aliũ pelle, ſi poſſet, nõ exuat. Nõ
id profecto fratres, eſt ius, quod ad inuicẽ vobis debetis, quin po

tius

20 tius magis nociuum quam vtile eſt. Sed quod vobis debetis, eſt quædam veſtrorum appetituũ & affectionum mortificatio: & hoc inquit S. Propheta Oſeas: Seminate vobis in iuſtitia & metite in ore miſericordiæ. Quoniam ſi ſeminatis in miſericordia, vos ipſos, vt oportet, non caſtigantes nec mortificantes, metetis in iudicio condemnationem. Pro quo eſt notandum, ſeminationem noſtram eſſe diuerſam à ſeminatione agricolarũ. Illi enim id, quod ſeminant, colligunt: ſi triticum ſeminant, triticum colligunt, ſi vero hordeum, hordeũ metent. Nos autem, ſi in hac vita lacrymas ſeminamus, gaudium colligemus: ſi labores, otium: ſi paupertatem voluntariam, diuitias: ſi obedientiam, libertatem metemus. Ergo ſeminate vobis in iuſtitia, & metetis, in miſericordia. *Oſeæ. 10.*

21 Tertius denique, cui ius ſuum reddere debemus, eſt proximus noſter. Ius verò ei debitum à nobis, eſt bonum exemplum, quo eum ad bene operandum prouocemus. In diuinis literis quidam Angelus ſanctum Moyſem ſic allocutus fuiſſe legitur: Immolabis Deo ſuper montem iſtum. Pro quo in cõtextu Græco & in paraphraſi Chaldaica habetur: Immolabitis Deo ſuper montem iſtum. In quo ſignificatur, bonum opus publicum ab vno factum alios quam plurimos ad id faciendum commouere: atq; ita ex, immolabis: ſequitur, immolabitis. Sed, proh dolor, quam aliter multi faciunt, qui publice delinquere, gaudent, ac ſuis deprauatis exemplis proximũ peruertere conantur, ſicut illi, de quibus Dominus per Oſeam prophetam conqueritur dicens: Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accen- 22 debant thimiama: ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. Hoc eſt: Ex publicis parentum & ſponſorum peccatis filiæ & ſponſæ ad ſe ipſas peruertendum occaſionem capiebant. Qua propter egregie S. Thomas inquit, peccata publica eſſe nimis execranda: tum quia peccator publicus videtur ex maiori contemptu peccare, tum quia cum ſcandalo aliorum peccat. Ideo B. Paulus ait: Peccantes coram omnibus argue. Quaſi dicat: Nunquã diſſimulanda ſunt peccata publica, ſed obiurganda & arguenda. Et rationem reddens addit: Vt & cæteri timorem habeant. Qui hæc tria adimplet, iuſtitiam facit & iuſtus eſt: ac de huiuſmodi inquiunt ſuperius addu&a verba: Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque *Exodi. 3.* *Oſeæ 4.* *D. Thom. 3. p. q. 84. ar. 6 ad. 1.* *1. Tim. 5.*

adperfectam diem. Semitam iustorum vocat Spiritus sanctus 23
piorum hominum vitam propter coarctationem & rectitudinem conscientiæ, ac propter sanctum timorem, quo reguntur & gubernantur. Horum autem tranquilla & sancta vita quotidie in melius vsq; ad perfectam diē augetur. Ad intelligendum vero, quæ sit ista perfecta dies, maxime perpendendum est sanctum Moysen, cum modum, quo Deus omnes dies fecit, numeraret, semper à vespere inchoasse. Factum est (inquit) vespere & mane dies vnus: id est: primus. Et inferius: Factum est vespere & mane dies secundus. Ac. S. Dauid ait: Vespere & manè & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Hunc ordinem numerandi dies à vespere incipiendo Spiritum sanctum voluisse intexere existimo, vt, videlicet, per illum significaretur ordo, quem habet dies spiritualis, quo iusti perficiuntur, qui a 24
vespere vitæ actiuæ eorum incipit, statimq; mane vitæ contemplatiuæ sequitur: & ita augetur & crescit vsq; ad meridiē, in quo vmbræ fidei consumuntur, scilicet, vsq; ad claram Dei in gloria visionem. In cuius rei mysterium Christus Redemptor noster vesperi in cruce mortuus est, & mane resurrexit, ac meridie cœlos ascendit, innuens in hoc nos in vesperi vitæ actiuæ debere corpora nostra cruce & pœnalibus exercitijs mortificare, in manè vero vitæ contemplatiuæ, resurgere nouo spiritu ac nouo diuini amoris feruore, tandem postea in claram Dei visionem
ascendemus. De illis duobus S. Dauid ait: Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nam in vita actiua mens
in deplorandis peccatis atq; in tolerando aliquid pœnale pro 25
lis se exercet: in vita autem contemplatiua solet gaudia & cœlestes consolationes accipere. Appellatur verò vita actiua vesper,
& contemplatiua mane, quoniam vesper solet esse manè futuri prænuntius. Atq; ita Dominus dixit: Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Nam sicut rubedo vespertina signum est, ex qua colligimus venturum mane clarum & serenum futurum esse: sic disciplinæ, flagella, cilicia, ieiunia, atque alia opera pœnalia, quibus vir iustus in vespera vitæ actiuæ corpus suum affligit & macerat, signa sunt aperta, ex quibus colligi potest, mane vitæ contemplatiuæ splendidum ac lucidum futurum esse: & hoc modo augēdo progredi debet vsque ad perfectum diem, scilicet, vsque ad claram

Dei

Genes. 1.
Psal. 54.
Psal. 29.
Matth. 16.
Simile.

26 Dei viſionem. Ecce igitur fratres chariſsimi, qualiter iuſti non ſolum volunt, vt iuſtitia ſua phariſæorum iuſtitiam excedat, verum etiam omnes, qui veram iuſtitiam habent, præclaris virtutum exercitijs anteire & ſuperare conantur. Maxime etiam oportet, vt iuſtitia noſtra abundet pluſquam ſcribarum & phariſæorum propter falſam, quam legis habebant intelligentiam: iram enim & odium cordis peccatum eſſe non exiſtimabant: quod hic ſumma veritas apertiſsime reprobat & condemnat, inquiens: *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, &c.* Vſq; *Reus erit gehennæ ignis.* Piſsimus Dominus nec ſolo dunta-xat verbo aut inordinata voce vult vt nos proximos noſtros offendamus. Plinius inſignis rerum naturalium indagator in quit, Regem apum, cum a natura pulchrior ac duplo maior 27 cæteris omnibus, & colore nitidior conditus fuerit, tamen ſtimulo, quo reliquæ apes nocent, priuatum eſſe. Vbi eiuſdem naturæ author nos apertiſsime docuit, tanto aliquem debere plures moleſtias & iniurias pati, atque ad nocendum alijs eſſe impotentior, quanto nobilior eſt, & alios magis antecellit.

Plinius lib. 2. cap. 16.

Simile.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſus te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Mira docendi ratione Dominus his verbis vſus eſt. Vbi enim ad ſummũ repentè gradũ conſcendit, inferiores omnes in eo complexus eſt. Satis eſſe videbatur dixiſſe: Si proximum læſeris, illum placare, illiq; ſatisfacere, ſolicite contende, ſed nequaquã 28 hoc ſolo contentus omni ſacrificio & oblatione ei interdixit, donec offenſum fratrem debita ſatisfactione placaret. Cum vero ait, vt ſacrificium inceptum relinqueret, & opus interrumperet, atq; adquærendum fratrem, quem læſerat, ipſumq; placãdum tenderet, rem hanc magis amplificauit, oſtenditq; ſe pacis inter proximos maximum eſſe amatorẽ. Atq; ita B. Chryſoſtomus explicans hunc locum inquit: Vidi miſericordiã Dei quæ plus reſpicit hominũ vtilitatẽ, quàm ſuum honorem. Hic præintelligi vult quod vis opus externũ, quo Deũ promereri ſtudemus, vt eſt oratio, ieiuniũ, carnis afflictio, eleemoſyna, & alia id genus. Nihilominus tamẽ munus præcellentiſsimum altaris noui teſtamenti euchariſtia eſt. Itaq; vbi commode fieri poteſt

D. Chryſoſt. ſup. Mat. c. 5

recon

reconciliatio, sanctam cõmunionem præcedat, oportet. Vnde 29
B. Hieronymus: Si munera nostra absq; pace non offerre possumus, quantò magis corpus Christi accipere? Iudiciũ damnationis sibi concisit, qui cũ Iuda accedit ad sacramentũ summæ pacis. Cæterùm quando munus sit relinquendum in altari donec reconciliatio fiat, prudẽtia maxime opus erit. Est enim hoc mãdatum affirmatiuum, quam obrem loci & temporis circunstantia maxime eget: lex nanq; spiritus sapientiæ & intellectus omnia sapienter præcipit. Itaq; quo ad animum attinet, absolute dictum est: Vade, prius reconciliare fratri tuo: quo ad executionẽ vero, nisi commode fieri possit, non ita. Tu verò, ò homo, qui læsus es, offensori tuo libenter parce vt Deus tua etiam scelera remittat, eumq; ex toto corde tuo dilige, & Dominũ propitiũ habebis. Contemplare quæso id, quod S. Dauid ait, scilicet: Dile- 30
xi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. S. pro-
Caieta. pheta hic, quẽ dilexit, minime explicat, sed Caietanus hoc animaduertens inquit: Attende, quo tempore, & vbi S. Propheta hunc psalmum ediderit, & quem dilexit facile intelliges: tẽpus nanq; fuit, cum in spelunca Saulem ipsum per sequentem potẽs occidere, non, interfecit: & tunc temporis ait: Dilexi, scilicet, inimicum meum Saulem, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. Hoc est, Deum in meis necessitatibus habebo propitium, nam propter eius amorem dilexi illum, qui me odio prosequebatur. Sic tu eundem Deum, si hoc ipsum feceris, propitium habere non dubites. Ad confusionem autem omnium, qui se maximos Christianos esse putant, vobis egregium dictũ
Seneca. ac sentẽtiam hominis ethnici referre volo. Seneca philosophus 31
inquit: Dissensio ab alijs, reconciliatio à te incipiat. O vtinam verba hæc in cordibus nostris scriberentur, & per illa duceremur, magnam profectò gloriæ coronã in conspectu diuinæ maiestatis consequeremur. Ergò, ò Christiane, nõ expectes, obsecro vt frater tuus veniam à te postulet, sed tu ipsum inuita. Festina,
D. Chryso- inquit. D. Chrysostomus, inimicũ tuũ præuenire ad amicitias,
stom. 12. sup. ne forsan te tardante ille præueniat adrogandũ, & de manu tua
Matth. rapiat pietatis mercedem. Illuminet Deus, atq; inflammet suo diuino amore corda nostra, vt posthac ità faciamus, & sic abundantem mereamur gratiam, qua comparatur gloria, ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMI.

1 # DOMINICA. VI.

Post pentecosten.

CONCIO PRIMA.

Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent, quod manducarent, &c. Marci. 8.



2 IOquens sponsa de suo sponso in Canticis ait: Botrus cypri dilectus meus mihi: inveneis Engaddi. Non inquit: Dilectus meus granum est botri, sed botrus. Quemadmodum enim in botro non vnum, aut alterum granum inueniuntur, sed multa: ita sponsa multa remedia & beneficia à Domino accepisse hic fatetur. Hoc autē donis, quæ S. Ecclesia à Deo, antequam fieret homo, accipiebat recte applicari potest. Nam postquam liberalissimus hic Dominus homo factus est, non solum se botrum appellauit, sed apud D. Ioannem inquit: Ego sum vitis vera: innuens, quòd sicut vitis vuis onerata racemum superat & antecellit, sic beneficia, quæ in homines, postquam factus est homo, Deus confert, illa, quæ olim ante eius sanctissimam incarnationem præstitit, longe an 3 tecedunt. Huius apertæ veritatis testimonium certissimum est id, quod D. Matthæus eandem, quam hic B. Marcus agit, historiam narrans inquit, scilicet: Ascendens Iesus in montem sedebat ibi, & accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secū multos cæcos, claudos debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius & curauit eos.

Cant. 1. *Simile.* *Ioan.* 15. *Simile.* *Matth.* 15.

Nequaquam vero contentus est pijssimus Dominus hæc tot tamq; singularia beneficia præstando, sed (vt hic S. Euangelista Marcus ait) Sciens illos non habere aliquid ad māducandū, *Conuocatis discipulis suis ait illis: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Certè cum animaduerto, turbam illam triduo in deserto sine domo, sine lecto, sine hospi-

tio,

tio, sine cibo, (quæ prope iam defecerat) perdurantem, dieiq; æstum, & noctis intemperiem cum paruulis etiam & vxoribus tolerantem, ac super nudam humum cubantem, quid aliud iudicare potero, quam eam fuisse dominicæ præsentiæ gratiam, eã in sanando virtutem, eam in docendo suauitatem & eloquentiã, vt homines illi sui quodammodo obliti vsq; adeò à diuina illa Domini præsentia, & docentis ore suspensi essent, vt neq; longioris vitæ, neq; inediæ, quæ illos iam premere cœperat, recordarentur. Optima quidem sese mihi nunc offerebat occasio ad increpandos huius tempestatis Christianos. Sunt enim aliqui, qui fere nunquam concionem audiunt, quos ego admoneo, vt magnopere perhorrescant, nè super illos id, quod Dominus per Prophetam Oseam Hebræ, genti ait, incidat: Oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Id est: Contempsisti legem Dei) quia (vt B. Thomas inquit) obliuio, parui pensionis est euidens signum: ea enim, quæ magni æstimamus, magis memoriæ infigimus) & in pœnam huius sceleris obliuiscar filiorũ tuorum & ego. Sed quæro, qualiter obliuio in Deo esse potest? Ad hoc D. Augustinus respondet dicens: Tunc Deus meminisse dicitur, quando aliquid facit, tunc obliuisci, quando non facit. Et alibi apertius explicuit, quod obliuisci est non misereri. O terribilia verba. Quomodo, ò peccator, qui diuinæ legis ita obliuisceris, & concionatores illam tibi in memoriam reuocare volentes contẽnis hæc verba non pertimescis? Si Deus in pœnam tãti sceleris tui non miseretur, quid facies? quid remedij capies? Eisdem namq;, quibus anteà supernus Dominus fuerat minitatus, per Prophetam Ezechielem sic ait: Ecce, ego extendã manũ meam super te, & auferam iustificationem tuam, & dabo te in animas odiẽtium te. Vbi alia translatio habet: Auferam ius tuũ à te: & in Hebræo est: Auferam statutum tuum à te: & in cõtextu Græco lẽgitur: Auferam legitima tua à te. In quarum translationum varietate significatur Deus in pœnam grauium peccatorum multoties permittere homines in tot scelera ac flagitia incidere, vt fidem, legem, obedientiam, atq; illa, quæ ipsorum iustificationem adiuuabant, amittant. Et hac grauissima pœna Dominus hic infœlicibus peccatoribus minatur. Quid igitur, ò miser, expectas, siquidem ijsdẽ quibus illi ambularũt, vijs incedis? Deus ipse, qui luminũ pater est, te illuminet, vt respicias & in

Oseæ. 4.

B. Tho. 1. 2. q. 47. ar. 2.

D. August. li. 15. de Trinit. c. 16.

Idem. lib. de efficietia diuinitatis.

Ezech. 16.

7 in meliorem frugẽ te recipias, atq; remediũ, siquidem nunc per tempus tibi licet, diligentissime quæras. Alij autem sunt, qui ad audiendum quidem verbum Dei conueniunt, sed non sicut isti venerũt ieiuni: post quã enim cibis se onerarunt, tunc in ecclesiã ad audiendam concionem, seu, vt potiùs dicam, ad dormitandũ in concione, vel ad propriam & aliorum attentionem peruertẽdam confluunt. Quanuis concio ad populum habita, non sit sacrosanctæ Eucharistię communio, vt ieiuni eam audire teneamini, tamen, vt melius cordibus vestris imprimatur, ieiunos conuenire maxime conducit. In sacra Regũ historia legitur Saul puellas quasdam Hebræas, quæ è fonte veniebant, interrogasse: Nũ hic est videns? Et ipsæ responderunt: Hic est, hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingre- 1. Reg. 9.

8 dientes vrbẽ statim inuenietis eũ antequam ascẽdat excelsum adversendum, neq; enim comesturus est populus, donec ille veniat, quia ipse benedicet hostiæ: & deinceps comedẽt, qui vocati sunt. Perpendite, obsecro, fratres, qualiter Hebræus populus non afficiebatur molestia, cùm ieiuni prophetam sacra peragentem expectabant. Nunc autem ex vobis quam plurimi viginti horas ludentes absq; ciborum memoria consumitis, & ad concionẽ venire nõ potestis, quin prius cibũ sumatis: atq; ita diuinum verbũ parũ dispositi & minus attẽti auditis. Et licet hoc malum sit, tamẽ multo peius est, vos inordinatis affectionibus & passionibus, quæ effectũ verbi diuini impediũt, plenos ad diuinã cõcionẽ audiẽdã accedere. B. Ambrosius inquit, q̃ sicut illi, qui vinũ colligũt, dolia & cados præparare debẽt, parũ enim prodest, Simile.

9 vuas optimas & vini abũdãtiã magnã habere, si vasa, in quę mittendũ est, immũda sunt: ita ad recipiendũ diuinũ verbũ corda nostra mundari, ac sanctis affectibus ornari oportet: nam alias ex his, quæ in concione dicta fuerint, parũ fructus atq; vtilitatis percipiemus. Qualiter, obsecro, musicus instrumentũ, quod pulsare cõtendit, cõcinnare poterit, si ipsum chordas nõ habet? Impossibile erit illud, si ita est, in consonantiam posse redigi. Quid peccator est, nisi instrumentũ sine fidibus, videlicet, sine timore & amore? Qualiter ergo à cõcionatore in harmoniam, dum ita fuerit, redigetur? His similitudinibus dispositionem, qua ad audiendam cœlestem sacrosancti Euangelij doctrinam, vt in mentibus vestris operetur, conuenire oportet, facile intelligetis, Simile.

Esai. 65. ligetis. Nam idem Dominus per Esaiam prophetã ait: Ad quẽ respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos? id est, ad sermones meos. Quibus verbis ostenditur, quantum diuinæ maiestati placeat ille, qui ab omni inordinata affectione expeditus, (hoc enim per pauperculum significatur) & timore plenus ad audienda diuina verba exore prædicatoris accedit. Ideo non inquit: Ad quem aspiciam, sed: Ad quem respiciam, id est, in quo sæpenumero oculos meos, tanquam re mihi gratissima, figam. Valde etiam notandũ est, hanc hominum multitudinem, dum esset cum Christo Redemptore nostro in deserto, licet victum non habebat, minimè conquestam fuisse, nec Domino dixisse, vt ipsam accepta eius benedictione dimitteret. Quando vero Israeliticus populus cũ Moyse in solitudine erat, cum singularem & excellentem cibum, videlicet, manna, quo absq; aliquo magno labore fruebatur, habe-

Numer. 14. ret tamen in sacra pagina alter ad alterum dixisse legitur: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. Ex quo apparet discrimen, quod, inter esse cum Deo, aut esse cum hominibus, reperitur. Nam cum Deo, licet cibus non habeatur,

Sapien. 8. voluptas & gaudium est, sine Domino autem, quamuis manna sit, omnia amaritudo esse videntur. Merito ergo in Sapientia dicitur: Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædiũ conuictus illius, sed lætitiam & gaudium. Hac dulcissima conuersatione S. Propheta, dum per asperas Palestinæ solitudines

Psal. 118. exulabat, detinebatur, vt ipse fatetur dicens: Cantabiles mihi

Psal. 62. erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et alibi: In terra deserta, inuia, & inaquosa sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam. Hoc est, perinde ac si in sanctuario tuo tibi assisterem, ita tuam gloriam, maiestatẽ, omnipotentiam, & perfectionẽ in hac solitudine contemplor: quod quidem labores meos dulces ac suaues reddit, eosq; patiẽ-

Prouer. 15. ter perfero. Iccirco merito in Prouerbijs dicitur: Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. Et in Hebræo atq; in Paraphrasi Chaldaica clarius habetur: Melius est vocari ad conuiuium oleris cum charitate, &c. quod idem est, ac si diceretur: Plus valet conuiuium oleris cum Deo, quam sine eo abundantes epulæ atq; opiparæ. Ex defectu autem huius conuersationis multa mala in mundo oriri solent,

vt. B.

13 vt. B. Paulus ad Romanos ſcribens nos docet. Sicut (inquit) non probauerunt Deum habere in notitia, (ideſt, quia conuicti ſunt, nullam Dei memoriam habere) tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum, (ideſt, permiſit eos tradi) vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, &c. Atq; huius veritatis ratio eſt apertiſsima, quoniam actualis, quæ de Deo habetur, memoria in ipſis mentibus reuerentiam, timorẽ, & amorem gignit: reuerentia verò, amor, ac timor Dei obedientiam generat: obedientia autem omne peccatum expellit: ac deficiente memoria Dei hæc omnia deficiunt, & ità vitijs & ſceleribus locus atq; aditus patefit. Hanc eandem cauſam aſsignat S. Daniel circa illorum improborum ſenum peruerſitatẽ. Auerterunt (inquit) ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt
14 non viderent cœlum, neq; recordarentur iudiciorum iuſtorũ. Diligamus igitur, fratres, hanc ſanctam conuerſationẽ, & in illa dies noctesq; conſumamus toto animi conatu laborantes & contendentes, ab hoc cœleſti Redemptore non diſcedere. In Canticis namq; dicitur, ſponſus ab ſponſa propter ipſius pigritiam, ignauiam, & negligentiã fugiſſe. Ob cuius rei cauſam quærens ipſum ſponſum in manus percutientium & ſpoliantiũ eam incidit, vt ipſamet fatetur dicens: Inuenerunt me cuſtodes, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. Caue igitur, ò anima, nè à te hoc ſummum bonum ſecedat, ſtatim enim in manus alicuius, qui te percutiat, vulneret, ſpoliet, & perdat, ſcilicet, in manus mundi, carnis, & diaboli incides.

15 Ait igitur Dominus: *Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduò ſuſtinent me, &c.* Vſque, *Quidam autem ex vis de longe venerunt.* Res plane admiratione digna eſt, videre rationẽ, quam gratiſsimus hic Dominus munerum & ſeruitiorũ ſibi factorum habet. Attẽdite qualiter dies, quibus turba illa cum ipſo in deſerto fuerat, & longum iter, quod confecerat, magnificus peculiariter enumerat, & ſpecificat. Ita cum Maria Magdalena feciſſe legitur, nam omnia ſeruitia, quę ipſa in domo Phariſæi illi exhibuit, ſingulariter enumerauit. Et Patriarchæ Abraham factũ, quod imperio ſuo egerat gratificans dixit: Per memet ipſum iuraui, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicã tibi, &c. Videte quomodo omnes illius eximiæ obedientiæ circunſtan

Rom. 1.

Daniel. 13.

Cant. 5.

Luca. 7.

Geneſ. 22.

cunstantias peculiariter commemorat. Non solum enim ait: Fi- 16
lio tuo, verùm etiam adiecit, vnigenito. O benedictus & glorificatus sit talis Deus! Fælices ac beati illi, qui se totos seruituti eius dicant, & ei libẽtissime inseruiunt. Inter probos & improbos hoc præter alia discrimen versatur, quod probi Deũ imitantes beneficia in se collata magni æstimant, & multis gratia-
Deuter. 8. rum actionibus amplificant. Ita S. Moyses in Deuteronomio inquit: Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum aquarum q; & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi: terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus & malogranata. & oliueta nascuntur: terram olei ac mellis: vbi absq; vlla penuria comedes panẽ tuum, & rerum abundantia perfrueris, vt cum comederis & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quã 17
dedit tibi. Perpendite, qualiter sanctus vir, vt pote Deo gratus, excellentias illius optimæ terræ peculiariter commemorat amplificans & magni faciens immensi Dei beneficium. E contrà improbi quippe, qui ingrati sunt, beneficia accepta parui faciũt & contemnunt, sicut illi duo maledicti Dathan & Abiron,
Num. 16. qui (vt in Numeris legitur) sancto Moysi impudenter dixerunt: Nunquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra, quę lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, & vt nostri dominatus esses? Reuera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearũ: an & oculos nostros vis eruere? Hoc per ironiam aiebant, quasi dicerent: Promisisti nobis terram abundantem, & dedisti sterilem ac siccam solitudinem. Eandem ingratitudinem om- 18
Num. 20. nis populus ostendit S. Moysi & Aaron dicens: Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, & eduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata? O diabolicam peruersitatem & hominum nequitiam: qui cũ ingentes gratias diuinæ liberalitati agere deberent, eo quod in terra sterili cibum tam sapidum, & manibus angelorum conditum, & absque labore ipsorum comparatum (siquidem ad fruendum illo terram colere, aut serere, vel in ea insudare non opus habebant) eis tribuebat: tanti beneficij immemores de sterilitate terræ, & per consequens, de ipso Domino detrahebant & murmurabant: atque ità gratiarum actiones,

gnes, quas Domino reddere debebant, in querelas cõmutabant. Omnipotens Deus per infinitam clementiam ſuam nos eripiat, ne in huiuſmodi ingratitudinem prolabamur, quin potius tanquam grati minimum quodque beneficiorum eius magnifaciamus.

Miſereor inquit *ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me.* Suſtinere eſt idem quod expectare. Atque ità diuinus Pſaltes ait: Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in Domino. Vbi poſterior particula declaratiua eſt prioris. Hoc piiſſimus Ieſus ad ſubueniendum illis egenis pro ratione adducit inquiens: In me hucuſque ſperauerunt, & propter mei amorem laboribus & neceſsitatibus ſe commiſerunt: ideò meæ pietati conuenit, eis lubentiſsimè ſubuenire. Si homines hoc obſeruare ſolent, vt licet cum magno detrimento ſuo fiat, illis, qui in ipſis confidunt, opem ferre, & ſuccurrere conantur, quanto magis hoc infinitæ Dei bonitati conueniet? Animaduertite, quanto ſe periculo ſenex ille, qui Leuitam in domum ſuam recepit in Gabaa, ſubiecerit. Qui nefariæ genti & abominabili hoſpitem ſuum violare contendenti ſic ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc, quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, & ceſſate ab hac ſtultitia, habeo filiam virginem, educam eam ad vos, vt humilietis eam. O *ſancta Maria ſeñora*, Quæ fidelitas viri erga hoſpitem ſuũ. Eadem virtute ſanctus Loth in hoſpites, quos domi ſuæ hoſpitio recepit, vſus eſt. Nam cùm eos turpes & nefandi Sodomitæ profanare vellent, ipſe ſic illos allocutus eſt: Nolite, quæſo, fratres mei, nolite malum hoc facere, habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum, educam eas ad vos, dum modo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſsi ſunt ſub vmbra culminis mei. Quid igitur expectandum eſt de infinita Dei bonitate ſi fidelitas hæc apud homines reperitur? O fratres ſi moleſtias ac labores, quos pro adimplendis appetitibus veſtris patimini, ad ſequendum cœleſtem reparatorem noſtrum, diuinamq; voluntatem eius faciendam perferretis, quam ſingularia diademata & gloriæ coronas conſequeremini? Sed, proh dolor, quia ad ſuſtinendũ ipſa importabilia onera artes & inuentiones quæritis, ad ſuſtinendum autem Chriſtum Ieſum in ijs, quæ vobis imperat, nec minimam quidē diligentiam adhibere vultis. Qua propter merito

Pſal. 129.

Iudic. 19.

Geneſ. 19.

hic diuinus Dominus per Prophetam Esaiam conqueritur di- 22
Esaiæ. 5. cens. Væ qui trahitis, quasi vinculum plaustri, peccatum. Sumi
tur metaphora hæc à bobus vel mulis, quæ magnum pondus,
Simile. quod per se solę portare non possent, currui iunctæ illud facilè
vehunt. Sic peccatores coniũcti plaustro facilè peccatorum põ
dera ferunt, aliàs enim illa supportare non possent. Videbitis
hominem, qui sudore vultus sui victum sibi quotidie quærit, &
cum hoc se (vt aiunt) tanquam principem induit & componit,
atq; ad hoc quanto potest ære alieno se opprimit, se pignerat,
versutias facit, mille fraudes committit, ac mille molestias, &
angores patitur, solummodò vt eleganter induatur. Vanitas illa
qua vult eleganter indui, currus est, qui illa cuncta onera & affli
ctiones ei portare adiuuat, nè ipse tantum ea sentiat. Videbitis
aliũ, qui per vicos & plateas vrbis, in equo seu mula multis fa- 23
mulis comitatus incedit, & qui abundãter & laute epulatur red
ditus autem eius ad dimidium illius pompæ non sufficiunt:
quam ob causam ære alieno opprimitur, & quotidie à creditori
bus affligitur, & molestia afficitur. Si autem quæratur, quare tot
tantaq; onera ille perferat: ad hoc ego respondeo, insaniam illã
qua videlicet, vult ab omnibus nobilis & magnificus haberi,
esse currum adiuuantem ipsum ad onera supportanda. Videbi
Simile. tis iuuenem per vrbem cum vitæ suæ discrimine cursitantem,
& alium sui similibus sociatum, qui eo demẽtiæ peruenit, vt viã
propter illud quo nunquam fruetur, vi & armis propugnare cõ
tendit & alia id genus crimina perpetrat. Si autem illum admo
neas, vt ab illis adolescentibus, quorum amicitia familiariter vti
tur, se se auertat, attendatq; offensiones Dei, quas simul cum illis 24
committit, respondet: Domine nunquam vile aliquid, nec abie
cto aut infimo homine dignũ feci & nunc minime faciam: igno
biliũ enim hominũ est beneuolentiã amici pari amore nõ refer
re. Ecce qualiter stultitia illa, qua nobilis & gratus haberi cona
tur, est veluti currus, quo ille onera, licet grauia sint, vehit. Deni-
que esset infinitũ si modo onera, quę miseri peccatores sustinẽt
velim numerãdo percẽsere. Nã sicut boues currui iũguntur, sic
isti alicui fallaci fundamẽto aut inani cogitationi adhęrẽt, qua
velut curru onera eis tã grauia nõ videtur. Iccirco ait S. Pro-
pheta: Væ vobis, qui trahitis quasi vinculũ plaustri peccatũ. Hi
verò, qui onera teterrimi Sathanæ sic perferũt, nihil propter

Dei

25 Dei amorem sustinere volunt: quam obrem cœlestis conuiuij participes minime erunt: ipse namque Dominus illos, qui eum sustinent, inuitare solet. Sed, ò bone Iesu, & hominum amantissime, quot annos patienter expectasti & sustinuisti nos, antequam ad te veniremus? Sanè pigritiæ nostræ quasi oblitus rationem duntaxat trium dierum habes, quibus nos æquo animo misericordiam tuam expectantes, non desperamus. Videte, obsecro, summi Numinis stupendam tolerantiam. *Esai. 42.* Tacui semper, silui, patiens fui. Et iterum clamat: Laboraui sustinens. *Esai. 1.*

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me. Beatus Matthæus pro, sustinent me, inquit, Perseuerant mecum. Hæc *Matth. 15.* est vna præcipua diuinæ miserationis causa, scilicet, boni ope-
26 ris perseuerantia. Inter ea, quæ in hoc mundo magis deploratu, & pluribus lacrymis digna sunt, est parua, quam in bonis habemus, perseuerantia: nam cùm incipimus, statim deficimus, quod plerumq; diuitibus & deditis voluptatibus contingere solet. Quibus illud sancti prophetæ Dauidis exprobrare possumus, scilicet: Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli: non custodierunt testamentum *Psal. 77.* Dei, & in lege eius noluerunt ambulare, & obliti sunt benefactorum eius. Filij Ephraim, ideſt, Abundantes. Isti licet per viã Domini ambulare incipiant, in ea tamen perseuerare minime volunt: sed in die belli, videlicet, in die tẽtationis conuersi sunt. Sunt aliqui, qui dicunt: Ego post hac castitatem seruabo, imò si vxor mea è vita migrauerit, alicui religioni me dicabo: & sta-
27 tim minima quaque tentatione vel oblata occasione in solitas turpitudines reuertitur. Sed pauper cum iam laboribus sit assuefactus, tanquam veteranus miles est, quilicet supra se globorum nimbum aut multitudinem cadentem aspiciat, nunquã *Simile.* se tradere, vel subijcere vult. Ille vero: qui delicate sibi indulget, *Simile.* est veluti equus, qui cum in stabulo omni cura & diligentia pertractetur, vbi primum strepitum aliquem bellici tormenti audit, fugit & à nemine potest detineri. Hoc in primis oritur ex eo, quia iste Dei beneficia in se collata obliuiscitur. Et obliti sunt benefactorum eius. Vbi illud, Et, est causale, & est sensus: Cõuersi sunt in die belli, quia obliti sunt benefactorum eius. Tũm etiam quia communiter huiusmodi homines propter timorem

inferni magis, quam propter Dei amorem conuertuntur, & isti 28
minus perseuare solent. Cum AEgyptij multis Dei flagellis ac
plagis opprimerentur, metu potius quam voluntate commoti,
Exod. 12. Vrgebant (inquit sacra pagina) populum Israel exire veloci-
ter de terra. Et statim eos pœnituit, ipsum q; populum Israel
persecuti sunt vsque ad mare, vbi suorum scelerum pœnam
luentes summersi sunt. Ita delicati ac diuites facere solent, qui
metu potiùs, quam amore peccata à se expellunt, & ea confi-
tentur, postea vero minima quaque occasione adducti ad ea
redeunt ipsa ad se trahere conantes, quousque hac infælici lite
in inferno sum merguntur. Igitur fratres mei in omni virtute
persistite, si diuinæ misericordiæ participes esse vultis. Ac ne
in die belli, id est, in die tentationis super emini, & terga vertatis:
in oratione etiam permanete, sicut Beatus Hieronymus, qui 29
acriter à Dæmone tentatus, opem Domini implorans tandiu
B. Hiero. ad Eustochium. in oratione perseuerauit, vt ipse de se in epistola ad Eusto-
chium dicat: Memini me clamantem diem crebro iunxisse cũ
nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret
Domino imperante tranquillitas. Discite etiam ex hoc fra-
tres, cui potissime eleemosynam exhibere debeatis, nempe
omnibus, sed præcipue ijs, qui Christum Iesum sequuntur, eiq;
diu ac noctu inseruiunt, laudes atque encomia indefesse persol
uunt. Vnde B. Paulus ait: Operemur bonum ad omnes, ma-
Galat. 6. xime ad domesticos fidei. Valde etiam hic notandum est, Do-
minum, vt hoc conuiuium faceret, præcepisse turbæ discumbe
re super terram. Credendum autem est, eos recto ordine sedis-
se, vt facilius eis sacrosancti Apostoli possent ministrare, & 30
vt in eo significaretur, Deum illos qui ordinem seruant, velle
inuitare: ipse namque Dominus rerum ordinem magnopere di
ligit. Qua propter D. Paulus vehementer gaudebat, eò quòd
Coloss. 2. illum Colossenses seruabant. Atque ita ait illis: Spiritu vobis-
cum sum, & si corpore absens, gaudens videns ordinem ve-
strum. Et inter cætera, quæ Deus Ecclesiæ promittit, vnum
Esai. 5. est, agnos pascendos non vtcunque sed ordine seruato. Pa-
scentur (inquit S. Esaias) agni iuxta ordinem. Itaque quoties
fines ordinis transigimus, & inordinate siue verbis, siue come-
dendo, siue vestiendo viuimus, non agni sumus, quoniam agni
pascuntur iuxta ordinem. Inter alia, quę Reginæ Sabain domo

Salo-

31 Salomonis vehementer placuerunt, ipſamque in admirationem rapuerunt, fueruntordines miniſtrantium. Atque ita vnum ex his, in quibus pulchritudo ſanctæ Eccleſiæ conſiſtit, & quod magnopere Deo & Angelis eius placet, ſunt ordines miniſtrantium, ideſt, Chriſtianorum. Vnde B. Iob Dominus ait: Nunquid noſti ordinem cœli: & pones rationem eius in terra? Quid eſt rationem ordinis cœleſtis ponere in terra? niſi quod quemadmodum inter ipſos ſpiritus cœleſtes & angelicos ordo ſeruatur, ſic ad imitationem eorum homines in ſacroſancta Eccleſia, vt digni ſint cœleſti conuiuio, ſe diſponere debent. Voluit etiam diuinus magiſter vt illi homines, antequam, ſaturarentur, ſederent: vt intelligeremus, neceſſarium nobis eſſe, ſi ſaturitatem volumus, vnumquemque noſtrum in lo-
32 co, in quo Deus illum poſuit, ſedere: videlicet quod artifex in loco artificis, mercator in loco mercatoris, & nobilis in loco nobilis ſedeat. Hoc D. Paulus erudiuit dicens: Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus es, non ſit tibi curæ (ideſt, nè afficiaris moleſtia, nec fatigêris, vt libertatem conſequaris, in ipſa namque ſeruitute gloriam poteris adipiſci) qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini. Similiter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. Vultis fratres mei cauſam & rationem cognoſcere, quarè mundus tantam patitur diuitiarum famem, vt vix in eo homines ſaturentur? Ratio (meo iudicio) eſt, quoniam ipſi in loco, vbi eos Deus poſuit, eſſe nolunt. Artifices enim in ſedili mercatorum ſedere vo-
33 lunt, hoc eſt, filias ſuas dotare, & ſe ad inſtar mercatorum induere volunt: mercatores vero ſedile ingenuorum equitum cupiunt: equites comitum & ducum locum obtinere volunt: comites denique ac duces pompam, & Regum amplitudinem contendunt. Atque ita omnes fame & neceſsitatibus oppreſsi viuunt, & vt ſtatum ſuum & naturæ conditionem (quæ nulli ipſorum ſatisfacit) amplificent atq; augeant, alij alio rum bona vſurpant. Quibus verba illa prophetæ Habacuc optime quadrant, ſcilicet: Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua, quia lapis de pariete clamabit,

3. Reg. 10.

Iob. 33.

1. Corin. 7.

Habacuc. 2.

bit, & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. Multi enim, vt suum statum amplient & nobilitent, proximis suis, quantum possunt, damnum inferunt: væ illis, quia propriæ ipsorum diuitiæ contra eos in die iudicij clamabunt. Igitur fratres mei quiescite in loco & statu, quem Dominus vobis dedit, in eo recto ordine viuite, & gaudium ac saturitatem facillime habebitis, imò & vobis multa supererūt, quibus pauperibus subuenire possitis, & mereamini diuinam gratiam, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. 34

In eadem Dominica sexta Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent, quod manducarent, &c. Marci. 8.

Zacha. 1. SAnctus propheta Zacharias inquit, nomine Dei sibi à quodam Angelo verba hæc fuisse dicta: Reuertar ad Hierusalem in misericordijs: domus mea ædificabitur in ea, & perpendiculum extendetur super Hierusalem. Ex quo apparet, perpendiculum, quo in terris domus Dei ædificata fuit, è cœlo descendisse. Vbi Diuina sapientia docuit, nos si domicilium ac domus eius esse cupimus, debere ædificari, & duci perpendiculum, quod æternus Pater nobis è cœlo misit, videlicet, per Christum Redemptorem nostrum & vnigenitum filium eius, ipsum totis viribus nostris, atq; animi conatu in virtutibus, quas in vita sua operatus est, imitantes inter quas vna ex præcipuis, in qua eum sequi debemus, est misericordia. Cum Dominus per prophetam Esaiam Hebræo populo, & in ipso nobis regulam ac normam, qua duci & gubernari conducit, præberet, sic ait: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quie-

Esai. 1.

scite

3 ſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubue
nite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite &
arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra vt cocci-
num, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermicu-
lus, velut lana alba erunt. Ac ſi diceret: Si peccata veſtra coram
oculis meis ſanguine fluunt, & vltionem contra vos poſtulant:
ſi vultis, vt me ad iram non prouocent, Lauamini. Peccatũ (vt Scotus. lib. 4
inquit Scotus, & Alexander de Ales) mentem quadam macu- diſt. 14.
la inficit, quæ (ſicut eiſdem placet) eſt priuatio pulchritudinis Alexan. de
ſpiritualis. At vero D. Auguſtinus hanc maculam in Dei ima- Ales. 2. par.
gine, quæ in ipſa anima impreſſa eſt, videtur collocare. Quẽad- q. 14.
modum enim imago, quæ in lutum incidit, ita inficitur & fæ- D. Auguſ.
datur, vt vix imago eſſe videatur, ſic anima, quæ in peccatum de ſalutari-
4 mortale labitur, polluitur & maculatur. Ait igitur Deus: Si ani- bus documẽ-
mas veſtras peccatorum immunditijs inquinaſtis, lauamini. tis. 8. c.
Mundus duo habet lauacra, videlicet numos & fauores: nec Simile.
aliquod ſaponis genus ita maculas ex panno emundat, ſicut hæc
duo purgare ſolent. Licet enim quis improbus ac nefarius ſit, ſi
numos fauoreſque habet, in tribunalibus hominum, facillimè
purgabitur: at coram Deo impius non niſi vera pœnitentia
mundatur. Et non ſolum (inquit cœlorum ſupernus Rex) opor
tet, vt peccatores lauentur, ſed addit: Mundi eſtote. Hoc
eſt, in ipſa perſeuerate munditia: & ad hoc auferte malum co-
gitationum veſtrarum ab oculis meis. Ideſt, cum in corda ve-
ſtra cogitationes malę intrare cœperint, omni cura & diligentia
5 illas ſtatim auertite: ipſæ enim ſunt fons & origo omnium malo
rum. Non ait: Cogitationes improbas ne in corda veſtra ingre
di permittatis, hoc nanque in manu hominis nequaquam eſt.
Atq; ita Dominus per prophetam Ieremiam dicit: Vſque quò Ierem. 4.
morabuntur in te cogitationes noxiæ? Morabuntur, inquit, & D. Greg. li.
non, Ingredientur: quia, vt ait. B. Gregorius, in bona corda co- 17. moral. c.
gitationes illicitæ veniunt, ſed morari prohibentur. Et in Apo 10.
calypſi B. Ioannes inquit ſe vidiſſe ſimilem filio hominis, veſti- Apocal. 1.
tum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea: caput
autem eius, & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tan
quam nix. In quo ſignificatum eſt, caput, videlicet, cor ho-
minis tunc capillos albos, ideſt, cogitationes mundas aclici-
tas habere, cum viſcera & pectora charitate circundata reti-

net. Nam quod noxiæ cogitationes diligenter ab humano pectore amoueantur, vt licitæ in eo duntaxat remaneant, ab ipsa charitate prouenit. Vt autem Dominus magis hæc omnia peccatoribus persuaderet, adiecit: Quiescite agere peruerse. Quasi dicat: Aduertite ingentem laborem & afflictionem, quam peccatum ipsum secum affert, & nolite cum laboribus æternam damnationem comparare. Sed quoniam nō sufficit ad integritatem iustitiæ, desistere à malo, nisi etiam id, quod rectum est, agatur, adiunxit: Discite benefacere. O cœlestem doctrinam & omni studio amplectendam: fælices illi, qui eam sequuntur. Vt quis theologiam sciat, aut ius pontificium, seu ciuile, vel etiam medicinam, oportet vnam quamlibet harum scientiarum multis annis addiscere: quod si eis non dat operam, nunquam profecto eas comparabit. Multo igitur minus recte operari, ac bonus esse scit ille, qui id non discit & consequi omni studio conatur. O magnam filiorum Adæ cæcitatem, qui absque studio & labore boni esse existimant. Dic mihi homo quot annos theologiæ vacasti? Et tu quot annos iuri pontificio? Et tu quot annos philosophiæ? Certe si plurimos annos in eis studijs consumpsisti, doctus euades. Tu vero quantum temporis, vt bonus esses, impendisti? Nullum equidem. Ergo nunquam bonus eris. O charissimi in Christo fratres, quare cum tantum temporis in comparandis scientijs humanis consumitis, duas saltim horas diei in addiscenda scientia bonitatis non eligitis? Discite bene agere, discite vestras inclinationes superare, discite appetitui vestro non succumbere, discite passiones & inordinatas affectiones à cordibus vestris radicitus euellere, & discite, humiles, pij, & casti esse. O Christe Iesu vitæ Reparator, & mundi magister, qui in sacratissimæ crucis cathedram ascendisti, vt paupertatem, patientiam, humilitatem, mansuetudinem, obedientiam, & ineffabilem charitatem in ea doceres, te oro atque obsecro, vt hos fratres meos has diuinas lectiones erudias: & fælices illi, qui eas à te omni cura & solicitudine addiscere laborauerint. Hic, hic fratres mei, Discite bene agere. Sed valde notandum est, quòd cùm Dominus nobis dixerit: Discite bene agere, statim bona opera, in quibus nos exercere debemus, cœpit numerare dicens: Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite

Similc. 6 7 8

9 dite viduam. Quæ omnia ſunt pietatis & miſericordiæ opera. O infinitæ Sapientiæ Deus, nunquid omnia bona opera in opera miſericordiæ reſoluuntur? Minime quidem. Sed hæc in præſentiarum peculiariter referre voluit, vt doceret, nos, ſi in operibus miſericordiæ exercemur, inde facile diſponi ad obtinendum diuinum fauorem, vt alia omnia recte facta ac bona opera agere ſciamus. Quam obrem in principio huius concionis diximus, vnam ex præcipuis virtutibus, in qua Chriſtum Redemptorem noſtrum nos imitari oportet, eſſe miſericordiam. B. Iob de ſe ipſo ſic ait: Ab infantia creuit meum miſeratio: & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Hic locus ſingularis eſt, quo ex ſacra ſcriptura conuincitur, ponendas eſſe virtutes infuſas, ſiquidem S. Propheta hic ait: De vte
10 ro matris meæ agreſſa eſt mecum miſeratio. In quo aperte fatetur, ſe illam diligentia ſua minime comparaſſe, imò potius à potenti Dei manu obtinuiſſe, quæ in ipſo, vt pote viro prudenti & grato ab infantia in dies creuit: quod certe non parum bonum reputandum eſt. Nam plurimi ſunt, qui ſuapte natura in bonum ſunt propenſi, & vi quodammodo illam optimam ingenij propenſionem deprauant & amittunt. Quocirca, ſiquidem aliquem miſericordem eſſe donum Dei & valde neceſſarium eſt, illud inſtanter ab ipſo ſummis precibus contendere maxime oportet, vt tandē illo ſuffulti & ornati noſtris proximis in ſuis neceſsitatibus opem feramus, & diuina miſericordia digni efficiamur. Merito Raab (vt ſacra pagina refert) exploratoribus, quos domi ſuæ excepit, poſtquam ipſos à
11 morte eripuit, dixit: Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego miſericordiam feci vobiſcum, ita & vos faciatis cū domo patris mei. Ita qui Dño in pauperibus eius, dum vixerit, ſuccurrerit, & cū eo vſus fuerit miſericordia, cōfidenter & iuſto titulo ab eo poterit miſericordiā poſtulare. E cōtra verò, (vt D. Iacobus aſſerit) Iudiciū ſine miſericordia fiet illi, qui nō facit miſericordiā. O tonitruū terribile: quis adeò ſtupens & graui ſomno ſopitus eſt, qui nō excitetur? Ex hoc infertur, quāta obligatione Chriſtiani ad eleemoſynā erogandā aſtringātur, qa alias nō plecterētur pœna æterna immiſericordes. Hinc B. Ambroſius illā ſtupendā ſententiā & in cordibus noſtris ſcribendā protulit, ſcilicet: Paſce eſurientem, ſi non pauiſti, occidiſti. Quis

Ioſue. 2.

Iacobi. 2.

D. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 5.

B. Ambro.

ergo

ergo hæc audiens totis viribus hanc virtutẽ adipiſci nõ cõtẽdit? 12

Qua propter, chariſsimi fratres, ſi in hoc vultis optime proce dere, oculos in cœleſtem magiſtrum noſtrum vertite, qui in ſa cra hodierni euangelij lectione illud mirabiliter docet, quæ ſic incipit: *Cum turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent, conuocatis diſcipulis ait illis: Miſereor ſuper turbam, &c.* O admirabilem Ieſu Chriſti humilitatem & clementiam, qui filius Dei altiſsimi eſt, qui ſapientia patris vocatur, is nunquã dedignatur Apoſtolos rudes conuocare, & veluti ab illis in re tam graui tãque ſeria conſilium audire. Hinc diſcant Reges & prælati, quos Deus poſuit in Eccleſia, negotia, quæ magni momenti ſunt, abſque multorum conſilio non expedire. Salomon enim ait: Qui autem ſapiens eſt, audit conſilia. Ecce quomodo ſapientis ſignũ eſt, conſilium aliorũ audire. Idem etiã inquit: Erit ſalus, vbi mul- 13
Prouer. 12. *Prouer. 24. & 11.* ta conſilia. Ergo vbi conſiliũ defuerit, infirmitas non deficiet. Et B. Bernardus dicit: Omnia illi deſunt, qui ſibi nihil deeſſe pu
B. Bernar. tat. Licet autem principibus & prælatis aliorum conſilium capere magis oporteat, (eorum enim negotia grauiora eſſe ſolent) tamen hæc ſacra doctrina omnibus perutilis & neceſſaria eſt. Aliqui ſe ipſos excuſare ſolent dicentes: Tanta iracundia & furore in hac re inflammatus fui, vt conſiliũ ſumere, non fuerit in mea poteſtate. O egregiam excuſationẽ. Imo potiùs quia ira ex candeſcebas, & iracundia in te dominabàtur, illud capere debebas. Inſanus enim & mentis inops eſſet cæcus ille, qui diceret: Nolo ductorẽ, quia non video: imo quia cæcus es & non vides,
Simile. ductore indiges. Sic qui præ furore & iracundia cæcus eſt, & ve luti torris abſq; oculis factus, tunc opus habet, cõſiliũ accipere. 14
Quãuis Rex Aſſuerus ethnicus erat, & quia regina Vaſthi vxor ſua imperiũ ipſius contẽpſit, iratus eſt, tamen iracũdia illa duci noluit, ſed prudentes viros ſuper negotio conſuluit. Atq; ita ſacra ſcriptura inquit: Iratus Rex, & nimio furore ſuccẽſus inter-
Eſther. 1. rogauit ſapiẽtes, qui ex more regio ſemper ei aderãt, & illorum faciebat cuncta conſilio ſcientium leges ac iura maiorum. Quanto ergo maiori ſtudio Chriſtiani homines hoc facere tenentur? Maxime autem oportet vt viros apoſtolicos ſapiẽtia ac ſanctitate plenos conſulamus: nam ſi ita non fit multorum malorũ conſilium huiuſmodi cauſa erit, vt apud S. Ezechielem apparet. Vbi legitur, quòd videns Dominus deſolationem populi

dixit

15 dixit ille ſancto prophetæ: Aſſume planctum ſuper principes Iſrael, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leũculorũ enutriuit catulos ſuos? Vnde ingẽs malũ ortũ eſt videlicet: Et eduxit vnum de leunculis ſuis, & leo factus eſt: & didicit capere prædam, hominemq; comedere. In quo aperte ſignificatur, quod ideò Rex aut princeps aliquis tyrannidem & crudelitatem in ſubditos exercet, quia inter leones, hoc eſt, improbos & crudeles cõſiliarios educatus eſt. Nõ ita. S. Dauid faciebat qui de ſe ait: Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat: qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. Heu, proh dolor, quam pauci ſunt modo, qui hũc Regem inclytum imitentur, quin potius iam nunc ad eam temporum calamitatem peruenisſe videmur, de qua D. Paulus in-
16 quit: Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus.

Ezech. 19.

Pſal. 100.

2. Ti. 4.

Ait itaq; Dominus: *Miſereor ſuper turbam, quia ecce iã triduo ſuſtinent me.* His verbis ſupernus magiſter nos docet, cui præcipuè erogãda ſit eleemoſyna: nam licet omnibus pauperibus fieri debeatur, iuſtis tamen & ſectatoribus Ieſu Chriſti potiori iure debetur. Iccirco in ſacra ſcriptura dicitur: Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam, & ſi non ab ipſo, certe à Domino. Vbi Vatablus legit: Benefac, pro vt reportes pretium ingens: & propheta Regius inquit: Sanctis, qui ſunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. Pro quo alius vertit: erga ſanctos, qui ſunt in terra & præclaros, omnis voluntas mea.

Eccle. 12.

Vatablus.

Pſal. 15.

17 Quia ſupra dixerat: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, ait nunc ſe velle miſericordiam eius cum ſanctis ipſius exercere, ſiquidem ipſe bonis hominum non eget. Quanquam autem pauperes improbi ſint, & eleemoſynam non mereantur, tu ad eos non attendas, ſed ad ipſum Deum, propter quem illam præcipue erogas. In ſacra Regum hiſtoria Rex Dauid cuidam filio Ionathæ nomine Miphiboſeth vtroq; pede claudo dixit: Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam propter Ionatham patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in menſa mea ſemper. Sic licet pauper vtroq; pede claudus ſit, nec patiẽtiam in aduerſitate, nec humilitatem in paupertate habeat, tu nõ

2. Reg. 9.

ipſum

ipsum sed patrem eius Iesum Christum aspice, & propter illum 18
necessitati egentis succurre. Antequam hi famelici cibum à Do
mino postulassent, ipse in eis oculos clementiæ suæ ac miseri-
cordiæ collocauit. O vtinam in cordibus nostris vera misericor
dia regnaret, certe non opus esset, vt pauperes à nobis precibus
importunis eleemosynam peterent. Nam (vt inquit D. Augu-
D. August. lib. 9. de ciuitat. Dei. cap. 13. stinus) Misericordia est alienæ miseriæ in corde nostro cōpas-
sio, qua vtiq; si possumus, subuenire compellimur. Et B. Isido-
B. Isido. lib. 9. Etym. rus ait, compassionem vocari misericordiam, quia miserum cor
facit dolens de aliena miseria: & quia hac compassione caremus
pauperibus, licet magnos clamores mittant, remedium adhibe-
re nolumus. Omnia hæc ex defectu charitatis proficiscuntur,
1. Ioan. 3. sicut. B. Ioannes testatur dicens: Qui habuerit substantiam hu-
ius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clau- 19
serit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Im-
possibile videtur, quoniam ferrum durius est hominis corde,
Simile. & ignis diuini amoris fortior est igne materiali: si vero ignis ma
terialis ferrum durissimū mollificat: multo melius diuinus amor
humanum cor emolliet. Ergo si impossibile est, ferrum diu
esse in fornace, absq; eò quod emolliatur, impossibili profectò
erit, humanum cor in fornace charitatis esse absque eo quod vi
scera eius misericordia commoueantur. Hi vero, qui ad elargien
dum proterui & duri sunt, ad accipiendum facillimos se præ-
Simile. stant ad instar spongiæ, quæ facile liquorem in se missum reci-
pit, illum autem, non nisi prius comprimatur, à se emittit. Sic
istos oportet premere & precibus quodāmodo vexare, vt obo-
lum pauperi egenti præbeant. Alij etiam sunt, qui non solum 20
erga pauperes ita se gerunt, sed sunt tanquam vas quoddam ficti
Simile. le vnde quaq; circumclusum, quod nullum foramen præter te-
nuissimam rimā habet, Hispane, *Alcancia*, In quod si numos mit
tas, ipsum quidem in se illos recipit, sed postquam intus sunt, ni
hil ab eo extrahi & educi potest, quanquam illud millies huc at
que illuc inuoluas & inuertas. Itaq; vt numis ipsis fruaris, opus
est tibi vas ipsum frangere: & postquam fractum est, numi cir-
cumcirca sparguntur. Sic auari, qui nimia cupiditate & deside-
rio bona temporalia accipiunt, licet postea à prædicatoribus
multis reprehensionibus inuoluantur, & increpentur, atque

á paupe-

21 à pauperibus concutiantur, nihil ad operandum aliquod opus pium commouentur, quouſq; Deus illos morte confringit, & tunc ipſis inuitis omnes opes & res familiares eorũ per hæredes clericos, ac pauperes ſparguntur & diuiduntur. O miſeros vos, ſiquidem abſq; vtilitate veſtra plurimi facultatibus & diuitijs, quas ſudore nimio cõparaſtis, fruentur. Amici ſancti prophetæ Iob videntes ipſum in ſterquilinio ſedentem, ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus, tantaq; fuit immanitas eorum, vt nullus ei nec pannum quidem, quo vir ſanctus vulnera ſua mundaret, elargiretur. O terribilem inhumanitatẽ hominum, qui videntes amicum ſuum teſta ſaniem radentem, ei in tam graui neceſsitate opem ferre & auxiliari noluerunt. Signum profecto erat, illos plus crudelitatis quã compaſsionis habuiſſe. Deum igitur, fratres mei, obſecrate, vt vobis corda compaſsiua præbeat, atq; ita pauperes contemplantes eorum neceſsitatibus ſubuenire curabitis. In ſacra Regum hiſtoria legitur Rex Achab (poſtquam tres anni ſterilitatis tranſacti ſunt, & fames adhuc in Iſrael increbuerat) diſpenſatori domus ſuę dixiſſe: Vade in terram ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles: ſi forte poſſumus inuenire herbam, & ſaluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereant. Diuiſeruntq; ſibi regiones, vt circuirent eas. Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram ſeorſum. Quid, ò Rex, non ſunt tibi alia negotia, in quibus occupatus te exerceas? Non ne eſſet melius dicere: Quæramus victum & neceſſaria viduis, pupillis, atq; alijs pauperibus, quam circuire terram ad quærendam herbam mulis & equis tuis ſuſtentandis? O rem lacrymis & commiſeratione dignam, videre Chriſtianos quam plurimos, qui in quærenda herba ad alendos equos, & multo plus in recreandis proprijs ſenſibus ac corporibus ſuis obliti fere proximorum ſuorum ſoliciti ſunt & occupantur.

22

23

Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me. Ex his verbis ſequitur illos, qui Ieſum Chriſtum in laboribus & neceſsitatibus ſectantur, fiduciam magnam & ſecuritatem habere poſſe. Qua propter vobis hodierna die, fratres chariſsimi, id quod ſanctus Samuel populo Iſraelitico dicebat, in medium propono, videlicet: Nolite recedere à tergo Domini, & noli te declinare poſt bona, quæ non proderunt vobis. Ideſt: Ne

Iob. 2.

3. Reg. 18.

1. Reg. 12.

inno-

in hominibus confidatis, sed Domino vere & ex animo seruite, 24
atq; in eo omnem fiduciam vestram collocate, & ita solatio pleni vitam ducetis. At, vt verũ fatear, hanc doctrinam surdis me prædicare existimo. Quis enim afflictus & necessitate oppressus in Domino, sicut decet, quadam animi fortitudine confidit? Hoc autem magis dolendum & multis lacrymis deplorandum est, quòd cum in laboribus hanc fiduciã penitus fere contemnamus, ad perpetranda scelera ei fortiter ac misericordiæ Dei confidenter adhæremus. Itaq; vix aliquid est, quod nos ita ad peccandum ex parte nostra commoueat, quam grandis misericordiæ Dei fiducia. Sæpenumero alicui solet euenire, vt, cùm multa, quæ ad vitam propagandam necessaria sunt, nõ nisi per fraudem, & grauia scelera cõmittendo obtinere posse existimet ipse tunc minime recordetur, se Deum Patrem habere, & in eo (vt 25
Psal. 21. ratio postulat) siquidem infinitæ misericordiæ est, confidere debere. Quemadmodum S. Dauid faciebat, qui sic ait: Tu autem Domine nè elongaueris auxilium tuum à me. Vbi alia translatio habet: Ne elongaueris auxilium meũ à me. Auxilium Dei sanctus propheta suum vocat, quoniam ipse Deus illud ijs, qui (vt æquum est) in eo confidunt, promisit: atq; ita velut rem sibi debitam Regius propheta suum appellat. Hac igitur sancta fiducia destitutus se totũ in fraudibus & latrocinijs alijsq; iniustitijs exercet. O te infælicem peccatorẽ, qui ad scelera committenda in Dei misericordia confidis dicens: Licet peccauerim, infinita tamen est Dei misericordia, ipse mihi veniam præstabit. Vt autem peccare desinas, & à peccato desistas, in eadem misericordia Dei minime confidis, pro comperto habens illum tibi, 26
si vlterius flagitia non committis, opem & auxilium laturũ esse. O cæce, cæce quanto cum periculo falleris. Dic obsecro, si Dominum misericordem esse, & qui tibi scelerum tuorum veniam condonabit, confiteris, quare multo apertius non fateris, illum tibi in necessitatibus tuis ac laboribus absque hoc quod tot peccata committas, profuturum? Eum misericordem erga flagitia tua reputas, & in necessitates tuas crudelem ac negligentem? O cœli, ò terra, super tanto scelere ac perfidia obstupescite. Disce ergo, frater charissime, disce, te totum ac tua diuinæ misericordiæ credere & committere, atq; ita in maioribus aduersitatibus cũ Regio Psalmographo dices: In pace in idipsum dormiã
Psal. 4.

& requie-

27 & requieſcam, quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Vbi. B. Hieronymus vertit ſingulariter in ſpe ſecurũ habitare feciſti me.

Et reſponderunt ei diſcipuli: Vnde iſtos poterit quis hic ſaturare panibus in ſolitudine? Antea, volens Dominus miraculum illud, quando quinq; panibus ſaturauit quinq; millia hominũ, facere, Beatum Philippum interrogauit: Vnde ememus panes, vt manducent ij? Ipſe vero reſpondit: Ducentorum denariorũ panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſq; modicum quid accipiat. Non miror Philippi diffidentiam, qui quamuis alia Domini miracula viderat, hoc tamen nouum miraculi genus, quo ſine commeatu populus eratreficiendus, nondum viderat. Sed iſti, qui paulò ante viderant maiorem hominum turbam in deſerto minori pa- *Ioan. 6.*

28 num numero ſatiatam, cui & ipſi panum & piſcium fragmenta miniſtrauerant, & duodecim cophinos fragmentorum ex ijs, quæ ſaturato iam populo ſuperfuerant, Domino præcipiente collegerãt, quomodo tam breui temporis mora interiecta, quod ipſi viderant, manibuſq; tractauerant, obliti ſunt, curad hũc modum non philoſophati ſunt? Qui potuit exigua annona totho mines paſcere, poterit vtiq; & ipſum modo facere, quod anteà fecit. Quam facile ergo erat, quærenti Domino reſpondere: Tibi Domine omnia poſsibilia ſunt, ſicut antea feciſti, fac modo. Quis quæſo, fratres, adeò tardus atq; hebes ingenio eſſet, qui nõ hanc reſponſionem in promptu haberet? Non dubium, quin aperte hoc argumento colligamus, non Philippum modo, ſed omnes etiam diſcipulos, qui huic conſilio interfuerunt, tardiſsi-

29 mos ingenio fuiſſe, qui ſic in meridiana luce caligabant, vt nec hanc rẽ adeò perſpicuam aſſequi poſſent. Quos Dominus ideò tales elegit, vt incomparabilem diuinitatis ſuæ potentiam hac ratione declararet, qui talibus inſtrumẽtis vniuerſum potuerit mundum ſuperare, tyrannorum vim effringere, aras & templa idolorum euertere, & dijs repudiatis crucifixum inter latrones hominem pro illis Deum verum mundiq; conditorem prædicare. Volens igitur Dominus neceſsitati corporali ſuorũ ſectatorum ſubuenire, ac ſacros diſcipulos illuminare, quærit ab illis, quot panes haberent. At illi ſeptem ſe habere dixerunt.

Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Omnibus diſcumbere imperauit, neminemq; ab illo conuiuio excepit, innuẽs in hoc

se ex parte sua velle omnes saluos fieri. Atque ita. D. Ioannes 30
Ioan. 1. agens de fausto sacri euangelij nuntio inquit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Nunquid magnatibus tantummodo vel Regibus aut principibus hanc potestatem concesit. Minime profectò. Quibus ergo? Ijs, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, hoc est, omnibus illis, qui carni & sanguini renunciare, & Deum in duere voluerint, siue pauper, siue diues sit, vel nobilis aut ignobilis. Ideo. B. Apostolus Paulus respondens huic quæstioni, videlicet: Quis maius ius in sacro sancto Euangelio haberet, Iudei vtrum, an gentes, quoniam Iudæi affirmabant, illud sibi iure hæreditario pertinere, siquidem & ad ipsos promissio facta erat, & ab eis Christus Dominus nasci dignatus fuerat: gentes vero asserebant, id quidem verum esse, sed sufficere, illos ipsum Dominum crucifixisse, idcirco eis sacrum Euangelium nequaquã cõ petere, huic inquam quæstioni satisfaciens ad Romanos scribens ait: Non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim, qui inuocauerit nomẽ Domini, saluus erit. O benedictus & glorificatus sit talis Deus: te omnes cœlestes hierarchiæ collaudẽt, siquidem omnibus, qui efficaci voluntate ad te venire contendebant, pijssima viscera tua aperis. Igitur fratres mei per fidei, obedientiæ, atq; amoris viam currite, vt illius cœlestis conuiuij, cuius excellentiam omnes hominum linguæ, vel Angelorum minime possunt explicare, participes esse possitis. Si in Regis palatium ingrederis, & in aula eius mensam pretiosis mappis instratam, & delicatissimis epulis ornatam vides, cui muliones atque alij viles totius domus famuli accumbunt, quibus postquã illæ epulæ consumptæ fuerunt, aliæ atq; aliæ abundantissimæ ministrantur: diceres certe & iure optimo: Deus bone qualis erit mensa, vbi Rex cũ filijs suis manducat, & quibus epulis erit ornata, siquidẽ huiusmodi mẽsa mulionibus atq; infimis seruis paratur? O *vala me la beatissima Trinidad*, Quam incensi & inflammati bonorũ cœlestium desiderio essemus, si profunde & attẽte illa animo euolueremus cum huius vitæ bonis ipsa quodãmodo conferentes. Quid enim est mũdus hic visibilis tanta rerum diuersitate adornatus, nisi quædã mensa à diuina potentia instrata? Quam pulchræ mappæ sunt campi, & prata multa herbarum

Rom. 10.

Simile.

33rum, florum, & roſarum varietate florentia? Quot epulæ in hac menſa ſunt, ideſt, quot ſapida guſtui, pulchra viſui, & olfactui odorifera? Et ſicut in conuiuio ablato vno cibo alius apponitur: ſic in hac menſa finitis quibuſdam fructibus alij opportune matureſcere incipiunt, quibus conſumptis alij atq; alij ſuccedunt. Quod idem in carnibus contingere videmus: aliquã dò enim perdices tempeſtiuæ ſunt, alio vero tempore pulli, alio gallinæ, alio caro arietina, alio deniq; aliæ carnes. Idem etiam de piſcibus dicere poſſumus, quorum tempeſtiuitas non ſemper eadem eſt. Ad condiendas autem has epulas omnipotens Deus multos coquos, videlicet, cœlos, ſolem, lunam, atque alios planetas habet: atq; hæc tam excellens menſa vilibus ſolum mulionibus, videlicet, caducis hominum corpo-
34ribus ſic adornata eſt. Si ergo talis eſt menſa, quam Deus miſeris corporibus parauit, qualis erit illa, in' qua ipſe Dominus & ſupernus Rex cum filijs ſuis, ſcilicet, iuſtis manducat? Igitur quis adeò demens erit, qui ardenti ſtudio & cupiditate ei accumbere non exoptet, atq; ad tantum bonum conſequendum omnẽ curam ac diligentiam non adhibeat? *Simile.*

Et accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit & dabat diſcipulis ſuis vt apponerent, & appoſuerunt turbæ. O quam multa in his paucis verbis ſeſe nobis conſideranda offerunt. Primum eſt, quod Dei filius æterno patri gratias agit exemplo ſuo nos erudiens, vt cum ad menſam accedimus, tot diuinis beneficijs, quot fercu
lis onuſtam, largitori bonorum omnium gratias agamus, qui nobis cœleſtium atq; terreſtrium creaturarum miniſterio vitam,
35quam degimus, & ad vitæ vſum neceſſaria larga manu ſuppeditat. Quo animi affectu S. Iacob Domino dicebat. Deus in cuius conſpectu ambulauerunt Patres mei: Deus, qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque ad præſentem diem. Eodem ergò affectu nos ob id Dominum glorificare oportet, ne de nobis, ſicut de illis ingratis, cõqueratur, de quib⁹ per Prophetam Ieremiam inquit: Et non dixerunt in corde ſuo: Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & ſerotinam in tempore ſuo: plenitudinem annuę meſsis cuſtodientem nobis. Deinde in his verbis notandum eſt, qualiter Dominus ſuis ſacratiſsimis manibus panem frangebat, & ſacris diſcipulis ſuis turbæ diſtribuendum largieba-

Geneſ. 48.

Ierem. 5.

giebatur: ad significandum prælatos non solum doctrina spiri- 39
tuali sed etiam corporali cibo subditos debere reficere. Circa
D. Amb. li. 2. officiorũ. cap. 28. quod. D. Ambrosius inquit: Aurum habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat necessitatibus. Dominus per infinitam clementiam suam illos illuminet, vt ita faciant, ac suo bono exemplo nos ad ipsum imitandum prouocent, atq; ita mereamur gratiam, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA. VII.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA. 1

Dixit Iesus discipulis suis, Attendite à falsis prophetis. &c. Matthæi. 7.

Simile. VM filius alicuius Regis aut magni principis educandus est, omni cura & solicitudine nutricis aptitudo, videlicet, sanitas eius, corporis dispositio, ac temperies seu cõplexio solet attendi: lac eius appẽditur in statera, & aliæ quam plurimæ diligentiæ adhibentur: quod si tam apta, vt opus 2
est, nõ reperitur, nullo modo infans ei nutriendus traditur. Sic Christus Dominus Princeps Regum terræ, quoniam sciebat, eos, qui verbũ diuinum docent, esse velut nutrices nutrientes filium, scilicet, populum Christianũ, (ideo enim. D. Paulus ait: Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi) vult omnem solicitudinem & diligentiam adhiberi, vt hæ nutrices corruptum lac, idest doctrinã, qua populus Christianus peruertatur, minime habeant.

1. Cor. 3.

Et ideo ait: *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* O Christe vere hominum amator, frustra vidéris de hoc nos admonere, siquidem id no-

3 id nobis prodesse non potest: nam si isti falsi prophetæ tanquã oues venturi sunt, quid mirum, si nos deceperint? Et siquidem tanquam oues venturi sunt, si instar luporum vlularent, eos hoc signo cognosceremus. At si venientes vt oues balant sicut oues, quis eos poterit dignoscere, aut quis ab eis se poterit tueri? Verum quidem est, illos sic esse venturos: sed aduertite, quod si pel *Simile.*
le quadam ouina, licet magna sit, aliquis, lupum vellet contege re, non posset illum ita operire quin ex alia parte auris, ex alia rostrum, ex alia pedes, & ex alia cauda appareret, exquibus lupus esse ostenderetur. Ita licet aliquis munus pij sancti & religiosi hominis velit præstare, licet loqui vt sanctus, licet deniq; sanctus velit apparere, si intus nulla ei virtus est, vna aut alia via (quando id non cogitaueris) tibi non ouis sed lupus apparebit.

4 Non vocat hic Dominus falsos prophetas, hypocritas, licet verum sit hos etiam falsis ostensionibus & fictionibus se ostendere, qui intus lupi honoris cupidi sunt: illæ autem simulationes & mortificationes, quas faciunt, sunt velut esca ad decipiendos principum animos, & ad consequendum finem intentum. Nã, *Simile.*
sicut vulpes (vt fertur) vidēs agricolam portantem in curru multos pullos finxit se esse mortuam iuxta viam, & cũ eam rusticus vidisset cupiditate pellis commotus ipsam in currũ proiecit, & illa ibi à nemine impedita pullos manducauit: quo facto se nõ esse mortuam sed viuam manifestauit: sic hypocritæ, fingunt mortificationem, vt vbi desiderant, collocentur: sed statim vbi primum id quod intendunt, consequuntur, ostendunt se non mortuos, imo potiùs viuos esse. His etiam contingit id, quod

5 pauperibus & vagabundis, qui tempore, quo volunt vxores du *Simile.*
cere, eleganter & perpolite induti in longinquas vrbes, vbi à nemine cognoscantur, se conferunt, atq; ita illo apparatu miseras vxores decipiunt credentes illos diuitijs abundare. Sic hypocritæ externa ostẽsione & optimo apparatu Reges & principes fallunt: postquam vero vxorem ducunt, idest, postquam optatum finem adipiscuntur, statim ostendunt quam pauperes virtutis sint. Alij vero licet honores ac dignitates non intendant hanc mortificationem & optimam ostentationem propter mũdi duntaxat laudes demonstrant, quæ etiam paruo temporis spatio permanere potest. Nam inter colores naturales & artificiales hoc discrimen versatur, quod illi non facile euanescunt, hi

vero facillime. Effigies alabastri licet fricetur panno, & aqua 6
abluatur, nunquam candorem amittit, quin potius à puluere ex
cutitur & mundatur: at vero imago diuersis coloribus depicta, si
aqua abluitur, statim illos deperdit. Sic inter veras ac solidas vir
tutes & inter fictas & simulatas hoc aliquo modo discrimen est
q illas, vt habent in corde fundamenta sua, iustus, licet in aqua
tribulationum immergatur, non amittit, imò cum illa puluere
rem vanitatis, si quis erat, à se expellit: hæ vero, scilicet, simulatæ
virtutes veluti ficti & artificiales colores minima quacumq; oc-
casione incidunt & euanescunt: atq; ita interior miseria in publi
cum prodit & demonstratur. Quamuis autem huiusmodi hypo
critæ sibi damnum inferant, proximis tamen suis minime sunt
nocumento, saltim enim foris de se bonum exemplum præ-
bent. Qua propter peius est, homines publicos peccatores 7
esse propter damnum, quod deprauato suo viuendi modo alijs
Simile. afferunt, maxime si nobiles ac primates sunt in Republica. Nã,
sicut in ædificio maxima differẽtia est, si lapis magnus corruat,
(nunquam enim solus incidit, sed casu suo totum ædificium
nutare & contremiscere facit) an si lapis minimus & in infimo
loco collocatus decidat, nulli nam que suo casu nocet: ita ma-
gnopere differt, si homo nobilis & in Republica præcipuus
Ezech. 44. peccet, an homo infimus & abiectus. Qua propter Dominus
per prophetam Ezechielem de huiusmodi conqueritur dicens:
Et facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis. Idcirco
leuaui manum meam super eos, ait Dominus Deus, & portaue
runt iniquitatem suam, & non appropinquabunt ad me, vt sa-
cerdotio fungantur mihi, sed portabunt confusionem suam & 8
scelera sua, quæ fecerunt. Vbi alia translatio habet: Et porta-
bunt iniquitatem suam: & sic est etiam in contextu Græco &
in paraphrasi Chaldaica. Vbi significatur, quod propter crimi-
num grauitatem, & quia ipsa publice atq; à personis nobilibus
committebantur, flagella per multum temporis spatium dura-
tura erant. Hoc enim signat, Portauerunt, & portabũt, hoc est:
Passi sunt & patientur. Alibi etiam idem Dominus in eosdem
inuehitur dicens: Dilexerunt afferre ignominiam protectores
Oseæ. 4. eius, scilicet, Israel. Obseruate principes, Reges, iudices, & præ
lati quod nomen Deus vester vobis imponat, nempe, Protecto
res. Hoc munus vestrum est, videlicet, inferiores non solum à

tyran-

9 tyrannis defendere & protegere, verum etiam à dæmone sanctis operibus propugnare. Et quemadmodum, Clypeus ictus recipit, vt corpus illæsum & incolume seruetur: ita vos debetis labores perferre, vt subditi vestri ab omni malo immunes sint & liberi. Notandum est etiam, quòd vbi dicitur, Protectores, poterat verti, Clypei: vox enim Hebraica puta, magen, clypeum etiam significat. Atq; ita illud Psalmi: Quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt, transferri potest: Quoniam principes qui terræ sunt clypei vehementer erecti sunt, vel vt vertit B. Hieronymus, Dij scuta terræ vehemẽter eleuati sunt. O quale scutum erat sanctus Dauid se obijciens Deo percutienti populum ne subditos interficeret dicens: Ego sum, qui peccaui, & ego inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me. O pretiosissimum scutum ex auro purissimo charitatis fabricatum. Heu, heu quam pauca hodie huiusmodi scuta reperiuntur, quam pauci principes, aut prælati, qui vitam suam pro vita subditorum in discrimen offerant. E contra vero quot Respublicæ nunc extant, quibus dici potest: Dilexerunt afferre ignominiam protectores tui. Nam cum earum gubernatores ipsas protegere & tueri deberent, illas suis deprauatis exemplis peruertunt & labefactant. O Domini & patres mei per immensam Dei charitatem vos oro, vt dignitatis statum, in quo Deus vos posuit, attendatis, & ne sitis causa dãnationis proximorum ac subditorum vestrorum, quibus fauorem & tutelam protectionemq; debetis. Cùm igitur publici peccatores magis noxij & nociui sint, quàm hypocritæ, qui sibi duntaxat nocent, de his (vt iam dixi) Dominus in præsentia 11 rum, mea sententia, non loquitur, sed per falsos prophetas intelligit hæreticos, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ, idest, verbis dulcisonis & suauibus. Hoc enim falsus propheta hæreticus sua malicia intendit, nempe miseris hominibus blandiri & eos in suũ nefarium propositũ adducere, dicens non esse necessariam pœnitentiam, nec ieiunium, nec disciplinam, aut aliquod opus pœnale. Quod si aliquando veritatem loquitur, illa non aliter quam sutor apri seu porci seta vtitur, qui filũ multoties duplicatũ & pice delibutũ componit: & vt possit per coriũ ingredi, in fine eius subtilem porci setam adaptat, qua per coriũ ingressa filũ pice delibutum ipsam sequendo per idem foramẽ

Simile.

Psal. 46.

2. Reg. vlt.

Simile.

introgreditur. Sic hæretici, vt in hominum intellectibus menda- 12
cia grandia imprimant, vnam veritatē loquuntur, qua id, quod
dicunt contegere, & (vt aiunt) palliare conantur, & illam verita
tem in fronte afferentes, mendacia magna & pernicioſa intro
mittunt, & in publicum proferunt. Execrandus ac maledictus
propheta Balaam (vt in libro Numerorum legitur) populum
Num. 24. Iſrael benedixiſſe traditur dicens: Quam pulchra tabernacula
tua Iacob, & tentoria tua Iſrael, vt valles nemoroſæ, vt horti
iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quę fixit Dominus. Poſtea
vero conſilium dedit, vt Moabitidæ fœminæ cum Hebræis con
tra præceptum Domini iungerentur. Ita hæretici populum
Chriſtianū beatificantes, ac dicētes illū eſſe populū electū ipſis
cōſulūt, vt in peſtifera libertate viuant, & nullam vicario Ieſu
Chriſti obedientiam præſtent. Dominus autem cum diſcipulis 13
ſuis loquens eis inquit: *Veniunt ad vos cum veſtimentis ouium*. Nam
iſti hæretici prophetæ non ſe in Maurorum regionem, vel ido-
lolatrarum ad eis prædicandum conferunt, ſed ad Chriſtianos
huius diuini Redemptoris diſcipulos, vt eos peruertant, & deci
B. Greg. in moralibus. piant: quia (vt ait B. Gregorius) dæmō eos tentare negligit, quos
iure perpetuo ſe poſſidere ſentit. Hos etiam in eccleſia non de-
futuros, aperte B. Paulus in ea concione, quam ad ſeniores Ephe
ſi habuit, his verbis expoſuit: Ego ſcio, quod poſt diſceſſionem
Act. 20. meam intrabunt lupi rapaces non parcentes gregi, & ex vobis
exurgent viri peruerſa loquētes, vt abducant diſcipulos poſt ſe.
Maxime perpendendum eſt verbum iſtud, lupi rapaces, vbi fa-
mes & ſolicitudo denotatur, qua miniſtri Sathanæ candidas &
Simile. innocentes ones Ieſu Chriſti edere cupiunt, & in ſe incorpora- 14
re, atque ſui ipſorum ſectatrices efficere. Quando in horto Geth
ſemani illi infernales carnifices, innocentiſsimum Dominum
aggreſsi ſunt, (non aliter quam lupi multi vnum agnum inua-
dunt, qui dum plurimi ſunt agnus vero vnus duntaxat, ſingu-
li eorum currunt ad deuorandum illum & dilacerandum & ita
Lucæ. 22. omnes ſimul ad eum accedunt) eis ipſe Dominus tanquam ag-
nus manſuetiſsimus dixit: Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tene-
brarum. Quod perinde eſt ac ſi diceret: Quemadmodum dæ-
Simile. mones, ſi facultatem Dei haberent, hominibus ſecundum vires
ſuas nocerent, (nam ſicut agentia naturalia omnem potentiam,
quam habent in exercendis ſuis operationibus, impendunt, ita

dæmo-

15 dæmones in malitia ſua confirmati ad perdēdos hōmines quid-
quid poſſent, operarentur) ſic ego vobis nunc permitto, vt in
me quotquot poteritis crudelitates exerceatis. Illo autem fu-
rore, quo miniſtri ſcelerum á teterrimo Sathana cōmoti ſanctiſ-
ſimum Eccleſiæ caput, videlicet, Ieſum Chriſtum filium Dei ve
xarunt, & ignominijs affecerunt, eodem nunc hæretici atq; ea-
dem rabie ab ipſomet maligno ſpiritu incitati eius ſanctū cor-
pus, ſcilicet, Eccleſiam dilacerare & morſibus lædere conantur.
Et tanto potentiores ad fallendum ſunt lupi iſti, quanto magis
ſanctitatis ſpeciem atque ouium imaginem referunt. De his B. 2. Cor. 11.
Paulus, Huiuſmodi, inquit, pſeudoapoſtoli, ſunt operarij ſub
doli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. Et non mirum, ipſe
enim Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Non eſt ergo
16 magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur, velut miniſtri iuſtitię
quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. Sic etiam venato- Simile.
res pellibus ſe ferarum, quas illaqueare ſtudent, veſtiunt. Sic au
cupes auicularum, quas captare cupiunt, vocem & cantilationē
arte imitantur, quo illas hac ſimulata vocis imitatione decipiāt.
Sed quantumuis iſti falſi Prophetæ ſimulent atque diſſimu-
lent. A *fructibus eorum* (*ait Dominus*) *cognoſcetis eos*. *Nunquid colli-*
gunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? ſic omnis arbor bona bonos fructus
facit, mala autem arbor malos fructus facit. Si igitur hoc indicio, qua
lis arbor ſit, agnoſci poteſt, reſpondeant hæretici, quinam boni
fructus, quæ morum commutatio, quæ vitæ diſciplina, quæ pu-
ritas aut ſanctitas ex hoc eorum euāgelio conſecuta ſit? Ipſis pla
ne tacentibus res ipſa loquitur. Sublata enim annua confeſsio-
17 ne (quæ magna ex parte homines in officio continebat) ſubla-
tiſque eccleſiæ ieiunijs, delectuque ciborum, quibus carnis pe-
tulantia comprimitur, quodque his maius eſt, ſublatis bono-
rum operum meritis, quid ſupereſt, niſi vt in omni libidine &
intemperantia homines verſentur? Id adeo verum eſt, vt in
comitijs Germaniæ habitis de reſtituenda Cæſaris legibus pec
catorum confeſsione deliberatum ſit, quod re ipſa animaduer-
ſum fuerit, abrogata confeſsione (quæ velut humanæ intempe
rantiæ frænum quoddam erat) in omnia turpitudinum atque li
bidinum flagitia, & homines & mulieres ſolutis habenis irruiſ-
ſe. Hi ſunt igitur fructus, qui ex fauſtiſsimo hoc Euangelio con
ſecuti ſunt, vt omittam interim tot cædes, tot homicidia, tot

bella, quibus vniuersus pene Christianus orbis ardet, totquè 18
discordiarum seminaria, quibus non modo priuatorum domus,
sed etiam vrbes, prouinciæ, & regna intestinis inter se atque
feralibus odijs conflictantur, adeo vt nec maria à sanguinolen-
tis bellis & assiduis direptionibus immunia sint. Ab his igitur
fructibus noui isti prophetæ dignosci poterunt.

Nunquid colligunt de spinis vuas aut de tribulis ficus? Merito quidē
Dominus hæreticos spinas ac tribulos appellat. Et certe multò
deteriores illis sunt. Nam spinæ ac tribuli non pungunt, nisi
cum, qui ad ipsos accedit: hæretici vero ex Germania & Bri-
tannia atque Vngaria nos huc stimulant. Parua nanque ra-
tio, quam modo de animabus, quæ in Purgatorio sunt, habe-
mus, negligentia in explendis testamentis, paucitas poten-
tum ac diuitum, qui relicto mundo in sanctas religiones ingre- 19
diuntur, assiduitas ciborum, voluptates carnales, odia in san-
cta ac pœnalia exercitia, alia denique huiusmodi ex illis infæ-
licibus Regnis, atque execrandis hominibus in nostram regio-
nem promanarunt. Pertimescamus ergo fratres charissimi,
nè in pœnam nostrorum scelerum & deprauationum Domi-
nus permittat, vt omnino ab illis decipiamur, fidem catholi-
cam, vt multis contigit, amittentes. Loquens Deus cum Regio
Psal. 88. Propheta ait: Si derelinquerint filij eius (scilicet Salomonis) le-
gem meam, visitabo in virga iniquitates eorum, misericor-
diam autem meam non dispergam ab eo, nec nocebo in veri-
tate mea. Vbi alij transtulerunt: Nec decipiam in veritate
mea. In quo significatur, quod cum peccatores ex malitia &
cum assiduitate delinquunt, solet diuina iustitia eos aliquando 20
decipere, id est, permittit eos decipi. Illorum autem, qui non
ita deprauate & tam frequenter peccata committunt, visitat
Dominus in virga iniquitates, sed non nocet eis nec decipit
in veritate sua. O stupendum Dei supplicium: quis tam lapi-
deus est, vt illud audiens non perhorrescat, ipsumque omni cu
ra & solicitudine vitare contendat? Peccatum per se solum ita
mentem obcæcat, vt, cùm Adamus in statu innocentiæ esset
Genes. 2. sapientissimus, (atque adeo vt ad ostendendum Dominus sa-
pientiam eius coram eo animantia terræ & aues cœli posuerit,
vt eis secundum vnius cuiusq; naturam nomina imponeret) sta-
tim postquam peccauit, tanta ignorantia & cęcitate obtenebra

tus

21 rtus est, vt crediderit, sibi locum, vbi ab oculis Dei latere possit,
minime defuturum esse: & ita audiens vocem ipsius Dei absc5
dit se ab oculis eius in medio ligni Paradisi. O miserabilem ho-
minis cæcitatem, qui, cùm tanta sapientia esset præditus, eo stul
titiæ deuenit, vt crederet, se ibi à Domino nō esse videndū. Id- *Gene.3.*
circo ait: Timui eo quod nudus essem, & abscondi me. Hæc ea-
dem ignorantia & cæcitas in prophetam Ionam cecidit. Cui *Ionæ.1.*
postquam Deus spiritū prophetiæ communicauerat, ipse cōsti
tuens apud se diuino præcepto (quo in vrbem Niniuen prædica
turus ab ipso Domino ire iubebatur) non obedire, ignorantiæ
tenebris ita coopertus est, vt putauerit, visum ac potentiā sum-
mi Dei non nisi vsq; ad omnem Iudæam extendi. Ideo nauim
conscendit iturus in Tharsum existimans sic à præsentia & po
22 tentia Dei posse liberari. Quid vobis tam grandis cæcitas vide-
tur? Dominus nos à tanto malo eripiat. Quòd si mens amissa
gratia ita remanet cæca, qualē amissa fide remansurā esse puta-
tis? Nam (vt ait D. Thomas) inuisibilia Dei quantum ad plura *D. Tho. 2. 2.*
percipit fides, quam ratio naturalis ex creaturis in Deum proce *q. 2. artic. 3.*
dens. Atq; ita dicitur in Ecclesiastico: Plurima super sensum ho *ad. 3.*
minis ostensa sunt tibi. Et B. Paulus cognitionem fidei quandā
visionē appellat dicens: Videmus nūc per speculū in ænigma *Eccle. 3.*
te tūc autem facie ad faciem. Si ergo ratio lumine fidei adiuta
propter peccatū tantopere obscuratur, qualis obsecro absq; gra
tia & fide remanebit? Qua propter mirandum non est, si amis- *1. Corin. 13.*
sa fide homines in tot tamq; varios errores atq; abominationes
incidāt. Ex his omnibus apparet, quā necessariū sit, nos, vt ab
23 his falsis prophetis nequaquā decipiamur, & in eorū errores nō
prolabamur, à peccatis cauere, & in cōscientiæ puritate viuere.
Cōtra hos voraces lupos valde etiā cōducūt canes, qui eos mor-
deāt & in fugā cōuertāt. In libris gentiū legitur, q̄ cū Philip-
pus Rex Macedonū Athenas vrbē florentissimam obsessam
teneret, misit ad gubernatores eiꝰ legatos, qui eis dicerēt, vt sibi
darētur decē oratores, quos ipse eligeret, quo facto eorū amicus
esset, & statim ab obsidione desisteret. Cui Demosthenes insig
nis orator respōdit dicēs: Scias, potētissime Princeps lupos pa-
storibꝰ quōdā dixisse. Omnis discordia, quę inter nos ac vos ver
sat, est ppter canes: si eos nobis dare vultis, erimꝰ vobis amicitia
maxima cōiūcti. Quibus traditis & cōcessis, cū pastores somnū

caperent

caperent, lupi oues inuaserunt, & eas incolumiter deuorarunt. 24
Hac quidem parabola voluit hic philosophus innuere, Rempublicam illam, quæ caret oratoribus, qui sua prudentia & singulari doctrina ipsam moderentur, & a tyrannis defendant, multo in maiori periculo esse, quam oues absque canibus, qui eas à rabidis luporum morsibus tueantur. Illud munus, quo olim Ethnici oratores fungebantur, nunc Christiani prædicatores excellentius & præclarius exercent: illi enim sunt veluti canes, qui nos ab inferni lupis protegunt & tutantur. Idcirco nobis maxime conducit, à Domino omnibus viribus postulare, vt nobis concionatores spiritus feruore efficaces concedat: & non
Esaiæ. 56. tanquam illos, de quibus S. Esaias ait: Canes muti non valentes latrare, dormientes & amantes somnia, sed similes maximo prædicatori Diuo Paulo, qui, cum intelligebat oportere, tanta 25
seueritate concionabatur, vt hominibus ingentem terrorem in-
1. Cor. 4. cuteret. Et ita inquit: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Quid? quando venit in virga, non venit in charitate? Maxime profecto, sed quia homines non existimant esse charitatem, nisi quando cum ipsis blande agitur: ideo, vt diceret, se ad eos seuerum aut mansuetum esse venturum, id hoc modo ait: in virga, an in charitate? O Deus infinitæ maiestatis, per viscera misericordiæ tuæ te obsecramus, vt prædicatores mittas & elargiaris, qui, cum opus fuerit, veniant ad nos in virga: & acrimonia ac seueritate sua lupos, qui damnum inferunt, abigant & expellant. Apud S. Ma-
Malach. 2. lachiam dicitur, qualis debet esse ille, à quo hoc diuinum ministerium exercendum est. Labia, inquit, sacerdotis custo- 26
dient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. Quod si Angelus est, opera angelica debet efficere. Cùm sanctus propheta Elias ab impijssimę
3. Reg. 19. Reginæ Iezabel conspectu fugeret, atque adeo defessus, vt vltra progredi non valens sederit subter vnam iuniperum, & in vmbra eius obdormierit: & ecce Angelus Domini tetigit eum & dixit illi: Surge & comede, respexit, & ecce ad caput suum subcineritius panis & vas aquæ: comedit ergo & bibit. In hoc sancto Propheta obumbratur vita iusti à sua sensualitate vexati & oppressi. Munus vero sacerdotis, siquidem Angelus dicitur, est panem cœlestem in igne charitatis coctũ,

vide-

27videlicet,ſacroſanctum ſacramentum altaris, & aquam doctrinæ,euangelicæ huiuſmodi viro iuſto tribuere&erogare:quibus rebus ad proſequendam cœleſtem viam vires recipiat & corroboretur.Et in Actibus Apoſtolorũ ſic legitur:Erat Petrus dormiens inter duos milites,vinctus catenis duabus,& ecce Angelus Domini aſtitit, percuſſoq; latere Petri excitauit eum dicẽs: Surge velociter.In hoc vita hominis, qui in peccato perſiſtit, ſignificata eſt.O miſer peccator,qui carcere incluſus dormis inter duos lethales hoſtes mortem,videlicet, & dæmonium duabus catenis fortiſsime vinctus. Mors quidem tuo corpori inſidiatur,diabolus vero menti quam plurimas inſidias parat . At duæ catenæ,quibus ligatus es,ſunt amor mundi & amor tui ipſius.Quid igitur remedij ad tantum malum? Veniat Angelus, 28ſcilicet,ſacerdos,& tãgat te ac ſanctis admonitionibus & charitatis plenis reprehẽſionibus ſuſcitet: & ſic à carcere culpæ, in qua es, te faciet exire.Vltra hæc Angeli continuo coram diuina maieſtate aſsiſtunt,& ita Dominus dixit: Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei,qui in cœlis eſt. O patres ſacerdotes & concionatores,attendite diligentiſsime,ſiquidem Angeli eſtis,hoc eſſe munus veſtrũ,nempe coram Deo contemplantes & plorantes,ac pro peccatoribus mundi remedioq; animarum deprecantes aſsiſtere.Quod ſi ita feceritis corda veſtra ferue ntiſsima erunt, vt tanquam canes efficaciter lupos á ſacroſancta Eccleſia,& vitia deteſtanda penitus deterreatis. *Act.12.* *Matth.18.*

Quoniam autem diuinus magiſter dixerat: Ex fructibus bonis & non ex folijs pulchris bonam arborem eſſe cognoſcendã, 29ſtatim inferius ſe ipſum plus explicat dicens:*Non omnis,qui dicit mihi,Dñe, Dñe intrabit in Regnũ cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei.*Ille voluntatem æterni Patris adimplet, qui diuinam eius legem obſeruat ductus ab illa in omnibus operibus, cogitationibus,ac deſiderijs ſuis. Quemadmodum enim qui ſortiti ſunt aciem oculorum obtuſam,ſemper ſecum afferunt conſpicilia,vt oculis ſuperponentes clarius cernant,& exactius res cognoſcant:ſic & nos,ne nos præcipites demus in voragines inexplicabiles peccatorum,debemus ante oculos mentis præcepta diuina ponere: Atq; ita S.Moyſes populo Iſraelitico, quando eis nomine Dei legem dedit,hæc locutus eſt:Erunt hæc verba, quæ ego præcipio tibi,hodie,in corde tuo, eruntque & mouebuntur *Simile.* *Deut.6.*

buntur inter oculos tuos. Quid est: Erunt inter oculos tuos, 30
Psal. 118. nisi nihil facies, nihil concupiscees, nisi prius per conspicilia legis diuinæ illud prospex eris? Ideò S. Dauid ait: Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mãdatis tuis. Si igitur hæc
Simile. opere non complemus, quotidie in mille miserias incidemus, maximè cum debilem oculorum aciem sortiti simus. Qui alicui inuitat, omni cura & diligentia conatur, epulas non gustui suo sed inuitati aptas præparare. Cum ergo nos Deum nostris operibus inuitemus, illa opera, quibus ipse gaudet, & non illa, quæ nobis placent, facere debemus. Voluit Saul Dominũ pinguibus vaccis Regis Amalech inuitare, quas ideò viuas reli-
1. Reg. 15. quit, cum ipsum Regem in bello spoliauit: & hoc egit, vt sibi ipsi & non Domino placeret: quam obrem à diuina iustitia seuerè 31
reprehensus & punitus fuit. Vt autem in hoc rectè procedatur, valde vtilis ac necessaria est oratio. Ideo Ecclesiasticus ait:
Eccle. 35. Qui conseruat legem, multiplicat orationem: ideſt, quoniam iu-
Psal. 26. stus multiplicat orationem, conseruat legem. Et sanctus Dauid inquit: Vnam petij á Domino, & hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Quarè, ò Rex sancte, vis toto tempore vitæ tuæ in ipsa domo sancta habitare? Vt videam voluntatem Domini, hoc est, ad Dominum continuis precibus obsecrandum, vt suam me voluntatem doceat, mihique vires ad illam explendam tribuat.

Discite ergo, fratres mei, ab hoc sancto Rege orationes vestras in tam excellentem finem dirigere, attendite, quid hic summa veritas dicat, scilicet, *Qui facit voluntatem Patris mei intrabit* 32
in Regnum cælorum. Quis tali promissione animum non recipiet vt negotium hoc facillime & efficaciter comprehendat? Meri-
Eccle. 33. to quidem Ecclesiasticus inquit: Homo sensatus credit legi Dei & lexilli fidelis. Ideſt: Homo sensatus obtemperat legi præcipienti, & credit legi promittenti, & sicut in obediendo fidelis est: ita lex in exhibendo id quod promittit, illi fidelis erit. Hoc
Cant. 2. significat Sponsa cum ait: Dilectus meus mihi & ego illi. Vbi notandum est, linguam Hebræam nominibus adiectiuis carere, quorum loco pronominibus vtitur. Nam dictura erat sic: Tu me? & ego tua, & dixit: Ego tibi. Quod perinde est ac si diceret: Si tu, ò homo, es Dei & ipsi obtemperas, ille tuus erit & tibi obediet. Hinc quilibet nostrum probabiliter poterit coniectu-

ram

33 ram facere, qualiter cum Deo eſt. Omnes hoc ſcire cupimus, & ad intelligendum illud non opus eſt cœlos aſcendere. Ingredere frater in te ipſum, & tecum ratione ſubducens intra te inquire, quem erga Deum animum habeas: & quale fuerit cor tuum & animus erga Deum, talem erga te Deum animum ſuum habere, poteris cogitare. Si inuenis tibi nihil eſſe charius, nihilque iucundius aut ſuauius, quam Deo obedire, & hanc tibi eſſe primam & præcipuam curam ac ſolicitudinem, ſcilicet, ei ſeruire, & in nullare ipſum offendere, tunc hoc indicio pie & probabiliter poteris credere eundem erga te Deum animum & curam, tanquam pijſsimum patrem, habere. Quemadmodum qui magnum ſolis ſplendorem intueri non poteſt, ipſum in fonte aut in vaſe pleno aquæ aſpicere poteſt, atq; ita in terra contempla- *Simile.*

34 tur illud, quod in cœlo eſt: ſic tu in tuo pectore & ex ijs, quæ in illo ſentis, id quod in diuino pectore eſt, poteris conijcere. Hoc ſignificare videtur illud Pſalmi: Cum ſancto ſanctus eris, & cũ electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris: ideſt: Eris Domine pius erga pios, parens erga filios, & ſeuerus in proteruos. Hoc idem ipſe ſanctus Dauid apertius alibi cum iam morti appropinquaret, loquens cum filio ſuo Salomone, in vltimis verbis dixit: Tu Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſerui ei corde perfecto, & animo voluntario: Omnia enim corda ſcrutatur Dominus, & vniuerſas mentium cogitationes intelligit. Si quæſieris eum, inuenies: ſi autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum: ideſt, qualis tu erga Deum fueris, talem erga te Deum experieris. Quo circa, ſiquidem hoc ita eſt, eum toto animi cona- *Pſal. 17.* *1. Para. 28.*

35 tu, ac ſyncero corde diligamus, eiuſque diuinam voluntatem in omnibus adimpleamus, & ſic certiſsimam habebimus in hoc mundo gratiam, & poſteà gloriam, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

IN

In eadem Dominica septima Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Attendite à falsis prophetis, &c. Matthæi. 7.

IN hodierna sancti Euãgelij lectione cœlestis magister scopulum quendam, in quo nonnunquam innocentiæ nauis allidit, nobis demonstrat, & signa, quibus illum deprehendere, & ab eo declinare valeamus, detegit. Ait igitur: *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos.* Non casu sed alto Dei consilio in sancta Ecclesia hoc accidit. Nam per hos falsos prophetas superatus Deus experiri vult, vtrum diligamus eum nec ne. Hoc sanctus Moyses populo Israelitico ostendit dicens: Deut. 13. Non audies verba prophetæ illius, aut somniatoris, quia tentat vos Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non in toto corde & in tota anima vestra. Cui veritati concinit id quod 1. Corin. 10 Apostolus ad Corinthios scripsit. Oportet (inquit) hæreses esse. Cur ita Paule sanctissime? Sane, vt qui probati sunt, inter vos manifesti fiant. Et ita Dominus ait: Veniunt ad vos in vestimentis ouium, quia veritatis zelatores se iactant dicentes, Verbum Domini, verbum Domini, Euangelium, Euangelium, sicut olim prophetæ falsi clamabant. Dequibus Dominus per Ieremiam Iere. 23. prophetam conqueritur dicens: Ecce ego ad prophetas, qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit Dominus, quia narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, cùm ego non misissem eos, nec mandassem eis. Hoc significauit bestia illa, quam D. Ioannes vidit ascendentem de terra, & habentem Apoc. 13. capita septem & cornua duo similia agni, & loquebatur sicut Draco. Cornua agni virtutes Euangelij sunt, quas vbique prætexunt hæretici laudantes humilitatem, paupertatem, & modestiam agni incontaminati Iesu Christi. Veruntamen vox Draconis, sermo eorũ est lethalis & venenosus, quo animæ inficiuntur.

4 tur. A *fructibus eorum cognoscetis eos.* Nunquid colligunt de spinis
uuas, aut de tribulis ficus? De istis hodie apud vos plus agere mi
hi non placet. Cùm enim totius Hispaniæ termini Dei beneficio ab hæreticorum veneno immunes sint, non est cur aduersus absentes multum inclamare debeamus: qui etiam si præsentes essent, nihil oratione nostra commouerentur. Quos enim ecclesiæ authoritas, & conciliorum decreta, sanctorumque Patrũ consensus, & totius antiquitatis vetusta religio à perfidia sua nõ reuocant, quomodo rudi hac oratione nostra reuocarentur? Illud tamen vnum dicam, quod nisi penitus à Dæmone subuersi essent, eos ad sanam mentẽm reduceret, nempe sectarum confusa multitudo, quas hodie zizaniorum seminator Sathan inter eos sparsit. Numerãtur enim à viris doctis supra decem & octo
5 centum sectarum nomina, quæ ab eis orta sunt, vt non fuerint plures linguæ eorum, qui turrim Babylonis ædificabant. Quis igitur hoc argumento non aperte eorum errores & mendacia agnoscat? Veritatis enim natura simplex est, & simplici via tendit, mendacium autem fæcundissimum, quod infinitis modis à veritate deuiat: vnica enim via est collimãdi atq; attingendi scopum, at infinita prope diuerticula sunt, quibus ab eo deflectimus. Cùm autem vnusquisq; eorum aliorum dogmata impugnet, & sua tantum modo tueatur, ipsi se suis armis iugulant, quemadmodum olim Madianitæ expugnante Gedeone mutua se cæde truncabant. Quid enim mirabilius aut etiam miserabilius, quam in tam paucis annis tot hæresum monstra atq; prodigia ab vna radice pullulasse? Quod quidem iustissimo
6 Dei iudicio euenisse putandum est, vt aperte homines viderẽt, in quam multa & horrenda præcipitia, vbi á Deo deseruntur, ruant. Quo etiam indicio nullum miseris excusationis velamẽ relinquitur. Quod enim maius erroris & mendacij argumẽtum quam hæc tam multiplex sectarum varietas? Sed hæreticos missos faciamus, & ad mores nostros instruendos atq; examinandos veniamus. *Iudi. 7.*

Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit, &c. Ex his verbis possumus inferre sacrosanctam Ecclesiam esse velut hortum, fideles vero esse arbores, & antliam, *vulgo*, *Noria*, qua irrigantur, esse sacratissimam Christi Redemptoris nostri passionem, fistulas deniq; *Hispane*, *Arcaduzes*, qui *Simile.*

bus aqua diuinæ gratiæ in arbores profluit, esse diuina sacra- 7
menta. Vnde Christiani possunt colligere singulare beneficiũ
quod Deus in eos contulit, dum ipsos in tam fructifero loco plã
tauit, vbi cum nascerentur, haberent fistulas gratia & sanctifica
tione plenas, quibus mentes eorum rigarentur, & fertiles fierẽt.
Quo summo beneficio tot tamq; innumerabiles nationes per
totum terrarum orbem dispersæ errore & infidelitate plenæ ca
rent. At sicut maxime dolendum est, videre in horto, vbi antlia
magna aquarum abundantia scaturiens instructa est, arbores
marcidas & aridas esse, eò quòd nullus est, qui illis aquam appli
care velit: ità grandi commiseratione dignum est, videre in sa-
crosancta ecclesia quam plurimos Christianos aridos, languen-
tes, & absq; aliquo virtutis fructu adornatos, quoniam ad diuinã
gratiam, quam diuinorum sacramentorum vsu poterant accipe 8
re, sese minimè volunt disponere. Qua propter Spiritus sanctus
Eccle. 18. nos admonet dicens: Ne fueris mediocris in contentione ex fœ
nore, & non est tibi nihil in sæculo. Ideſt, Nè sis piger in acqui-
rendo & comparando, dum tibi per tempus licet, nec sis contẽ
tus mediocri diligentia, atq; ita hoc sæculũ tibi inutile nõ erit.
Et est notandum, quod vbi nos legimus, Et non est tibi nihil in
sæculo, alia translatio habet: Non est tibi nihil in sæculo. Vbi
Simile. significatur, quòd sicut homines cupidi id, quod lucrantur,
quotidie in sæculum includunt, & quanuis plurimum lucri fa-
ciant multo plus lucrari conantur, & postea omne lucrũ simul
inueniunt, & illud in suũ commodũ & vtilitatẽ accipiũt: ita iu-
sti semper in sæculo suæ conscientiæ quam plurima bona ope-
ra thesaurizant, quorũ meritum in hora mortis congregatũ in- 9
ueniunt, ideo nè fueris, charissime frater, mediocris in conten-
tione ex fœnore, festina & nè sis contentus bonis operibus, quę
Simile. aliquando egisti. Inter arbores quædam sunt, quæ virtutem in
radicibus habent, quæ dã in frondibus, quædam in cortice, quæ
dam in medulla, quædam in ramis, quædam in floribus, quæ dã
in fructu, quædam denique; in semine, quod ab eis colligitur. Iu-
stus verò arbor est habens virtutem in omnibus: nam in radice,
videlicet, in corde, à quo cogitationes sanctæ, exeũt, & in corti-
ce, scilicet, in bono exẽplo, & in folijs, hoc est, in sanctis sermoni
bus, & in floribus nempe in bonis desiderijs, & in fructu, scilicet
in sanctis operibus virtutẽ habet. Cũ enim voluntas sit tam po-

tens

10 tens, vt per modũ agentis moueat omnes potẽtias animę ad ſuos actus præter vires naturales, quæ nõ arbitrio noſtro ſubdũtur, vt egregie D. Thomas teſtatur, ſi volũtas bona eſt, bonũ hominẽ efficit, & è cõtra ſi praua eſt, prauũ hominẽ facit. Quãobrẽ bona voluntate ſtante homo tanquam arbor bona bonos ac ſalubres fructus profert. & quãdiu volũtas iniqua eſt, peſtiferos fructus, videlicet, peccata ex ſe producit, quę quidẽ quã prava ſint ſolus ille poterit intelligere, q cognouerit, quis eſt Deus, ſiquidẽ illa cõtra eius infinitã bonitatẽ ſunt. In Exodo S. Moyſes Dominũ ſic allocutus fuiſſe legitur: Oſtende mihi faciẽ tuã. Ille vero reſpondit: Videbis poſteriora mea, faciem autem meã videre non poteris. Hoc eſt, effectus quidẽ bonitatis meæ & miſericordiæ atq; omnipotentiæ & ſapientiæ meæ videbis, ſed in 11 infinitã eſſentiã meã in hac mortali vita minime poteris videre. Sicut ergò in hac vita licet effectus Dei conſpici valeant tamen facies eius videri non poteſt: ità non poteſt cognoſci, nec perfectè cerni facies peccati, ſed eius dũtaxat effectus, per quos aliquo modo poteſt cognoſci, per ſtrages nẽpè, quas in anima facit: per ingẽtia mala, quę affert, & per bona, quibus priuat. Ex quo intelligetis quantũ beneficiũ in vos Deus cõfert, dũ vos à tãto malo, quantũ eſt peccatũ, eripit, & vt tale in ſacra ſcriptura recẽſetur in qua magna præmia ei, qui omnẽ fiduciã ſuã in Deo collocat, proponũtur. Ait nãq; S. Dauid: Non ſaluabitur Rex per multã virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuę. Fallax equus ad ſalutem in abundantia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur. Ideſt, Vires, diuitiæ & fortitudo deficere ſolent, 12 & ſi fiduciam in Rege aut principe aliquo collocaſti, cum magis tibi neceſſarius erat, tunc moritur: ſed ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Poſtquam autem Sanctus Propheta recenſuit, quam plurima ſingularia bona, quæ Dominus confidentibus in ipſo largitur, concludit in fine ſequentis pſalmi dicens: Non delinquent omnes, qui ſperant in eo. Vbi aperte oſtenditur, quantũ ſit bonũ nõ peccare, ſiquidẽ illud pro vltimo præmio tantæ virtutis, qualis eſt fiducia, cõſtituit. Omnibus igitur viribus, fratres chariſsimi, cõtẽdam⁹, vt ſimus arbores bonæ, & quæ fructus optimos pferemus ſiquidẽ in tã fertili loco, qualis eſt ſacroſancta Eccleſia, ſumus plantati.

D. Tho. 1. p. q. 62. ar. 4

Exod. 33.

Pſal. 32.

Pſal. 33.

Psal. 1. Nam de vnoquoq; eorum, qui saluandi sunt, idem S. Propheta inquit: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Quid est fructum præbere suo tempore? Ad hoc respondetur, quod quotiescunq; aliquis ignominia & iniuria afficitur, tunc tempus est producendi fructum patientiæ: & cùm carnis tentationes patitur, tempus est proferendi fructum castitatis eis toto animi conatu reſistens. Cum quis in sua potestate inimicum, qui eũ grauiter læserat, habet, & de ipso vindictam sumere potest, tũc tempus est præbendi misericordiæ fructum ei liberaliter parcendo: & cùm pauper, nudus, & famelicus à te remedium postulat, tunc tempus pietatis est, ei opem & auxilium ferendo, nè terribilis illa Domini maledictio te comprehendat, scilicet: Ite maledicti in ignem æternum, esuriui enim & non dedistis mihi mãducare, nudus eram & non cooperuistis mẽ. Beatus Matthæus narrat, quod cum Dominus famem pateretur, videns fici arborem venit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. O Christe manſuetissime Agne, quid nocuit ficulnea? vt enim ait D. Marcus non erat tempus ficorum. Voluit diuinus magister in hoc significare illud, quod inter pauperes ac diuites agendum erat. Quoties contingit pijssimum Iesum Christum in suis pauperibus domum alicuius diuitis petere, & in eo nihil præter folia arboris fici, ideſt, verba, quæ asperrima sunt, inuenit. O terribilem inhumanitatem. Cũ diues miserum pauperem dulcissimis verbis ac bonis operibus deberet consolari, eum duris sermonibus opprimit & vexat, dicens: Vade piger & vagabunde ad laborandum, non enim dignus es, cui eleemosyna erogetur. Si ergo Iesus Christus in vobis, ò diuites, fructum pietatis non inuenit, sed folia tantum modo aspera, scitote maledictionem, quam ipse in ficum deprecatus est, non fuisse propter illam, sed ad significandum id quod de vobis futurum est, qui quoniam in proximum crudeles extitistis, eritis maledicti, aridi, & in æternum sterile, atque ad merendum & ad remedium obtinendum impotẽtes. Est etiam notandum, quòd Regius propheta ait, videlicet, Dabit fructum suum. Nam sicut in horto quælibet arbor secundum suam propriam naturam fructum præbet, pyrus pyra profert, malus ma-

Simile. 13 14 15

Matth. 25.

Matth. 21.

Marci. 11.

Simile.

la,

15 la, & ficus ficos: ita in Ecclesia catholica quilibet Christianus debet fructum secundum suam status conditionem præbere. O rem lacrymis sanguineis deplorandam. Videbitis Christianos, qui non suum, sed alienum fructum producunt. Hi sunt religiosi, qui relicto monasterio, silentio, choro, & alijs sanctis exercitijs, quæ ad eorum statum pertinent, se totos negotijs sæcularibus tradunt & committunt, quæ penitus ab eis relinquenda esse cœlestis magister docuit. Cui (vt ait Euangelista Lucas) cùm quidam de turba diceret: Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, respondit: Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Nec etiam sacerdotes suum fructum producunt, qui relicto suarum ecclesiarum sacro ministerio ac diuinis officijs se in gubernationes reg- *Luc. 12.*
17 norum & rerum publicarum intromittunt. Tales etiam sunt nobiles equites, qui omissis armis & negotijs militaribus ad bonum & pacem regnorum pertinentibus se ipsos voluptatibus, ludis, & negotiationibus diuitiarum dedunt, ob quod melius possunt vocari mercatores quam equites. Nec etiam fructum suum proferunt matronæ, quæ habentes familias, relicta earũ cura & tutela omne tempus in peregrinationibus consumunt: ex quo solent quotidie quam plurima inconuenientia oriri. Igitur fratres mei vnusquisq; vestrum iuxta sui status conditionem viuat, monachus vt monachus, clericus vt clericus, coniuges vt coniuges, nobiles vt nobiles, mercator vt mercator, & ita vnusquisq; fructum suum dabit vberrimum. Dicite mihi, obsecro, si oculi vellent audire, aures videre, pedes palpare, &
18 manus ambulare, non nè esset nociua omni corpori hæc officiorum commutatio? Nunquid nescitis, omnes nos esse diuersa membra huius corporis mystici Iesu Christi? Sic profecto testatur D. Paulus dicens: Sicut in vno corpore multa mem- *Rom. 12.*
bra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes.

Quo circa fratres mei id, quod D. Petrus nos admonet, oportet agere. Vnusquisq; (ait) sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, ne sit confusio in corpore Domini, videlicet, in sacrosancta Ecclesia. Hunc autem fructum vnusquisque in tempore suo nempe cum se (vt iam diximus) obtu- *1. Petri. 4.*

lerit bene operandi occasio, præbere debet'. Hoc etiam signifi- 19
cat oportere hominem in hac vita, cùm tempus suum est bene
operari: nam in morte Dominus illud sibi capiet, & ab eo arri-
Psal. 74. piet. Atque ita per sanctum Dauid inquit: Cùm accepero
tempus, ego iustitias iudicabo. Illi qui eleemosynas, restitu-
tiones, atq; alia bona opera differunt vsq; ad tempus, quo mor
ti appropinquantes testamentum condunt, reddunt fructū in
tempore non suo, quoniam recte facta ac bona opera vel debita
quæ dum viuebant soluere poterant, suis hæredibus post mor-
tem soluenda atq; adimplenda relinquunt. In quo profecto
Eccle. 14. maximè decipiuntur, vt optime Spiritus sanctus nos hortatur
dicens: Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires
tuas exporrigens da pauperi, non defrauderis á die bono, & 20
particula boni diei non te prætereat. O admirabilem doctrinā
fælix ille, qui eam apprehenderit, sicut ipsam custodire cupie-
Psal. 13. bat sanctus Dauid, cum ait: Illumina oculos meos, ne vnquam
ob dormiam in morte. Vbi alij transtulerūt: Nè vnquam obdor
miam in mortem, & sic est etiam in contextu Græco. Quod pe
rinde est ac si diceret: Illumina oculos meos, ne in præparatio-
ne mortis meæ, dum vixero, negligens sim, atq; ita ipsa me im-
paratum inueniat. Eia agite fratres, nemo ignauus aut negligens
sit, festinate modo dum per tempus licet ad bona opera facien-
da, vt cum Dominus venerit, vos tanquam fructiferas arbores
optimis fructibus oneratos, & ab omni nequitia ereptos inue-
niat: ne in illa tremenda confusione, in qua improbi se videbūt,
cùm eorum scelera manifesta fuerint, vos ipsos aspiciatis. Attē
Iob. 28. dite id quod S. Iob ait de Deo loquens: Omne pretiosum vidit 21
oculus eius, profunda quoq; fluuiorum scrutatus est, & absco
dita produxit in lucem. Egregiè inquit, Deum intueri omne
pretiosum, actiones, videlicet, commendabiles piorum homi-
num, quibus incumbunt, vt ieiunia, orationes, eleemosynæ, cæ
teraq; id genus, vt rependat dignam mercedem. Sed etiam ab
oculis eius non sunt abscondita profunda fluuiorum, ideſt, vo-
Simile. luptatum & peccatorum, quibus se homines ingurgitant. Elegā
ter enim cum fluuio ea comparat. Nam quemadmodum dulce-
do fluuiorum tandem amaritudine maris suscipitur, (ad illud
nanq; flumina tendunt) sic corporeas voluptates pœnæ gehē-
nalis acerbitas amarissima consequetur. Hæc autem omnia pec

cata

22 cata in publicum prodibunt, vt ab omnibus cõſpiciantur, quod
in maiorem confuſionem & ignominiam committentium ea ce
det. Quod ſiquis mihi obijciat: O pater ego non adulter ſum, nec
fornicarius, nec latro, aut homicida, nec deniq; illa, quę comme
moraſti, flagitia committo, ideò ſecurus ero? Minime profectò,
quoniam ſumma veritas in præſentiarum ait: Omnis arbor, quæ
non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. O
dura & tremenda verba, quare corda ipſa audientia non contre
miſcunt, & terrore liqueſcunt? Quis hac terribili comminatione, licet deprauato animo ſit, ad Dominum non conuertitur di-
cens: Væ, væ, væ mihi peccatori, quandiu hanc pœnam iam
merui? Quod ſi hactenus eam Domine in me non exercuiſti,
id certe tuæ infinitæ clementiæ tribuendum eſt. Nam ſi arbor
23 non quia fructum malum, ſed quia non bonum præbet, mere-
tur, vt euellatur & in ignem mittatur, ego, qui tam peſsimos fru
ctus protuli, quid mereor? Cum ciuitas Hieruſalem à Baby-
lonicis euerſa eſt: ſacerdotes ipſius, inquit ſacer Textus, acce- 2. Mach. 1.
ptum ignem de altari occulte abſconderunt in puteo alto & ſic
eo, & inde poſtea hauſerunt aquam, qua ligna aſpergentibus
ignis ſuccenſus eſt, poſtquam ſolis radij in eis refulſit. Sic
tu, ò peccator, in corde tuo hunc ignem infernalem, quo
Dominus tibi minitatur, abſconde, quem ob immenſa ſce-
lera tua iam meruiſti. Profunde contemplare, quod tormẽ-
tum illud ſit, & ipſe ignis in aquam timoris, doloris, & pœ-
nitentiæ commutabitur, quo aſperſa voluntate tua primo ſo-
lis radio, ideſt, prima inſpiratione ſancta ignis in te charitatis
24 ſuccendetur, qui aquam ipſam timoris ſeruilis conſumet, &
tu viuis puri amoris flammis inflammaberis. Dico illum ig-
nem conſumpturum eſſe timorem ſeruilem, quoniam timo- Eccle. 2.
rem filialem, qui à diuino amore procedit, ſemper cùm ipſo
retinere & conſeruare debes, vt egregie Eccleſiaſticus mo-
net dicens: Serua timorem Dei, & in illo veteraſce. Mag-
na certe res eſt hic timor, ſiquidem nobis dicitur, vt in illo
veteraſcamus, ideſt, vſque ad ſenectutem & per totum vitæ
curſum ab eo non deſiſtamus. Cum aliquis fundum ſeu villam
optimam poſsidet, ex qua ei multi prouentus accreſcũt, licet
cæteras alias facultates & opes ſuas diſpendat, illam tamen vt
refugium in ſenectutẽ ſuam obſeruare contendit. Sic timor Dei

magna hæreditas est, ideò illum nunquam derelinquere opor- 25
tet: ipse enim domum tuam bonis abundantissimis implebit, & cum eo placidam senectutem habebis. Idcirco in illo vetera-
sce: nam inferius additur, Qui timent Dominum, inquirent, quæ placita sunt ei. Timentes Deum non solum ipsi seruitutem debitam offerunt, sed in quærendis modis & inuentionibus, quibus ei magis placeant, peruigilent, & quamuis plurima bona operentur, nunquã suo desiderio satisfaciunt, nec illud adimplent.

Ait itaq; Dominus, *Excidetur & in ignem mittetur.* In hoc duę gehennales pœnæ, videlicet, damni & sensus explicantur. Et quidem pœna sensus, quæ præcipua est, quemlibet à suauissi-
Tobiæ.10. ma Dei visione, atq; infinito bono priuat. Mater Tobiæ (vt eius refert sacra historia) flebat lacrymis irremediabilibus atq; 26
dicebat: Lumen oculorum nostrorum, solatium vitæ nostræ, omnia simul in te vno habentes te non debuimus dimittere à nobis. O quanto iure & ratione damnati in inferno hæc verba proferre possunt: Væ nobis, qui tam cæci atq; stulti fuimus, vt te ipsum summum bonum propter inanes & caducas voluptates, quam velocissime transeuntes dereliquerimus, nunc vero æternis supplicijs id persoluimus. Licet autem hoc dicerent in cassum & absq; aliqua vtilitate esset. Qua propter tu, ò peccator nunc magno cordis tui dolore ea profer, siquidem credis, quod cùm actualiter in peccato mortali sis, à gratia & amore huius summi boni aulsus es, & hac via illud poteris recuperare. Dic ergo frater maxima spiritus tui amaritudine hæc verba: O Domine infinitæ maiestatis, qualiter mihi persuadere potui, vt te 27
ipsum, qui omnium bonorum fons es, relinquerem, igitur perinfinitam clementiam tuam te oro, vt me iterum ad te redire facias. Pœna vero sensus est, In ignem mittetur. Infernus fornax quidam est absq; foramine, quo fumus respiret, & in eo tot erũt titiones, quot sunt Dæmones, & quot erunt corpora atq; animæ, quæ ibi in æternum exardebunt. Cùm quidam religiosus morti esset propinquus, quandã horribilem vocẽ protulisse fertur dicẽs: Hei mihi, maledicta hora, qua in religionẽ ingressus fui, & statim cõticuit. Post parũ vero tẽporis spatiũ hilari vultu ridens dixit: Non maledicta, sed benedicta sit hora, qua in religionem intraui, & benedicta sit sanctissima Iesu Christi ma-

ter,

28 ter, quam ego ſemper dilexi & colui: quibus dictis iterum tacuit. Et poſt duas horas monachos, qui pro eo orabant, vocauit eoſq; ſic allocutus eſt: Scitote fratres mei, dæmones mihi ad animam meam aſportandam hic apparuiſſe, me autem alienatū à mente & timore perterritum horam, qua religionis habitum ſu ſcepi, deteſtatū & execratum fuiſſe. Et, vt planè vobis verū dicam, ſi hic metallorum ac ſulfuris liquefacti ingenti flamma ignis ardentis tanta eſſet copia, vt vſq; ad fines totius orbis terrarū pertingeret, mihiq; optio daretur, vtrùm velim per mediū illarum flammarum tranſire, an iterùm horridos illos nefariorum ſpirituum vultus aſpicere, eligerem potiùs illius ignis pœnam ſuſtinere, quam teterrimos dæmones denuo intueri. Sed ſtatim affuit ſanctiſsima illa cœlorum Regina & mater miſericordiæ & illos omnes hinc expulit & abegit. Quam vbi primū vidi illico magnam ſpem concepi, atq; ingenti gaudio ridens horam, qua religionem ingreſſus fui, benedicere inchoaui. Qui
29 bus dictis ab hac vita religioſus hic fœliciſsime migrauit. *O vala me la ſanctiſsima Trinidad.* Quæ lingua aut quæ vox poterit explicare tormentorum genera, quæ in inferno damnati patiuntur magna continuo dæmonum multitudine ſociati, ſiquidem ſola breuiſsimi ſpatij viſio ipſorum, adeo religioſum illum terruit? Quo igitur timore nos viuere oportet, ſiquidem in tanto periculo ſumus in illum miſerrimum locum eundi? Licet enim Deus nobis promiſiſſet ſe gloriam daturum, nos tamen pertimeſcere debebamus, quoniam promiſsiones Dei ea lege & cōditione intelliguntur, videlicet, ſi illis indigni noſtris demeri-
30 tis non efficimur. Atq; hoc ſic intelligens Caleb ſancto Ioſue di- *Ioſue. 14.*
xit: Noſti quid locutus ſit Dominus ad Moyſem hominē Dei de me, &c. Da ergo mihi montem iſtum, quē pollicitus eſt Dominus, te quoq; audiente, in quo Enacim ſunt & vrbes magnæ atq; munitæ, ſi forte ſit Dominus mecum, & potuero delere eos ſicut promiſit mihi. Non dubitabat hic ſanctus vir Dominum promiſſa ſua præſtiturum: ſed ait, ſi forte, dubitans & pertimeſcens nè forte ipſe ſuis demeritis efficeret, vt Dominus id quod ei promiſerat, non adimpleret. Idem etiam Patriarchæ Iacob *Geneſ. 32.*
contigit. Qui (vt ſacræ referunt literæ) audiens fratrem ſuū Eſau contra ipſum aciem direxiſſe quadringentis militibus comitatum, timuit valde, quamuis Dominus ei pollicitus fuerat, ipſum

incolumem & pacificum in patriam suam esse asportãdum. Ta- 31
men munera tunc ad fratrem mittere cœpit, opemq; & auxiliũ
ab eodem Domino implorare, dicens: Erue me de manu fratris
mei Esau, quia valde eum timeo. Accedens autem ad fratrem
suum quodam inaudito seruitutis genere vsus est, septies coram
eo se prosternens, existimans illum hac profunda summissione
fore placandum: timebat namq; vir sanctus, ne forsan suis deme
ritis diuina promissio sibi facta impediretur. Quare ergo nos
continuo non contremiscimus, siquidem toties Dominum of-
fendimus? Quare omnem diligentiam ad eum mitigandũ nõ
adhibemus? Non solum Patriarcha Iacob munera secum vo-
luit asportare, vt sic frater eius, cùm ad ipsum perueniret, placa-
retur, sed ea ante se ferri iussit, vt cùm frater Esau accederet, iam
placatus inueniretur. Quare ergò tu ò peccator munera, quæ 32
Domino offerre debes, vsq; ad mortis horam differs? Præmit-
te, præmitte veram pœnitentiam, ieiunia, eleemosynas, atq; alia
bona opera, vt cùm ad eum perueneris ipsius iram sedatam re-
perias.

Concludit igitur Dominus iterum dicens. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Non ex folijs, videlicet, ex verbis: & ideò adiecit.
Cant. 5. *Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine intrabit in Regnum cælo-
rum, sed qui facit voluntatem patris mei.* Iccirco sponsa in Canticis
non ad colligenda virentia folia, sed ad edendos fructus pomo-
rum sponsum inuitat dicens: Descendat dilectus meus in hortũ
suum, & comedat fructus pomorum suorum. Multi sunt, qui
quotidie decipiuntur, & negligentes atq; ignaui fiunt: nam licet
eis prædicemus, vt in ieiunijs atq; orationibus se exerceant, di- 33
uinaq; sacramenta frequenter sumant, & alia sacra exercitia ac-
cipiant, ipsi tamen dicunt: Ego non ecclesiasticus aut religiosus
sum, nec huiusmodi operibus aliqua obligatione astringor, mea
enim status conditio talem perfectionem minime postulat. Hi
forsan tanto auxilio egent, vt latrones, adulteri, & homicidæ
non sint, quanto alij, vt omnia, quæ possidẽt, propter Deũ pau
peribus erogent. Non enim mihi videtur opus minoris poten
tiæ à malis eum prohiberi, qui in medio eorum immersus vitã
degit, quam efficere, vt ille, qui expeditus est à negotijs sæcula-
ribus & ab occasionibus, quæ ad peccandum mouere solent, se
1. Corin. 15. motus ingentia bona operetur. Quo circa merito Diuus Pau-

lus

34 lus omnes cohortatur dicens: Itaq; chariſsimi eſtote ſtabiles & immobiles in omni opere Domini. Sicut enim citharœdus, vt optimam faciat melodiam omnes lyræ chordas nulla excepta pulſat: ſic Chriſtianus omnes virtutes debet amplecti, ſe ipſum in charitate, miſericordia, caſtitate, patientia, atq; alijs exercẽs, & hoc modo ſuauiſsimum concentum diuinis auribus efficiet. Fœlix ille, qui cum ſancto Dauid vere dixerit: Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt. Ideſt, quamuis tot tantaſque diuitias ac potentiam habeam, ea omnia inania & caduca eſſe reputo, hæreditas mea & theſaurus meus in obſeruantia tuorum mandatorum collocatus eſt, Quia exultatio cordis mei ſunt. In hoc lætitia cordis mei conſiſtit. Qui vere filij Dei ſunt, licet aliquando à dæmo
35 ne decipiantur, & ab eo ducantur, tamen clamore Domini creatoris ſui vocem ipſius dignoſcunt, & relictis ſceleribus ad eius obedientiam ſancte operando redeunt. Quam obrem dæmoni verba illa Prophetæ Ieremiæ applicari ſolent: Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias & non in iudicio, in dimidio die rum ſuorum relinquet eas. Perdix aliena oua furari dicitur, eaq; alis fouere, ac tandem pullos excludere, quibus magnopere indulget: at poſtquam illi vocem veræ matris, quæ illos genuit, audiunt, illam ſequuntur, & adulterinam matrem deceptam relinquunt: itaq; calor ille, quem illis miſera perdix impartiebatur, ſicuti naturalis non erat, ad illos detinendos minime ſufficiens fuit. Sic dæmon licet vanitatibus ac delicijs mundi quam plurimos ex filijs Dei fallat & ſeducat, ipſi tamen, vbi primũ
36 vocem & inſpirationem ſui veri parentis audiunt, nefarium dæmonem omittunt & ſe vera pœnitentia ad Dei obſequium atq; obedientiam recipiunt, & ſic ditati gratia cõ ſequuntur gloriam, ad quam nos perducat

Ieſus Mariæ filius.

Amen.

Simile. *Pſal. 118.* *Ierem. 17.* *Simile.*

DOMINICA VIII.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA.

Homo quidã erat diues, qui habebat villicum. Lucæ. 16



4. Reg. 22. Eferunt sacræ literæ quod cũ Rex Iosias decimum octauũ annum ageret, initio Regni sui sacerdos Helchias legis librum inuenit, qui propter temporũ præteritorum iniurias & calamitates iacebat neglectus inter alia vtensilia templi: in quo & magnificentissima Dei promissa legis cultoribus, proposita & horrenda supplicia improbis constituta cõtinebantur. Hũc ergo librũ sacerdos Regi legendũ misit. Cũ ergò ad eum locũ ventũ esset, quo inaudita pœnarũ atrocitas improbitati & perfidiæ à Deo proponebatur, quæ tyrannidẽ, famem, gladiũ, obsidionẽ, pestem, esum carniũ filiorũ, cæteraſq; clades cõplectebatur, tanto terrore atque metu pij Regis animus cõsternatus est, vt vestimenta sciderit, & Oldã Prophetem, quæ eo tempore Hierosolymis erat super ea re consuluerit, & omnia publica peccata è Regno suo funditus eliminauerit. Hũc timorẽ, hunc affectũ, hanc religionem & admirationem lethalis peccati grauitas perspecta in eius animo peperit. O vtinam nos hodie fratres tanta dicendi facultate peccati malitiam vobis ante oculos poneremus: & diuini iudicij seueritatem ita verbis amplificare possemus, vt idẽ terror, idemq; animus, idẽ peccati odiũ, eademq; religio mentibus vestris superno Dei beneficio instillaretur. Celebris est enim sentẽtia Dui Hierony. nihil esse fœlicius Christiano, cui Regnũ cœlorũ proponitur, nihil autẽ infœlicius illo, q de vita quotidie periclitatur. Vnde merito Ieremias ait: Quis nõ timebit te, ò Rex gentiũ? Et B. Petrus: In timore incolatus vestri tẽpore cõuersamini. Hæc, quę supra retulim⁹, occasione huius parabolę dixim⁹, quã summ⁹ prædicator & magister mũdi Iesus Chrs in sacra hodieni Euãgelij lectione proposuit: qua ipse timore arctissimę rati-

Ierem. 10.

1. Petr. 1.

nis

4 nis quæ in ſuo diuino iudicio reddenda eſt, homines mouere co
natus eſt, vt pij ſint, ſuamq; viuendi rationem ita inſtituant, vt
mortis tempore in æterna domicilia recipiantur. Beatus Euan-
geliſta Lucas inquit, quod cum Dominus hanc parabolam pro
ponebat, phariſæi, qui erant auari, eum audiebant. Vbi diui-
nus Magiſter euangelicos concionatores docuit, vt doctrinam
ſecundum neceſsitatem audientium prædicarent: coram auaris
de liberalitate, pietate, & miſericordia: apud carnales de caſtita
te, ac pudicitia &c. Auaritia in omnibus reprehenſione digna
eſt, quantũ autem ſit malum patet ex eo quod Chriſtus Redẽ-
ptor noſter apud. D. Matthæum teſtatur, ſcilicet: Facilius eſt, *Matth. 19.*
camelum per foramen acus tranſire, quam diuitẽ intrare in reg-
num cœlorum: quod quidem non de luxurioſis, nec voracibus,
5 aut pigris, vel ambitioſis affirmauit. Atq; ita videmus leges hu
manas pœna mortis luxurioſos, epulones, iracundos: aut ſuper-
bos non punire, latrones verò maxime. Cuius rei inter alias cau
ſa eſt, quod auaritia horũ incurabile vitiũ eſſe reputatur, quod
quidem hominem inquietum reddit, efficitq; vt ipſe auarus ſit
tanquam argentum viuum, quod ſemper ebullit & ſcaturit, cu-
ius natura eſt, vt omnia ſuper eo enatent dempto auro. Nam ſi *Simile.*
in vas plenum argento viuo aliquid infundas, licet graue ſit, vi-
delicet, ferrum aut plumbum in illo natat, aurum verò penetrat
ipſum argentum viuum & vſque ad profundum eius deſcendit.
Ita cor auari inquietum, nihil ingreditur nec veritas nec pietas
aut charitas, aurum duntaxat ipſum penetrat, & ad profundum
eius deſcendit, atq; ibi placidum domicilium inuenit. Hoc eſt,
6 auarus ad nullam virtutem animum applicat: omnes in illo na-
tant & fluctuant, omne deniq; ſtudium ſuum in auro ac lucro
collocat, & hæc efficiunt, vt ipſe ebulliat, & inquietus ſit, atque
vnam ſolummodo otij & tranquillitatis horam non habeat, fa-
ctus miſer ſuarum diuitiarum ſeruus, nec illis vti ſciens. Idcirco *Eccle. 11.*
in Eccleſiaſtico dicitur: Eſt qui locupletatur parce agendo, &
hæc eſt pars mercedis illius in eo quod dicit: Inueni requiem mi
hi, & nunc manducabo de bonis meis ſolus, & neſcit, quod tem
pus prætereat & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs &
moriatur. Hic oſtẽdit Spiritus ſanctus, qualiter cupidus gaudiũ
voluptatem, atq; otium ſuum procraſtinat, illudq; in vlterius
differt dicens: Volo ad ſenectutis tempus lucrum facere & dies

fieri

fieri, nunc quæcunq; licet minima res mihi sufficit. Nescit infœ 7
lix vtilitatem educere ex ijs quæ acquirit existimans se in poste
rum illis esse fruiturum, & hac pessima cogitatione à morte arri
pitur, atq; ita illis rebus, quas lucratus est, minime fruitur. Qua
Eccle. 14. propter merito vlteriùs dicitur: Viro cupido & tenaci ad quid
aurum? Qui aceruat ex animo suo iniuste, alijs congregat, & in
bonis illius alius luxuriabitur. Iure optimo ait: Ad quid aurũ,
quoniam harum rerum perfectio in ipsarum vsu est, & illæ, qui
bus non vtimur, sunt tanquam si non essent: sic diuitiæ, quibus
non fruitur dives, sunt tanquam si non essent. Vatablus in præ-
sentiarum sic legit: Viro sordido non sunt ornamento diuitiæ:
idest, immerito eas possidet, siquidem in eo minime elucent.
Lũcæ. 14. Quanuis autem auaritia in omnibus reprehensibilis sit, multo
magis in ecclesiasticis. Ait enim summa veritas: Nisi quis renũ 8
ciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipu-
Luc. 9. lus. Et apud eundem Euangelistam Dominus præceperat di-
scipulis suis, nè duas tunicas haberent. Vbi aperte omne su-
perfluum prohibuit. Id enim, quod necessarium est ad vitam
B. Hiero. ad peragendam vna tunica vocatur, vt. B. Hieronymus ad Hel-
Heluidiam. uidiam scribens testatur: quod clarius apparet ex eo, quia ip-
se Dominus duas tunicas habuit. Ex hoc infertur, quam per
niciosa res sit auaritia & tenacitas, maxime in eis, qui se di-
Simile. scipulos huius diuini magistri iactant. Solent in ecclesijs esse
quædam gazophylatia tali artificio fabricata, vt omnem pe-
cuniam, quæ in ipsa mittitur & includitur, facillime recipiant, at inde depromi ne obolus quidem potest. Sic quam
plurimi Ecclesiastici ad accipienda beneficia & officia para- 9
tissimi sunt, promptaque voluntates suas habent, & licet
quam multa in eos conferantur, ipsi tamen nunquam satia-
ri possunt. Si autem ab eis aliquid auferri vel accipi conten-
dimus, hoc difficillimum est: cùm ipsi pauperibus bona
Vrban. V. sua debeant distribuere, sicut Vrbanus quintus summus pon
tifex testatur dicens: Ipsæ res fidelium, quæ Domino offe-
runtur, non debent in alijs vsibus quam ecclesiasticis & Chri-
stianorum fratrum vel indigentium conuerti: quia vota sunt
fidelium, & pretia peccatorum ac patrimonia pauperum.
Quanquam vero imperatoris Constantini voluntas & inten-
tio fuerit sanctissima, & opus optimum quando ministris sacro-

sanctæ

10 sanctæ Ecclesiæ redditus impartitus est, hoc tamen multis perditionis causa extitit. Atq; ita Nicolaus Liranus citans Henricum de Gandauo inquit: temporibus, quibus Constantinus ministros ecclesiæ his redditibus affecit, in aere auditam fuisse hãc vocem, scilicet, Hodie cecidit venenum in Ecclesiam Dei. *Liran. 1. p. sup. Deuter. cap. 32. Henric. in quodlibeto.*

Cùm igitur Dominus hanc parabolam pharisæis, qui erant illo tempore religiosi, quoniam auaritiæ dediti erant, proposuerit, licet omnes oporteat ab illa commodum elicere, multò magis religiosis & ecclesiasticis hoc conducit: quæ sic incipit: *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum*. Hic homo Christus Dominus est, qui non hominis solũ sed etiam Dei filius est, & paternæ hæreditatis atq; gloriæ hæres. Qui licet in arctissima paupertate in hoc mundo vitam egerit, natus in stabulo, nudus-
11 que affixus patibulo, & alieno conditus tumulo fuerit, quatenus tamen Dei filius est, vniuersorum est hæres atq; Dominus. *Rom. 10.* De quo D. Paulus sic ait: Diues in omnes, qui inuocant illum. In mundo nullus tam dives est, qui erga omnes abundet. Nam si maior princeps totius orbis terrarum cuilibet homini vnũ dũ taxat dipondium elargiretur, certe nihil ei remaneret, & pauperrimus omnium esset. At filius Dei, licet omnibus multa impartiatur, tã dives remanet, sicut antea. In quantũ etiam homo est, meritis ditissimus est, quoniam ratione personæ diuinæ, merita eius infinita fuerũt. Atq; ita in omnibus alijs sanctis, quãuis multũ meruerint, semper præmia, quibus à Deo afficiuntur, sunt maiora quã merita ipsorum. Si in cœlum ascenderes, & ibi gloriã, qua B. Petrus vel B. Paulus fruitur, videres, profecto diceres nihil esse quidquid fecerunt aut passi sunt, si cum gloria, quam
12 habent, comparetur. Meritis autem Christi Redẽptoris nostri nullũ æquale præmiũ tribuitur, semperq; præmiũ minus est, quã merita ipsius fuerũt: nõ enim habet hic cœlestis Reparator in quo tot merita præmiẽtur. Nã licet alij mille mũdi essent, nõ sufficerẽt ad omnia illius merita exhauriẽda. Quis ergo vestrũ, fratres, est q̃ ingẽti lętitia nõ perfruat, sciẽs tot esse sui fidelissimi amici Iesu Christi diuitias, & q̃ si quilibet hominũ tot peccata haberet, quot oẽs mũdi homines simul cõmiserũt, venia ipsorũ omniũ ab æterno Patre filio suo Iesu Christo debetur, si homines ex parte sua se ad illã recipiendã volũt disponere. Si autẽ dicitis: Nũquid Chr̃s filius Dei vnũ tantũ villicũ habet ad hoc re-

spon

spõdeo, omnes homines esse illius villicos. Dicitur vero vnicũ habere, quoniam à quolibet nostrũ adeò arctam & peculiarem rationem exiget, ac si in mũdo vnus dũtaxat esset villicus. Gloriæ etiam retributio apud sacram scripturam in particulari ponitur. Et ideò sanctus Dauid ait: Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini. Quasi diceret: Tempore necessitatis veri amici cognoscuntur, & siquidem tot sunt modo, qui Deũ offendũt, nũc etiam tempus est, quo amici eius se fideles exhibeant illũ benedicentes & glorificantes. Hoc etiam sanctus Mathathias allegabat dicens. Nũc confortata est superbia, nũc ergo ò filij, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrũ vestrorũ, & mementote operũ patrũ, quæ fecerũt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. Nunc, ait, quando tot dissolutiones fiunt, tot peccata committuntur, ac tam pauca virtus exercetur: nunc, quando tot mali & tam pauci boni existũt: nunc ergo vires sumite, & ad virtutem bonitatemq; animũ concipite. Hoc idem ego fratres charissimi, nomine Dei vobis dico: Nunc memẽtote operũ patrũ, quæ fecerunt in generationibus suis. O singularia verba: vtinam ea adimpleamus. Si autem dicitis, vos non posse illos sacros Apostolos, illos fortissimos martyres, & illos primos patres, qui Ecclesiam sanguine suo fundauerũt, imitari, si ad illos æmulandũ ignaui & animo pusillo estis, mementote illorũ, qui in generationibus suis ab hinc centũ annis transierunt, aut eorũ qui post quinquaginta, aut deniq; illorũ qui post decem annos mortui sunt, quos tam iustos ac Dominũ timentes cognouistis, & rubore confundimini eo quod nunc illis similes nõ estis. Quo circa filij æmulatores estote legis. Et hoc significant illa verba: Ecce nunc benedicite Dominũ omnes serui Domini. Sed quæro, ò Rex sancte, quare statim inferiùs dicis: Benedicat tibi Dominus ex Sion? Siquidem inuitas omnes ad Dominum laudandũ eiq; seruiendũ, cur non ais: Benedicat vos Dominus? Aduertite, quando aliquis pater multas diuitias habet, easque quã plurimis filijs impartitur, cuilibet illorum parum remanet: at si vnũ duntaxat filiũ habet, ditissimus post obitũ parentis manet. Sic ne tu cogites, fore vt tibi minima præmij pars cõtingat propter multitudinem seruorũ Dei, ideò inquit: Benedicat tibi Dominus ex Sion, significans in hoc præmiũ & benedictionẽ Dei

Psal. 143.

1. Mach. 2.

Simile.

à quo

16 à quolibet ita esse obtinendam, ac si ipse solus hæres esset, & qui solus illam meruit. Et addidit: Qui fecit cœlum & terram. Voluit Spiritus sanctus in benedictione insti de cœlo ac de terra mentionē fieri, vt intelligeremus, Deum suos non tantum in cœlo ditare, sed etiam in terris ipsis fauere. Atq; ita apud S. Matthæum ipse Dominus ait: Quærite primum Regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Itaq; villicus hic quilibet hominum est, & ita D. Paulus cum singulis hominibus loquens ait: Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? A Domino accepisti Corpus cum omnibus suis membris ac sensibus: ab ipso animā cum potentijs: ab ipso tempus, quod huc vsq; vixisti, cum horis & momentis: ab ipso salutem & vires, cœlū ac terram, quæ
17 te sustinent: ab ipso deniq; solem, lunam, stellas, campos, aues, pisces, atq; animalia, quæ iussu eius tibi inseruiunt. Vis videre quanta sint hæc omnia? Profecto si quodlibet horum beneficiorum per se consideras, hoc facile intelliges. Dic mihi obsecro, si aerem, quo respiras ac viuis, empturus esses, quanti illum quo tidie emeres? Et si pedes aut manus non haberes, quāti illas emeres ab eo, qui illas tibi voluisset vendere? Et si cæcus esses, quanti oculos emeres? comparatione quorum licet quam plurimas opes ac facultates possideres, ea omnia pro nihilo penderes, ac cum sancto Tobia' diceres: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Deniq; quot terras peragrares, si scires esse aliquem artificem, qui tibi lumina ad videndum præstare posset? Benedic ergo frater Dominum Deū, qui tibi rem tam pretiosam absq; aliquo pretio donauit, & qui alijs
18 in lucem prodeuntibus oculorum lumine priuatis te tam pulchris ac lucidis oculis ornare dignatus est. Tandem perpende & animo euolue toties illos tibi denuo tribuere, quoties mereris illis priuari, ac toties mereris vt tibi eruantur, quoties illis abuteris in eius, qui illos tibi dedit, offensionē. Quod si ex corporeis oculis, quibus alijs animantibus similis es, ita ad Dominum laudandum, ac te ei gratum ostendendum obligari colligis, quid erit, si mentis oculos & fidei lucem, qua te affecit, alios quā plurimos in infidelitate sua relinquendo consideras? At vero quid erit si dona & gratias, quibus animam tuam in sacro baptismate ornauit, alioq; fauores spirituales animaduertis, quibus & te

Matthæ. 6.

1. Corin. 4.

Tobiæ. 5.

alit, & tu ipse mentē tuam poteris meritis ditare. Apud S. Oseā 19
Osea. 14. vbi nos legimus: Ero quasi ros Israel germinabit sicut liliū, para
phrasis Chaldaica habet: Ero quasi ros Israeli, germinabit sicut
lilium, idest, omnia prospera succedent ei talibus fauoribus. O
Christe ros cœlestis quanto maiori iure ac ratione Christiani
vberiores bonorū operum fructus, quam Hebræi facere debe-
remus, siquidē nos multò potioribus beneficijs quā illos aspersisti, atq; ditasti. Sed væ, væ, & millies væ, quoniam cùm pijssimus Iesus erga nos sit ros abundantissimus, nos ipsi nimis aridi & infructiferi sumus. Qua propter egregie D. Paulus nos admo
Hebr. 13. net dicens: Beneficentiæ eius nolite obliuisci: atq; ita huic sum
mo benefactori non ingrati sed fideles villici eritis. In eo loco,
vbi D. Paulus dixerat: Quid habes, quod non accepisti? adie- 20
cit etiā hæc verba: Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fide
lis quis inueniatur. Hæc autem fidelitas duabus maxime rebus
nititur, altera incongregandis diuitijs, altera verò in ipsis distri-
buendis iuxta Domini voluntatem. O mundi diuites, si iterum
atq; iterùm vobiscū cogitaretis vos immensi ac seueri Dei vil-
licos esse, non acquireretis, & augeretis eo modo diuitias ve-
Iob. 27. stras, quo ille, de quo S. Iob ait: AEdificauit sicut tinea domū
suam. Sed quomodo tinea domum ædificat? Certe se ipsam pin
guc faciens & ligna, in quibus habitat, destruens: ipsa enim mate
Simile. riem, quæ domus eius est, corrodit, & sese ex ea sustentat & pin
guem facit. Sic multi ex vobis agunt, qui, vt pinguescatis & di-
uites efficiamini, proximos vestros destruitis ac perditis. Si etiā
animo vestro euolueretis, vos esse villicos, & arctissimam bono 25
rum, quæ possidetis, rationem esse reddituros, illa in scelcribus
Ezech. 5. non consumeretis. Sancto Prophetæ Ezechieli Dominus sic iu
sit: Sume gladium acutum, & capillos tibi rade, & assumes state-
ram ponderis, & diuides eos. Tertiā partem igne cōbures in me
dio ciuitatis, tertiam gladio concides, tertiam verò aliā disper-
ges in ventum. In hoc Dominus voluit ad literam vltionē Heb-
ræorum innuere, qui in tres partes diuidendi erant. Quorum
alteri à Chaldæis comburendi erant, alteri gladio occidendi, ter
tij deniq; in seruitutē & captiuitatem adducendi. At vero my-
stice in hoc significatum est, quā profane plurimi diuitias, quas
Dominus eis largitus est, dispendunt. Nam per capillos (qui, si
nimis crescunt & augentur, oculorum aciem impediunt) bona

tempo-

22 temporalia intelligi possunt, quæ, si plurima sunt, incautos atq; imprudētes obcæcare solent. Partem horum capillorum in ignem aliqui mittere consueuerunt, & ita eos consumunt. Hi sunt, qui diuitias & facultates suas in carnis illecebris ac voluptatibus effundunt. Quare, ò peccator, debitum familis tuis non soluis? Quare filijs tuis non adhibes remedium? Quare eleemosynas pauperibus non erogas? Profecto quia carnalis es, & partem tuarum facultatum in luxuriæ rogum proijcis. Altera vero pars horum capillorum gladio scinditur, & sic consumitur. Hoc autem est id, quod in rixis, iurgijs, & litibus dispenditur. Porrò tertia pars, dum in aerem proijcitur, consumitur. Vis tot canes venaticos, tot equos, tot famulos habere, tantaq; pompa incedere, vt aeriste omnes opes tuas ac diuitias disperdat. Ecce igitur tō-
23 sus Ezechiel, quoniam capillos suos in ignem iniecit, & per aerem dispersit, ac gladio procidit. O infælix peccator atq; infidelis, siquidem diuitias, quas Dominus tibi donauit, vt cum illis ei inseruires, in offensionibus eius sparsisti. Quid igitur de naturæ bonis dicam? Salutem, pulchritudinem, ingeniū, atque omnes vitæ annos in Sathanæ seruitute maxima cum iniuria creatoris tui dispendisti. Quo circa meritò existimare poteris te esse villicum, de quo in hac sacra Euangelij lectione dicitur: *Hic diffamatus est apud illum, quasi dissipaßet bona illius.* Hoc aduerbiū, Quasi, non denotat diminutionem, sed veritatis, vt ita dicam, realitatem, sicut cum D. Paulus de præpositis loquens ait: Ipsi enim peruigilant, quasi rationē pro animabus vestris reddituri: ideſt qui vere de illis rationem reddituri sunt. Et sicut apud diuū
24 Ioannem dicitur: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, ideſt, gloriam tanquam veri filij Patris æterni: ita hic dicitur: Quasi dissipasset bona illius, ideſt, vere & realiter dissipauerat. *Hebr. 13.* *Ioan. 1.*

Res plane digna ponderatione est, quam hic Dominus ait, scilicet, *Hic diffamatus est apud illum.* Veritas infallibilis est illud D. Pauli, Quod omnia nuda & aperta sunt oculis Dei, & ipse nouit abscōdita cordis nostri. Et hoc audaciam nostrā, atq; impudentiā maxime aggrauat & amplificat: videlicet, q̄ cū ipse Deus omnia contēpletur, nos coram diuinis ipsius oculis peccare ausi sumus, de quo per Esaiā prophetā magnopere cōqueritur dicēs: Et faciebatis malum in oculis meis. Et apud S. Ieremiam: *Hebræ. 4.* *Esai. 65.* *Iere. 7.*

Ego vidi, dicit Dominus. Quod q; peius est, esse aliquos, qui sine 25
aliquo timore vel conscientiæ angore ita delinquunt & pec-
cant, ac si Dominus eos non videret: quod perinde est, ac
si dicerent, non verbis quidem, sed operibus Deum esse la
Psal. 52. pidem aut truncum. Hoc significauit S. Dauid, cum inquit: Di-
xit insipiens in corde suo, Nō est Deus. Quomodo autem hoc
dixerit exposuit protinus, cum subdit: Corrupti sunt & abomi
nabiles facti sunt in studijs suis. Hac ratione improbi dicunt, nō
esse Deum, quādo quidem nihil minus peccant, Deum esse cre
dentes, quam si omnino non crederent: quod genus peccandi
grauissimum est, quia maximum Dei contemptum præsefert.
Iob. 21. Tales erāt illi, quos S. Iob sic dixisse refert: Quis est omnipotēs
vt seruiamus ei? Et in contextu Græco & in paraphrasi Chaldai
ca habetur. Quid est omnipotens, vt seruiamus ei? Cùm dicūt, 26
Quid, apertius eorum contemptus ostenditur, cùm verò, Om-
nipotens, ipsorum insania & cæcitas apparet, siquidem Deum
omnipotentem vocant, & dicunt, Quid est? Si est omnipotens,
quid amplius vultis? Ergo siquidem omnipotens est, qualiter ab
eius potentissimis manibus absq; vltione euadetis? Cùm igitur
sit catholica veritas Deum omnia intueri, quid tibi vult, Hic dif
famatus est apud illū? Ad hoc respondeo ipsamet peccata de-
Gene. 4. latoris officium coram diuino conspectu gerere. Atq; ita idem
Dominus ad Cain dixit, Sanguis fratris tui Abel clamat ad me
de terra, id est, opus execrandum, quod temere patrasti, accusa-
Gene. 18. tor tuus est, & coram me clamat vltionem commeritam efflagi
tans. Et alibi: Clamor Sodomorū multiplicatus est, qui venit ad
me, quin etiam clamor oppressorum pauperū cœlos penetrat, 27
Exod 2. vt patet in eo quod dicitur: Ascendit clamor eorum, scilicet, fili-
orū Israel ad Deum. Quo circa peccatores attendite quid aga
tis quoniā scelera, quæ committitis, vos corā diuino iudice accu
sant, ac de vobis vltionē postulant. Atq; ita quilibet peccator
Iob. 16. potest dicere illud S. Iob: Rugæ meæ dixerunt testimoniū con
tra me. Rugæ, quæ animam fœdant, & debilem reddunt, sunt
ipsa peccata. Considerare etiam poteritis cœlū, terram, elemen
ta, & creaturas, quæ in eis sunt, & quæ vobis continuo seruiunt,
vt vos creatori vestro seruiatis, esse quasdam linguas, quæ ingra
titudinem vestram ostendunt, & propalant, vosq; accusant, &
dedecore coram diuina maiestate afficiunt.

Vt au-

28 Vt autem hoc melius intelligatur, sciendum est, Aristotelem sic dixisse: Omnis substantia viuens melior est non viuente. Ex quo apparet, formicam, muscam, & vermiculum, quæ vitam sensitiuam viuunt, habere altiorem & nobiliorem naturam, quã stellas, cœlos, atq; planetas. At cum hæ creaturæ viuentes tantæ sint nobilitatis & valoris, quam plurimæ ex illis vitam suam vt hominis vita conseruetur, amittunt. Quotidie nanq; videmus, pisces, aues, atq; alia animantia mori, vt ipsis mortuis vita hominis sustentetur. O vita humana, quam pretiosa es, siquidẽ ad tui conseruationẽ tot quotidie strages fiunt in vitis animantium. Merito ergò homo animaduertere debet, qualiter vitam degat, siquidem alijs creaturis, quæ nobiliores sunt cœlo & stellis, tanti stat. Igitur iure optimo omnes istæ creaturæ hominem 29 accusant, quando vitam suam seruitio Dei, vt obligatus est, nõ dicat. *Aristot. 17. de animali.*

Ait vlterius sacra nostri Euangelij lectio, *Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te?* Quanuis (vt diximus) scelera hominis omnia Deo manifesta sint, nihil tamen hoc in loco discernere voluit, nisi prius reum ipsum conueniret, & illius confessionem audiret. Sic in Genesi postquam dixit Dominus: Clamor Sodomorum multiplicatus est, &c. adiecit statim: Descendam & videbo, vtrũ clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint an non. In quo omnes iudices docuit, nè contra inauditam partẽ sententiam aliquando ferant. Valde vtiles ac necessarij sunt in Rebus publicis iudices: vt autẽ rectè munus suũ præstent, oportet quã plurimis virtutibus ipsos adornari. Iccirco sanctus Rex 30 Iosaphat regnum suum componere & reformare volens, atque ad hoc iudices creans eis dixit: Videte, quid facitis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominũ Deũ nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. Quasi diceret, Tales vos esse oportet. O diuina verba, digna profecto, quæ literis aureis in omnibus prætorijs, & multo magis in omnium iudicum cordibus scribantur. O Domini mei quam optimè in vestris actibus procedetis, si illa sæpenumerò memoria repetatis. Valerius Maximus insignis Tiberij Cæsaris & aliorum historiographus narrat, ipsum cum timeret non pos- *Gene. 18.* *2. Paral. 19* *Vale. Max.*

se iudices à cupiditate alienos inuenire, noluisse illos, quos vr- 31
bibus atq; alijs locis præfecerat, crebro permutare. Interrogatus autem, quare hoc ageret, vsus est appositissimo exemplo
Simile. hominis vulnerati muscis cooperti, cuius miseria cõmotus quidam alius eas ab illo misero abegit, de quo vulneratus conquestus est dicens: Quare has à me expulisti? hæ, enim quæ in me aderant, iam saturatæ erant, atq; ita non me adeò vexabant: venient nunc aliæ famelicę, & me multo plus oppriment. Sic post quam aliquis iudex vrbem aliquam deprædatus est, & ciues eius quodammodo euiscerauit, alius denuo in ipsam famelicus ingreditur, & prioris vestigia sequens idẽ faciet: ideo minus malum est, eum, qui iam plenus in vrbe erat, ibidem commorari.
Scipio etiam, cùm senatus duos consules in quandam prouinciã mittere voluisset, dixisse legitur: Neuter mihi placet, quia alter 32
nihil habet, alteri nihil sat est, existimans alterum illorum cupiditate commotum, alterum vero necessitate munus suũ, vt oportebat, non esse executuros. Inter has conditiones, quas iudices habere debent, est etiam valde necessaria hæc, quam supernus iudex in præsentiarum docet, scilicet, vt sint efficaces iustitiæ executores: penuria enim huius rei maxime Reipublicę nocet.
Ierem. 1. Prophetam Ieremiam Dominus sic interrogasse legitur: Quid tu vides Ieremia? Et ipse respondit: Virgam vigilantem ego video. Et paulò inferius iterùm eum interrogauit: Quid tu vides? ille vero responsum præbuit: Ollã succensam ego video. Prius itaq; virgam, & postea ollam succensam aspexit. In quo mystice significatum est, impium & sceleratum hominem esse veluti quandam feruentem ollam & quoddam domicilium malorum 33
esse deniq; domum, in qua improbi & nebulones se in ludis atque alijs flagitijs exercent. Dicitur etiã improbus esse olla succensa & feruens, in qua animę multorum coquuntur & condiũtur, vt eas Sathanas in stomacho, videlicet, in inferno deuoret & absorbeat: & prope has ollas debet esse iustitiæ virga, quæ illos pro ratione delictorum puniat, ne penitus Rempublicam euertant & labefactent. Maxime autem conducit, vt ante executionem huius iustitiæ sufficientissima examinatio præcedat, quoniam præcipitatio, iudicij nouerca esse dicitur. Antequam Do
Gene. 6. minus Patriarchæ Noe sententiã illam proferret, scilicet: Finis vniuersæ carnis venit coram me, ait sacer Textus, Dominum

apud

34 apud se dixisse: Nō permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Et iterū: De lebo hominē, quē creaui, à facie terræ. Vbi omnes iudices docuit, mature & paulatim ante prolationē sententiæ esse processuros. Sic Dominus dicēs: *Quid hoc audio de te?* Non solū iudices, sed etiam alios admonet, nè facile assensum detrahentibus præbeāt, cùm non raro ex malitia magis quam ex vero aliorum errata commemorent: qui eo ipso quod detrahūt, se ipsos prodūt, & maledicos re ipsa esse confitentur, atque ita se ipsos fide indignos faciunt. Quod si de alijs male iudicare, nō decet, licet de illis detrahere audiamus, quanto minus de proximis nostris iudicare debemus propter nostrum duntaxat beneplacitum? O diabolicam peruersitatem, & euidens signū cordis corrupti ac malitia deprauati. Nabal (inquit sacra pagina)
35 erat pessimus & malitiosus. Sic hodie quam plurimi extant, qui, cum malitiosi & pessimi sint, existimant, sub vnoquoque lapide esse quendam scorpionem, de omnibus male suspicantur, quia per se ipsos alios iudicant. Atque ita dicitur in Ecclesiastico: In via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Impijssimus Nero dixisse fertur, omnes homines illa, quæ ego committo, scelera perpetrarent, si quam ego potestatem habeo, haberent, quoniam eis voluntas minimè deest. Isti tales eos, qui benè operantur, hypocritas reputāt, existimant enim, neminem esse virtutibus & earum exercitijs deditū: è contra vero virtutis studiosi de nullo male iudicāt, sed de omnibus bene cogitant. Cum Dñs populo iussisset Hebræorum, ne in montem Sinai ascenderet, iterum ad Moysem dixit:
36 Descende & contestare populū, nè forte vellet transcendere terminos ad videndū. Respondit autem ei S. Moyses: Non poterit vulgus ascēdere in mōtē Sinai, tu enim testificatus es, & iussisti. Cui ait Dominus iterum: Vade, & descende. Existimabat vir sanctus, iam populū non posse ascendere, siquidem Dñs id prohibuerat, & sicut ille nimis obediēs erat, alios etiā futuros ita esse iudicabat. Hāc animi synceritatē ipse alibi demonstrauit. Nā cùm Pharao sæpenumero mentitus esset, & verbū, quod promiserat, fregisset, postquā dixit: Peccaui etiam nunc, orate Dominum, vt desinant tonitrua, & dimittam vos, respondit ille: Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, &c. vt scias, quia Domini

1. Reg. 25.

Eccle. 10.

Exod. 19.

Exod. 9.

est terra Perpēdite, obsecro, qualiter, licet multoties à Pharaō- 37
ne deceptus fuerat, tamen de eo bene iudicabat, quia (vt ait B.
1. Corin. 13. Paulus) Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, &
de nullo, quanuis improbus sit, desperat. Cùm vero ait: Extendā
palmas ad Dominū, efficaciā, qua pro tyranno ac pro eius po-
pulo oraturus erat, significauit. Quid hoc audio de te? Mira plane ho-
minis huius lenitas & patientia. Alius rerum suarum iactu
ra exacerbatus diceret: Prædo & bonorum meorū dissipator
cur bona mea dilapidasti? In crucem & in carcerem te agam do
nec nouissimū mihi quadrantem reddas. Nihil horum dicit,
sed blande leniterq; ait: *Quid hoc audio de te? Redde rationem villi*
cationis tuæ. Hac igitur diuitis hominis proposita mansuetudine
Dominus clementiæ ac lenitatis suæ magnitudinem voluit ostē
dere: Qua etiam erga grauissimos peccatores vtitur. In Apoca- 38
Apocal. 4. lypsi dicitur: Ecce sedes posita erat, & super sedem sedens, &
iris erat in circuitu sedis. Hic sedens Christus Dominus est: sed
dum seditiudicaturus, quo circundatus est? Obserua quid di-
cat: Et iris in circuitu sedis. Quid, iris, adūbrat nisi diuinam cle-
Gene. 9. mentiam? Sic enim scriptum est: Nequaquam vltra interficie-
tur omnis caro aqua diluuij: arcū meū ponam in nubibus cœ-
li, & erit signum inter me & inter terram. Circundabitur vero di
uinus iudex tempore iudicij ab arcu, qui signum misericordiæ
eius est, quoniam etiam ibi illa maxime vtetur. Vnde infertur,
quod ille, qui patiens & mansuetus minime est, iudex vel præ-
latus non debet esse. Quamuis sanctus Dauid vnctus erat Rex
Israel, nūquam tamen eū impius Saul recognouit, quousq; vi-
dit, eū partem chlamydis suæ scidisse, & cùm facile potuisset 39
interficere, nequaquam voluisse. Tūc dixit: Nunc scio, quia cer
1. Reg. 24. tissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua Regnum Israel.
Nam vir adeò mansuetus, & qui cum vindictam de inimico suo
potuisset sumere, id non fecit, dignus profectò Regno est atq;
imperio.

Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. O
verbum horribile cunctis humanis cordibus, licet dura & lapi-
dea sint. Si nunc quot quot estis in hoc templo vocem quandam
audiretis dicentem, Dei voluntatem esse, vt hic cum parentibus
& maioribus vestris maneretis, quid, obsecro, vobis esset faciendum?
Quam rationem redderetis? Quales vos Deus hac hora in-

ueni-

40 ueniret? O cæci, cæci, quare hæc profũde nõ animaduertitis: ſi quidẽ neſcitis, an Deus hodie aut cras vobis dicet: Redde rationẽ villicationis tuæ? Attẽdite, hunc villicũ non dixiſſe Dñs meus auferet à me villicationẽ, ſed aufert in præſenti & ita oportet vos animo euoluere, & quo maiores peccatores eſtis, eò plus hoc timere debetis. Nã ſcelerati in pœnã delictorũ ſuorũ digni ſunt, quibus Dominus vitam abbreuiet. Hoc D. Hieronymus teſtatur, Deum ante diluuium feciſſe, & ſic locum illũ Geneſis explicat: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt, eruntq; dies illius centum & viginti annorum. Ideſt, quia omnis caro, hoc eſt omnis homo corrupit viam ſuam, ideo omne genus hominum, & omnia quæ, in ſeruitutem ipſorum in terris fuerunt creata, euertere ac deſtruere volo. Eis tamen centum & viginti annorum ſpatium ad pœnitentiam agendam concedo: & hoc tempore iuſſit, arcam illam ingentis magnitudinis fieri, quæ veluti quædam admonitio & comminatio eſſet diuinæ vltionis in cũctos mortales. Et ob hãc cauſam D. Petrus Patriarcham Noe iuſtitiæ præconem nuncupauit: quoniam ipſius arcæ fabrica mundo de peccatis ſuis minabatur, videlicet, homines, niſi pœnitentiam egiſſent, aquarũ illuuione eſſe perituros. Quia verò ſe in meliorem frugem non receperunt, & has omnes minas contempſerunt, ex illa ſumma centum & viginti annorum Dominus abſtulit viginti, & vltionem (vt ait D. Hieronymus) centeſimo anno fecit. Quapropter ſiquidem vos ob ſcelera veſtra digni eſtis, à quibus Dominus ſtatim villicationem auferat, de morte nõ agatis tanquã de 42 re futura, ſed tanquam de re præſenti, ac vera pœnitentia vos ipſos præparate facientes de facultatibus veſtris amicos, Chriſti pauperes, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula gloriæ, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

B. Hieron. ſup. 6. capit. Gene.

41

2. Petri. 2.

In eadem Dominica octaua post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in aeterna tabernacula. Lucæ. 16.

INter præclara beneficia, quæ liberalissimus illerum omnium Dominus generi humano largi 2
tus est, principem locum obtinet, quod vnigenitum filium suum non modo in Redemptorē &
libertatis nostræ vindicem, sed etiam Doctorē
ac voluntatis tuæ interpretem nobis donauit. Quod beneficiū
Hebr. 1. non immerito Apostolus amplificat, cùm ab hac sententia epistolam ad Hebræos scriptam exorsus est dicens: Multifariā multifque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula. Huius autem
Ioel. 2. beneficij gratia exultare & gratias agere nobis Propheta Ioel iubet, cùm ait: Filij Sion exultate in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descēdere faciet super vos imbrem matutinum & serotinum, vt, videlicet, verbi diuini semen 3
ipsius opera in terra cordium vestrorum iactum, & cœlestis gratiæ imbribus irrigatum fructus germinet vitæ æternæ. Munus autem hoc Saluator noster cumulatissime præstitit, sicut ipse loquens cum æterno Patre in psalmo ait: Annuntiaui iustitiam
Psal. 39. tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti: quid enim aliud sacra euangelia, nisi iustitiam Dei annuntiant? Iustitiæ autem nomine virtutem omnem & sanctitatem Hebræo more significauit. Quia enim ad iustitiā præcipue pertinet, vnicuique reddere quod suum est, & virtus hoc ipsum cumulatissimè præstat, ideo non mirum, si iustitiæ nomine virtutem omnem complexus est. Inter documenta verò

vtilia

4 vtilia & fructuoſa, quæ hic cœleſtis magiſter nos docuit, vnũ eſt hodierni euangelij ſacra concluſio, quæ miſericordiæ & beneficentiæ officijs continetur, quæ facit, vt miſericordiam apud Dominum in iudicio inueniat ille, qui miſericordiæ officijs vſus eſt.

Vt autem virtutis huius fructum & ſalutarem vim commendaret, hanc nobis parabolam in euangelica lectione proponit, quæ ſic habet. *Homo quidã erat dives, qui habebat villicũ, & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona illius*: Et quæ ſequuntur vſq; in finem. Hunc villicum, Dominus noſter vult, vt in hoc imitemur, videlicet, ſcientes amicos in tempus neceſsitatis cõparare, & acquirere, ſiquidem omnes diuinæ maieſtatis villici ſumus. Non ſolum quilibet noſtrum bonis naturalibus & gratui

5 tis, quæ à diuina manu accepimus, bene vti debet, ſed (vt ait D. Thomas) vnuſquiſque obligatur ad exequendum officiũ, quod accepit. Sacerdos habet pro villicatione ipſum ſacerdotium, iudex iudicaturã, mercator mercaturã ſeu negotiationẽ, & ſic de alijs. Quẽlibet autem illud Prophetæ Habacuc dicere oportet, ſcilicet: Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradũ ſuper munitionem & contemplabor, vt videã quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Eſt enim in porta Chriſtus teſte Ezechiele dicente: Et funiculus lineus & calamus menſuræ in manu eius, videlicet, ad metiendũ hui⁹ ædificij lapides, qui ſunt fideles, & electi. Vnde locus ille Prophetæ ab Apoſtolo citatus in ea, quæ extat ad Romanos, epiſtola dicẽs: In omnẽ terram exiuit ſonus eorũ, poteſt verti ex Hebræo: In omnem terrã exi

6 uit norma, ſiue amuſsis, ſiue funiculus, & directorium eorũ. Quẽ locum D. Paulus de euãgelij prædicatione intelligit: in quo normæ, per quas quilibet Chriſtianus iuxta ſuam ſtatus conditionem duci & gubernari debet, perfectiſsime continentur. Hoc ſapientes viri intelligentes munera, & officia publica, atq; omnes dignitates renuere totis viribus contendebant: cùm autem illa per obedientiam compulſi acciperent, hoc maximo timore affecti faciebant. Quod ſatis apparuit in ſancto Ioſue: quẽ, cũ gubernationem populi Hebræorum ſubiuit, bis ſanctus Moyſes ſic allocutus eſt: Confortare & eſto robuſtus. Et ſtatim iterum ei dixit: Ecce præcipio tibi, confortare, eſto robuſtus: noli metuere, & noli timere, quoniã tecum eſt Dominus Deus tuus.

D. Tho. 3. p. q. 67. ar. 8

Habac. 2.

Ezech. 40.

Rom. 10.

Ioſue. 1.

tuus. Ex quo apparet, virum sanctum timore perculsum ac per territum fuisse tanti muneris sibi commissi magnitudine: aliàs enim non fuisset necessarium, toties ipsum ad munus acceptandum cogere. Et est notandum summam consolationem ei fuisse cùm ipsi dicebatur: Quoniam tecum est Dominus Deus tuus. 7

Hoc præcipuū est, quod in omnibus curare debemus, quoniam omnes huius mundi res absq; Deo nihil sunt aut valent. Cùm S. Dauid in sacra scriptura à quodam laudaretur, sic laudans dixisse legitur: Vidi filium Isai scientem psallere, & fortissimū robore, & virum bellicosum & prudentem, & virū pulcherrimū & Dominus est cum eo. Hoc vltimū sigillū (vt aiunt) cūctis eius laudibus apposuit, quoniam omnes hominis excellentiæ absq; Deo magis nocēt quam prosunt. Insipientes vero, quoniam nō intelligunt sibi onus impositū, cùm munus aliquod aut dignitatem accipiunt, lætitia afficiuntur, cùm illis præficiūtur, molestia vero, cùm eisdem priuantur. Seneca insignis Philosophus in libro, quem de breuitate vitæ inscripsit, narrat, quod cum senatori cuidam Romano à Caio Cæsare facultas daretur, vt iam nonagesimum annum agēs otio vacaret, Reipublicæque negotia relinqueret, ipse vbi primum hoc intellexit, se mortuum esse reputauit: ac suis famulis iussit, vt in tumulo tanquam defunctus poneretur, siquidem officio publico priuabatur, sine quo nullo modo vitam se agere posse existimabat, adeò negotia ei suauia & iucunda videbantur. At postquam huius rei imperator certior factus est, ei præcepit, vt illa Reipublicę negotia vsque ad mortem exerceret. Nec hoc valde mirandum est in homine Ethnico, in maximam verò admirationem nos rapere debet, videre homines Christianos doctrinæ euāgelicæ lacte nutritos, qui in quiete ac tranquillitate viuere minime sciant, & negotijs implicari etiam in senectute magnopere delectētur. Quāuis autem omnes villici simus, de multis tamē illud Prophetæ Oseæ dici potest: Dñm dereliquerūt in nō custodiēdo, scilicet, idq̄ custodire debebāt: & ità derelinquūt, vt id publica infamia sua efficiāt. Quā obrē de illis etiā dici potest, q̄d vlterius idem Propheta testatur: Reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati sunt mēdaciū. Iniquitas & malitia peruersitatē & cōtumaciā significant: iniquitas enim ex verbo Hebraico idē est, quod peruersitas & deuiatio, malitia vero, q̄d Grēcū malithia

1. Reg. 16.

8

Seneca in li. de breuit. vitæ.

9

Osea. 4.

Osea. 7.

10 olithia est, quandam ægritudinem cordis, quæ foris exprimitur, significat. O vtinam ego tanto spiritus feruore pollerem, vt efficaciter dicerem, & multis lacrymis deplorarem exteriorē multorum Christianorum dissolutionem ac malum exemplū, quod quidem omne ex interiori suorum cordium strage oritur & procedit. Peccatum tantū malum est, vt non solum ipsum peccatorem illud committentem infamia afficiat, sed propter eundem peccatorem tota congregatio & etiam integra Respublica infamia notatur. Quando beata Magdalena super caput Domini vnguentum profudit, Iudas duntaxat impius indignatus est, & murmurauit: sacer verò textus inquit: Videntes discipuli indignati sunt. Omnem sacram illam congregationem infamia indignationis & murmurationis nefarij Iudæ infecit. Ideò infa-
11 mi peccatori illud Prophetæ Esaiæ dici potest: Tu populū tuū occidisti: quod dictum sanctus Propheta in Regem Nabucho donosor coniecit. Qua propter de quolibet peccatorum dici potest: Et hic diffamatus est apud illum. O quam denigrata est fama cuiusuis peccatoris, & quam pessimus odor ab illo dimanat. Vtinam mens improba putredinem suam odoraret: fugeret, ni fallor, à se ipsa, & ad Christi Iesu brachia conuolaret. Putruerūt & corruptę sunt cicatrices meę à facie insipientiæ meæ, inquit sanctus Dauid, quoniam pessimum odorem peccatorum suorū sentire cæpit. O miser peccator, quare non cōfunderis, animaduertens eam, cuius in Republica tuo deprauato exemplo causa es, corruptionem? Multas maledictiones Dominus in mulierē coniecit, quoniam hominem ad peccandum prouocauit. Quid
12 igitur expectas in te venturum, si non solum vnum, sed plurimos ac totam Rempublicā tuis manifestis dissolutionibus peruertis? B. Ambrosius inquit, Euam, cùm peccauit, timuisse, ipsam solam e paradiso à Domino proijciendam fore, & vt Adamus etiam simul cum ea ejiceretur, ipsum ad peccandum commouisse & solicitasse, eò quòd si quidem illa à paradiso expelleda erat, non sola sed charissimi sui coniugis protectione comitata abiret: atq; ita ad prouocandum virum suum Adam, vt peccaret, aliquam occasionē habuisse videtur. Sed te, ò infœlix peccator, quid commouere potest, vt alios tuo malo exēplo peruertas? In Exodo Dominus iubebat, vt si quis proximum percuteret, opera quæ sanus facturus erat & impensas in medicos restituceret.

Ioan. 12.

Isai. 14.

Psal. 37.

B. Ambr. li. de paradi. ca pit. 6.

Exod. 21.

tueret. Non solũ supernus Dominus volebat, vt solueretur ægro 13
to omnes expensæ factæ in ægritudine, & curatione ipsius, sed
etiam, vt persolueretur ei quidquid lucraturus erat. Vbi insinua
uit Dominus, quod si sceleratus homo aliquem in aliquam ægri
tudinem spiritualem incidere fecerit, & aliqua culpa percussi-
rit, persoluet non solum illa scelera, quæ alius commisit, malo
exemplo commotus, sed etiam omnia, quæ ipse lucraturus erat
1. Reg. 2. si in peccato non esset. De filijs Heli in sacra Regum historia sic
legitur: Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Do
mino, quia detrahebant homines à sacrificio Domini. Notate
obsecro fratres mei, Qualiter sacra scriptura illorum deprauato
rum hominum malum exemplum ponderat, si quidem ait, Pec-
catum grande nimis. Erant enim occasio illis, à quibus vide-
bantur, vt Domino non inseruirent. Iccirco ille, qui alios scan- 14
dalizauit, ita in virtute proficiendo festinare debet, vt suo bono
exemplo damnum, quod fratribus suis intulit aliquo modo re-
sarciat. Dominus per prophetam Habacuc conqueritur di-
Habac. 2. cens: Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in
excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali, quia lapis
de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas ædificiorũ
est, respondebit. Ex quo apparet, peccata non solum peccato-
res coram Deo accusare & infamia afficere, sed etiam ædificia
ipsa, quæ sanguine pauperum ædificauerunt, & ornamenta sua-
rum personarum, atque omnia supellectilia eorum contra ip-
sos esse vociferatura.

Et vocauit illum. Multifariam Deus peccatores vocare solet, 15
vt mala ac scelera sua animaduertant, & ipsa, dum tempus ha-
bent, diligenter corrigant. Ex multis autem modis, quibus hoc
facere solet, vnus est conscientiæ commotio. In omnibus la-
boribus & iacturis, quæ sancto Iob euenerunt, semper vnus
remanebat, qui ei malum, quod euenerat, nuntiabat, atq; ita in
Iob. 1. primo sui libri capite dicitur. Nuntius venit ad Iob, qui diceret:
Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt
Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, &
euasi ego solus, vt nunciarem tibi. Idem contigit, quando
eius oues concrematæ fuerunt, & cameli ipsius rapti, ac deni-
que quando ventus irruit, & domum, in qua omnes filij eius
erant, præcipitauit, eosque percussit, semper vnus rema-

ne-

16 nebat, qui diceret: Et fugi ego ſolus vt nuntiarem tibi. Sic in detrimentis ſpiritualibus peccatoris euenire ſolet, nam quoties inſtigante Sathana peccatum committit, & dona Spiritus ſancti gratiam, charitatem, ac merita amittit, ſemper vermis conſcientiæ mordens & rationis ſyndereſis clamans, & annuntians id, quod per peccatum amittitur in eo remanet. Dominus etiam per concionatores peccatorem vocat, atque ita D. Paulus ait: Deo exhortante per nos obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Quo circa vnuſquiſque in ſermone, quem audit, animaduertat illud, quod ſibi magis conducit, & id vocatio eius eſt. Non attendatis fratres mei illud quod alios, ſed quod vos ipſos tangit. Animo concipite ſermonem, qui à concionatore declamatur, eſſe velut ditiſſi- *Simile.*
17 mam quandam variarum mercium officinam, in qua principes, nobiles, ignobiles, eccleſiaſtici, vxorati, domini, ac ſerui aptiſsimas ſibi mercimonias inueniunt. Nam, ſi nobilis in eā ingrediatur, videns ibi aptam ſuo corpori loricam, eā emere contendit: ſi farcinator, cernens ibi optimas acus, ipſas emere curat: ſi ingenua aliqua & curioſa fœmina, auratas ibi vittas, velamina, atque alia pretioſa mulierum ornamenta aſpiciens, ea emere ſtudet: denique vnuſquiſque quod ſibi conuenit, emere conatur,: neque eques ſeu nobilis acus emit, nec farcinator loricas. Ita cum ad ſermonem audiendum conuenitis, vos facere oportet, ſiquidem tanquā officina quædam ditiſsima multarum mercium eſt, vnuſquiſque ſuæ perſonæ atque ſtatus conditioni neceſſarium
18 accipere debet: ſed longe aliter hoc fieri ſolet. O miſeri filij Adæ quam inimici vobis ipſis eſtis, quandoquidem id quod vobis vtiliſsimum eſt, eligere minime vultis. Si nobiles reprehēdimus, artifices gaudent: ſi vero artifices carpimus, nobiles lętitia afficiūtur. Vnuſquiſq;, quod alijs & nō ſibi vtile eſt, animaduertit: atq; ita perpauci vocationi Dei reſpōdent. De hoc conquerebatur S. Ieremias dicēs. Miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas cōſurgens diluculo, mittenſq; & non audiſtis, nec inclinaſtis aures veſtras, vt audiretis, cū diceret: Reuertimini vnuſquiſq; à via ſua mala, & à veſtris cogitationibus peſſimis. O ineffabilē Dei bonitatē, qui tāta cura & ſolicitudine nobis remediū adhibere conat. Sicut illi, qpręniniacupiditate rerū *Ieremi. 25.* *Simile.*

acqui-

acquirendarum se à somno matutino, qui dulcior & suauior est 19
priuat, & maxima anxietate ad mittendos operarios in agrum
suum diluculo surgit: ita, ait sanctus Propheta Dominus ad mit
tendum suos ministros, qui nomine ipsius nos doceant, reprehẽ
dant, & arguant, antelucatur. Hoc inquit S. Propheta ad insinuã
dum desiderium, quo pater ille misericordiarum nobis fauendi
habet. Nos igitur diuinis eius vocationibus surdos minime esse
oportet. Inter ea autem, quæ prædicatores magnopere intendũt
hoc vnum est, scilicet vt omnes peccatores animo concipiant,
Deum cuilibet ipsorum continuo dicere, *Redde rationem villicationis tuæ: iam non poteris amplius villicari. O sancta Maria señora*: quã
excellẽtes effectus hoc fratres mei in cordib⁹ vestris operaretur
si profunde illud contemplaremini. Quis ad Dominum non cõ
uerteretur, si ante oculos suos proponeret, se iam coram seuero 20
supernii iudicis esse tribunali? In Exodo legitur, quòd cum Do-
Exod. 19. minus ad loquendum cũ sancto Moyse in monte Sinai descenderet, Ecce cœperunt audire tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat: & timuit populus, qui erat in castris. Quæ omnia ideò contingebant, quoniam Deus ad ferendam legem veniebat. Ergò, si cùm lex dabatur, tot tantæq; tẽpestates, ac tormenta extiterunt, & homines tãto terrore percussi fuerũt, quid erit, cùm ipse Dominus rationem obseruationis suæ sanctæ legis ab hominibus postulauerit? Quando expectabunt homines,
Prouer. 16. vt alterum ex duobus tam disparibus sibi dicatur, vel, venite benedicti patris mei, vel, ite maledicti in ignem æternum? In Proverbiorum libro sic legitur: Pondus & statera iudicia Dei sunt. 21
Simile. Solent numularij sæpenumero monetas aureas in statera appendere, quas, si pondere, quod habere debent, carere vident, nõ admittunt: si verò iust ũ pondus retinent, in thecis seu arcis eas obseruãt. Quid, obsecro, sentiet homo, cũ iustus iudex Iesus Christus cor eius in statera sui diuini iudicij appenderit ipso nescien
te, an in infernum perenniter arsurus detrudendus sit, an vero admittendus & in gloriæ eius thesauro collocandus? Qualiter
Thren. 1. pertimescet, ne sibi eueniat id, quod illi contigit, de quo sanctus Ieremias ait: Vigilauit iugum iniquitatum mearum, in manu eius conuolutæ sunt, & impositę collo meo, infirmata est virtus
Simile. mea. Quando ille, qui falsam monetam cusit, in carcerem coij-

citur,

22citur, & ſententia fertur, vt igni comburendus tradatur, congregatis omnibus, quas cuſsit, adulterinis monetis, & ad collũ eius appenſis in rogum ducitur præcone dicẽte: Hęc eſt iuſtitia, quę fieri iubetur, &c. Sic Dominus ſcelera peccatoris congregabit, & illa ad collum ipſius in maiorem eius confuſionem appẽdet, atq; ita in ardentiſsimas inferni flammas perpetuò cremandus mittetur. Eia peccator cæce, quid in corde tuo hęc audiens euoluis? Cogitas nè, quià Dominus nunc ſcelera tua diſsimulat ſem per ita futurum eſſe? Falleris profecto. Ab hoc errore te auertit D. Paulus dicens: Exiſtimas hoc, ò homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? Quaſi dicat, Non. Hoc B. Apoſtolus ſuo eleuatus intellectu locutus eſt conſiderans tremenda immenſi Dei iudicia. Sæpenumero occulto 23licet iuſto Dei iudicio cõtingere ſolet, quòd cum duo malefacto res idem crimen commiſerint, alter comprehenditur & punitur alter vero minime. Contra hos autem, qui in hac vita delinquũt, & in ea non puniũtur, loquitur D. Paulus eos admonens, ne ideò ab vltione Dei ſe liberos ac ſecuros eſſe exiſtiment, quia hic nõ puniuntur quin potius magnopere timere debent. Nam hoc magnum ſolet eſſe iræ Dei ſignum, ſicut S. Dauid aperte teſtatur dicens: Exacerbauit Dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret. Quid eſt, Non quæret, ait B. Auguſtinus? Ideſt, Non puniet in præſenti, quia multum iraſcitur, illud in futurum ſæculum ad puniendum maiori cum ſeueritate reſeruans. Si autem mihi dicitis: Pater, quod remedium adhibebimus, vt à tantis malis liberi eſſe poſsimus? Id quod cœleſtis 24Magiſter Ieſus Chriſtus in præſentiarum præbet videlicet, vt hunc villicum, quem vobis in ſacra hodierna lectione proponit non in iniquitate, ſed in prudentia, quam in comparandis amicis neceſsitatis tempore habuit, imitari contendatis, non inquã in infidelitate atq; iniquitate illum æmulari oportet: quoniam in ea omnis peccati machina fundatur. Cõmunis ſolet eſſe hominum cura, dare operam vt ſe à laboribus corporeis liberent licet, illos ad animam transferant.

Rom. 2.

Pſalm. 9.

B. Auguſt.

Hoc villicus hic agere contendit, qui animaduertens ſe à villicatione fore priuandum, dicebat: *Fodere non valeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciam.* Iniuſtiſsimum ſcelus committam, ita vt labor, quem corpus paſſurum erat, in animam transferatur. Si ha-

Simile.

bes domum seu villam in qua animum à curis recreare & reficere soles, quæ non plus valoris habet, quam tua voluntas, & curio sitas ei præbet, tamẽ molestia afficeris eo quòd censibus subiecta sit, &, vt eam ab illo onere liberes, cẽsum illũ in aliam possessionẽ tuam, licet melior sit ac maioris vtilitatis, transferre conaris. Sic homo adeò ad corpus suũ animum inclinat, vt quod melius est, videlicet, animam contemnat, & ideo cẽsum vnius partis in aliam transferre studet scelera committens, vt corporis à laboribus liberetur, se ipsum ob hoc obligans, vt illos mensin
Oseæ. 10. æternũ patiatur. Ephraim vitula docta diligere trituram, inquit Dominus. Idest, scitote populũ meũ esse veluti quandam vitulam, quæ aratrũ renuit, & se ad aream, vbi triticum teritur, inuitat. Nam labor aratri ipsi grauis & non fructuosus est, labor verò
26 areę plus commodi quam fatigationis habet. O gens misera, quę
1. Corin. 12 non attendit aliud, quã à corporis laboribus liberari, quãuis hoc cũ animæ dispendio fiat. Longe aliter D. Paulus vos erudit dicens. De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres, scitis, quoniã cũ gentes essetis ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes. Quasi diceret: Velim sciatis, quod postquam lumine fidei illuminati estis non sicut antea esse debetis. Nam tũc ex quouis ligno aut lapide Deum vnũ faciebatis, & quodcunq; vitiũ sequebamini, nunc vero omnem curã & solicitudinem in cõparã
Iere. 21. dis spiritualibus bonis collocare debetis, mentẽ magni faciẽtes & corpus aspernantes. De iusto namq; S. Ieremias ait: Et erit ei anima sua quasi spoliũ. Idest, Tantifaciet iustus animã suã, quãti ditissimum spolium in crudelissimo bello acquisitum.

Cæterũ absq; dolore nimio dicere nequeo id quod iam sequi27
tur, scilicet: *Prudentiores sunt filij huius sæculi filijs lucis in generatione sua.* Idest magis astuti, & perspicaces sunt improbi in suæ perditionis negotijs, quam multi ex iustis in rebus suæ saluationis. Quãdoquidẽ, charissimi rõphea bisacuta sententia hæc est corda nostra percutiens, & (vt ingenue fatear) quoties verbi huius recordor, in me ipso valde confundor. Proh dolor quã expediti sunt filij Sathanæ huius tẽpestatis in hæresibus suis dispergẽdis, & veneno suo diffundẽdo, nec non ad dogmata sua lethalia prędicanda. E contra vero quanta catholicorum est tepiditas in veritate & integritate sacræ fidei diuulganda. Quid plura? Quanta etiam orthodoxi subeunt pericula transfretantes maria, vt ali

quas

quas diuitias cõgerant? Quot probra & labores honoris cupidi,
quo dignitatẽ, ad quã aſpirant, conſcendant? Deniq; quas cala-
mitates ſcortatores, & adulteri nõ vltro patientur, vt carnis oble
ctamẽtis ſatisfaciãt? Contritio & infelicitas in vijs eorũ, & viã Pſal. 13.
pacis non cognouerũt, inquit. S. Dauid de huiuſmodi peccatori
bus. Agite ergo filij lucis, & date operam, nẽ filij tenebrarũ plus
laborent in adipiſcendis caducis rebus, quam vos in aternis & 1. Corin. 9.
nũquam caſuris diuitijs comparandis. Qui in agone eſt (ait B.
Apoſtolus) ab omnibus ſe abſtinet: illi quidem, vt corruptibilẽ
coronã accipiant, nos autem incorruptam. Proculdubio vox il
la, Ab omnibus ſe abſtinet, emphatica eſt, & adnotatione digna
ac ſi patienter dicat: Qui agonem agit, nihil de rebus familiari-
bus, nihil de cibo & potu, nihil de alia re excogitat, ſed totus eſt
in conflictu & omnes conatus eius eò tendunt, vt victoriam ſibi
comparet, & brauium ſui laboris adipiſcatur: quo omnia quan-
ter ſuauiter, vt marceſcibilem ac cito perituram coronam accipiat:
at nos ſtertimus in vtramq; aurẽ dormientes, nec inſudamus,
vt diu deſideratam coronam gloriæ cœleſtis comparemus.

Vere ſane dictum eſt, *Prudentiores ſunt filij huius ſæculi filijs lucis.*
Vt miniſtri ac famuli Regis Aſſueri in quodam conuiuio ipſi
placerẽt, ſpatiũ medij anni conſumpſerũt in adornando horto Eſther. 2.
quod à tanta cura & diligentia, vt gloſſa ordinaria dicat, fuiſſe in
eo vites argenteas cũ palmitibus aureis & racemis ex lapillis pre
tioſis. De vxoribus vero eiuſdem Regis ſacra ſcriptura comme
morat, ipſas, vt ſemel in anno corã Regis conſpectu apparerent
per annũ integrũ faciem fucaſſe, ita vt ſex menſibus oleo vn-
gerentur myrcino, & alijs ſex quibuſdam pigmentis & aromati
bus vterentur. O Deus infinitæ maieſtatis, quanta confuſio no-
bis eſt hæc audiẽtibus, qui tam paucam diligentiam, vt tibi pla-
ceamus, adhibemus. Cum aliquando monachus quidam ſingula
ri ſanctitate prædítus mulierẽ quandã profane cõpoſitam & ni
mis ornatã ad placendũ hominibus videret, flere cœpit dicens:
Væ mihi, qui nõ tãta diligẽtia ad placendũ Dño mentẽ meã cõ
poſui, quãta hęc mulier corpuſculũ, vt hominib⁹ placeat, adorna
uit. Pudeat vos ergo, fratres, q̃ improbi maiori cũ diligẽtia Sa-
thanę ſeruiãt, quã vos vero Dño Ieſu Chro, & poſt hac magno
ſpiritu fauori ei verã ſeruitutẽ adhibere cõtẽdite. Hoc D. Paul 1. Theſſa. 4.
efficaciſſimis verbis hortatur dicẽs: De cętero, fratres, rogamus

vos, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt quemadmodũ 31
accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere
Deo, sic ambuletis, vt abundetis magis. Idest, in omnibus operi
bus bonis, quæ egeritis, iterum atq; iterum respicite modũ, quo
Cæsarius. magis grata sint diuinæ maiestati. Refert Cæsarius, quendã villi
cum Ducis Brabantiæ, postquã mortuus fuit, vxori suæ maxi-
mo strepitu diuina dispẽsatione apparuisse, eiq; dixisse se æter
nis suppliciorum cruciatibus esse damnatum. Cui cum illa di-
xisset, ita ne agitur? Postquam ianuæ nostræ pauperibus & pere
grinis nunquam clausæ fuerunt, & postquam tot tantaq; bona
opera in hac vita exercuisti, tandem nunc damnaris? Ita profe-
cto, inquit ille, quoniam ea non charitate commotus, sed cadu-
ca & inani gloria incitatus operatus sum. Quinimo & hoc vnũ
tibi affirmo, omnia cũctarum arborum folia, licet in linguas ver 32
terentur, non posse magnum tormentorum genus, quod patior,
aliquo modo explicare. Quibus dictis hoc etiam adiecit, Hic
amplius commorari non possum, quoniam cacodæmones me
foras manent. atq; ita horribili quodam vlulatu, qui per totam
vrbẽ sonuit, ab eius oculis euanuit. Iste sane infælix hãc D. Pau
li admonitionem minime fuerat secutus, siquidem magis homi-
nibus quam Deo placere studuit. Quis ergo est, qui hæc tam tre
menda & horribilia audiens non dicat, Quid faciam, quia Do-
minus meus aufert à me villicationem: fodere non valeo, men-
dicare erubesco. Idest, vtraq; res & rationis reddendæ periculũ
& futuræ inopiæ malum me vehementer angit. Duo hic ingen-
tia pericula, quæ vnicuiq; nostrum imminent, ob oculos nobis
proponuntur: vnum est ratio vitæ nostræ reddenda, alterum su- 33
blata per mortẽ satisfaciẽ diatq; negotiandi opportunitas. Quã
diu enim in hac vita sumus locus misericordiæ, locus veniæ, lo-
cus pœnitentiæ precibus, ieiunijs, eleemosynis, cæterisque re-
medijs est: vbi autem ab hac vita excesserimus, hæc omnia sub-
sidia (nisi cum viuentium suffragijs adiuuamur) nobis intercluſa
sunt, iccircò, nisi nobis in hac vita prospexerimus, in altera nul
Iob. 10. la spes relicta est. Quæres facit, vt viri etiã innocentissimi hoc
mortis iudicium reformident, vt patet de Beato Iob, qui huius
rationis metu perculsus pœnitendi spatium petebat dicens: Di
mitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam va-
dam ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. Hoc po

stulabat,

34 ſtulabat, qui Domini teſtimonio neminem in terra ſimilem habebat, hoc petebat, qui de ſe dicere potuit: Pater eram pauperum, oculus fui cæco, & pes claudo: qui etiam dicebat: Nec reprehendit me cor meum in vita mea. Deniq; hoc petebat, qui tot calamitatibus in ipſum eodem temporis momento irruentibus ſic ſe geſsit, vt de eo ſcriptum ſit: In omnibus ijs non peccauit Iob labijs ſuis, nec ſtultum quid contra Deum locutus eſt. Hic igitur tantus vir vſq; adeò trepidatione iudicij huius angebatur, vt poſt tanta virtutum & patientiæ merita paululũ ſpatij à Domino flagitauerit. Et ſanctus Dauid eodem timore per territus dicebat: Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens. Heu me miſerum, ſi tales viri, qui ab ſpiritu ſancto certiſsimo veritatis magiſtro erudiebantur & agebantur, ſic timebant quid nos miſeri facimus, qui toties peccata peccatis & ſcelera ſceleribus cumulamus? Vnde tantus hic ſtupor? tanta cæcitas? An hæc fortè cæcitas noua peccati pœna eſt? Sic enim quidã ex patribus ait: Puto quòdiam magna ſit pœna peccati, metum ac memoriam futuri iudicij eſſe deperditam: quæ enim ſaxa his tantis exẽplorum fulminibus non frangentur? Hic ergo Dei atq; hominum fidem imploro: hic cœlum, terras, maria in teſtes aduerſus dementiam & cæcitatem noſtram aduoco: ſi hoc iudicium protinus à morte nobis imminet, quomodo tam ſecure agimus? quo modo nulla cura, nullo q; metu angimur? Quis nos ita faſcinauit? Quis ſic excæcauit, vt hanc tantam rem nec ſentiamus, nec nos ad illam opportune præparemus? Facite, obſecro, vobis, fra
36 tres, amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Hoc idem Propheta Daniel Regem Nabuchodonoſor erudiuit dicens: Peccata tua eleemoſynis redime. Nam (vt ait S. Iſaias) computreſcit iugum à facie olei. Quid ais ſancte Propheta? Quis vnquam vidit, lignũ oleo computreſcere aut corrumpi? Quin potius (vt experientia patet) cum ipſo conſeruatur. Ad hoc D. Auguſtinus reſpondet dicens, quòd iugum eſt poteſtas & dominium dæmonis. Dum aliquis mortaliter peccat ſuper ſe iugum Sathanæ imponit, & hoc iugum computreſcit à facie olei, ideſt miſericordiæ. E contra vero (vt in Eccleſiaſtico dicitur) Fortiſsimus non habebit in illis patientiam, vt contribulet dorſum impiorum. Vbi alia tranſ

Pſal. 142.

Dani. 4.

Iſai. 10.

Eccle. 35.

latio habet: Fortissimus non habebit in illis patientiã quo vsq; 37
contribulet dorsum impiorum: & sic est etiam in cõtextu Græco. Vbi aperte ostenditur, quam celeriter Dominus impios puniet. Et est etiam hic notandum, quod loco impiorum in cõtextu Græco habetur, immisericordiorũ. Consideratione vero dignum est, quod quemadmodum hic villicus in debitores Domini sui hoc beneficium contulit, neminem ipsum importunis precibus obsecrante, ita oportet vos non expectare, a pauperibus & egenis multis seu importunis precibus vrgeri. Nam oleũ, quod
Simile. ex ipsis oliuis absq; eo quod premantur, effluit, melius est & ad plurima medicamenta vtilius, quam illud, quod per vim educitur & exprimitur, id quod etiam in vino contingere solet. Sic eleemosynæ, quæ voluntarie & absq; molestia, seu importunis petentium obsecrationibus fiunt magis sunt Deo acceptæ. Et 38
sicut villicus ille dixit: *Sede, cito scribe*, ita oportet vos non solùm libenter sed celeriter ac diligenter eleemosynas erogare. Nam
1. *Corin.* 9. quemadmodum (vt ait D. Paulus) ſicut hilarem datorem diligit Deus, ita & diligentiam amore prosequitur. Iccirco in Pro-
Prouer. 3. uerbijs dicitur: Ne dicas, Vade, cras dabo tibi, cùm statim possis dare. Et sicut hic villicus pauperibus & ære alieno oppressis
Eccle. 11. debitum condonauit, sic tu pauperibus & non diuitibus elargiri debes. Hoc Spiritus sanctus aperte admonet dicens: Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum. Aquas transeũtes, ideſt, pauperes & afflictos. Vbi maxime perpendendum est, non dicere in præsentiarum: Da panem tuum, sed, Mitte panem tuũ, vt intelligas, pauperes esse
Simile. velut agasones Dei vulgo, *Recueros de Dios*, Qui bona huius mũ 39
Simile. di, vt ea coram eius diuinis oculis repræsentẽt, in cœlũ portãt. Qui in aliquo horto fructus arborum colligit, & intelligit, se, cùm exierit, ab olitore ipsis penitus esse priuandum, conatur illos per parietes extra hortum mittere, vt postea cùm potuerit, eos in domum suam ad manducandum portet. Sic, fratres mei, nunc in horto huius mundi estis, quidquid in eo extat, fructus est, quem hortulanus, videlicet, mors à vobis, cùm ab hac vita
Iob. 1. exieritis, auferet. Vt enim ait B. Iob: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus illuc reuertar. Vultis in cœlo quid mãducetis reperire? Nunc per parietes fructus proijcite eleemosynas pauperibus tribuentes: quamuis eleemosyna citra extremam

40 omam neceſsitatem, non habenti ſuperfluum, in præcepto nō eſt ſed in conſilio, vt optime D. Thomas docet. Sed quæro, cur diuitijs nomen iniquitatis Dominus imponit? Reſpondeo, quia frequenter malis comparantur artibus, & ad malum, hoc eſt, ad faſtum, luxum, voluptates, atq; ſuperbiam multos mortaliū animos alliciunt. Quemadmodum ergo Apoſtolus concupiſcentiam carnis ſiue fomitem, qui intra nos latet, peccatum appellat, quod à peccato primi parentis originem ducat, & ad peccatum incitet: ita diuitias Dominus iniquas appellat, quod frequēter in iuſtitia & iniquitate parentur, & ad iniquitatem inuitēt: non quod in diuitijs iniquitas vlla ſit, ſed in earum abuſu. Cum enim (vt in libro Eccleſiaſtes dicitur) Pecuniæ obediant omnia, qui pecunioſus eſt, ſi diuino timore deſtitutus fuerit, ad quæuis
41 facinora parata habet inſtrumenta. Tandem diuitiæ iniquitatis rectè dicuntur, quoniam ſolis iniquis diuitiæ ſunt, iuxta B. Auguſtini mirā ſentētiā dicētis, Iuſti etſi iſta poſſideant, tamē diuitias habēt in cœlo. Quid mihi eſt in cœlo? aut à te quid volui ſuper terrā? Deus cordis mei, pars mea Deus in æternū, dicebat S. Dauid. Et etiā eſt hęc vox iuſtorū, quibus vileſcūt tēporalia bona. Licet autem Dominus eſt, qui miſericordes in æterna tabernacula recipit, tamen pauperes dicuntur hic eos recipere: ſicut etiam alibi dicitur: Menſuram bonam dabunt in ſinum veſtrum ſcilicet, pauperes, quia ipſis intercedentibus dabitur hæc merces. Hoc etiam inquit, vt pauperes honore afficiat, eoſq; fortes reddat, vt illi cum patientia, diuites vero cum miſericordia gratiam mereantur, qua comparatur gloria,
42 ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

D. Thom. 2.2.q.32.ar. tic.5.

Eccle. 10.

B. Auguſt. de concord. Euang.

Pſal. 72.

Luc. 6.

DOMINICA IX.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA.

Cum appropinquaret Iesus Hierosolymam, videns ciui tatem fleuit super illam. Lucæ. 19



B. Tho. 1. p. q. 23. artic. 3. ad. 2.

Angelicus doctor D. Thomas doctissimè probat, præscientiam meritorum nō pos 2
se esse aliquā rationē prædestinationis, in cōmuni, qa merita præscita cadunt sub prædestinatione, esto præscientia peccatorū sit aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparat reprobis, in quā tū, scilicet, Deus proponit se puniturū malos, ppter peccata, quæ à se ipsis habēt & nō ab illo. Iustos autem proponit se præmiaturum propter merita, quæ à se ipsis tā tum non habent. Et confirmat hanc sententiam illo Prophetæ

Osee. 13. Oseæ vaticinio, scilicet: Perditio tua ex te Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Perditio tua Israel, idem est quod tu ipse es causa perditionis tuæ. At verò Paraphrasis Chaldaica sic hæc verba explicat, Cum vos deprauatis opera vestra, ò domus 3
Israel, dominantur in vos populi, sed quoties conuersi estis ad legem meam, verbum meum fuit vobis præsidio. Vbi cōstat ab hac translatione, hunc locum laboribus ac Dei fauoribus in hoc mūdo applicari. Propter peccata enim Dominus bella atq; alia infortunia hominibus euenire permittit, at propter pœnitētiā ipsos ab eisdem laboribus eripit. Atq; ita pereundē Prophetam ipse Dominus ijs, qui se per veram pœnitentiam ad Deum con

Osee. 2. uerterint, hoc tanquam singulare beneficium pollicetur. Et per cutiam inquit, cum eis fœdus in die illa cum bestia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terrę, idest, in eorum gratiam & vti

Iob. 5. litatē. Ita in libro Iob, dicebat Eliphaz: Erue te de manu gladij in bello

4 bello, in vastitate & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis, sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Volucres cœli vocat sanctus Propheta Reges superbos: & ita apud S. Ieremiam de Rege Assyriorum dicitur: Quasi aquila volabit ad Moab. Et apud S. Oseam de Nabuchodonosor: Quasi aquila super domum Domini. Sicut enim aues rapaces, vt accipiter, dum viuunt, in magna habentur æstimatione, atq; in manibus magnatum maximis delicijs gestantur & nutriuntur, post mortem verò in sterquilinium proijci solent: ita potentes tyranni dum in hac vita sunt, magnifiunt & ab omnibus honorantur, ac corpora sua delicijs atque illecebris tradunt: at verò post mortem in inferni sterquilinium miserrime detrudentur. Bestias agri vocat homines crudeles, 5 reptilia vero terræ (quæ sunt venenosæ viperæ) appellat homines mordaces, veneno ac malitia & inuidia plenos. Denique omnia hæc nomina S. Propheta inimicis imponit, cum quibus Dominus fideles seruos suos pactum inituros esse pollicetur. Et adiecit: Et arcum & gladium & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. Sicuti cum sancto Dauid fecit, qui, cum se hostibus obsessum videret, dicebat: In pace in id ipsum dormiam & requiescam: Atque ita sanctus Iob inquit: Si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis & non timebis, defossus securus dormies, requiesces, & non erit, qui te exterreat. Quid est, Defossus securus dormies? Vatablus vertit: Ia- 6 cebis securus, scilicet, vt fossa circundatus, id est, in summa fiducia dormies. Ad consuetudinem bellantium alludit, qui fossis quibusdam, quas Hispane dicimus, *Trincheas*, Se ab hostium impetu & insidijs defendunt. Nulla certe fortior fossa est, vt securi simus, quam ad Deum conuersio. Atque ita vbi nos legimus, Non est idolum in Iacob, nec afflictio in Israel, Hebræi legunt, Non est labor in Iacob. Et subdit statim rationem dicens: Deus eius cum eo & clangor victoriæ. Vbi significatur, illos qui creaturas non adorant, nec, vt idola, venerantur, in bellis & contradictionibus à summo numine esse protegendos, & in hoc clangor victoriæ auditur. Nam (vt ait S. Dauid) in Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulan-

Ierem. 48. *Osea. 8.* *Simile.* *Psal. 4.* *Iob. 11.* *Vatabl.* *Num. 23.* *Psal. 106.*

Osea. 2. bulantes nos. E contra vero Dominus per Prophetam Oseam 7
Hierusalem minitatur inquiens: Comedet eam bestia agri, & vi
sitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum. At
tendite, quod nomen Dominus militibus, qui Hierosolymam
euerterunt, imponit, non eos nuncupat hostes sed bestias, &
non qualescunque sed bestias agri & sylvestres, quæ crudelio-
res esse solent, nec vnquã domari consueuerunt: homines enim,
qui in alios homines crudeles fiunt, indigni profectò sunt homi
Psal. 73. nũ nomine sed potius bestiarũ. Ita eos S. Dauid appellat. Ne tra
das, inquit, bestijs animas cõfitẽtes tibi: bestijs, ideſt, crudelibus
hominibus. Vbi Paraphrasis Chaldaica habet: Ne tradas popu-
lis similibus animalibus sylvestribus animas discentium legem
Ezech. 29. tuam. Milites etiam, qui Regnum Pharaonis euersuri erant per 8
Ezechielem prophetam Dominus bestias appellat his verbis:
Bestijs terræ dedi te ad deuorandum. Hoc Plinius philosophus
magnopere amplificat dicens: Nec bruta animantia, nec pi-
sces, nec aues alia suæ speciei animantia interficere solere,
vel contra illa crudeles fieri, non enim leo aduersus alium leo-
Plinius li. 7 nem dimicat, nec aquila contra aliam aquilam, homines vero
in se ipsos quotidie irasci, & bellum gerere videmus. Maxime,
cùm tot rationibus cogantur, vt se ad inuicem diligant, quas
B. August. quidem bruta animantia non habent. Et inter eas vna est, vt B.
lib. 12. de ci Augustinus perpendit) Deum in mundi principio non multos
uit. Dei. ca- homines simul sed vnum duntaxat, ex quo reliqui procedunt,
pien. 16. creauisse. Hoc Deus ob ipsorum hominum peccata permittit,
atq; ita peccatores cũ alijs peccatoribus punit, sicut verba hęc,
Comedet eam bestia agri, significant. De quo manifestissi- 9
mum testimonium in sacra hodierni Euangelij lectione habe-
mus, in qua refertur, qualiter princeps clementiæ Christus fi-
lius Dei miserandam Hierosolymorum euersionem propter
ciuium ipsorum innumera peccata plorans nuntiauit. Erit au
tem operę pretium, quo potissimum tempore hæc Domini la-
mentatio contigerit, explicare. Cùm igitur iam tempus appro
pinquaret, quo bonus Iesus se ipsum pro generis humani sa-
lute in ara crucis immolare destinauerat, ad passionis locum
sponte venire, & se ad mortem parare voluit. Vt autem om-
nibus esset conspicuum, qua animi alacritate se ad hoc sacri-
ficium offerebat, voluit cum magna totius ciuitatis lætitia
& gra-

10 & gratulatione excipi, quasi non ad crucem sed ad optatas nuptias properaret.

Quid igitur Dominus in hac communi omnium lætitia animo agitabat, sacra euangelij lectio explicat dicens: *Cum appropinquaret Iesus Hierosolymam videns ciuitatem fleuit super illam.* Christus Dominus, sicuti erat verus homo, ita & verus Deus. Ideo eius sanctissima anima in diuina essentia, omnia, quæ in illa vrbe erant, scelera, latrocinia, ambitiones, cupiditates, atque alias abominationes, quæ in omnibus statibus erant, contemplabatur. Videbat ex sacerdotibus quosdã esse insipientes & idiotas, alios inhonestos, quosdam ambitiosos, & alios nimia cupiditate inflammatos. Aspiciebat ministros iustitiæ & gubernatores Reipublicæ suis commodis atque vtilitatibus consulentes,
11 rapina & mendacio plenos. Denique causas pauperum & viduarum ob defectum tutelæ cadentes, causas vero diuitum protectas & in sublime elatas cernebat: &, quod peius erat, omnes absque cura aliqua in vtranque aurem dormiebant multis flagitijs ac sceleribus onerati. Dominus autem illarum deliciarum breuitatem & punitionis æternitatem, qua in alia vita illi puniendi erant, contemplans, atque terribilia flagella, quibus in hoc mundo castigandi erant animaduertens, commotis ipsius visceribus tanquam pijssimus homo lacrymas profundere cœpit, & voce lamentabili in hæc verba prorupit: *Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Iam multis retro temporibus Propheta Sophonias illam miserabilem vrbem in spiritu fuerat lamentatus his verbis: Væ prouocatrix *Sophoniæ.3.*
12 & redempta ciuitas, columba non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa, ad Deum suũ non appropinquauit: principes eius in medio eius, quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere non relinquebant in mane: Prophetæ eius væsani, viri infideles, sacerdotes eius polluerũt sanctum, iniuste egerunt contra legem. *Vala me la Beatissima Trinidad*, Quot quantæq; abominationes erant in vrbe illa, quæ velut columba sine felle esse debebat, quoniã à miserrimis captiuitatibus redempta fuerat. Multitudo hominum plurimorum peccatorum sæpenumero solet esse occatio: atq; ita quã to maiores sunt vrbes, tãto in illis plura ac maiora sunt peccata. Ideo Amphides dixit, quod ciuitates sunt theatra infælicita- *Amphides.*

te sca-

tescaturiētia. Huius rei præsagium fuit primus vrbium ædificator, videlicet, præscitus Cain, qui (vt ex sacro Geneſis textu colligitur) ædificauit ciuitatem, & vocauit nomen eius Henoch. Stratonicus Atheniensis exiens ab Heraclea ciuitate portas ac muros eius contemplari cœpit: interrogatus autem à quodam, quid intuebatur, sic respondit: Pudet, si videar exire è lupanari. O egregiam viri vocem, in qua corruptionem illius vrbis, cuius quam plurimæ in mundo fuerunt ac sunt modo sociæ, denotauit. Sed illa, quæ omnes scelere & nequitia superauit, fuit Hierusalem, in qua adeo malitia regnauit, vt maius, inter omnia peccata, scelus commiserit: quæ omnia clementissimus Dominus hic lamentatur. Vbi aperte nos docuit, vt fratrum nostrorū calamitates & peccata, sicut nostra lugeamus, quandoquidem omnes corporis vnius mēbra sumus. Sic faciebat diuinus Paulus, qui in quadam epistola sic ait: Timeo nè iterū, cū venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs, qui antea peccauerunt, & non egerunt pœnitentiā super immunditia, & fornicatione sua, & impudicitia, quā gesserūt. Et alibi intelligens idem Apostolus, aliquos ciues vrbis Corinthiorū peccasse, ita ipsorū scelera lugebat, vt diceret: Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas, vt sciatis quam charitatem habeam abūdantius in vobis. Et S. Propheta Samuel ita Regem Saulem lugebat, vt Deus illi diceret: Vsque quo luges Saul? Et in Ecclesiastico dicitur: Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit: luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum. Ob huius rei defectum conquerebatur D. Augustinus his verbis: Sunt nè in te Christiane, viscera cōpassionis, qui plangis corpus, à quo recessit anima, & non plangis animam, à qua recessit Deus? Iccirco de anima iusta in Canticis dicitur: Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon. Quis sit autem huius doloris & cō passionis fructus, aperte Dominus per Ezechielem prophetam ostendit, vt districtis gladijs ciues omnes Hierosolymitanos propter abominā da eorū scelera trucidarēt, nec seni adolescēti, virgini paruulo, aut mulieri parcerent, iussit simul alij viro, signa Thau super frōtes virorū gemētiū & dolētiū super cūctis abominationib⁹, quę fiūt in medio eius. Vt hi tantū modo siquidē tā tā charitatē habebāt, vt aliena peccata plorarent, à crudelissima

13 Gene. 4.

14 2. Corin. 12

2. Corin. 2.

1. Reg. 16. Eccle. 22.

15 B. Augus.

Cant. 7.

Ezech. 9.

morte

16 morte & à miniſtris diuinæ iuſtitiæ immunes euaderent. Quis autem ex nobis, fratres, hoc tempore (quo mundus tot calamitatibus, peccatis, & hæreſibus quatitur, quando ex altera parte pagani, ex altera verò hæreticorum perfidia Eccleſiam Chriſti deuaſtant) his gemitibus & lacrymis tot malorum vbiq; graſſantium turbines deflet? Quis aſſiduis precibus Eccleſiæ cauſam Domino tuendam committit? Fere omnes, quæ ſua ſunt, quærunt, & cum res ſuas in tuto poſitas eſſe arbitrantur, communia Eccleſiæ mala & aliorum proximorum damna negligunt. Quã do mare propter peccatum Prophetæ Ionæ intumuit, ait ſacer Textus: Clamauerunt viri ad Deum ſuum, & miſerunt vaſa, quę erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis, & Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui. Qui ſine culpa il- 17 lius tempeſtatis erant, anxij & ſoliciti remedium, ne nauis periret, adhibere contendebant, Ionas vero, ob cuius peccatum tempeſtas illa emerſerat, abſq; aliqua cura ſomnum capiebat. Sic nunc in mari tempeſtuoſo huius mundi contingere videmus. Nam peccatores, ob quorum ſcelera Dominus permittit tot turbationes, quot cernimus quotidie inſurgere, dormiunt & in otio ac tranquillitate ſuarum voluptatum quieſcunt obliti penitus remedij ad tot malis ſuccurrendum. Non vacat myſterio, quòd cum Dominus ſæpenumero Hieruſalem ingreſſus fuerit, nunquam, niſi hodie ſuper illam plorauerit. Ratio huius eſt, quoniã in hoc duntaxat ingreſſu eum ciues illius cum pompa ac triumpho exceperunt, ipſumq; Regem appellarunt dicentes: Benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Iſrael. Vt autem doce- 18 ret, Regibus ac prælatis ſubditorum neceſsitates eſſe impoſitas, vt illas lugeant & eis compatiantur, ipſiſq; remedium adhibeant, Dominus plorare voluit, cum eum Regem vocabant, & tanquam Regem honore afficiebant. Interea, quæ principem maxime decent, præcipuum locum obtinet clementia. Atq; ita in Prouerbijs dicitur: Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regẽ, & roboratur clementia thronus eius. Hæc Salomonis ſententia ſatis in filio eius Roboam confirmata eſt contra quem decẽ tribus Iſrael manente cum eo tribu Iuda & Beniamin rebellarunt eò quod ipſe tyrannuſerat, & clementia ac pietate erga ſubditos minime vti voluit.

Ionæ. 1.

Luc. 19.

Prouer. 20.

Plorans igitur clementiſsimus Dominus dicebat: *Quia ſi cognouiſſes*

nouisse & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi nunc autem 19
abscondita sunt ab oculis tuis. Maxime hic perpendendum est, Dominum in his verbis orationem perfectam, aut clausulam integram non fecisse, vt significaret magnam tristitiam, qua illa proferebat. *Simile.* Quando aliquis tristissimus est, præ nimia angustia dimidium verborum non pronuntiat, sed plurima in ore ipsius remanent. Sic Dominus hoc modo in præsentiarum loquitur. Et his verbis idem est ac si diceret: O Hierusalem, si in hac die tua, id est, in hoc tempore, quo tibi ad quærendũ remediũ & ad salutẽ comparandã conceditur, quæ ad pacem tibi, id est, cum ego tibi fælicitatem offero, quam æternus Pater per me ad te mittit & offert, illam cognoscens tota animi deuotione & alacritate reciperes, vt bonorum & gratiarum eius particeps efficeréris. Hæc autem bonorum omnium plenitudo, pacis no- 20
mine significatur, Pax enim Hebræis non singulare aliquod bonum, sed omnia bona significat, quæ Dei filius secum in mundum attulit. In eius nanque aduentu rupti sunt fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt, & effusa est grandis super terram omnium gratiarum pluuia. Hoc est enim, quod *Isai. 40.* Isaias insinuauit, cùm dixit: Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis, id est (vt quidam interpres ait) satis abunde fuit diuinæ iustitiæ pro hominum peccatis satisfactum. Hanc eandem bonorum affluentiam & visitationis gratiam regius propheta aptissima aquarum similitudine significauit, cum dixit: *Psal. 64.* Visitasti terram, & inebriasti eam, multipli casti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis. Aqua- 21
rum nomine diuinas gratias & opes in sanctis literis significare notissimum est. Aqua nanque sordes purgat, terram fœcundat, calorem temperat, sitim extinguit: quæ omnia in genere suo diuina gratia plenissimè in mentibus piorum operatur. Qua autem libertate & copia aquæ istæ in mundum per hanc visitationem effusæ sint, satis aperte hoc in loco vates sanctus inebriandi, locupletandi, & replendi verbis declarauit. His enim ingentem huiusmodi aquarum, hoc est, omnium gratiarum vim & copiam voluit designare. Nec satis Domino fuit, aditum hominibus ad hanc tantam gratiarum inundationem patere voluisse sed etiam ipse per se maxima voce ad eas hauriendas eos inuitare dignatus est. Sic enim apud

D. Ioan-

22 D. Ioannem legimus: In nouissimo die magno festiuitatis sta- *Ioan. 7.*
bat Iesus, & clamabat: Siquis sitit, veniat ad me & bibat. In
die magno festiuitatis, vbi plures sunt homines non consue-
ta & familiari voce, non sedens sed stans maxima voce clama-
bat ad has cœlestes aquas inuitans. O immensam Dei nostri
bonitatem, ò ineffabilem erga genus humanum charitatem,
ò perpetuis laudibus prædicandam atque celebrandam benig-
nitatem. Quæ tandem omnia, quamuis incredibilia humano
sensui videantur, credibilia tamen erunt, si personæ redimentis
maiestatem ac diuinitatem expendamus, quam Isaias Prophe- *Isai. 35.*
ta insinuauit, cum dixit: Deus ipse veniet, & saluabit nos. Quid
enim hominibus à tali Saluatore sperare non liceret? Hæc
igitur sunt, quæ populus ille agnoscere debuisset, quæ ta-
23 men ab eius oculis abscondita esse Dominus vehementer
doluit.

Atque ita annuntians eis illud terribile supplicium, scilicet: *Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, &c.* causam non assignat esse ingentia scelera & peccata, quæ commiserant, sed ait: *Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* Nam si cognosceret, & ab illa cognitione commodum eliceret, non ita in hoc mundo, & minus in alio puniretur. In hoc etiam diuina misericordia enituit, illos enim non statim, sed post quadraginta annos, vt pœnitentiam agerent, punire voluit. Peccante Angelo Lucifero statim diuina iustitia ipsum puniuit. Atque ita Dominus ait: videbam Sathanam *Luc. 10.*
sicut fulgur de cœlo cadentem. Vbi breuitatem, qua suppli-
24 cium in illam infælicem creaturam atque omnes sequaces eius
executus est, aperte significauit, propter eorum paruam occa-
sionem, & propter maximam malitiam, qua peccauerunt. Ho-
mines verò, quoniam debiles & caduci sunt, idem Dominus
per aliquod breue temporis spatium, vt pœnitentiam agant, ex
pectare solet. Quo circa in Ecclesiastico dicitur: Ne dixeris, pec *Eccle. 5.*
cauí, & quid mihi accidet triste? altissimus enim est patiẽs red-
ditor. Peccator cum non videt, à diuina iustitia se puniri, statim
securus, & liberum se esse existimat, ideo iterum aliud & alia
peccata committit cogitans simulationem Dei suam (vt aiunt)
litem bonam facere. O stulte, stulte, attende quòd altissimus
est patiens redditor & quò magis te expectauerit, si tu ipse

in

in meliorem frugem te non receperis, eò maiori seueritate in te animaduertet. Quando aliquis aries cum alio congredi contendit, quãto magis ab illo retrocedit, tanto maiori ictu eum percutit: sic Dominus quò plus punitionem differt, eo ipsa seuerior erit. 25

Simile.

Sed Iudæos missos faciamus, & ad nos ipsos veniamus, causam que nostrã cũ illorũ causa cõparemus: constat enim, hanc pacẽ, quã Dñs commemorat, (hoc est, hanc tantam fælicitatem, tantam cœlestium donorum & gratiarum vbertatem) non minus nobis quam Iudæis oblatam fuisse. Nam Iesus Christus (vt B. Apostolus asserit) heri & hodie ipse in sæcula, ideſt, Iesus Christus omnibus, qui fuerunt à principio mundi, & qui erunt vsq; ad finem sufficientissima merita habet. Sic enim per Prophetã Isaiam cœlestis Pater eum alloquitur: Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas, de te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. Vtrique igitur populo & Iudæorum & gentiũ hæc salus à Domino missa est. Quid igitur minus nos quàm illi percepimus, siquidem cœlesti huius superni Redemptoris doctrina, ac diuinorum sacramentorum munere, quę ad nostrum remediũ instituit perfruimur. Iccirco vereor, fratres mei, ne lacrymæ Domini multorum ex nostris cæcitatem deplorent: vereor, ne de nobis quoq; ipse dicat, Si cognouisses & tu, & quidẽ in hac die, quæ ad pacem tibi, scilicet, data est, quam tamen percipere noluisti. Plurimi enim inter fideles modo sunt, quibus perinde venit Christus, quasi omnino non venisset: qui nec eius doctrina quicquam proficiunt: nec clarissima virtutum eius exempla sibi ad imitandum proponunt: nec magnificentissima eius beneficia mente retractant, vt eius amore accendantur, nec ad sacramentorum eius medicamenta & præsidia, nisi vi coacti accedunt. Quid autem mihi prodest, quod cœlestis medicus totsecũ medicamenta afferens in mundum venerit, si ego nec illam audio, nec sacramentorum medicamenta, quæ ille mihi gratis offert, percipere volo? Igitur si Iudæi tam atroces rebellionis suæ pœnas dederunt, eo quod diuina beneficia neglexerunt, quid nos timere par est, qui eadem beneficia percepimus, nec tamen illis meliores effecti sumus? An non æquum est, vt aut similem pœnam, aut etiam maiorem vereri debeamus? Num Deus aut in- 26 27

Hebr. 13.

Isai. 49.

iustus

28 iustus aut personarum acceptator est, vt in simili causa dissimilem ferat sententiam? Dominus Abimelech Regi Geraræ (vt sacra refert historia) sic iussit: Redde viro suo vxorem: si autē nolueris reddere, scito quod morte morieris tu & omnia, quæ tua sunt. Omnia hæc verba magnā emphasim habent. Et in primis verbum illud, scito, ideſt, pro certo habeas, nec de illo dubites. Deinde, nō ait simpliciter, Morieris, sed Morte morieris, hoc est, dupliciter, & in corpore & in anima. Deniq; inquit: Tu & omnia quę tua sunt, ideſt, tu eris causa perditionis omniū tuorū. Ex quo colligitur, qualiter propter peccatū principis omnis populus punitur, ipse vero princeps in omniū mortibus culpatur. Quod quidē optime Rex ille intelligebat: quoniā cū Abrahā loquens ei dixit: Induxisti super me & super Regnū meū peccatū grande. Quapropter siquidem hoc ita est, minime mirari debemus tot labores, quot nos vndiq; circundant, quin potius in maiorē admirationē rapi deberemus, eò quòd multo plures nō patimur. Dominus totū integrū Regnū euertere volebat, quoniā princeps Ethnicus alienā vxorem cepit: quare ergo nūc fun ditus euerti, non pertimescimus, si cū Christiani simus, tam magnates quā parui tot iniustitias committimus? Velim, maxime perpendatis verba quæ dā, quæ Rex ille Saræ vxori Abrahæ dixit, cū eam viro suo reddebat, scilicet: Memēto te deprehēsam. Quasi diceret: Nè iterū dissimules te virū habere. Vbi B. Chrysostomus ex alia translatione sic legit: Quocū q; perrexeris, verū dic, ideſt: Dicito verum, te à me minime fuisse tactam, & tuū ac meū honorem tuere: vt videatis zelū, quem honoris sui Rex ille habebat, vt proximis malum exemplū non præberet. Si autem dicitis: Nunc, diuina gratia adiuuante similia peccata in Regibus non videmus, vt propter illos euertamur. Ad hoc respondeo, quod licet verum sit, illa in Regibus nō inueniri, tamen in eorū subditis atrocia crimina esse reperiemus, & hoc sufficit, vt merito à diuina iustitia destruamur. Cùm Patriarcha Isaac in Palæsthinā pergens simulauit, Rebeccam nō esse vxorē suam, eum Rex Palæsthinæ sic allocutus est: Quare imposuisti nobis? Potuit coire quispiam de populo cū vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Ecce qualiter Rex ille licet Ethnicus existimabat, sibi ac Regno suo damnū, & grande incōmodū futurū, si quis piam cū aliena vxore delinqueret, cùm etiam ignoret,

Gene. 20.

B. Chriſt.

Gene. 26.

raret, illam vxoratam esse, cognoscens peccata subditorum su- 31
per Reges & gubernatores ac super omnem populum incidere:
super Reges propter negligētiam, quam habent, nè subditi de-
linquant, super populum, quoniam non curauit, vt tales punirē
tur ac digno supplicio afficerentur.

Cæterum cum dicat Aristoteles sermones vniuersales esse
minus vtiles vnicuiq; eorum, qui cæca mente in sceleribus suis
perstant, eisdem Domini verbis dicamus: *Si cognouisses & tu, &*
D. Gre. sup. Luc. c. 18. *quidem in hac die tua.* Peruersa quippe anima (vt D. Gregorius
hoc in loco ait) rebus præsentibus dedita, in terrenis voluptati-
bus resoluta abscondit sibi mala sequentia, quia præuidere fu-
tura refugit, quæ præsentem lætitiam perturbent. Sed quæro, ò
Psal. 73. Christe superne omnium rerum Domine, cùm S. Dauid dicat,
Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram & solem, 32
quare tu inquis, in hac die tua? Si tuus est dies, quare dicis esse
Simile. hominis? Ad hoc multis modis respōderi potest. Et primus sit
hoc exemplo. Si quis vir nobilis equum alteri accommodat,
& ille eum per vnius mensis spatium apud se retinet, ac tandem
ipsum debilem & claudum ad Dominum mittit: cū Dominus
equum suū per ianuam ingredientem videt, eum, qui illū affert,
interrogat, cuius est hic equus? Seruus vero respondet: Tuus est
Domine. Ille vero, Non meus, inquit, iste equus est. Sit equidē
ille heri tui: ego enim illum sanum & perpulchrum ei tradidi.
Sic Dominus diem vitæ homini accommodat, vt illo bene vta-
tur: sed videns quod homo illum tot abominationibus inficit &
maculat, inquit: Ita, ò miser peccator diem fœdasti, vt meum ip
sum appellare nolim, tuus sit. O infælix, qualiter non confunde 33
Psal. 101. ris, siquidem diem sic fœdasti, vt Deus illum suum vocare negli
gat? Quam vere illud Psalmi dicere potes, scilicet, Dies mei
Simile. sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Vita pec-
catoris vmbræ comparatur. Nam sicut vmbra figuram, quā ho
mo vult, repręsentat: (si enim surgit, ipsa etiam surgit, si sedet, il-
la sedet, si currit, illa etiam currit, denique quidquid homo id ip-
sum illa facit) sic peccator quidquid dæmon vult, à quo ipse gu
bernatur, efficit. Si illum carnalem optat, ecce miser ab eo carna
lis reperitur, si auarum, auarus inuenitur, si superbum, superbus
apparet. O infælix creatura, quandoquidem de te diabolus abs-
que aliquo obstaculo tuo mille gestus edit, teq; mille modis irri

det:

34 det: & ſicut vmbra paulatim cõſumitur nemine illã detinere valente, ita voluptates & humana vita conſumuntur: tu tamen ad illa ſemper anhelas, & ex illis nullam aliam vtilitatem educis, quam ſicut fœnum manere, vt poſtea cibus eiuſdem diaboli ſis. O vtinam vires & ſpiritus feruorem ad execrandum, & lacrymas haberẽ ad plorandũ quã aridus miſerrimus peccator rema neat poſtquã peccatũ cõmiſit, & quã deperditus pulchritudinis ſpiritualis flos, ita vt ſi ipſe ſeſe videret, timorẽ cõciperet, & per horreſceret. Dies etiã hominis vocatur dies vitæ eius, quoniã ip ſe totũ illũ in ſuis delicijs & voluptatibus & nõ in ſeruitio creatori ſuo adhibẽdo cõſumit. Ad hoc explicari poſſunt illa verba Prophetæ Dauidis: Viri ſanguinũ & doloſi nõ dimidiabũt dies *Pſal. 54.*
ſuos. Viros ſanguinum appellarũt aliqui in hoc loco improbos
35 Chriſtianos, qui ſanguinẽ ſacratiſsimũ Ieſu Chriſti diffundũt & diſpergũt, ipſum q; amittere volũt nullã ex eo vtilitatẽ educentes. Ob quod maiori iure illud dici poteſt, quod de Magdalenæ *Matth. 26.*
vnguẽto impius Iudas affirmauit, ſcilicet, Vt quid perditio hæc? Poterat enim vnguẽtũ iſtud venũdari multo, & dari pauperib⁹ Nã cũ vna tantũ gutta illius ad redimendũ mille mũdos ſuffice ret, & cũ liberaliſsimus Dñs totũ illũ pro hominib⁹ profuderit, multi ex illis adeò ſunt ingrati, vt ipſum amittãt & hi vocari poſſunt viri ſanguinũ. De quibus dici poteſt, Non dimidiabũt dies ſuos, quoniã tã improbi in ſenectute quã in iuuẽtute eſſe volũt. Qui adoleſcẽtię tẽpus in pẽpetrãdis ſceleribus cõtriuit, & poſt quã conuertitur, ipſum in exercẽdis virtutibus cõſumit, hic dimidiabit dies ſuos. Ille vero, qui ſemper improbus eſſe vult, nec
36 cum Dño partitur, nec ipſe Dñs aliquid ei impartietur. De quo etiã illud Ieremiæ dici poteſt: Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt, (ſcilicet, anima eius) finis ſui. Nũquid nõ poti⁹ eſt pedes immũdos quã caput ſordidũ habere? Ad hoc reſpondeo, *Threno. 1.*
minus malũ eſſe habere caput ſordidũ quã pedes ſaltim in propoſito, de quo loquimur. Nã caput eſt vitæ principiũ, pedes vero finis & ſenectus. At ex his duobus malis minus eſt, quẽpiã in adoleſcẽtia eſſe vitijs deditũ quã in ſenectute. Nã ſi plen⁹ canitie & plenus delicijs, cupiditatib⁹, & odijs es, maius, pfecto ac deteri⁹ malũ eſt, quã ſi ipſa, cũ adoleſcẽs eras, patrares. Sicut enim ſegetes cũ iã albeſcũt, ipſum meſſorẽ, vt eas falce metat, inuitare *Simile.*
videtur: ita homines canitie pleni & annis plurimis onerati tãquã

albæ & maturæ segetes Deum quodã modo inuitant, vt ipsos morte metat. Ex obliuione autẽ harum rerũ homo in senectute 37
tam turpiter & impudice viuit quã in iuuentute. Denique vita dies hominis vocatur, quoniam Deus illam ei donauit, vt in ipsius tempore æternam vitam valeat comparare.

Si ergo, ò homo, *Cognouisses & tu & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Ideſt, si cognouisses, Dominum in hac vita te pace & venia peccatorum tuorum inuitare, tu te ipsum in tempus tã
Simile. tæ necessitatis præparares, *Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo.* Quando perdix sub rubo inclusa est, & circũ circa se videt multos canes ipsam deuorare volentes, & in aere multos accipitres ad ipsam dilacerandam & multos homines fustibus & lignis rubum percutientes, vt inde exeat, quo timore misera conturbetur se ipsam sic circundatam aspiciens? O *sancta* 38
Maria sẽnora, Quæ lingua aut quæ vox poterit timorem & pauorem explicare, quo anima peccatrix mortis hora perhorrescit, inclusa adhuc in rubo corporis, cum se peccatorum multitudine circundatam aspexerit, & animaduertens, se etiam ab hostibus, videlicet, dæmonibus obsessam teneri, & dolores, quos patitur, esse quosdam ictus, qui ipsam ad exeundũ ex illo rubo cõpellunt, vt in crudelissimas ministrorum & executorum diuinæ iustitiæ manus incidat, vbi æternis suppliciorum generibus breuissimas, quibus nunc fruitur, voluptates persoluet? Et hæc est ratio, propter quam Dominus præsentem vitam diem appellat, tempus vero vltionis dies nuncupat dicens: *Venient dies in te.* O vtinam tu hæc nunc cognosceres, certe si cognouisses, plorares. Siquidem ergo Iesus videns ciuitatem fleuit super 39
illam, tu ò peccator conscientiam tuam intuere, & si mente alie-
Isai. 23. nus nõ es, mala, quæ in ea sunt, etiã lugebis. Facid quod S. Isaias ait, scilicet, Sume tibi citharam, & circui ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit. O diuina verba, Deus nobis spiritum conferat vt illa, sicut oportet, explicare sciamus. B. Hieronymus hanc ponderationem facit, quod quando meretrix adolescentem aliquẽ maximo amo-
Simile. re prosequitur, & aliqua inter eos rixa seu indignatio fuit, ipsa citharã in manibus sumit, & canendo amatorem suũ cantus suauitate ad se iterum attrahit, & in pristinum amorem ipsum placando adducit. Meretrix est anima peccatrix Dei & sui ipsius oblita,

40 oblita, cithara verò, quam præ manibus capere debet, est pro-
prium suũ cor, quoniã eodem modo facta sunt, vt patet, cithara
ideſt, Arpa, & ipsum cor: chordæ vero, quæ huic citharæ ligatæ
appẽdent, sunt culpæ contra Deũ cõmissæ, quia de corde exeũt
homicidia, adulteria, fornicationes, furta, & cætera. Hæ autẽ cul *Matth. 25.*
pæ è corde exeũt, & in ipso ligatæ remanent, quoniã idem cor
illarum amore captum est. Ictus, quibus ipsas chordas atq; citha
rã tangere debet, sunt dolores. Et actus cõtritionis: canticũ deni
que, qđ canere debet, est lacrymosa cõfessio. Et quoniã cõfessio
vera, frequens, atq; optima esse debet, ideo ait: Bene cane, fre-
quenta canticum. O quam suauissimum canticũ canit suo ama-
tori meretrix, cum eum ad suum amorem redire facit. Cupis, ò
anima suauissimum concentum facere, quo Deum tuum miti-
41 ges, & è cœlo vsq; ad finum tuum attrahas, tuumq; amatorem
efficias, canticum, quod supra retulimus, ei cane, quod quidem
ad hæc omnia efficacissimum est. Et circui ciuitatem, videlicet,
conscientiam tuam, quæ velut ciuitas est diuersis vicinis plena.
Per omnes vicos eius nullo dempto spaciare, & incolas, qui in
eis sunt, videbis. Transi per vicum oculorum, & ibi diuersas ac
varias ornatus tui inuentiones domus tuæ diuitias dissipantes cõ
spicies. Et inde vltra progredere in vicum gulæ, & ibi inuenies
inordinatas manducandi ac bibendi curas, ibi ieiunia confra-
cta, atq; alia quam plurima mala, quæ secum ipsa gula affert, cõ
peries. Et non ibi quiescas, sed progredere ad vicum linguæ: &
ipsam plenam mendacijs, murmurationibus, falsis criminibus,
iuramentis, atq; secretis apertis inuenies. Et vlterius progredere
42 in vicum olfactus, & ibi odores, aromata, pulueres mille modis
confectos, aquas odoriferas, atq; alia delicatissima Sathanæ arti
ficio inuẽta ad te alioſq; in turpia prouocandum deprehendes.
Deniq; progredere ad vicum auditus, & ibi voluptatem, quam
in audiendis defectibus alienis, turpissimis fabulis, atq; inhone-
stis canticis cor tuum corrumpentibus nanciscaris. Atque hæc
omnia mala in ea vrbe contemplans, si lapis aut diabolus non es
super illam plorabis, & viscera tua commouebuntur, ad imita-
tionem Christi Saluatoris, qui videns ciuitatem fleuit super il-
lam. Et hoc modo te te ad diuinam gratiam recipiendam dispo
nes, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Iesus Ma-
riæ filius. Amen.

In eadem Dominica nona Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Cum appropinquaret Iesus Hierosolymam videns ciuitatem fleuit super illam. Lucæ. 19.

CErtissimum est, calamitates, quæ in cõmune omnes attingunt, propter hominum peccata à Deo immitti, quod Ecclesiasticus testatur dicẽs: Mors, sanguis, romphæa oppressiones, fames, contritio, & flagella super iniquos creata sunt, & propter illos factus est cataclysmus, ideſt, diluuium. Inter flagella, quibus magis assidue olim Dominus Hebræos puniebat vnũ erat captiuitas. Atq; ita in libro Iudicũ dicitur: Fecerunt filij Israel malum in cõspectu Domini & secuti sunt Deos alienos, iratusq; Dominus tradidit eos in manus diripientium, qui vendiderunt eum hostibus, nec potuerunt resistere aduersarijs suis, sed quocunq; pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est & iurauit eis. Hoc autem, quod hic additur, sicut locutus est, in Deuteronomio continetur, vbi dicitur: Si audire nolueris vocem Domini, vt custodias omnia mandata eius, seruies inimico tuo in fame, & siti, & nuditate, & in omni penuria, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. Et præcipue in terrore malorum hic dicitur: Quocunq; pergere voluissent, manus Domini super eos erat, vt plane intelligamus, neminem manus Dei posse effugere. Et inferius in eodem libro dicitur: Addiderunt filij Israel facere malum in conspectu Domini, & tradidit illos Dominus in manus Iabin Regis Chanaã, qui erat grãdis tyrannus. In Hebræo vero habetur: Vendidit illos in manus Iabin. In quo significatur Dominus eos reliquisse, sicut ille, qui merces tanquam viles & parui ponderis contẽnit & vendit. Significatur etiam cum eis ab illo tyranno tanquam cum brutis actum fuisse, vt plane videatis, quo Hebræorum prospe-

Eccle. 40.

Iudic. 2.

Deute. 28.

Iudicum. 4.

ritas

4 ritas propter ingentia ſcelera ſua peruenit. Et ſequitur inferius, clamaueruntque filij Iſrael ad Dominum, per viginti annos vehementer oppreſſerat eos. Videtur facer textus inſinuare, hos poſt viginti annos ad Dominum clamaſſe, veriſimile tamen eſt, eos ante illud annorum ſpatium ſæpenumerò clamaſſe: at quia non ita contriti erant, ſicut oportebat, Dominus eos non exaudiuit, quo vſque illi maiorem ſuorum peccatorum cognitionem habuerũt. Ex quo aperte conſtat, orationes & clamores, quos peccatores eduntabſq; eo quòd à peccatis ſuis exire velint, corã diuino cõſpectu nec pro orationibus nec pro clamoribus reputari. Qualiter enim Deus preces & clamores peccatorum exaudiet, quorum peccata tunc fortius ad Dominum clamant. & de ipſis vrgentius vltionem poſtulant? Contege ergò, ò peccator, prius vera pœnitentia ſcelera tua, & tunc clamor
5 tuus poterit exaudiri. Iccirco Rex Niniue dixit: Operiantur ſaccis homines, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala. Nunc etiam, quoniam Chriſtiani ſuis horrendis ſceleribus Dominum ad iram prouocant, eos ipſe eiſdem flagellis punit. Vnde pro eo quod nos legimus, Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum, alia tranſlatio habet, concidit ceruices peccatorum: & ſic eſt in contextu Græco & paraphraſi Chaldaica. In quo docemur, Dominum non ſolum illis temporibus inimicos ſuos dilaceraſſe, verum etiam nunc dũ peccatores extiterint, idem ſupplicium de ipſis ſumpturum eſſe. Atq; ita B. Hieronymus in epitaphio Nepotiani inquit: Barbari fortes fiunt, noſtris vitijs Romanus ſuperatur exercitus.
6 Infælices nos, qui tantum diſplicemus Deo, vt per rabiem barbarorum illius in nos ira deſæuiat. Ex his autem vniuerſalibus flagellis electi magnam vtilitatem educunt, præſciti vero duritiem & obſtinationem. Hoc ſignificauit Dominus per Zachariam Prophetam his verbis: Sumpſi mihi duas virgas, & alteram vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum. Hæ duæ virgæ tribulationem ſignificant, tribulatio vero iuſto pulchritudo eſt atque dulcedo. Vox enim Hebræa, Noam, pro qua Latinus interpres vertit, virgam, ſignificat etiam dulcedinem & iucunditatem, quæ omnia iuſti in tribulatione inueniunt, & ita reddũtur pulchriores: iccirco tribulatio à Domino decor vocatur. Quo

Ionæ. 3.

Pſal. 128.

B. Hieronym. in epitaphio Nepotiani

Zacha. 11.

niam autem peccatores supplicijs plus irretiuntur peccatis sese, 7
ad impatientiam atq; indignationem prouocantes, ideo tribula
tiones eorum Deus funiculū appellat. Interea, quæ in hoc mū-
do maxima admiratione digna sunt, vnum est parua vtilitas,
quam improbi præsciti ex punitionibus Dei educunt. Quis in
Simile. admirationem non rapietur videns in agro bestiam pascentem
ac viridem herbam manducantem, quæ cùm iterum atq; iterū
sagittæ ictu percutiatur, ipsa tamen nunquam ab eo loco, in quo
est, dimouetur, nec sagittarum ictus euitat, nec pascua ipsa relin
quit? Multò ergo magis admirari debemus, cum peccatorem in
viridi prato suarum voluptatum ac deliciarum pascentem vide
mus, & cum à Deo acutissimis sagittis feriatur, viuendi statum
non mutet, suaq; detestanda scelera & abominationes non dere
linquat. O infernalis bestia, quis te in lapidem conuertit? Deus 8
enim ex molli carne te formauit, vt facilius suarum sagittarum
ictus sentires, & illos euitares. Quod autem labores sagittæ sint,
Iob. 30. testatur S. Iob dicens: Pharetram suam aperuit, & afflixit me.
Vocat hic sanctus Propheta pharetram ipsam altissimi Dei pro
uidentiam, qua hominibus flagella mittit. Nam sicut pharetra
in se plurimas sagittas inclusas retinet: sic Deus plurimos ac va
rios flagellorum modos, quibus homines punit, habere solet.
Alios nanq; amissione diuitiarum, alios filiorū mortibus, alios
captiuitatibus, alios deniq; ignominijs percutit. Ac sicut sagit-
tæ, in pharetra tanquam in marsupio sunt, ita, vt non videantur,
quo vsq; ipse sagittarius illis indiget, ipsasq; iactat: sic diuina cō
silia, quibus Dominus supplicia mittit, in illa pharetra suæ diui
næ prouidentiæ conteguntur. Has autem sagittas nec indurati 9
peccatores euitant. Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti
Ierem. 5. eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas
supra petram, & noluerunt reuerti, ait S. Ieremias. Huius rei ap-
Iudicum. 1. positissimum exemplum in impio Adonibezec habemus, quē
sacræ literæ referunt, habuisse septuaginta Reges amputatis ma
nuum ac pedum summitatibus, qui colligebant submensa eius
ciborum reliquias. Hunc autem tyrannum filij Israel bello su-
perarunt, eique manuum ac pedum summitates absciderunt.
Qui, cum se ita truncum videret, in hāc vocem querulam proru
pit: Sicut feci, ita reddidit mihi Deus. In crudelitate, qua hic
Ethnicus tyrannus in illos Reges vsus est, apparet, quam im-

probi

10 probi ac nefarij erant illi Chananæi non ſolum erga Deum, verum etiam erga proximos ſuos, & quanto iure Dominus eos ſolo æquauit, & ab eis regna ac patriam eorum abſtulit. In ſupplicio etiam, quo Hebræi illos punierunt, æquitas diuini iudicij conſpicitur, quam tyrannus ille lumine naturali cognouit, ſi quidē dixit: Sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Iccirco S. Iſaias ait: Væ qui prædaris, nonnè ipſe prædaberis? Væ qui ſpernis, nonnè & ipſe ſperneris? In hac denique punitione videmus, Deum non ſolum iniurias iuſto illatas minime perferre, ſed nec pati illam qua impius alium impium affecit, ſicut erant illi ſeptuaginta Reges. Et apud prophetam Amos Dominus Moab ſupplicijs minitatur eo quod oſſa Regis Edom, qui impius erat, combuſſit. Porro vltimum, quod hic oſtenditur, quodque ad 11 propoſitum noſtrum facit, eſt quod impij licet cognoſcant, à Domino propter peccata ſua puniri, ad ipſum ſe conuertere, eumq; minime inuocare ſciunt miſericordiam ab illo humiliter poſtulantes, vt aperte in hoc miſerrimo tyranno apparet, qui intelligens, ſe à Deo propter ſcelera ſua puniri, venam ab eo minime poposcit.

Iſai. 33.

Amos. 2.

In huius veritatis confirmationem in ſacro hodierno Euangelio efficaciſsimum habemus teſtimoniū. In quo narratur, *Quod cum appropinquaret Ieſus Hieroſolymam, videns ciuitatem fleuit ſuper illam dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu:* Et quæ ſequuntur vſque, *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* O quam multa hic ſeſe nobis offerunt docenda, & accipienda. Quorum primum eſt, Deum, vt impios & ſcelera- 12 tos puniat, diuerſis vtiminiſtris: aliquando enim eos per Angelos bonos, aliquando per Angelos malos, aliquando per alios homines, ſupplicijs afficit. Hinc obſcura illa D. Pauli verba intelligetis, ſcilicet: Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum. In hoc loco & in omnibus ſacræ ſcripturæ, inquibus ira Dei dicitur, per illam pœna, ſeu vltio, vel ſupplicium intelligitur: in Deo enim non eſt ira, quamuis ſit effectus iræ, videlicet vltio. Et inquit, De cœlo, quoniam ei Dominus reuelauit, qualiter aliquoties homines per Angelos bonos puniuntur, ſicut erant illi duo Angeli, qui Sodomam venerunt, & ille qui aquam maris rubri ſuper AEgyptios conuertit. Aliquando vero per Angelos malos iuſſu

Roma. 1.

Psal. 77. Dei puniuntur, vt in psalmo dicitur: Misit in eos iram, & 13
tribulationem immissiones per Angelos malos. Ideo hic, De cœlo, intelligitur de cœlo empyreo Deus Angelos bonos mittere, de cœlo verò aereo angelos malos. Aliquando etiam ira Dei de terra venit, videlicet, cum homines alijs hominibus pu-
Ezech. 39. nit. Atq; ita idem Dominus Prophetæ Ezechieli dixit: Tu fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices: Hæc dicit Dominus: Ecce ego super te Gog principē capitis Mosoch & Thubal, seducam te, & ascendere te faciam de lateribus Aquilonis, & adducam te super montes Israel, & cades tu & omnia agmina tua. Et paulò inferius de Hebræis loquēs inquit: Deprę dabuntur eos, quibus prædæ fuerunt, & diripient vastatores suos. Vbi alia translatio habet. Reducam te: & alia, Educam te. Et est notandū, quod Dominum permittere, vt tyran- 14
nus ille cæcus ac passione sua deceptus deprauata intentione ad populum Israeliticum iret, vt ab illo penitus euerteretur, vocat ipse Dominus, Seducam te. De vltionibus autem, quæ per homines in alios homines fiunt, sunt quam plurima in sacra scriptura testimonia, inter quæ vnum præcipuum est hoc, quod summa veritas in præsentiarum refert, *Circundabunt te inimici tui vallo.*

Alterum quod hic docemur est, quod ciuitas illa non tantum propter scelera, quibus se fœdauit, euersa fuit, quātum eò quòd non se mundari per misit, nec remedium accipere voluit, cum illud Dominus ei offerebat, & ob hanc causam adiecit. *Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.*

Aliud etiam grande supplicium, quod Dominus per Re- 15
gem Nabuchodonosor populo Hebræo intulit, sacræ literæ commemorant. Et præcipua causa, quam assignant, hæc est: Mittebat Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum
2. Para. 36. nuntiorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quod parceret populo: at illi subsannabant nuntios Dei, & parui pendebant sermones eius, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio. Hæc, fratres mei, est præcipua querela, quam Deus erga nos habet: non tantum, quia peccamus, conqueritur, sed quia ad eum non conuer-
Genes. 3. timur. Et ita primo parente Adamo peccante, statim Dominus ad ipsum venit dicens: Adam vbi es? Quasi diceret: Quare fu-

gis

16 gis conſpectum meum? qui huius loci magis proprius ſenſus
eſt. Atq; ita intelligens Adam ſibi à Domino dictum eſſe, qua-
re præſentiam meam fugis, reſpondit: Timui eo quòd eſſem nu-
dus, ideſt, tuã præſentiã declinaui, eo quod nudus erã. Et apud
ſanctum Ieremiam cùm Dominus ingentia ſcelera Hieruſalem
narraret, ſic ait: Et dixi, cum feciſſet hæc omnia: Ad me reuer- Iere. 3.
tere, & non eſt reuerſa. Vbi magis de hoc vltimo, quam de om
nibus, quæ ſupra narrauerat, Dominus conqueri videtur. Et cũ
S. Zacharias refert, ſe amphoram vidiſſe, & talentum plũbi, Zacha. 5.
mulierem q; ſedentem in medio amphoræ, de qua angelus ei di
xit: Hæc eſt impietas. Et cum proeciſſet eam in medio ampho
ræ, miſit maſſam plumbeam in os eius. In hoc omnium pecca
torum perditio reſoluitur, videlicet, dæmonem in eos ita do-
17 minari, vt ipſi à ſe nec vnum vitium expellere poſſint: non ali-
ter, quam ſi pondere plumbi os obtuſum haberent, & ianuam
cordis, ita, vt nec ad Dominum vno veræ confeſsionis verbo
ſuſpirare valeant. O Deus infinitæ pietatis, & pater luminum
nos, obſecro, per infinitam clementiam tuam illumina, nè in
tantum malum incidamus. Tertium, quod hic nobis oſtendi-
tur, eſt, qualiter in Chriſto Redemptore noſtro illa, quæ habe
re debet, qui alios recturus & gubernaturus eſt mirabiliter eni-
tuerunt. Plorauit pijſsimus Dominus eo tempore, quo de vl-
tione, quam de ciuitate Hieruſalẽ ſumpturus erat, verba facie
bat: & eodem die, quo plorauit, in ipſo delinquentes ab eccle-
ſia flagello expulit. In quo docuit, iudices & gubernatores de-
bere eſſe iuſtitia & miſericordia adornatos. Iuſtitia in operi-
18 bus oſtendenda eſt, miſericordia vero in corde regnare de-
bet. Sed aliqui ſunt iudices, qui quodammodo lętitia af-
fici videntur, cùm malefactores inueniunt, quos ſuſpen-
dendo aut alio modo interficiendo puniant. Valde profe-
cto neceſſaria eſt iuſtitiæ executio, ſicut eam Zelancus Rex
Locreſcij habuit. Qui cum leges ſuis ſubditis ferret, inter
quas vna fuit, vt adulterium committenti oculi eruerentur, fi-
lio autem eius adulterium patrante ipſe illum in vincula coniji-
ci iuſsit, & ſententiam tulit, vt eius oculi effoderentur: congre-
gatis vero principibus Reipublicæ ac regni illius ad eũ obſecrã
dum, ne tam crudelem pœnã in principe filio ſuo exequi vellet,
nihil aliud ab eo precib⁹ potuit obtineri, quã vt fili⁹ ei⁹ in pœnã
crimi-

criminis vno duntaxat oculo priuaretur, ipse vero pater se sibi 19
alterum ex suis euulsit, vt sic legis norma penitus adimpleri
videretur. Sed oportet, vt hæc executio legis cum cordis cõ
passione coniungatur, quam in illis iustitiæ ministris minimè
esse credo, qui, vt illam exequantur, reuerentiam, quæ sacris lo
cis debetur, non obseruant. Non me latet, esse aliqua crimina,
Exod.21. ob quæ licitum est, delinquẽtes à locis sacris, vt puniãtur, extra
here. Dominus enim in sacro Exodi libro dixit: Si quis per indu
striam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo
auelles eum, vt moriatur. At quando delinquentes Ecclesiæ im
munitate iure optimo possunt gaudere, magna profecto diuinę
maiestati irreuerentia fit, cum priuilegia suæ sacræ domus con-
fringuntur: & multo minus ferendum est, quando illi, qui ad Ec 20
clesias se recipiunt, & sacrosanctæ eucharistiæ custodiam ample
ctuntur, inde pervim extrahuntur. Quod quidem nefas diuina
2. Mach. 3. iustitia seuere punire solet, sicut puniuit Eliodorum, quoniam
tyrannicè (vt ex sacris literis constat) in templum vrbis Hieru-
salem ingredi tentauit. Quod si ita Dominus Ethnicum prop-
ter irreuerentiam illi sancto templo habitam puniuit, quid ip-
sum facturum expectat Christianus ille, qui contra ius ingredi-
tur templum, vbi viuus Deus in sacrosancto & ineffabili sa-
cramento altaris est, vt tibi irreuerentijs contra ipsum Dominũ
vtatur? Omnes delinquentes vrbis Hierusalem, tam paruos,
quam magnos diuinus iudex puniuit, quoniam ipse persona-
rum acceptator non est: nunc autem vix nisi in paruos animad-
uertitur, potentes vero licet nefarij & scelerati sint, nullus est, 21
qui (vt aiunt) in filo chlamydis pertingat, nec ipsos punire ve-
Simile. lit. Quando flumen aliquod extra ripas exit propter aquarum
multitudinem, solet secum ligna atq; arbores integras magno
impetu ferre: tunc pauperes vncis & harpagonibus omnia li-
gna, quæ possunt, colligere conãtur. Si quis autem eis dicit: Heus
ecce lignum magnum per flumen labitur, aut ingens arbor, quæ
forsan pontem aut molina præcipitabit, magnaq; faciet strages,
& ante se alia quam plurima ligna parua impellendo fert, ite &
colligite illa: ipsi respondent: Non possumus tãtas trabes tam
que magnos stipites colligere, sed sola ligna parua, quæ non tã
tũ habent ponderis, nec nobis tantopere resistunt. O iustitiæ mi
nistri, q vncos & harpagones ad capiẽdos minimos pauperes per

aquam

22 aquam labentes, & in sceleribus suis immersos habetis: quod ego
non quidem reprobo, sed quare magnas arbores & tigna pontes
præcipitantia non capitis? Quare, inquam, magnos ac potentes,
qui suo deprauato exemplo totam Rempublicam euertunt, nō
punitis? Quia non habemus vncos, id est, *Garanatos*, Ad tantas tra
bes detinendas. Hoc est non habemus animum ad puniendū tā
potentes homines, eosq; à suis sceleribus extrahendum, atq; ita
illos impune relinquimus, siue quia eos pertimescimus, siue quia
manus nostras pecunijs & largitionibus implent. Loquens. S.
Isaias de Christo mundi Saluatore dixit: Erit iustitia cingulum *Isaiæ.11.*
lumborum eius, id est, iustitia erit cingulum corporis mystici il
lius cœlestis capitis, quod est Respublica Christiana. Et hoc
cingulum per aliquas partes torqueri solent, O *por el peso de la*
23 *escarcela*, hoc est, *Por el interesse*, Aut propter pondus ensis, hoc
est propter timorem ac minas magnatum & potentum. O quā *Eccle.7.*
merito in Ecclesiastico dicitur: Noli quærere fieri iudex, nisi va
leas virtute irrumpere iniquitates, nè forte extimescas faciē po
tentis, & ponas scandalum in agilitate tua: & in contextu Græ
co habetur, in æquitate tua. Et iuxta hanc literam Spiritus san
ctus docet, hominem non habentem fortitudinem ad resistēn
dum sceleratis si munus aliquod publicum adiudicandum suscī
pit, suæ propriæ æquitati scandalum ponit, ob quod nomen in
iusti meretur. O Domini iudices & Reipublicæ gubernatores
Deum obsecrate, vt vobis animum & vires coferat ad tantum
ministerium & tam vtile, vt oportet, exercendum. Dicite cum
S. Dauid, Doce me facere voluntatem, non hominū sed tuam, *Psal.118.*
24 quia Deus meus es tu. Hæc est norma, qua boni iudices duci de
bent. Contendite autem vos ab omnibus timeri, non tanquam
homines simpliciter, sed tanquam homines Dei authoritatē ha
bentes, contendite etiam, vt in vobis Deus ab omnibus timea
tur. Quando rex Saul mortuos boues & dilaceratos misit in om *1.Reg.11.*
nes terminos Israel per manum nuntiorum dicens, Quicunque
non exierit, & sequutus fuerit Saul, sic fiet bobus eius, ait ibi fa
cer textus: Inuasit timor Domini populū, & egressi sunt quasi
vir vnus. Nō inquit, timor Regis Saul, aut timor amissionis boū
inuasit populum, sed timor Domini, cuius authoritatem Saul
in terris habebat. Et cū Saul hoc egit, etiam ibi dicitur: Insilunt
in eum spiritus Domini. Vbi apparet, quod sicut caput in spiri

tu

tu Domini incepit, sic membra per spiritum Domini proces-
runt. Igitur siquidem Dei ministri estis, minas ac potentiam ho-
minum non pertimescatis, quoniam ipse vos, si id, quod debetis
Nicolaus de Lyra. præstatis, absque dubio ab eis eripiet. Nicolaus Lyranus ait,
quòd cùm homines Patriarcham Noe aquarum diluuium, præ-
dicantem audierunt, ei mortē minitabantur dicentes, illum etiā
Gene. 6. viuum non esse remansurum. Vt autem Dominus eum securū
redderet, & ab hoc periculo liberaret, ei dixit: Ponam fœdus
meum tecum, & ingredieris arcam tu & filij tui. In quo satis ap-
paruit, hunc esse verum literæ sensum, quem Lyranus exponit,
Exod. 3. scilicet, Ne timeas, quia viuus ingredieris in arcam, & ego te ab
illorum morte eripiam. Moyses etiam, quoniam propter mor-
tem illius, quem in arena interemptum humauit, exulabat, &
coram rege Pharaone comparere oportebat, ne timeret, appa-26
ruit ei Dominus in rubo igne incenso, acsi apertius per visionē
illam ei diceretur: Quemadmodum hic rubus licet debilis con-
tra ignis fortitudinem flammis ardet, & non consumitur, sic tu
quamuis pauper poteris tutus ac securus coram regis Pharaonis
potentia apparere: & etiā verbis ei dixit, Ego ero tecū. Idem er-
go Dominus, qui illos ministros suos liberauit, vos etiā à tyran-
norū potentia eripiet. Sed quæro, siquidem post aduentum Spi-
ritus sancti in sacros discipulos multi Hebræi incolæ vrbis Hie
rusalem ad fidem Domini Iesu Christi veri Saluatoris mūdi se
conuerterunt, & fideles ac perfecti amici eius fuerunt: nunquid
etiam hi cuersi & cū alijs infidelibus destructi fuerunt? Hæc est
quæstio, quam Patriarcha Abraham Dño dissoluendam propo-
suit, quando ipse Deus ei manifestauit, se opulentissimas illas27
vrbes Sodomam & Gomorrham velle comburendo diripere &
Gene. 18. funditus euertere. Nunquid (ait S. Patriarcha) perdes iustum
cum impio? Absit à te, vt rem hanc facias: non est hoc tuum, qui
iudicas omnem terram. Et in contextu Græco & in paraphrasi
Chaldaica habetur, Nūquid iudex vniuersæ terræ nō faciet iudi-
ciū. Ex quo colligitur iustitia nō fieri, nec iudiciū, quādo iustus
cum impio punitur. Et sunt valde ponderanda verba ista,
scilicet, Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram. Quod
perinde est acsi diceret, Cum sis supremus iudex à quo non da-
tur appellatio, nō debes hoc facere. Ex hoc colligitur summa
obligatio, quam supremi iudices, à quibus nulla est appellatio,
habent,

habent, vt rectissimè in suis iudicijs procedant, siquidem non est, qui sententias eorum corrigat. Vt autem inde constat, Dominus iustos cum impijs illarum vrbium non combusit, siquidem sanctum Loth ac filios & vxorem eius ab illo incendio liberauit. Et in sacro libro Exodi videns Moyses populum, quod nudus esset ab omni pudore (Aaron enim ipsum spoliauerat, importunationem & impudentiam ac petulantiam eius discooperiens) videnſq; ipsum populum suam culpam ac scelus non cognoscentem, quin potius contra ipsum (eo quod idolum confregerat,) congregantem se & ad inuicem perturbantem, vir sanctus gladio vtens pertinaces puniuit, & non Aaron fratrem suũ, qui culpam recognoscens humiliter reprehẽsionem sancti Moysi accepit. Et cum ibi dicitur: Occidat vnusquisq; fratrem suum, de illis, qui pertinaces erant, intelligitur. Atq; vbi nos legimus, In illa die ceciderunt viginti tria millia licet in Hebræo habetur, Tria millia, intelligitur ex præcipuis, nã in fine capitis dicitur: Percussit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron, atq; ita ex alijs fuerunt illa viginti millia. Brisonius & Stobæus narrant Solonem Soloninum fuisse interrogatũ, quod nam esset inclytum & excellẽs regnum. Cui ille respondit, illud esse, in quo bonis præmia proponebantur, improbi vero pœna ac supplicio afficiebantur. Profecto ille verum dixit: infælix enim dici potest Respublica & regnum, vbi hoc non seruatur, quin potius probi humiliantur, improbi vero sublimantur. Ideo D. Petrus ait, Dominum dedisse regibus & gubernatoribus mundi potestatẽ ad vindictam malefactorũ, laudem vero bonorũ. Ex his omnibus colligitur ad propositam quæstionem responsio, scilicet, quod procul dubio iusti in illa subuersione nihil mali passi sunt, quoniam cœlitus admoniti se vltra Iordanẽ in ciuitatem Pellam, vt refert Eusebius, receperunt. Qua in re benignitas magna Dei eluxit. Sic de Hebræis in AEgypto legimus, quos tenebræ non cruciabant. Vnde sapiens ait: Sanctis tuis maxima erat lux.

Exod. 32.

1. Petri. 2.

Eusebius. li. 3. *cap.* 3.

Sapien. 18.

Et ingressus in templum cœpit eijcere vendentes in illo & ementes dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Ex his verbis colligitur, quod licèt in omnibus locis orare, & Dominum laudare possimus, (ait enim S. Dauid, in omni loco dominationis eius bene-

benedic anima mea Domino) tamen ad hoc peculiaris locus est templum. Atq; ita vbi nos legimus: Laudate Dominum in sanctis eius. B. Hieronymus vertit, Laudate Dominum in templo sancto suo. Et ita literalis sensus horum verborũ, in sanctis eius est, In locis sanctis eius: in templo enim duo peculiaria loca erãt videlicet, sancta & sancta sanctorum. Et vbi nos legimus, Mirabilis Deus in sanctis suis, B. Hieronymus vertit, Mirabilis Deus in sanctuario suo, quoniam tunc nullum aliud in mundo ad Deũ obsecrandum templum nisi illud erat, in quo ipse Deus in beneficijs, quæ ibi hominibus conferebat, se mirabilem ostendebat. Occasione sumpta huius purificationis, fratres mei, quam Dominus angelorum in illo materiali templo fecit, ad nos nostra se vertat oratio. Ex illa nanq; infertur magna obligatio, quam, vt nos ab omni nequitia purificemus, quilibet nostrum habet, si- quidem immensi Dei vera templa sumus, quemadmodũ B. Paulus testatur dicens: Vos estis templũ Dei viui, sicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis. Atq; ita loquens idem B. Apostolus de Deo ait: Hic cœli & terræ cũ sit Dominus, non in manu factis templis habitat. Et Salomon in consecratione templi dixit: Ne putandum est, quod vere Deus habitet super terram? Si enim cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui? O rem admirabilem. Aedificauerat hic sapientissimus vir templum illud magnificentissimum, in quo ingentem numorum & dinitiarũ copiam consumpserat. Animo concipite, quas expensas facere poterant ducenti mille homines, qui in opere eius per septem annorum spatiũ, quo ædificiũ illud durauit, laborabant, præter lapillos pretiosos & aurum, quo totum templum operiebatur, & præter innumerabilia vasa aurea, argẽtea, atq; aliorum metallorum, quæ ad seruitium eius fabricata fuerunt. Postquam autem confectum fuit, fatetur Salomon, Deum in templis materialibus non habitare. Insanus certe videtur Salomon tam epulentam domum, ędificasse, vt dominus in ea habitaret, & postea dixisse, ipsum ibi nõ esse habitaturum. Quorsum ergo illam tantis sumptibus, ò Salomon, ædificasti? Ego dicam, dummodo & vos prius ad aliã quæstionem respondeatis, videlicet, Ad quid Dominus cœlum fecit, siquidem ille hic & illic atq; in omni loco habitat, nec cœlis indiget? Ad hoc respondetur, Deum fecisse cœlum, vt in ipso ser-

Psal. 150. Psal. 67. 2. Corin. 8. Actorũ. 7 3. Reg. 8.

34 so serui eius habitarent. Sic ergo, ait Salomon, templum hoc
ego ædificaui, vt homines serui Dei in eo habitent, ipsumque
Deū ibidē venerētur & adorēt, & vt homines, qui propria tēpla
sunt Dei, per diuitias, ornatum, & puritatem huius templi mate
rialis se ipsos adornare & purificare addiscant. O vtinam hæc,
fratres mei, sæpenumerò nobiscum animo euolueremus, sanè
mentes nostras immunditijs peccatorum polluere, maxime per
timescceremus. Ostende domui Israel templum, & confundētur
ab iniquitatibus suis, dixit Dominus ad Ezechielem Prophe- *Ezech. 43.*
tam. Ego autem etiam dico vobis, vt reminiscamini vos esse ve-
ri Dei templa, atq; ita à sceleribus vestris confundemini. S. Da
uid ait, Vnam petij à Domino, & hāc requiram, vt inhabitem
in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Mirabile profe-
35 ctò est, sanctum Dauid vnam tantummodo rem à Domino po *Psal. 26.*
stulasse. Te alloquor, ò rex sancte, aut cogitas Deum esse paupe
rem, aut tam parcum esse, vt difficillimè id quod ab eo petitur,
concedat? Porro id, quod postulas, non tantum nec tam pretio-
sum videtur, siquidem ais, vt inhabitem in domo Domini om-
nibus diebus vitæ meæ. O incommutabilis Deus, quā singulare
beneficiū in illum confers, cui hoc concedis. Dauid nanq; Rex
erat, & regnum suum gubernaturus erat, propter quod in do-
mo materiali Domini semper habitare non oportebat, & tamē
ait: Hoc requiram, (idest, consecuturus sum) vt inhabitem in do
mo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Sequitur ergo, illū non
fuisse locutum de habitatione domus materialis, sed perinde est
ac si diceret: Hoc beneficium à Domino postulaui, & illud con
36 secuturus sum, videlicet, vt mihi virtutem & gratiam conferat,
vt intra me ipsum continuò habitem, & ad conscientiam meam
attendam, & animam meam mundare laborem, ipsiusq; strages
reficiam, siquidem templum & habitaculum eius sum. Fabrica
autem & ædificium huius domus debet esse omnino diuersa ab
ædificio domorum materialium, nam artifices in fundamentis
lapides incultos & incisos, in progressu vero ædificij perpoli- *Simile.*
tos & affabre laboratos, omnibus videndos collocant, sic pecca
tores ædificant, qui scelera sua pro fundamentis ponunt. In quo
obsecro, fundatur superbus? Omnia opera eius in aere & vanita
te fundantur. In quo auarus? Certe opera eius fundantur in con
seruādis diuitijs & in pluribus acquirēdis. In quo voluptuarius?

In delicijs & carnis immunditijs. Hæc autem fundamenta scele- 37
rati tanquam lapides fundamentorum, qui non apparent, con-
tegunt: quod si aliquod bonum operantur, id in sublimi, vt ab
omnibus videatur, reponunt. Iusti autem ad imitationem Dei
ædificant, qui pro fundamento optimum posuit. A Edificauit
mundum & cœlos pro fundamento elementorum, & eorũ, quę
in eo sunt, posuit: ædificauit hominem, & pro fundamento cor-
poris eius animam posuit, atque ita ablata anima corpus corruit
& corrumpitur, ædificauit Ecclesiam, & pro fundamento vni-
1. Corin. 3. genitum filium suum factum hominem posuit. Ideo D. Paulus
inquit: Fundamẽtum aliud nemo potest ponere prẽter id, quod
posítum est, quod est Christus Iesus. Sic iusti fundamenta iacĩut
Ephes. 3. in lapidibus perpolitis, quæ sunt virtutes, patientia, mansuetu-
do, & charitas, in charitate radicati, vt ait D. Paulus. Hoc au- 38
tem fundamentum ipsi iusti terra humilitatis contegunt, & fo-
ris lapides minus cultos & politos reponunt, hoc est, cupiunt
quantum in se est, vt imperfectiones suæ ab omnibus cognoscã
tur, & videantur, vt sic contemnantur & pro nihilo fiant, quòd
si eas non propalant, ideo est, vt malum exemplum de se non
Dissimile. præbeant, nec fragilibus scandalum. Quanuis autem omnes
Christiani templa sint, tamen discrimen est inter eos. Nam si-
cut inter templa materialia differentia versatur, (quædam enim
sunt ædiculæ in solitudine ædificatæ, ideſt, *Hermitas*, quædam
sunt ecclesiæ parochiales, & quædam sunt ecclesiæ cathedra-
les) sic inter Christianos discrimen est: quidam nanque sunt
velut ædiculæ in solitudine, quæ nec verruntur, nec mundan
tur, nec in eis res sacra fit, nisi semel in anno, die, videlicet, 39
illius sancti, cuius est aduocatio eius, reliquum vero temporis
telis araneorum atque alijs immunditijs plenæ sunt. Ita quam
plurimi sunt Christiani, qui sanctissimo confessionis sacramen
to minime purificantur, nec sacrosanctam eucharistiam, ni-
si semel in anno & fere pudore ac timore compulsi, ne nomina
tim excomunicentur, accipiunt, reliquum vero temporis ple
ni immunditijs atq; paccatis sunt. Alij velut ecclesiæ paro-
chiales sunt, vbi plerunque diuinum officium celebratur, &
singulis quibusque hebdomadis verruntur. Hi sunt Chri-
stiani mediocri virtute prædíti, qui in festis solennibus anni
crimina sua expiare conantur, & sacrosanctam eucharistiam
sumunt,

40 ſumunt, atque ita maiori conſcientiæ puritate vitam degant.
Alij denique ſunt velut cathedrales eccleſiæ, quæ fere quotidie mundantur, & ſanctum miſſæ ſacrificium in eis maxima ſolennitate celebratur, ſuaueſque muſicæ concentus fiunt in laudem & honorem Dei, atque pulcherrima, & ditiſsima ornamenta, imagineſque magni valoris in eis reperiuntur. Hi ſunt perfectiſsimi Chriſtiani, qui quotidie animas ſuas ſcuera conſcientiæ examinatione mundant, & purificant, atque abundantiſsimis lacrymis irrigant, frequenter diuina ſacramenta ſuſcipiunt, & corda eorum, ſunt veluti chori, ex quibus continuæ laudes Dei deuotiſsime prolatæ exeunt, quoniã id, quod Apoſtolus monet, adimplere ſtudent, ſcilicet, Cantãtes & pſallentes in cordibus veſtris. Pretioſa vero ornamenta *Ephes. 5.*
41 ſunt diuerſæ virtutes, quibus ornantur. Denique in eis ſunt pulcherrimæ imagines, videlicet, imago ſanctiſsimæ Trinitatis, quæ eſt libertas, quam tanto aliquis perfectiorem habet, quanto magis bona ſua proximis cum charitate diſtribuit: nam pater æternus totum ſe filio dat, filius vero ac Pater totam ſuam *Simile.* eſſentiam Spiritui ſancto conferunt. Atq; ita ſiquis ex centum aureis, quos poſsidet, octoginta elargitur, & alter, qui alia centum habet, tota integra ea pauperibus impartitur, hic profecto magis eſt ſimilis Deo, quam ille. Eſt etiam in illis imago Ieſu Chriſti crucifixi, quia (vt ait idem Apoſtolus) Qui ſunt Chri *Galat. 5.*
ſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Et ſicut ille, qui cruci affixus eſt, nec pedes nec manus mouere poteſt, ſed ad omnem motum impotens eſt: ita iuſti carnem
42 ſuam, deſideria, & cupiditates cum clauis timoris, amoris, atque ſpei crucifixerunt, ne in aliquid contra diuinam legem moueantur. Eſt etiam in illis imago ſacratiſsimæ virginis Mariæ, videlicet, puriſsima caſtitas. Deniq; in eis imago Apoſtolorum reperitur, qui eſt verus mundi atq; omnium rerum eius cõtemptus & renuntiatio. Et ita in Decreto eſt quidam textus de ſacerdotibus monachis imaginem Apoſtolorum gerentibus. *16. q. 1. c. 1.*
Omnes autem totis viribus conari debemus, vt his præcipuis tẽ plis aſsimilemur in omnibus, quæ potuerimus iuxta cuiuſq; noſtrum ſtatus conditionem.

Concludit igitur ſacroſanctũ hodiernũ Euangeliũ dicẽs. Et erat docẽs quotidie in tẽplo. Non erat bonus Ieſus ſicut quam

plurimi frigidi huius tempeſtatis prædicatores, qui grandē la- 43
borem eſſe reputant, octauo quoque die ad populum ſermonē habere: &, (quod peius eſt) ipſis concionatoribus non eſt tam laborioſum concionari, quātum auditoribus, audire, qui ſic laſſantur, & audiendo vna duntaxat hora ſermonem fatigantur, ac ſi in illa torquerentur. Non deficiebat cœleſtis magiſter quotidie prædicando, nec auditores illius temporis admirabilem eius doctrinam audientes langueſcebant, nunc vero incipiente concionatore ſtatim quam plurimi oſcitari incipiunt. Dominus ipſe ſuum diuinum ſpiritum & feruorem nobis communicet, vt guſtu, ſuauitate, & affectione diuina eius verba audiamus, & per obedientiam eorum mereamur conſequi gratiam, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amē,

DOMINICA X.

Poſt pentecoſten

CONCIO PRIMA

Dixit Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant. &c. Lucæ. 18.

IN ſacro huius diei Euangelio, dilectiſſimi, cœleſtis magiſter mirabili quadam ſi 2
ue parabola ſiue rei geſtæ hiſtoria & ſuperbiæ crimen deteſtatur, & humilitatis virtutem commendat. Tam ſublimis virtus humilitas eſt, vt videns Deus, in terris non eſſe magiſtrum, qui eam, vt oportebat, doceret, vnigenitum filium ſuum doctorem eius in terram mittere dignatus eſt. Atq; ita ipſe Domi-
Matth. 11. nus ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. De inſigni philoſopho Homero legitur, omnes vrbes Græciæ pugnaſſe & interſe quanlibet contendiſſe, illum in ſe ipſa fuiſſe natum, vnaquæq; enim ſe fælicem & nimio honore condecoratam reputa-

3 putabat, si vir in Philosophia tam doctus, & in pōesi tam singularis in ea nasceretur. Ita dici potest, oēs virtutes aliquo modo inter se contendere, qualibet earum dicente, humilitatem suā esse, sibique proprie pertinere: tanta est humilitatis excellētia.

Et inter illas prima, quæ hoc postulat, est temperantia, & habet pro aduocato angelicum doctorem D. Thomam, qui eleganter probat, humilitatem esse temperantiæ partem. Quod vt recte intelligatur, notandum est, virtutem esse bonum arduū. Quælibet virtus habet duo in se, bonitatem, scilicet, & difficultatem. Ex parte bonitatis oritur in mente quædam passio, quæ est boni spes, quod quidem omnes appetunt, ad difficultatem non attendentes: ex parte vero difficultatis oritur alia passio, videlicet, quædam ignauia & diffidentia ad illud arduum consequendum. D. Tho. 2. 2. q. 161. art. 1.

4 Exemplum huius reperitur in brutis. Si enim cani venatico leporem à longe ostendas, licet propensio eius & inclinatio naturalis ipsum inuitat, vt eam insectetur, ipse tamen eum tam procul à se videns sistit, quoniam instinctu naturali docetur, difficultatem esse ad obtinendū illum. Sic humanum cor, considerans bonitatem & pulchritudinē virtutis eam exoptat sed ex alia parte contemplans difficultatem, quæ in ea comparanda est, ignauia & diffidentia afficitur desperans se illam posse consequi. Ad huius autem remedium inquit sanctus Doctor, esse duas virtutes, alteram magnanimitatem, alteram vero humilitatem. Illa animum & vires præbet ad opus incipiendum, & illud prosequendum, licet difficile videatur, humilitas vero impetum desiderij & spei reprimit, ne sese incaute proijciat. Sicut Simile.

5 ad regendum & moderandum equū ipse eques eget calcaribus vt eum velociter & diligenter faciat currere, fræno verò opus habet, vt moderate ambulet: sic cor nostrum calcaribus indiget, videlicet, magnanimitate, & etiam fræno, quæ est humilitas, ne se in id, quod per vires non potest, præceps proijcere audeat. Simile. Hanc virtutem S. Dauid se iactabat habere dicens: Domine nō est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei: neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Ideſt: Non me in illa, quæ vires meas superabant, proieci. At sicut magnanimitas est pars fortitudinis, sic humilitas temperantiæ, quæ efficit, vt mens reprimatur, & se cohibeat cognoscendo paruum sui valorem, & cum hac cognitione se coram Deo tanquam impoten Psal. 130.

tem ac debilem repræsentat implorans à diuina liberalitate auxilium ad comparandam, quam intendit, virtutem, cognoscens illam per se solum non posse consequi. 6

Martin. de Magist. in li. de fortitu.

Secunda autem virtus, quæ intendit humilitatem esse suam propriam, est fortitudo. Hæc pro aduocato habet doctorē Martinum de Magistris in quodam libro, quem de ipsa fortitudine inscripsit. Intentum verò sic probat: Omnes tētationes, quibus homines in hac vita prouocantur, ad duo genera reducuntur: aut enim homines tentantur rebus prosperis, aut aduersis: & vtrumq; tentationum genus iustus humilitate superat. Nam in aduersitatibus cōtemplatur, sibi labores à Domino propter peccata sua tribui, & multo plures mereri: quia licet aliquis sit virtute præditus, saltim venialia peccata committit, siquidem D.

1. Ioan. 1. Ioannes asserit: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 7 Et cùm iustus cogitet, propter peccata venialia in hoc sæculo non purgata animas terribilia tormenta in Purgatorij igni sustinere, existimat magnum sibi à Domino beneficium conferre, si pœna illa, quam in alia vita passurus est, in pœnam huius vitæ sibi commutetur. Quod si rebus prosperis tentatur, illas etiam humilitate vincit. Itaque humilitas est veluti arma, quibus se tuetur, ne rebus prosperis in superbiā efferatur, & ne in aduersis patiētiā amittat. In quo apparet quātū fortitudo in humilitate habeat.

Tertia virtus, quæ intendit, humilitatem suam esse, est prudentia, quæ sic diffinitur: Est prouida scientia, qua homo prouidet se in futurum. Quod autem humilitas sit pars huius prouidentiæ, patet, quia vnus ex præcipuis effectibus humilitatis, est 8 efficere, vt virtutes, quas homo habet, & bona opera, quæ operatur, omnia ipsi licet magna sint, parum esse videātur: è contra vero superbia efficit, vt parua, quæ quis operatur, magna esse existimet. Inter conspicilia, quibus adolescentes vtuntur, &

Simile. illa, quibus senes, hoc discrimen versatur, quod ea, quibus adolescentes vtuntur, res minores quam sunt, repræsentant: conspicilia vero senum res maiores quam sunt, referunt. Sic hoc differt inter superbiam & humilitatem, quod illa est velut conspicilia senum, quæ res maiores quam sunt, repræsentat. Quidquid nanque superbus in seruitio Dei agit, licet minimum sit, ei magnum videtur, & magno pretio dignum

9 num. Humilitas vero est tanquam conspicilia adolescentum quæ res minores quam sunt, refert, quamuis enim magna atque optima opera ille, qui humilis est, operetur, ei tamen parua & imperfecta esse repræsentantur. D. Bonauentura narrat, Dominum fratri Ruffino socio Patris nostri Francisci reuelasse, se quandam singularem gloriæ coronam sancto illi viro seruatam habere. Cupiens autem frater Ruffinus scire, quantam humilitatem haberet, eum quandam die sic interrogauit: Pater maxima lætitia afficerer, si vnum, quod scire cupio, mihi patefeceris, videlicet, quid de te sentis, & in qua existimatione te ipsum habes? Cui Beatus Franciscus respondit: Existimo, me omnibus mundi peccatoribus esse maiorem, & qui minus omnibus Deo inseruio. Qualiter, ò pater (inquit
10 frater Rufinus) id vere dicere potes, siquidem alij sunt latrones, alij homicidæ, & adulteri, tu vero hæc minime habes? Tunc sanctus vir respondit: Si tam liberali manu Dominus ipsis sicut mihi auxilium & fauorem præbuisset certe magis grati quam ego se se erga illum ostenderent: insuper si ipse Dominus me deseruisset, maiora quam illi simul crimina perpetrassem. O responsum profundissimum, & tanto viro dignum. Sed certe illud non est considerandum lumine naturali, nec prudentia humana, quoniam videtur nō posse verificari. Nam si Dominus vidisset, ab alio sibi illis donis maiorem seruitutem esse adhibendam, illa ei daret. Sed perpendere debetis hanc huius sancti viri humilitatem ab altissima Dei cognitione processisse: quanto enim quis altius in hanc diuinā cognitionē ascēdit, tāto
11 clarius suam vilitatem & miseriā intelligit. Iccirco sponsa in Canticis ait: Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol. Sicut enim ille, qui solis radijs obfuscatus domum suam ingrediens ea, quæ in ipsa sunt, non videt: ita qui alta contēplatione diuini solis eleuatur, quæ sua sunt, minime respicit, omnia ei tenebræ & nihil videntur. Vnde ei quidam mæror sui ipsius ac fames & sitis iustitiæ oritur, qua ad bona opera quā plurima operandum, multasque virtutes comparandas festinat. Et hoc modo humilitas pars est prudentiæ. Quarta denique virtus, quæ humilitatem suam esse intendit, est iustitia, sic a doctissimis viris diffinita: Iustitia est perpetua & constans volūtas ius suū vnicuiq; tribuens. Et hic etiā est vnus inter præcipuos

Canti 1.
Simile.

humilitatis effectus, quoniam mediante illa homo defectus & 12
culpas, quas committit, ſibi tribuit, & Deo gloriam bonorum,
quæ agit, reddit, cognoſcens ſe eius fauore & gratia adiutum il-
Iſaiæ.26. la operari. Atque ita vbi nos legimus: A facie tua Domine con-
cepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum, ſeptuaginta interpre
tes tranſtulerunt: A facie tua Domine concepimus, & peperi-
mus ſpiritum ſalutis tuæ, quem fecimus in terra. Et ſic etiam le
git B. Hieronymus. Ex quo apparet, qualiter iuſti ſua bona
deſideria ac recta opera Deo tribuunt ſiquidem aiunt: A facie
tua, ideſt à virtute & fauore tuo concepimus: bona vero opera
appellant ſpiritum ſalutis Dei. Atq; ita probatum manet, humi
litatem eſſe omnium virtutum partem, ideo à ſummo veritatis
magiſtro Ieſu Chriſto nuncupata eſt omnis iuſtitia. Nam (vt
Matth.3. D. Matthæus narrat) cùm glorioſus Baptiſta ipſum Dominum 13
baptizare renueret reputans ſe tanto munere indignum, Domi
nus ei dixit: Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iu-
ſtitiam, ideſt, humilitatem, vt ait gloſſa. Quis igitur eſt, fratres
mei, qui has de humilitate excellentias audiat, illius deſiderio
non inflammetur, & ad ipſam comparãdam omnes modos, at-
que inuentiones poſsibiles non quærat?

Hæc præclariſsima virtus illis deerat, de quibus ſacer Euange
liſta dicit, *Qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæte-
ros*, Licet propter aliquam virtutis imaginem, quam in ſe ipſis
deprehendebant, & ſe ipſos pluris quam par erat, æſtimabant,
Simile. & alios præ ſe ipſis contemnebant. Quemadmodum enim ſunt
quidam adeò imbecillo & infirmo capite, vt vel vna vini guttu
la inebrientur, & corruant, ita nonnulli ſunt, qui ſi aliquam vir- 14
tutis ſcintillam in moribus ſuis deprehenderint, vel pluſculum
aut orauerint, aut ieiunauerint, protinus inflantur, & alios præ
ſe ipſis facile contemnunt.

Vt autem diuinus magiſter oſtenderet, in quanto iſti pericu
lo verſarentur, & quam longe ab ea iuſtitia, quam ſibi arrogabãt
abeſſent, hanc illis parabolam propoſuit, *Duo homines aſcende-
runt in templum, vt orarent*. In templum non debet quis ire, niſi vt
Pſal.28. oret & Deum glorificet. Et ita ait S. Dauid: In templo eius om-
nes dicent gloriam. Et filius eius Salomon in templo orans di-
2.Para.6. xit: Domine Deus meus audias preces, quas fudit famulus tuus
coram te. Ipſum orare ac templum vocat Salomon orare corã

Domino:

15 Domino: & hæc erat vna circunſtantiarũ, ob quam ōrationem ſuam exaudiri poſtulabat. Et paulo inferius dixit: Quicunque orauerit in loco iſto exaudi de cœlis, & propitiare. Eſt autem notandũ, quod hic vbi nos legimus, Preces, quas fudit famulus tuus coram te, alia tranſlatio habet, Preces, quas fundit famulus tuus, & ſic eſt in contextu Græco & in paraphraſi Chaldaica & in tranſlatione Syriaca. Vbi perſeuerantia regis in oratione denotatur, ſicut orauerat & orabat. Quòd ſi Hebræi, eò quòd in templo illo orabant, confidebant, hanc vnam futuram eſſe rationem, propter quã Dominus preces eorũ exaudiret, multo maiori ratione Chriſtiani confidere poſſumus, quod preces fundentes in Eccleſia, vbi verè & realiter Chriſtus fideliſsimus aduocatus noſter in admirabili altaris ſacramẽto eſt, exaudiemur. Si ve-
16 ro reprehenſione dignum eſt, in templũ ire aliquem, vt ibi verba iocoſa loquatur, quanto maiori dignus erit ille, qui eò ſe confert, vt peccet aſpiciens ibi ac deſiderans id, quod non oportet. *Eſther. 7.* O ſacrilegam abominationem. Vt rex Aſſuerus nequitiam & tyrannidem impij Aman amplificaret, dixit: Etiam reginã vult opprimere me præſente in domo mea. Quanto magis exaggeranda eſt audacia & impudentia hominis Chriſtiani, qui in loco ſacro coram ſuperno imperatore Ieſu Chriſto audet aliquod peccatum committere?

Exijs, qui orationis cauſa templũ ingreſsi ſunt, *vnus erat Phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus autem ſtans hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus.* O diabolicam crudelitatẽ.
17 Ferendum ne eſt, vt aliquis homo coram Deo ad amplificandũ & exaggerandum proximi ſui peccata ſe ſeponat? Hoc certe eſt ſuperborũ ingenium. Atq; ita vbi nos legimus: Superbia cordis *Abdia. 1.* tui extulit te, in paraphraſi Chaldaica habetur, impietas cordis tui ſeduxit te. Vbi apparet, qualiter ſuperbia efficit homines impios & in proximos ſuos crudeles. Deus, vt eſt pater miſericordiarum, occaſionem quærit ad hominum peccata aliquo modo excuſanda: atq; ita dixit: Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in ma- *Geneſ. 18.* lum pronaſunt ab adoleſcentia ſua. Attendite, obſecro, quã rationem diuina bonitas quæſiuit, vt alterum in mundum diluuiũ non mitteret, videlicet, homines in malum propenſos eſſe. O be-

nedictus & glorificatus sit talis Deus, qui ita humanam miseriã & fragilitatem compatitur. Hanc etiam benignitatem apud D. Matthæum ostendit, cum postquam discipulos suos, eò quod dormiebant, increpauit, eos ipsos excusauit dicens: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Satis hoc S. Dauid intelexit, cùm dixit: Misertus est Dominus timentibus se, quoniã ipse cognouit figmentũ nostrũ. Simile est illud prophetæ Oseę, vbi postquã Dominus quamplurimas Hebræorum abominationes recensuit, adiecit statim dicens: Spiritus enim fornicationis decepit eos. Si spiritus pro vento hic sumatur, (vt ait quidam interpres) aperte in hoc voluptatis & carnis deliciarum breuitas significatur. At verò Theodoretus & Theophylactus inquiũt, spiritum fornicationis esse studium & curam appetitus voluptatis. Sed quęro, quomodo in præsentiarum Dominus ait, Spiritus decepit eos? Vbi deceptio est, ibi voluntas non est, & vbi voluntas nõ est, quomodo potest esse peccatũ? Ergo Dñe, quomodo dicis, spiritus fornicationũ decepit eos? Et quomodo potuit hic spiritus decipere eos? Resenim (vt rectè docet D. Tho.) per se non fallunt, sed per accidens. Rationem autem subiunxit desumptam à Beato Augustino, quia res non ostendunt aliud, quam suam speciem. Dicuntur vero res per accidens decipere, quia præbent occasionem falsitatis, eò quòd similitudinem eorum gerunt, quorum non habent existentiam, & sic non est vere deceptus peccator nisi largo modo, quatenus voluptas præbuit occasionem, vt iudicaret bonum, quod erat iniquum. Cùm autem Dominus hoc de Hebræis dixit, fuit, sua immensa bonitate occasionem quærens ad excusandum aliquo modo eorum peccata. Tale est etiam iustorum ingenium, talis eorum laudanda conditio. Atq; ita Propheta Daniel iniquitatem turpis senis excusauit dicens: Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Et in actibus Apostolorum D. Petrus postquam ciuibus Hierusalem dixit, Vos sanctum & iustum negastis, & petijstis virum homicidam donari vobis, authorem verò vitæ interfeciſtis, extenuauit peccatum eorũ addens paulo inferius: Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri. Perpendite bonitatem sanctissimi Apostoli, qui ex omnibus peccatis, quæ in mundo commissa fuerunt, ita maximum excusat. Imitemur ergo, fratres charis-

18 Matth. 26. Psal. 102. Osee. 4.

19 D. Tho. 1. p. q. 17. art. 1. ad. 1. D. August. li. de vera religione.

20 Daniel. 13. Actuũ. 3.

21 charissimi, nostrum benignissimum Dominum, sicut eum sancti imitati fuerunt, peccata proximorum nostrorum ne amplificemus, quin potius ea modis omnibus amore & charitate excusare contendamus. Nam vnum ex nominibus, quę sacra scriptura Diabolo imponit, est accusator fratrum nostrorum. Nolo dicere, quod cùm correctio fraterna obligat, ipsa cum efficacia & spiritus feruore minime fiat, siquidem valde necessaria est, maxime si delinquens nimium frequentauit peccatum. Sicut enim arbor denuo plantata facile euellitur: si vero diu plantata est, & altas egit radices, magnis viribus, & inuentionibus ad eam euellendam opus est: sic benignius agendum est cum homine, qui semel peccauit, quàcum eo, qui pluribus se irretiuit peccatis. Apud Di-
22 uum Marcum legitur, quod cùm dæmoniacus Christo Redemptori nostro præsentaretur, ipse Dominus parentem eius interrogauit: Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? Et cum pater respondisset: Ab infantia: videre est quo pacto exierit dæmon ab illo, multum (vt ait sacer textus) discerpens eum. Poteras quidem Domine Iesu dæmoni imperare, nè miserum hominem illum sic vexaret: quare ergo Domine id non iubes, sed permittis, vt ipse pauperculus ita torqueatur? Hoc cœlestis magister fecit ad significandam vim & violentiam, quæ ad expellendum dæmonem, qui à multo tempore in mentem aliquam dominatur, necessaria est.

23 Post quam Pharisæus dixit, se nõ illa scelera, perpetrare, quæ alij homines cõmittunt, cœpit numerare bona, quæ faciebat, dicens. *Ieiuno bis in sabbatho, &c.* Quid in hac oratione accusari potest? Siquidem hic pharisæus Deo gratias agit, eò quòd se à peccatis abstinebat, & bona opera operabatur. Quando Dñs prophetam Ieremiã ad prædicandum misit, id quod præcipuè ei iussit, fuit, vt euelleret & destrueret, & postea vt ædificaret & plantaret. Prius conare, ò Ieremia, vt vitia euellãtur & pessimæ consuetudines penitus extirpentur, & statim de nouo ædificiũ spirituale erige, nouasq; virtutes planta. Sic hic pharisæus fecisse videtur. Quod si bona sua proferre, vitio datur, quid ad illa D. Pauli verba respondebitis, scilicet: Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis

Apoca. 12.

Simile.

Marci. 9.

Hebr. 10.

passio

paſsionum, & in altero quidē opprobrijs & tribulationibus ſpe 24
ctaculū facti, in altero aūt ſocij taliter conuerſantiū effecti. Nā
& vinctis compaſsi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum
gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manē
tem ſubſtantiam. Nolite itaq; amittere confidentiam veſtram,
quæ magnā habet remunerationē. Ecce qualiter glorioſus Apo
ſtolus illos nuper cōuerſos admonet, vt ſuorum bonorū operū
recordentur, & ad præmium illorum ſpe recreentur. Quinimò
1. Corin. 15. idē Apoſtolus de ſe ipſo fatetur, plus omnibus laboraſſe in euā-
gelio diuulgādo, & plura propter Chriſtū ſupplicia pertuliſſe.
Simile. Optimi & odoriferi cibi poſtquā eduntur, & in ſtomacho ſunt
gaudiū illis, qui ipſos manducarūt, afferre ſolent, atq; ex ſe ſua-
uiſsimū odorē mittunt, & in labijs manducantis ſaporē quendā
relinquūt, quo, qui māducauit, relingit, & māducaſſe deguſtat, 25
vulgo, *Se eſta relamiendo*. Sic bona opera poſtquam probe acta
ſunt, ipſum operantem gaudio & conſolatione afficiūt, & cafe-
ciſſe delectatur. Quamuis S. Iob ſe vulneribus plenū & labori-
bus circundatū videbat, tamen ſterquilinio ſedens, & bona ope
ra, quę aliquando egerat, in memoriam reuocans ſe ipſum con-
Iob. 29. ſolabatur dicens: Cor viduæ conſolatus ſum, oculus fui cæco, &
Simile. pes claudo, pater eram pauperum. Et ſicut inſipidi cibi, quales
ſunt allia, cepæ, & cætera id genus, poſtquam ab aliquo mandu
cati ſunt, efficiunt ipſi manducanti quandam acerbitatem & tę
diū: ſic mala opera poſtquam facta ſunt, quandam amaritudinē
& afflictionē ipſi operanti gignunt. Sunt quædam in mūdo re-
giones, quæ quoſdam fructus prębent, aliæ vero alios diſsimiles
producunt. In frigidis enim mali citreæ ideſt, *Naranjos* minimè 26
producūtur. Quod ſi arbores huiuſmodi ibi plantātur, naſcūtur
quidē, ſed aduenięte gelu ſtatim marceſcūt, licet omni cura ob
ſeruętur, cœlū enim illius regionis illas nō patitur: in calidis au
tē regionibus parua induſtria cōſeruātur. Sic virtus terra eſt, ſeu
regio, in qua fructus lætitiæ oritur, & creſcit mirabiliter. Atq;
ita de iuſtis inquit D. Paulus: Quaſi triſtes ſemper autē gaudē-
1. Corin. 6. tes. Peccatū vero tellus eſt frigidiſsima, nullū lætitiæ fructū, ſed
amaritudinis & moleſtiæ affert, quod ſi aliquādo in eo aliquod
gaudiū oritur, eſt veluti in locis frigidis malę citrea, quæ ſtatim
Iob. 20. marceſcit & cōſumitur. Et ita apud S. Iob dicitur. Gaudiū hy-
Eccle. 14. pocritæ ad inſtar pūcti. Et Eccleſiaſticus ait: Beatus vir, qui non
eſt ſtimu-

27 eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Cum igitur hoc ita ſit merito. D. Paulus Hebræis conſulebat, vt bonorum operum ſuorũ reminiſcerentur ea ipſa profunda humilitate conſiderãtes tanquã beneficia à Deo accepta & non tanquã propria ſua opera. Nã (vt ait B. Auguſtinus) ipſa hominis opera beneficia Dei ſunt.

Hoc ergo infælici phariſæo deerat, qui quamuis realiter bona opera exteriora fuerat operatus, non tamen interiorem humilitatem habebat, ſed ſuperbia plenus ſe tanquam iuſtum reputabat, alios vero vt peccatores, atq; ita cum vanitate & præſumptione dicebat, *Non ſum ſicut cæteri.* Si parum acetiin cadum vini plenum incidat, totum vinum corrumpitur & in acetum vertitur. Sic vnum duntaxat peccatum mortale omnia merita ac bona opera deprauat & in acetũ vertit, vt in hoc impio pha- *Simile.*

28 riſæo apparuit. Quanuis Dominus iubebat, vt ex omnibus ſacrificijs daretur quædam pars ſacerdotibus, tamen imperabat, vt thus non diſtribueretur, ſed totum ſibi offerretur. Et poſtea ait: Incenſum abominatio eſt mihi. O Deus infinitæ maieſtatis ſiquidem Domine incenſum nemini impartiri iubes, & illud tãti facis, quare modo ais, tibi eſſe abominabile? Quoniam per manus immundas & per fœdatas conſcientias tranſit. Sic bona opera, ſcilicet, ieiunia, orationes, & eleemoſynæ, quæ Dominus ita magni facit, vt iubeat propter ſuũ duntaxat amorẽ & nõ propter alium ab hominibus fieri (hoc eſt enim nolle ea ipſa cũ aliquo alio partiri) ſi à deprauata conſcientia procedunt, immunda eſſe reputat, & ipſa ad meritũ gratiæ & gloriæ acceptare non vult. Quando illi duo fratres Cain & Abel munera ſua Deo ob *Iſaiæ. 1.*

29 tulerunt, ait ibi ſacer textus: Et reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain verò & ad munera illius non reſpexit. Ex hoc infert doctiſsimus Abulenſis, Cain, cum obtulit, in peccato fuiſſe, & Dominum munera eius non acceptaſſe, eò quòd ipſe acceptus non erat. Cui ſententiæ D. Paulus fauet ad Hebræos ſcribens. Vbi ſic ait: Fide, plurimam hoſtiam Abel, quam Cain obtulit Deo, per quam teſtimonium conſequutus eſt, eſſe iuſtũ, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo. De Cain autem tanquam de peccatore nec de muneribus eius aliquid dixit. Et Rupertus ait: Abel offerens ſacrificium ſe ipſum primo obtulit Deo, & ideo reſpexit Dominus ad Abel: Cain vero ſe ipſum non obtulit, & ideo ad Cain non reſpexit. Cõtendamus *Gene. 4.* *Abulẽſ. ſup. Leuit. fol. 7.* *Hebræ. 11.*

igitur

igitur, fratres charissimi, vt opera, quæ fecerimus, à conscientia 30
pura & ab omni peccato aliena procedãt, vt sic diuinæ maiestati
grata sint.

Sed iam omisso pharisæo ad Publicanum veniamus, de quo
Saluator ait, *Publicanus autem à longe stans nolebat neq; oculos ad cœlos*
leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi pec-
catori. Omnia sunt humilitatis plena: locus & oratio eius cum
animo, & oculis consentiebant, totus interius & exterius velut
quodam humilitatis indumẽto amictus erat, quarè nihil mirum,
si humilitatis amatorem ad se traxerit. Eia fratres, est nè hic ali-
quis peccator? Aliquis vsurarius? aliquis adulter? aliquis ambi-
tiosus &c? In hũc Publicanum oculos conijce, eum magistrum
accipe, & ad Dominum vera contritione cõuertere, ac te ipsum
corã eius diuinæ maiestatis conspectu prosterne. Nam Sponsis 31
Cant. 4. de sponsa, quam singulari amore prosequebatur, dixit: Sicut fra
gmen mali punici genæ tuæ. Color maxillarum pudorem quen-
dam ac summissionem & animi humilitatem denotat. Et cum
sponsus ait, sponsam habere maxillas rubicũdas sicut fragmen
mali punici, perinde est ac si doceret, animam, licet sancta sit, co-
ram diuino conspectu humilem, confusam, & pudore affectam
esse debere, nimium, quod à liberalissima manu accepit, &
parum, quo ei inseruire potest, contemplando. Et si dile-
cta sponsa hoc facit, & coram cœlesti sponso humiliter se
repræsentat, qua obsecro humilitate, pudore, atque animi sum
missione oportet peccatorem sceleribus & iniquitatibus one
ratum se ipsum coram Domino ostendere? Cum Azael fra 32
2. Reg. 2. ter Ioab ducem Israelitici populi Abner fugientem insequere-
retur, dixit illi Abner: Recede & noli me sequi, nè com-
pellar confodere te in terram, & leuare non potero faciem
meam ad Ioab fratrem tuum. Si igitur hominem aspicere
iste verebatur, cuius insequentem fratrem in bello occidis-
set, quonam modo ad cœlestem patrem oculos attollere, si-
ne verecundia & confusione poterit ille, cuius ipse vnigeni-
tum filium toties crucifixit, & toties flagellauit, quoties le-
thaliter peccauit? Sanctus Esdras cum Domino loquens &
1. Esdræ. 9. populi sui peccata considerans in oratione sua dicebat: Deus
meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te, quo-
niam iniquitates nostræ supergressæ sunt caput nostrum, &

creue-

33 creuerunt vsque ad cœlum. Si igitur sanctus ille vir propter aliena peccata cœlum aspicere erubescebat, quanto magis rationi consentaneum est, vt tuorum te peccatorum pudeat? Hoc igitur primum est, ò peccator quod ab hoc publicano discere debes, scilicet, erubescere & pudefieri ante Deum in peccatis tuis, ne propheticum illud audire merearis. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Valde etiã hic notã dũ est, qualiter Dominus cæremonias & dispositionẽ exteriorem, qua hic peccator orabat, laudat, & amplificat, videlicet, habere demissos oculos, pectora percutere, & longè ab altari esse. Vnde conuincitur, cæremonias sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, scilicet, genuflexiones & inclinationes atque alias huiusmodi, quas hæretici diaboli suggestu decepti vilipendũt, *Ierem. 3.*

34 magni faciendas atque æstimandas esse. De iusto enim S. Dauid loquens ait: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Vbi Spiritus sanctus docet, quod quemadmodum folia arboris necessaria sunt ad fructus conseruationem in ipsa arbore, ita in iusto necessariæ sunt cæremoniæ, vt virtutes in ipso conseruentur, & ideo folium eius, ideſt cæremonia, non defluet. Quo circa Dominus per Prophetam Ioelem mystice conqueritur dicens: Gens ascendit super terram meam, dentes eius vt dentes leonis, ficum meam decorticauit, nudans spoliauit eam, & proiecit, albi facti sunt rami eius. Gens crudelis veluti leones sunt hæretici, qui ecclesiã sanctam decorticare contendunt, sacras cæremonias ab ea aufe- *Psal. 1.* *Simile.* *Ioel. 1.*

35 rentes, vt arida & absque virtute tanquam ficus decorticata remaneat. Vos autem fratres non ita, sed sicut filij morigeri matris vestræ doctrinam & cæremonias obseruate. Nonne in omnibus actibus latriæ id, quod est exterius, refertur ad id, quod interius, sicut ad principalius? Ergo exterior adoratio fit propter interiorem: adeò, vt per signa humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, noster ad subijciendum se Deo affectus excitetur. Et sic homines, qui duplici natura conditi sumus, videlicet, corporali & spirituali, par est, (sicut ait D. Thomas) vt duplicem adorationem Deo offeramus. *D. Tho. 2. 2. q. 84. ar. 2*

Hacten⁹, fratres mei, audiuim⁹ in pharisæo superbũ accusatorẽ in pu-

in publicano autem humilem reum, nunc superni iudicis sentē- 36
tiam audiamus. *Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exalta-*
Prouer. 16. *bitur.* O admiranda Dei iudicia quam vere in Prouerbiorum libro dictum est, omnes viæ hominum patent oculis eius, spirituum ponderator est Dominus. Quis hos duos homines cognoscens, videns alterum sceleribus oneratum, alterum vero bonis operibus adornatum, id quod Dominus hic ait, iudicaret? Qua
Eccle. 16. propter nemo in se confidat, sed omnes id quod singulis Ecclesiasticus ait, faciamus, videlicet, Memento iræ, quoniam nō tardabit, humilia valde spiritum tuū, quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. Et hoc modo hic per gratiam exaltabimur, & postea per gloriam, ad quam nos perducat Iesus Marię filius. Amen. 1

In eadem Dominica decima Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant. &c. Lucæ. 18.

SAnctus Propheta Isaias agens, quam copiose Dominus in aduentu suo gentibus, & quam parce Iu- 2
Isaiæ. 54. dæis se communicaturus erat, sic ait: Lauda sterilis, quæ non paris: decanta laudem & hymnum, quæ nō parturiebas, quoniam multi filij desertæ magis quam eius, quæ habebat virum. Hæc sterilis, quæ plurimos fructus prolatura erat, est ipsa gentilitas, illa vero, quæ habebat virum, est gens Iudaica. Scitu profecto dignissima est causa, quare cùm Christus Redemptor noster præcipue Iudęis promissus fuerit, sese gentibus plus communicauit. Si enim dicatur, hoc ideo feciſſe, quoniam Iudæi plura peccata, quam gentes habebant, ad hoc dico, quod quanuis ita esset, tamen Deus ideo venit in mundum, vt

iis,

3 ijs, qui peccatores erant, mederetur, gentes etiam ſine dubio tot peccata, quot ipſi Iudæi, habebant, ſiquidē ligna ac lapides pro dijs venerabantur. Quod ſi adhuc obijcias, Hebræorū peccata fuiſſe multo deteriora quam gentiū, eò quòd illi maiora à Deo beneficia acceperant: nec hoc videtur eſſe ſufficiens, vt pijſsima infinitæ miſericordiæ Dei viſcera clauderentur.

Qua propter rebus omnibus circunſpectis huic quæſtioni (meo iudicio) reſponderi poteſt, quod vt Deus in aliqua mente habitet, magis impediunt aliquo modo falſæ virtutes, quam vitia magna, & reputatio ſanctitatis cū mala cōſcientia, quā in gentia ſcelera. Nam ſcelera magna plerunq; ſolent eſſe pudoris, humilitatis, & correctionis occaſio; falſa vero ſanctitatis opinio ita hominem obcæcat, & ipſum ſui ipſius tam amicum reddit,
4 vt aditus, quibus Spiritus ſanctus in animam venturus eſt, interc ludat. Falſas autem virtutes illas voco, quæ in ſancta cordis puritate atq; in vero Dei amore non fundantur. Et cùm Iudæi offerrent ſacrificia, ac viderent ſe legem habere, nec idola ſicut gētes colere, ita in ſuperbiam elati ſunt, vt hæc eorum vana præſumptio fuerit maius impedimentum quam gentium peccata ad hoc, vt verbum diuinum factus homo eis ſe communicaret. Hoc etiam manifeſtè apparet in parabola, quam in hodierna ſacri Euangelij lectione nobis diuinus magiſter de phariſæo & publicano ante oculos proponit: ſiquidem phariſæus plenus bonis operibus tandem propter ſuperbiam damnatus eſt, publicani vero ſceleribus onerati propter humilitatem Dominus miſertus eſt. O rem omni admiratione dignam. Quis non ſtupeſcit,
5 & totis artubus non contremiſcit hæc paulo altius animaduertens? Merito. S. Dauid ait: Venite & videte opera Dei, terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Sicut aliquando euenire ſolet, vt ſi optimi cibi inordinatè ſumantur, ſint ægritudinis cauſa venenum vero in medicina qualis eſt theriaca, ſumptum ſanitatem faciat, ſic aliqui cum virtutibus tumeſcunt, alij vero cum peccatis humiliantur, quemadmodum ſancto Dauid contigit, qui ſic ait: Prius quam humiliarer, ego deliqui. Hinc ergo boni addiſcant periculum, in quo verſantur, & negligentia, vel incuria non tepeſcant: improbi vero ſe ipſos abijciant, humilient, & à Domino veniam poſtulent, nec ſi diuina miſericordia deſperent. Siquis exiſtimat ſe ſtare, videat ne cadat, inquit B. Paulus.

Pſal. 65.

Simile.

Pſal. 118.

1. Corin. 10

Simile. Qui vas aliquod plenum pretioso liquore portat, quanto ipse li 6
quor pretiosior est, & vas plenius, tanto maiori cura ac diligentia illud ferre conatur, nè liquorem spargat & infundat, sic quan
Simile. tò aliquis virtutibus plenior est, tanto maiori cura & cautione viuere debet, ne, offendendo ipsas euertat & proijciat. Sicut etiã artifex quanto altius parietem ædificauit, tanto plus eget in eo maiori vigilantia incedere, ne cadat & caput confringat: altitudo enim eiusdẽ ædificij suapte natura efficit, vt caput ambulantis in ipso euanescat: ita iustus quò altius spirituale ædificiũ ædificauit, eo plus maiori cura & solicitudine indiget, ne superbia elatus euanescat: Nam virtutum præstantia humanũ cor ad ipsam inuitare solet.

Dixit ergo Iesus ad quosdam, qui in se confidebant &c. Duo homines ascenderunt in templum, vt orarent. Ecce, fratres mei, causam, ob 7
quam ad Ecclesiam quotidie pergere debemus, nõ ad colloquẽdum, aut noua quædam pertractanda, sed ad orandũ & ad Dominũ ipsum laudandum. O nos beatos, si domum Dei adeuntes nihil nisi orationi iustemus: nec semel tantum in die ad illam ire, contenti simus, sed quibus opportunitas est, sæpenumero hoc
Psal. 54. facere debebãt. Nam S. Dauid ait: Vespere & mane & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Id est: Omni tempore ad Dominum confugio, quia semper ipse paratus est, vt in me beneficia conferat. Si igitur omne tempus orationi aptum & opportunum est, & locus magis illi conueniens est templum, profecto necessarium erit ad illud sæpenumero consue
Actuum. 3. re. In Actibus Apostolorum sic legitur: Petrus & Ioannes ascẽdebant in templum ad horam orationis nonam. Ex quo appa- 8
ret, sacros Apostolos non solùm manè in templum verum etiã alijs diei horis ad orandum conscendisse.

Pharisæus stans hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia nõ sum sicut cæteri hominum, raptores, adulteri, velut etiam hic publicanus. Videte petulantiam Pharisæi orantis. Apud se orabat non apud Deum, qui superborum prælationem vilipendit. Apud se orat (inquit D. Basilius) ille, qui cogitat, preces, quas fundit eo quod suæ sunt, mereri, vt exaudiantur, & si Dominus in eum beneficia confert, id propterea esse, quoniam ipse illis dignus est. Quã quidem orationẽ Deus omnino execratur. De huiusmodi orã-
Thren. 3. tibus sic scriptũ est apud S. Ieremiam: Opposuisti nubem tibi,

ne

ne transeat oratio. Quid superbia detestanda est, nisi nubecula quædam tetra orationi nostræ obsistēs, ne cœlos ipsos penetret, & ad conspectū Dei nostri perueniat?

Gratias tibi ago Domine, Aithic Pharisæus. O suauissimū omnium verbum & semper atq; vbiq; tum in corde, tum in ore nostro versandum, Gratias tibi ago Deus meus. Quid obsecro dulcius proferre orthodoxus potest, quam Deo gratias? Hinc viri religiosi tam in cœnobijs quam extra inuicem salutantes, Deo gratias dicere consueuerunt. Quod verbum (vt fertur) ex ore sacratissimæ Virginis Mariæ Dominę nostræ prodijt. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, admonet B. Paulus. Perpendite quomodo dicit, vt in omnibus gratias agamus tam in aduersis quam in prosperis. Et alibi idem S. Apostolus nos admonet, vt orationes nostræ incipiant sicut oratio huius pharisæi incipiebat, dicens: Cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Quid plura fratres? Tam mirabile est exordium orationis huius Pharisæi, vt saluator eo vsus ita orauerit: Gratias tibi ago Pater Domine cœli & terræ. Vnde D. Augustinus pulchre hunc locum explicans sic ait: Non reprehenditur Pharisæus, quia Deo gratias agebat, sed quia nihil sibi addi cupiebat, tanquam si iam plenus & abundans esset, nec haberet, cur diceret: Dimitte nobis debita nostra. Si forte legerat Isaiam dicentem, Omnes iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatæ, non tamen legendo intelligebat amore suo excæcatus. O si illud Salomonis ob oculos ille haberet, Iustus in principio accusator est sui, se & non alios accusare moliretur, nec magnifice de se loquēs diceret: Non sum sicut cæteri hominū. Quid est, Non sum sicut cæteri, inquit B. Augustinus, nisi: non sum sicut omnes homines? Ego quidem iustus sum, cæteri autem peccatores: alij sunt raptores, iniusti, adulteri velut etiam hic Publicanus. Satis optimè huic superbo quadrabat illud Iob: Vsq; quo loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui, idest, ventus multiplex sermo oris tui. Et illud eiusdem: Nunquid habebunt finē verba ventosa? Heu quot hodie hunc infælicem Pharisæum imitantur, qui cum publicano peccatore se comparans se ipsum iustum reputabat. Qui specu lum lutulentum inspicit, faciem suam tetram videre æquit, sic peccator, qui alios nequiores se conspicit, fæditatem suam

1. Thess. 5.

Philip. 4.

Matth. 11. D. August. de verbis Domini.

Prouer. 18.

D. August. lib. de verbis Domini.

Iob. 8.

Iob. 16.

Simile.

Psal. 25. agnoscere non valet. Ideò S. Dauid aiebat: Lauabo inter innocentes manus meas, ac si aperte dicat: Non speculũ lutulentũ vnquã aspiciam: ideſt, improborũ hominũ piacula respicere nolo, sed candidam iustorũ vitam, & eorum facta conspicua respiciam, quo velut in speculo lucidissimo me ipsum contẽplans manus meas, ideſt, opera mea exemplo iustorũ commotus abluã. Sed, proh dolor, quot hæredes habet hodie Pharisæus hic. Multi enim peccatores, dũ alios nequiores se considerant, sibi blandiũtur, & innocentes se existimant. Ergo, fratres charissimi, hũc superbũ Pharisæũ ne imitemini: S. Dauid æmulari contendite, lauantes inter innocentes manus vestras. Hoc est, ne profanã sceleratorũ vitam, sed perfectum iustorũ viuendi modum ante oculos proponite, & ita de vestris imperfectionibus confundemini. Quod si aliquis in se virtutem aliquam aspexerit, cogitet alios quã plurimos virtutẽ illã, atq; alias multo perfectiores habere. 12 13

Iudic. 6. In sacro Iudicũ volumine legitur, qualiter quidã Angelus Gedeoni apparuit, eumq; sic est allocutus: Dominus tecũ virorum fortissime. Dixitq; ei Gedeon: Obsecro mi Dñe, si Dominus nobiscũ est, cur ergo apprehenderũt nos hæc omnia? Angelus ei peculiariter dicit, Dñs tecũ. Et ipse existimans Deũ etiam cũ alijs esse, inquit: Si Dominus nobiscum est. Iustus enim non cogitat, se aliquam particularẽ gratiã habere, quam alij nõ habeãt: iccirco non sicut Pharisæus ait, Non sum sicut cæteri.

Quia vero expedit, non solũ declinare à malo, sed etiam agere bonum, ideo postquam Pharisæus dixerat, *Non sum sicut cæteri hominum, raptores &c.* addit, *Ieiuno bis in sabbatho: decimas do omnium, quæ possideo.* Attendite, obsecro, dementiam huius miseri. 14

Similc. Ibat ad preces fundendas, videlicet, ad postulandũ aliquid à Domino, & tempus consumit in bonis operibus suis enarrandis. In sanus esset pauper ille, qui cum eleemosynam ostiatim postulare vellet, digitos suos annulis aureis seq; pretiosis vestibus ornaret, existimans hoc sibi prodesse ad inclinandũ in suam volũtatem diuitum animos. Non sic viri prudentes necessitate oppressi faciunt, quin potiùs vulnera sua ad commouendum illos, à quibus postulant, ostendunt. Sic nos in oratione oportet agere, videlicet, vulnera nostra coram diuino cõspectu patefacere remedium illis postulando. Sic S. Dauid faciebat, cũ dicebat: Miserere mei Dñe, quoniã infirmus sum: sana me Domine, quoniam cõ

Psal. 6.

turbata

15 turbata ſunt oſſa mea. Et alibi: Pauperes facti ſumus nimis, adiu uanos Deus. Propter iſta bona opera hic Phariſęus ſe tanti faciebat, & iuſtũ reputabat: qđ quidẽ magna eſt abominatio, ſicut B. Iob teſtatur dicens: Si oſculatus ſum manũ meã ore meo, quæ eſt iniquitas magna, & negotiatio cõtra Deũ altiſsimũ. Quæ nã culpa eſt, ò Beate vir, manũ propriã oſculari? Nempe manũ ſuã oſculatur, qui perperã ſuis operibus vim iuſtificandi tribuit, & in hãc Scyllã incidit hic ſuperbus homo. Cui & omnibus eius ſimilibus illud, quod Dominus in Apocalypſi ait prælato cuidã Laodiceæ eccleſiæ dici poteſt: Vtinã frigidus eſſes aut calidus, ſed quia tepidus es, incipiã te euomere ex ore meo. Vbi inſinuat ſacra ſcriptura, illũ, qui aliquas apparẽtes virtutes habet, quiq; ſe iuſtũ eſſe exiſtimat, in maiori periculo verſari, quã illũ, q̃ gra-
16 uia ſcelera cõmiſit: nã qui ægritudinẽ ſuã nõ cognoſcit, qualiter ei remediũ adhibebit? Quod autẽ hic ſit huius loci verus ſenſus, patet ex ratione, quam Dominus ibidẽ reddit, dicens, tepidum deterioris conditionis eſſe his verbis, Quia dicis, quod dives ſum & locupletatus & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nud⁹. O infęlicẽ claſſem, quã peccatũ habet. Ille diuitem ſe putabat, & omnibus virtutibus prædituũ, attamen miſer erat, quia elongatus à Deo. Miſerabilis erat & pauper, quia ſine Chriſto. Licet quis diuitiarũ corporaliũ copia affluat, pauper eſt: ſicut è contra ſatis dives eſt, qui cũ Chriſto pauper eſt, teſte B. Hieronymo, & ita nudus manet impius, quia gratia & charitate eſt orbatus. Eſt autẽ notandũ Dominum in vltimo loco dixiſſe, peccatorem eſſe cæcũ: hæc enim
17 eſt quædã miſeria, quæ ſuper alias omnes additur, quod cũ peccator inſcelerũ abyſſo immergatur, periculũ, in quo verſetur, nec videt, nec ſentit. Ergo quanuis homo ſe virtutibus & bonis operibus plenũ videat, tamen non eſt, cur manus ſuas oſculetur, ſiquidem omnia illa à benefica & liberali immenſi Dei manu procedunt. Quod aperte D. Paulus ad Galatas ſcribẽs docet in quiens: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gãudiũ, pax, patiẽtia, &c. Opera carnis, ideſt, hominis. Ita D. Auguſt. hũc locũ explicat: ſicut etiam dixit Iſaias: Videbit omnis caro, ideſt omnis homo, ſalutare Dei. Inquit autẽ hic ſanctus Apoſtolus, manifeſtũ eſſe, quæ ſunt opera & actus homi-

Pſal. 78.

Iob. 31.

Apocal. 3.

B. Hieron. ad Heliodo.

Galat. 5.

Eſai. 40.

nis in quantum talis: & statim ibi ponit, quendam peccatorum numerum, quæ vocat opera hominis propria: virtutes autem appellat opera Spiritus sancti, nam (vt idem Apostolus ait) Deus est, qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona sua voluntate. Quod cum ita sit, de nihilo miser homo se potest iactare, quin potiùs de multis se confundere & humiliare. Nemo in mensa regis apponit fructus, qui ex arboribus vento ceciderunt sed qui manu & opportuno tempore decerpti sunt. Sic Domino nullo modo offerenda sunt opera vento inanis gloriæ percussa vel contaminata.

1 & 2

Philip. 2.

Simile.

Primum bonũ opus, de quo Pharisæus iste gloriatus est, fuit, *Ieiuno bis in sabbatho*, Id est, in hebdomada: & in hoc, licet superbus erat, recte fecit. Ieiuniũ enim, abstinẽtia, & mortificatio carnis sunt quidã fons, ex quo quam plurima bona procedũt, sicut 19 è contra à gula & intẽperantia quã plurima mala oriũtur. Vnus nanq; ex crudelioribus inimicis nostris est ipsa caro, & illi vires præbere, vt spiritũ superet, magnũ est inconueniens. In diuinis literis scriptũ est, quod cũ vidisset Sara filiũ Agar AEgyptiæ cũ Isaac, dixit ad Habrahã: Eijce ancillam & filium eius. At D. Paulus hunc locũ explicans sic ait: Sed quemadmodum tunc is, qui secundũ carnem natus fuerat, persequebatur eũ, qui secũdũ spiritũ, ita & nũc. Videtur non cohærere hoc, quod S. Apostolus inquit, cũ eo, quod in Genesi dicitur. Ibi enim ait sacer text⁹, Ismael cũ Isaac lusisse, at vero sanctus Apostolus hic ait, Ismaelem persecutũ fuisse puerũ Isaac. O admirabile mysteriũ. Merito D. Paulus ludos vocat persecutionem: nam verè illecebræ, ludi, deliciæ, & recreationes carnis sunt grandes spiritus persecutiones. Ludos Ismaelis Beatus Apostolus persecutionem appellauit, quoniam puerũ Isaaç ad conflanda idola docebat: cui malo si mater obuiam non iret, fortasis puer efficeretur ididolatra. Nunc etiam voluptates & ludi carnis incitamẽto sunt spiritui, vt creaturas diligat, & eis tanquã Deo obediat & obtemperet. Qua propter hanc miserabilẽ carnẽ ieiunijs & exercitijs pœnalibus nos vexare oportet, ne spiritũ persequatur, sicut idẽ Apostolus faciebat, & de se fatetur dicẽs: Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne cũ alijs prædicauerim, ipse reprob⁹ efficiar. Quæ quidẽ verba, si perspicue expendãtur, stuporẽ magnũ nobis ingerent: cũ qui raptus vsq; ad paradisum Dei fuit, is sanè sic

Genes. 21.
Galat. 4.

1. Corin. 9.

trepi

21 trepidat, & carnẽ ſuam vigilijs & ieiunijs edomat, nos vero mo
le peccatorũ oppreſsi delicijs indulgemus, & ieiunia ſacroſanctæ eccleſiæ vix obſeruamus, quin potius frequenter ea frangimus. Iuſsit rex Saul, ne qui in caſtris erant, aliquid ederent, quò vſq; ipſe de hoſtibus ſuis Philiſtæis vindictam ſumeret: quod quidem populus magna cum vigilantia obſeruauit. Et quoniã Ionathas filius eius parũ mellis auſus eſt manducare, & parentis mandatũ trãſgreſſus eſt, ipſe pater eius imperauit, vt filius interficeretur. Quid igitur helluones expectant, qui tam effrænate epulantur & ieiunia ſanctæ eccleſiæ reginæ potentiſsimæ pote ſtate Dei, quæ in ipſa eſt, frangunt & labefactant? Per immenſam igitur Dei charitatem vos, fratres, obſecro, vt nõ ſolũ ieiunia ſanctæ eccleſiæ obſeruetis, ſed ſuperilla & alia ſpiritus feruo
22 re addatis, carnẽq; veſtrã re tam vtili domare & macerare doceatis. Quãdo aliquis nobilis eques ab hoſtibus captus & apud ipſos detẽtus fugã quærere intẽdit, hoc ſibi remediũ adhibet, vi delicet, antequã equũ aſcẽdat, eũ, quanuis dolore afficiatur, ver ſis retro ſoleis ferreis calceat, ita vt cũ illũ venientem quis putauerit, ipſe vlterius progrediatur, & ſic deceptus hoſtis, qui eum inſequitur, à via, qua captiuus pergit, funditus aberret. Sic, fratres mei, qui Sathanę vinculis capti eſtis, & a beius poteſtate vul tis euadere, ſoleas ferreas equis veſtris cõmutate, hoc eſt, mores corporibus veſtris, licet ipſa dolore vexentur, cõmutate & qui ea molliter & ſuauiter ducebatis nũc aſpere, & ſeuere tractate, ita nãq; vobis cõducit, ſi iterũ ad dęmonis poteſtatẽ redire nõ vultis. In ſacra ſcriptura iubebat Dñs, vt ſacrificiũ ſibi propeccatis
23 oblatum ab oleo & incẽſo immune eſſet, ad ſignificandũ in hoc peccata debere aſpera pœnitentia & nõ odoribus & blanditijs curari. Mirabile certe & notatu dignũ eſt, quod inter bona opera, quæ phariſęus iſte perpetrauerat, nõ reperietis dixiſſe, ſe eleemoſynã erogaſſe quoniã hoc genus hominũ erat notabiliter erga pauperes impiũ, & fortaſſe ſi iſte arrogãs, eleemoſynã paupe ribus tribuiſſet, Dñs eũ ab illa cæcitate, in qua erat, videlicet, ex proprio amore & fiducia, quã de ſe habebat, educeret. Cum enim Dñs quoſdã phariſæos de eorũ ſceleribus increparet, eis dixit: Verũtamen quod ſupereſt date eleemoſynã, & ecce omnia mũda ſunt vobis. In quo Dominus inſinuauit, hominẽ propter miſericordiã diſponi ad hoc, vt Deus eũ illuminet, & ad veram

1. Reg. 14.

Similc.

Leuit. 5.

Luca. 11.

suorum peccatorum pœnitentiã adducat, atq; vt in ipsum quã 24
plurima alia beneficia conferantur. Deus cũ homine sic agit, si-
cut pater cũ puero suo, cui pomũ donat, & vt videat, si eũ dili-
Simile. git, iterũ illud repetit dicens: Fili mi da mihi pomũ: & si puer il-
lud libenter patri reddit, tunc ipse illũ amplectitur & osculatur
multisq. alijs illecebris pertractat. Postquam Patriarcha Abra
ham multas preces Deo fuderat, vt filiũ sibi daret, tandem Do-
Genes. 22. minus eũ exaudiuit: vt autem appareret, qualiter S. Patriarcha
ipsum diligeret, ab eo filium eius repetijt dicens. Tolle filiũ tuũ
quem diligis, Isaac, & offer eum. At sanctus vir statim iussa Dei
opere compleuit. Deus vero bonam ac rectam voluntatem eius
aspiciens ei dixit: Quia fecisti rem hanc, benedicam tibi, & mul
tiplicabo semen tuũ, sicut stellas cœli. Anna etiam vxor Elcanę
obtulit filiũ, quem multis lacrymis & orationibus à Domino 25
1. Reg. 1. & 2. impetrauerat, & (vt sacra refert historia) sacerdos Heli eam sic
allocutus est: Reddat tibi Dominus semen proscenore, quod cõ
modasti Domino. Et ob hanc liberalitatem, qua sancta mulier
vsa est, inquit ibi sacer textus: Visitauit Dominus Annam, & cõ
cepit, & peperit tres filios, cùm antea sterilis fuisset. Sic bonatẽ
poralia, quæ hic cœlestis pater vobis elargitur, ipse per suos
pauperes repetit. Quod si ea libẽter tribuitis, Deus ipsa, ac si nõ
dedisset, gratificat, & in vos ob id plurima beneficia confert.
Atq; ita S. Dauid postquam simul cũ populo Domino ingẽtia
1. Para. 29. munera obtulerat, dixit: Tuũ, Domine, regnũ, tuæ diuitiæ, tua
sunt omnia, & quod de manu tua accepimus, reddimus tibi. Sed
væ, væ & millies væ, quod cũ omnia bona Dei sint, homines ea
vsurpant, & quilibet eorum illis absque eo quod pauperũ recor 26
detur, solus vti delectatur. Diogenes Cynicus exemplum mag-
næ paupertatis fuisse legitur, voluisseq; de eleemosynis tanquã
pauper vitam propagare. Videns autem homines ad subuenien
dum suis proximis nimis parcos & durissimos, à lapidibus elee-
mosynam postulauit. Reprehensus autem eo quod id faceret,
respõdit: Hic me exerceo & actus patiẽtiæ ago, vt cũ ab auaris,
qui lapides sunt, petiero, & eleemosynam mihi concedere nolue
rint, non afficiar molestia, neq; eorũ duritiẽ admirer. Singularis
profecto hæc pauperibus doctrina est, siquidem hodie plurimi
extant Christiani tam duri lapides, sicut illi Ethnici.

Tempus est iam, vt phatisæum missum facientes ad publica-

num

27 nũ veniamus. In illo vidimus quid timere, & fugere debeamus, in hoc videbimus, quid ſequamur. Illũ quidem ſuperbia è cœlo deiecit, hũc humilitas in cœlum ſuſtulit. De quo hic Dominus ait: *Publicanus de longe ſtans nolebat neque oculos leuare.* Super quo B. Bernardus inquit: Cum oculos ad cœlum attollere noluit, ipſum ad ſe cœlũ traxit. Et demiſsis oculis pectus percutiebat dicens: *Deus propitius eſto mihi peccatori.* O verbum mirabile, ſatis breue ſed vehementer efficax. Quantum differt oratio huius ab illius improbi Phariſæi oratione. Hæc humilitatis plena fuit, illa ſuperbiæ: hic peccatorem ſe appellat, ille iuſtũ. Itaq; orationes, horum erant veluti duæ diſpares venæ ſciſsiones. Hiſpanè, *Dos ſangrias differentes.* Cum alicui vena ſcinditur, & abeò bonus ſanguis profluit, ſtatim dicere ſolemus, illud eſſe ſiniſtrum ſignum 28 exit enim bonus ſanguis & putridus atq; corruptus intus remanet, & ita ægrotus corrumpetur, & facilè morietur. E cõtra verò ſi corruptus ſanguis ab eius corpore ſciſſa vena profluit, bonũ ſignum dicere ſolemus: intus enim bonus remanet, & ita ægrotus facile ſanitatem conſequetur. Sic, ò frater, cũ ad confeſſorẽ adis, & ei dicis: Pater, ego non furatus ſum, nec interfeci aliquẽ nec aliud malum commiſi, iſta certe eſt incauta & improba venæ ſciſsio: bonum ſanguinẽ à te exire facis, corruptum vero, videlicet, peccata intus hoc eſt intra conſcientiam remanere permittis. Hoc profectò æternæ damnationis ſignũ eſt. At verò ſi purè & humiliter omnia crimina tua coram ſacerdote fateris, id equidem bonum ſignum eſt, ſiquidẽ de prauato ſanguine extra corpus expulſo mens tua ſana & mũda remanebit. Infælix pha 29 riſæus peſsimã venæ ſciſsionem fecit: foras enim bonũ ſãguinẽ proiecit corrupto intra viſcera eius remanente. Quod quidẽ lõge aliter publicanus fecit, qui ſe peccatorẽ multoties nuncupare non erubeſcebat, & hac humili oratione ex publicano & mũdi ſeruo Dei filius & amicus effectus eſt tantum humilis oratio & pœnitentia apud ſupernum iudicem valet. Loquens Prophe ta Oſeas cum Iſraelitico populo ſic ait: Cõuertere Iſrael ad Dominũ Deũ tuũ, quoniã corruiſti in iniquitate tua. Quod autem remediũ ei ſancte Propheta tribuis? Ipſe ſtatim explicat dicẽs: Tollite vobiſcũ verba, & conuertimini ad Dominũ, & dicite ei: Omnẽ aufer iniquitatẽ & accipe bonũ, & reddemus vitulos labiorũ noſtrorũ. Verba humilia, & quæ à corde cõtrito exeũt

B. Bernard.

Oſee. 14.

Similc.

sanctus Propheta hic vitiosos appellat, quibus Dominus placatur. Et quemadmodum ille, qui diploma, vt nobiles efficiantur, à rege consequuntur, exemptionibus & priuilegijs nobilium gaudent, & illi, qui ad aliquem ordinem promouentur, ecclesiastica immunitate fruuntur: sic qui veram pœnitentiam agit, cùm antea seruus fuerit Sathanæ, iam incipit Dei amicus esse, & priuilegijs amicorum eius gaudere. Hoc sanctus Dauid efficacissime postulabat dicens: Aspice in me & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum. Ideſt: Hoc à te obsecro, & hanc misericordiam obtinere desidero, vt mecum agas, sicut cum amicis tuis agere soles & in me paternis illis oculis respicias: illam curam de me habeas, atq; in me illa beneficia conferas, quæ in amicos tuos conferre soles. O admirabilem pœnitentiæ efficaciam, quæ ita hominem eleuat, vt ex inimico ipsum Dei amicum reddat, & ex immundo mundum efficiat atque niue candidiorem: sicut sanctus Dauid testatur, cùm dixit: Lauabis me & super niuem dealbabor. Quemadmodũ illi, qui papyrum conflare solent, ipsam ex immundis & veteribus atq; in sterquilinio collectis pannis faciunt, qui postquam abluti & ictibus contusi sunt, tandem candidissima papyrus efficiũtur: sic tu Domine ex immundis peccatoribus deductis ab sterquilinio consuetudinis deprauate viuentium ipsos lacrymarũ & doloris flumine abluendo, laborum ictibus concutiendo, & vera contritione pungendo sanctos eximios efficis in quorum mentibus tãquã in alba papyro singulares characteres, videlicet, cœlestia dona, quæ in illis imprimis, scribis. Qua propter Domine me obsecro hoc modo ablue, & ita super niuẽ dealbabor. Hanc diuinã mutationẽ supernus artifex Iesus Christus in istius publicani mente facere dignatus est. Eia agite immundi peccatores, cum fiducia nunc accedite, siquidem vobis per tempus licet, & niue candidiores remansuros vos esse, pro comperto habete. Quid expectatis? Quis vos detinet, fratres, vt tantũ bonũ nõ cõsequamini? O Christe dulcissime amor nostrarũ mentiũ, ignis frigida corda inflammãs, per infinitam clementiã tuam pectora ac viscera horũ meorum fratrum incende, vt hunc publicanum imitantes ad te summum bonum libentissime accedant.

Similes. *Psal.* 118. *Psal.* 50. *Similes.*

Sequitur iam diuini iudicis æquissima sententia: *Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Vnde vero

tam

33 tã varius euẽtus euenerit erga hos duos homines orãtes, ſtatim aperit ſaluator dicens: *Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur.* Hæc verba diuinus magiſter ſæpenumerò repetijt: ſciebat enim optimè, quam neceſſariũ erat, vt cordibus noſtris adhærerent, vt tantam peſtem, qualis eſt ſuperbia, omni cura & ſolicitudine fugeremus, ac rem tam vtilem qualis eſt humilitas, omni ſtudio amplecteremur. Nam hæc cœleſtis virtus appetitum deprimit, ne præter rationem rectam tẽdat in magna. Iccirco quod anchora in naui, hoc humilitas in mente operatur: adeò vt inter feroces mundi fluctus & ſæculi honores vndas tumentes cor tranquillum reddere & prorſus ſedare queat. Humilitatis autẽ comes indiuulſa magnanimitas eſt, quippe quæ animũ (vt ait D. Thomas) ad maiora impellit ſe D. Thom. 2. 2. q. 161. arti. 1.
34 cundũ rectã rationem: & ſic humilitas ſociata magnanimitate vel abiectiſsimos homines ſuper æthera exaltat. Quod ſi à me, chariſsimi fratres, quæritis, qualiter hanc admodum vtilem virtutem, conſequemini, ad hoc reſpõdeo, duo eſſe adid ſingularia præter alia multa, quæ alibi docuimus, itinera. Alterum quidẽ docet D. Paulus ad Philippenſes ſcribens, vbi ſic ait: Siqua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium, ſiqua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum, vt idem ſapiatis eãdem charitatem habentes vnanimes id ipſum ſentientes, nihil per contentionem nec per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli cõſiderantes, ſed ea quæ aliorum. O cœleſtem doctrinam: Dominus ſuum diuinum ſpiritum nobis conferat, vt ea intelligere, Philip. 2.
35 & ſicut oportet, exercere ſciamus. Si accepiſtis (inquit) aliquam conſolationem ex Ieſu Chriſti conuerſatione, ſi experti eſtis aliquod charitatis ſolatium, ſi cum Spiritu ſancto aliquam ſocietatẽ habetis, ſi viſcera veſtra aliqua miſericordia cõmota ſunt, per hæc omnia vos adiuro, vt me hoc gaudio & lętitia afficiatis: implete gaudium meum. Sed quomodo, ò ſancte Apoſtole, plenũ gaudium habebis? Ipſe ſtatim explicat, ſcilicet, vt idem ſapiatis, &c. vſq; ſed ea quæ aliorum. In his verbis aliqua notatu digna ſunt.

Primum eſt, quod hic, vbi nos legimus, Siqua veſcera miſerationis, alia tranſlatio habet, ſiqua viſcera & miſerationes; ac ſic eſt in contextu Græco, & ſic etiam Beatus Ambroſius

siuslegit. Vbi aperte denotatur, non sufficere quempiam pijsi- 36
ma viscera habere, sed oportet eum misericordiæ opera exerce-
re. Alterum est, quod postquam diuinus vir charitatem, vnitatē
& fraternalem concordiam commendauit, humilitatem com
mendat. Vbi ostenditur, vnam ex præcipuis charitatis & pieta
tis effectibus esse humilitatem: ipsa enim est, quæ conseruatio-
ni vnitatis & concordiæ fauet. Ideò si humiles esse volumus,
oportet vt pij simus & charitatem habeamus, atq; oculos in no-
strorum proximorum virtutibus & non in nostris (vt hic nos
D. Paulus admonet) collocemus: & hoc modo illos vt superio-
res habebimus. Statim vero nobis imperat, vt hanc humilitatē
à cœlesti magistro discamus, & in illa ipsum omni contentione
imitemur. Ideo adiecit: Hoc enim sentite in vobis, quod & in
Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, non rapinā arbitratus 37
est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinauiuit &c. Et hu
miliauit semetipsum factus obediens vsq; admortem mortē
autem crucis.

Alterum vero iter ad humilitatem comparandam est, cum
Eccle: 13. humilibus conuersari, & superbos vitare: nam Spiritus sanctus
inquit: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui commu-
nicauerit superbo, induet superbiam. In quo insinuatur, quod si
cut difficile est, aliquem picem tangere absq; eo quod ab illa in
quinetur: sic multo difficilius est, quempiam cum superbo com
municare absq; eo quod superbia illius inficiatur. Quodcunq;
vitium homini facile adhærere solet, sed inter omnia vitium su-
perbiæ magis adhæret. Si enim quis duobus diebus cum super-
Simile. bo conuersetur, iam eius superbiam quodammodo induisse vi- 38
detur. Vocatur autem superbia vestis, quoniam qui superbiam
habet, eam dissimulare nescit: statim ipsa in conspectu omnium
apparet, & est tanquam vestis, quæ foris cernitur, licet in corde
magnas habeat radices. Si ergo per has duas vias incedimus, ex
cellentem diuino fauore consequemur humilitatis virtu-
tem, qua ditati gratia exaltabimur in gloria, ad
quam nos perducat Iesus Mariæ fi-
lius. Amen.

DOMI.

DOMINICA XI.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA

Exiens Iesus de finibus Tyri &c. Marci. 7.

INter ea, quæ in sacra scriptura maxime laudari solent, est desiderium boni erga proximos: & propter illud serui Dei coram diuino conspectu nimis illustres fuerunt. Magna in progressu vitæ suæ opera Sanctus Moyses operatus est. Et inter illa vnum, de quo eum B. Basilius magnopere laudat, est, illum per quadraginta annorum spatium oues soceri sui pauisse, se ipsum in rerum diuinarum meditatione cum silentio exercendo, prius quam in AEgypto vt dux populi Israel esset, se conferret. Postea vero fuerunt pene innumerabiles molestiæ ac labores, quos pro adimplendo Dei mandato sustinuit, cùm populum illum ab AEgyptiorum seruitute eduxit, ipsum q; in deserto prudentissime gubernauit. Sed propter nullum illorum operum tam illustris, nec tanta laudatione celebratus fuit, quantum propter boni communis desi-
3 derium ac spirituale suorum proximorum remedium, quo affectus est, cũ Deus ipsos propter idololatriam, quam cõmiserant, voluit euertere. Et ita Domino dicere ausus est: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. *Exod. 32.* Quod perinde fuit ac si diceret: Tanti facio, te eis parcere, quantum in libro tuæ diuinæ prædestinationis me scriptum esse. Patriarcha Abraham magnopere etiam commendatur propter desiderium, quod liberandi illas quinque ciuitates peccatrices habuit. Cuius rei commiseratione commotus illam feruidam orationem habuit, scilicet: Nunquid perdes iustũ cum impio? Absit à te, vt rem hanc facias. Non est hoc tuum, qui iudicas omnẽ *Genes. 18.* terram, nequaquam faciesiudiciũ hoc. Optime sciebat vir sanctus

ctus, Deum posse prius bonos ex illis vitibus educere, & po- 4
stea impios ac nefandos comburere, sed hanc rationem quæ
fuit, ob quam improbis propter bonos venia condonaretur. Et
quanuis regius Propheta ingentes victorias comparauit, ex il-
lis tamen vna, ob quam magis laudatur, fuit illa, quam de se ip-
so cum desiderio adhibendi remedium suis subditis consequu-
tus est, quando Deo percutienti populum se obijciens dixit:
2. Reg. vlt. Ego sum, qui peccaui, & ego iniquè egi: isti, qui oues sunt, quid
fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me. Optime san
ctus rex intelligebat, in populo etiam peccatores esse (quin po-
Simile. tius (vt ait B. Gregorius) sicut ægritudo capitis ex humoribꝰ cor
ruptis stomachi prouenire potest: sic propter populi scelera Do
minus permittere solet, vt principes vel reges tumescant & ty-
ranni fiant) & nihilominus dicit, se duntaxat peccasse, vt ca te- 5
ri omnes liberi euaderent. Beatum etiam Apostolum in hoc ad
mirari possumus, si incẽsa desideria eius erga proximos suos cõ
sideramus: qualiter vir sanctus voluptates, quibus in conuersa-
Rom. 9. tione Christi afficiebatur propter illos, qui eum toties flagella
runt, & tam dure persequebantur, amittere cupiebat. Optabam
inquit, anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cog
nati mei secundum carnem. Hoc vnum est ex præcipuis, quæ
Deus à Christiana vita expectat. Quãdo Christus Redemptor
noster paralyticum sanauit, se à calumnia sibi imposita de non
Ioan. 5. obseruando sabbatho excusauit dicens: Pater meus vsq; modò
operatur, & ego operor. Idest, ego die sabbatho illa opera fa-
cio, quæ pater meus continuo facit, & ad quæ dies particulari-
ter constitutos nunquã habuit, videlicet, ad succurrendũ homi- 6
nibus & ad eorum necessitatibus auxilium præstandum: quan-
uis enim ab operibus creationis die sabbatho cessauit, tamen ab
huiusmodi nunquam cessauit, neq; vsque ad finẽ mũdi cessabit.
Et hoc tam libenter, vt D. Paulus dicat: Sine pœnitẽtia sunt do-
Rom. 11. na & vocatio Dei. Idest: tanta est Dei bonitas, vt nunquam eum
bonorum, quæ in homines confert, pœnituerit. Sponsa etiam in
Cant. 5. Canticis ait: Manus eius tornatiles, idest, torno rotundæ, quæ
quidem dona ac diuitias minime retinent, sed ea liberaliter im-
partiuntur, sicut in globo nihil retineri potest. Quanuis autem
peccata, quæ homines committunt, duas facies habeant: alte-
ram, qua malitiam perpetrantium ipsa ostendunt; alteram, in

qua

7 qua miseria & infœlicitas eorum, qui ea habent, conspicitur, hanc tamen Deus modo respicit. Et ideo quanto peccata sunt maiora, tanto magis miseriam committentium ipsa aperiunt, magisq; ad pietatem inuitant, si ipsi peccatores ad eam recipiendam ex parte sua se disponant. Atque ita quanuis peccata, quæ homines perpetrant, sint penè innumerabilia, non ideo Dominus eis benefacere cessat: & in hoc vult hic cœlestis Dominus, vt ipsum peculiariter non sine maximo lucro nostro imitemur. Et sicut ille, qui proximis suis nocere contendit, hoc semper proprio damno efficit, ita vt proprium sit certum, alienum autem incertum, sicut B. Augustinus his verbis inquit: Quod malitia tua alteri non noceat, fieri potest: quod autem tibi non noceat, fieri non potest: sic ille, qui alijs
8 facere conatur, semper id proprio lucro suo efficit, licet aliquã do re ipsa id quod cupit propter impossibilitatem suam opere non adimpleat.

Hæc omnia diximus occasione sumpta ex eo, quod sacer Euangelista inquit, oblatum Domino à quibusdam fuisse hominem surdum & mutum, à quo suppliciter petebant, vt manus suæ contactu ægrum contingens illi sanitatem donaret: qua in re fides & pietas illorum claruit. Quemadmodũ ergo illi se congregarunt, vt bonum opus huic egenti facerent, ita oportet nos adinuicẽ congregari, & mutuo nosipsos inuitare, vt operapietatis erga egentes proximos nostros exerceamus. In libro Sapientiæ vbi nos legimus: Liberabit illum de manibus *Sapien. 2.*
contrariorum, alia translatio habet, Liberabit illum de manu
9 contrariorum: & sic etiam est in contextu Græco. Vbi significatur concordia malorum ad impie operandum, & quod plurimæ manus eorum sunt velut vna, ita ad scelus committẽdum vnanimiter omnes concurrunt. Si igitur impij ad malum congregantur, & se se mutuo ad illud prouocant, quare boni non congregabuntur, & ad inuicem sibi animum præbebunt, vt ne cesitatibus pauperum subueniant? Quoniam autem in proximis & corporales & spirituales necessitates sunt, licet in omnibus eis auxilium sit præstandum, tamen præcipuè in spiritualibus, siquidem magis vtiles & necessariæ sunt. Cum fratres mei, proximum vestrum surdũ & mutum videritis, omnib⁹ viribus cõtẽdite, ei auxiliari. Surd⁹ est, qui aure cordis verbũ

Dei

Dei minime percipit: mutus vero, qui os habet in oratione clau- 10
sum & in confessione. Quæ mala hominem in extremũ salutis
discrimen adducunt, quando miser homo nec Deũ loquentem
audit, nec Deus ipsum. Cõstat autem (vt de priori morbo prius
dicamus) inter præcipua diuini spiritus instrumenta, quo men-
tes hominũ sanantur, esse Dei verbum, quod per aures corporis
in aures penetrat mentis, easq; diuina luce complet, & erga diui-
Sapien. 16. na afficit, atq; ita demum sanitatem confert. Hinc sapiens, Non
inquit, herba aut malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine,
qui sanat omnia, quo deficiente infirma, ieiuna, arida, & sterilia
cuncta sunt. Et ideo Salomon in Prouerbijs ait: Vbi non sunt
Prouer. 14. boues, præsepe vacuum est, vbi autem plurimæ sunt segetes, ibi
manifesta est fortitudo bouis. Quo genere loquendi vir sapiẽs
significauit, quid copia vel inopia cœlestis doctrinæ pariat: bo- 11
uis enim nomine strenuos atq; fideles diuini verbi operarios in
Exod. 32. tellexit. In Exodo legitur, quod cùm Hebræi sacerdoti Aaron
dixerunt, Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant, ipse eis di-
xit: Tollite inaures aureas de vxorum filiorumq; & filiarũ ve-
strarum auribus, & afferte ad me. Mirabile profecto est, nõ pe-
tisse ab eis torques aureos nec armillas aut alia huiusmodi pretio
sa, quæ plus auri quam inaures habere solent. Hoc meo iudicio
diuina permissione factum fuit, vt, videlicet, in hoc significare-
tur, homines ex eo, quia diuinũ verbum audire nolunt, & Deo
obedire renuũt, sæpenumero fidem amittere solere, idololatras
fieri, & alia quam plurima scelera perpetrare. Mutus autem ille
dicitur, qui os & cor suo creatori in oratione minime aperit, vt
cùm plenus miserijs spiritualibus sit, Deus ipse ei opem ferat, re- 12
medium q; adhibeat, neq; etiam illud aperit ad crimina sua, vt
debet, sacerdoti manifestanda, & ita in illis desidiose inueterа-
Psal. 31. scit. Quam obrem cum regio propheta dicere potest: Quoniã
tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Idest:
Quoniam os ad mentiendum, murmurandũ, & proximos meos
ignominia afficiendum habebam, & non ad orandum, nec ad
loquendum bona, aut sancta, ideo inueterauerũt ossa mea. Ossa
virtutem significant, sicut & caro vitium: atq; ita idem Prophe
Psal. 77. ta ait: Recordatus est quia caro sunt. Et alibi: Omnia ossa mea
Psal. 34. dicent tibi, Domine quis similis tibi? Ossa non loquuntur, sed
virtutes sunt, quæ Deum benedicunt & glorificant, & hæc ossa

inuetera-

13 inueterascunt & arescũt, cùm homo id, quod decet, non loquẽs de proximis suis detrahit, ipsosq; ignominia afficit. In prouerbijs enim dicitur: Abominatio Domini est omnis illusor. Et B. Thomas docet, derisorem de re notabili mortaliter peccare. At que ita Propheta Oseas regem Ieroboam increpat dicens: Extendit manũ suam cũ illusoribus. Hoc principes & omnes, qui gaudent proximos suos ludibrio habere, maxime debent animaduertere. Qui igitur os habet ad hæc pernicioſa, & non ad preces Domino fundendas, nec ad confitendum crimina ſua, iure optimo mutus appellari poteſt. *Prouer. 13. B. Tho. 2. 2. q. 75. art. 2. Oſea. 7.*

Et adducunt ei ſurdum & mutum. Prius ſanctus Euangeliſta de minori quam de maiori malo facit mentionem: prius nanq; eũ ſurdum appellat, & poſtea mutum, vt denotaret, peccatorem, 14 qui per hunc hominem ſignificatur, à paruis in maiora ſcelera venire conſueſcere. Iccirco Eccleſiaſticus inquit: Qui ſpernit modica, paulatim decidit. Et ſanctus Iſaias ait: De radice colubri egredietur regulus. Regulus baſiliſcus eſt. Per hæc vero duo venenoſa animantia intelliguntur peccata: & quò venenoſius eſt animal, eò grauius peccatum inſinuat. Atq; ita baſiliſcus, qui inter omnia animalia venenoſa peſsimus eſt, (ſolo enim viſu ſuo necat) non ſolũ peccatũ mortale deſignat, ſed etiam inter omnia peccata maius, quod (vt B. Auguſtino placet) eſt maiori virtute priuans. Ergo ſi maior virtus eſt charitas: peccatum, quod magis contra charitatem militat, erit maius videlicet, odium Dei, ſi poſsibile eſt, nam Scotus inquit, non poſſe in aliquo homine huiuſmodi peccatum reperiri. Quod ſi huiuſmodi peccatum non 15 eſt, maius peccatũ erit illud, quod magis charitati contrariatur, ſcilicet deſperatio, quæ eſt peccatum in Spiritum ſanctum. Et hoc ſignificat baſiliſcus: & coluber, qui licet venenoſus ſit, non tamen vita priuat, peccatũ veniale, quod charitatem nõ aufert, ſignificat. Ait igitur S. Propheta, quod ex radice colubri, qui eſt peccatũ veniale facile oritur baſiliſcus, qui omnium peccatorũ maius eſt. Hoc ſatis in reprobo Cain apparuit, qui Deo ſacrificium obtulit, & forſan ex deterioribus, quæ habebat. Cumq; Dominus ſacrificium eius ſicut oblationem fratris ſui Abel nõ acceptaſſet, inde ei magna inuidia orta eſt, cui ſi tunc reſtitiſſet, veramq; pœnitentiã egiſſet, in ſcelera quæ commiſit non incideret. Sed cum id non fecit, ex illa inuidia ei inteſtinum odium *Eccle. 19. Iſai. 14. Scotus in. 2. d. 43.*

contra fratrem suum ortum est, quo ipsum per fraudem in agrũ exire fecit: & ecce proditio, nam cum ibi essent, eum crudelissimè trucidauit. Ecce igitur qualiter homicidiũ ex proditione se quutũ est. Et cũ Dominus ei dixit: Vbi est Abel frater tuus? respondit, Nescio. Nunquid custos fratris mei sum ego? Ecce hæresim, in quam incidit, existimans Deũ non vidisse ipsum fratrẽ suum interficientem. Intelligens autem Deũ sciuisse & vidisse, quoniam ei dixerat: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, in desperationẽ venit dicẽs: Maior est iniquitas mea, quã vt veniã merear. Hæc desperatio basiliscus fuit, qui ex radice colubri ortus est, videlicet, ex eo quod primo motui cupiditatis nõ restitit. Atq; ita ex illo cupiditas, & ex cupiditate inuidia orta est, & ex inuidia proditio, & ex proditione fratricidiũ, & ex fratricidio hæresis, & ex hæresi desperatio, de radice colubri egredietur regul⁹. Ecce igitur in quot mala miser homo incidit eò quòd aditus paruis sceleribus patefacit. Atq; ita peccatori sæpenumero euenit id, quod mãducanti cerasa cõtingere solet, qui existimãs vnũ dũtaxat ad se trahere, illud secũ duo, & illa duo quatuor, & quatuor octo, ac deniq; octo secũ viginti simul asserũt. Atq; ita B. Gregorius inquit, Peccatũ, quod mox per pœnitentiã nõ diluitur, suo põdere aliud trahit. Et ita natura corrũpitur, & homines ad bonũ tã impotẽtes remanẽt, vt S. Ieremias dicat: Si mutare potest AEthiops pellẽ suã, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cũ didiceritis malũ. O terribilẽ amplificationẽ, qua Spiritus sanctus docet nõ impossibilitatẽ quidẽ, sed magnã difficultatẽ, quæ illis hominibus qui peccatis sunt assuefacti, esse solet, vt ab illis se auertãt & virtutes operentur. Qua propter fratres mei filũ vestro pessimo viuẽdi modo scindite: nullus dicat, in posterũ me corrigã, omnes animo cõcipite postea minorẽ opportunitatẽ ad id agendũ futuram esse. Cùm quis iter facit, & riuulũ aliquem offendit, quẽ saltu quod ã poterat transire, & non vult, sed dicit, inferius facilius illum transibo, quanto magis infra descendit, tanto eum ampliorem & ad transmeandum difficiliorem inuenit. Sic qui initio peccatum vno tantum modo doloris transitu peragere potuerat, postea in tot difficultates immergitur, vt vix remedium inuenire possit: facilius enim vnũ vulnus, quã multa curantur, & melius recentibus vulneribus quã veteribus medicina adhibetur.

Genes. 3.

16

17

Simile.

Ierem. 13.

18

Simile.

Similia.

tur. Sic anima meli⁹ ab vno peccato recẽter cõmissoquã à multis, quæ incorde veterascunt, curatur. Cũ igitur peccator surdus sit & mutus, vos qui spirituales estis, omnibus vijs & rationibus contendere debetis, vt eum ab his malis educatis. Et ad hoc singulare iter est fraternalis correctio ac sancta admonitio. Iccircò in Canticis postquã dictũ est, Tempus putationis aduenit, statim sequitur: Vox turturis audita est in terra nostra. In quo significatur, quod cũ intendimus vitia proximorũ nostrorũ putare, statim auditur vox peccatoris pœnitẽtis, qui peccata sua plorat, & ingemiscit: nã ex tali seminatione talis fructus colligendus est. Cũ peccator gladio reprehensionis putatur, statim vult Spiritus sanctus, vt ipse lugeat & ingemiscat. Quando autẽ hoc non expectatur, theologorũ sententia est, quam etiam D. Thomas amplectitur, à fraterna esse correctione cessandũ. Atq; ita Dominus per Oseã prophetã ad Iudã dixit: Particeps idolorũ Ephraim dimitte eũ, idest, ne corrigas eũ, quoniã idolis nimis adhæret, & ita eis animum adiunxit, vt ipsa licet eum acriter reprehendas, nequaquam relinquat. O extremum infælicitatis gradum, cum peccator ad talẽ statum deuenit vt ei correctio denegatur, cò quòd iam incorrigibilis esse reputatur.

Cant. 2.

D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 6

Osee. 4.

Simul etiam cum his curare debemus, hunc cæcum & mutũ ad Dominum Iesum Christum veræ salutis medicum asportare ei persuadentes, vt ad ipsum vera suorum peccatorum cognitione ac magna fiducia reuertatur. Nã vbi nos legimus, Tu qui dem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis, in Hebræo & in paraphrasi Chaldaica habetur, sed parces peccatis meis, & B. Gregorius legit, sed parcis peccatis meis. Vbi significatur affectus, quo peccator correctus iã & in meliorẽ frugẽ receptus veniã suorũ peccatorũ à Dño postulare debet, magnam habens fiduciã, eũ non solũ sibi veniã esse cõdonaturũ, sed quod actualiter ipsimet iam parcet. Ita regius propheta accessit, cum dixit: Ego autem ad Dominum clamaui, & Dominus saluabit me. Vbi alia translatio habet, Et Dominus saluauit me. In quo insinuauit, se auxilij & protectionis Dei, cum illam ab eo postulabat, adeò certũ esse, ac si ipsam iam accepisset. Ad perfectum autem huius pij operis cõplementũ non solum has omnes diligẽtias debemus adhibere, sed ipsum cœlestẽ medicũ omni animi contentione de precari oportet, vt illi manũ imponat. Duas

Iob. 14.

Psal. 54.

Psal. 100. Dominus habet manus, quas super homines imponere solet, & 22
sunt illæ, de quibus regius vates dixit: Misericordiam & iudiciũ
cantabo tibi Domine. Manus iustitiæ ita grauis est, vt omnia in
fortunia, quæ sanctus Iob accepit, licet magna fuerint, ipsa hu-
Iob. 19. ius manus tactum appellauerit dicens: Miseremini mei, quia ma
nus Domini tetigit me. O *sancta Maria señora*, quam grauis ma-
nus est Dei iustitia, siquidem tot diuitiarum iacturam, tot filio
rum mortes, tot vulnera, ac tantam sui corporis corruptionem
hic sanctus vir tactũ illius appellat. Quid esset, si Deus plena ma
nu illũ percussisset, siquidem vnus duntaxat tactus ideſt, T*oque*
Iob. 13. ei tam grauis visus est. De hac terribili manu idẽ sanctus Iob di-
cebat: Duo tantũ ne facias mihi, & tũc à facie tua non abscõdar,
Manum tuam longe fac à me, & formido tua non me terreat.
Quasi diceret: Domine vt ego audeã loqui, & cotã tuo diuino 23
conspectu apparere, nec terrore tuæ diuinæ maiestatis obstupe-
fiam, me, obsecro, à grauissima manu tua eripe. De hac etiã S.
Psal. 20. Dauid aiebat: Inueniatur manus tua omnib⁹ inimicis tuis. Ideſt,
grauem iustitiæ tuæ manum super hæreticos, Turcas, Mauros,
Ethnicos, infideles, & non supernos repone, quin potius manũ
Psal. 143. tuæ diuinæ misericordiæ in nobis collocа. Immitte manũ tuam
de alto, eripe me de aquis multis. Hanc igitur misericordiæ ma-
nũ à Domino postulare debemus, vt super peccatorem ponat,
Psal. 84. vt audiat, loquatur, & cũ regio Psalmographo tanquã perfectiſ
simus obediẽs dicat: Audiã quid loquatur in me Dns Deus, quo
niam loquetur pacẽ in plebẽ suam. Et, os meũ aperui & attraxi
Psal. 118. spiritũ, quia mandata tua desiderabam, hoc est, ex intimo corde
preces ad te Domine fudi, vt mentem meam corroborares, quo 24
mandata tua per gratiam adimplere possem.

Et apprehendens eum de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi: Ephathah, quod est adaperire, & statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Nemo adeò stupidus erit, qui in his Domini cæremonijs otiosum aliquid es se credat, omnia mystica sunt, omnia salutarem doctrinam sub his imaginibus continent. Vt igitur quid Dominus hac noua cu randi ratione docere voluerit, expediamus à primo incipiendũ est, scilicet, quod ægrotũ à turba seperauit. In quo innuere vo-
luit, (cùm in hoc homine surdo & muto is designetur, qui men-

tem

tem habet ſurdam & mutam) vt quiſquis à peccatorũ contagio
immunis eſſe cupit, eorumdem peccatorum occaſiones non mi
nori ſtudio quam ipſa peccata fugiat. Cum enim corruptæ natu
ræ vitio peccatorũ ſemina intra nos maneant, facile peccãdi op
portunitate oblata cupiditates, quæ velut ſopitæ erant, excitan-
tur, & quæ intus latebant, foras erumpunt. Cuius rei imaginem *Simile.*
in ſilice ære percuſſo paſsim videre licet. In venis quippe ſilicis
quædam ignis ſcintillæ latent, quæ vbi ſilex ferro ictus fuerit,
emicant protinus, quibus facile ignis accenditur. Ad hunc mo-
dum cupiditatũ noſtrarũ ſcintillæ, quæ in imo pectore velut in
ſilice latent, vbi æris ictus acceſſerit, hoc eſt, vbi peccandi op-
portunitas oblata mentem pupugerit, ſtatim cupiditatis ſcintil
la, quæ intus latebat, foras exilit: à ſcintilla autem vna, (vt ſapiẽs *Eccle. 11.*
26 ait) augetur ignis, quo mens noſtra aduritur atq; accenditur. Ab
hoc igitur tãto periculo ſublata peccandi opportunitate libera-
mur. Narrant diuinæ literæ, quod domus Dei cum ædificaretur
de lapidibus dolatis atq; perfectis ædificata eſt: & malleus & ſe *3. Reg. 6.*
curis & omne ferramentũ non ſunt audita in domo cùm ædifica
retur. Cum autem poſtea dedicatio eius fieret, quando, ſcilicet,
Deo conſecranda erat, ait ibi ſacer textus: Nebula impleuit do- *3. Reg. 8.*
mũ Domini, & non poterant ſacerdotes ſtare & miniſtrare pro-
pter nebulam. In quo ſignificatũ eſt, quod ad opera corporalia
& materialia exercenda vix impedimẽtum aliquod ſeu contra
dictionem inuenimus: cùm autem nos ipſos Deo volumus addi
cere & conſecrare, ſtatim ſuperueniũt obſcuræ nebulæ & aſpe-
ræ, quæ nos impediũt, quæ ſunt homines obſcuræ & deprauatæ
27 conſcientiæ. Iccirco ab illis nos ſegregare oportet, ſi mentibus
noſtris remedium adhibere contendimus. In ſancto Iob ſic dici *Iob. 12.*
tur: Interroga volatilia cœli, & indicabunt tibi. O magnam filio
rum Adę confuſionem. Animaduertite, qualiter eos ſuæ paſsio
nes & affectiones præcipitarũt, ita vt neceſſarium ſit eis volati- *Simile.*
lia cœli pro magiſtris dare. Ab illis ergo, ò homo, diſce & parti
culariter ab apibus, quæ hyberno tempore virium ſuarum debi
litatem ſentientes in aluearibus latent, & quæ illa non habent in
terræ cauernis ſe abſcondunt, timentes, ſi in publicum prodeũt
ſe ab aere rapiendas eſſe, vel à pluuia ſuffocandas. Ne igitur fra-
ter ſis brutis animantibus ineptior, ne permittas te ab apibus ſu-
perari: fragilitatem tuam agnoſce, & tempeſtates, quæ cõtra ſpi

ritualē vitam insurgunt, fugere labora: quære angulum, in quo 28
ab hominū cætu & congregatione separatus, inclusus vitā agas
Isaiæ. 32. tranquillam. De homine nanq; prudente apud S. Isaiam scriptum est: Et erit vir sicut, qui absconditur à vēto & celat se à tempestate. Quod si tantopere improborum hominum conuersatio vitanda est, quanto magis fœminarū? Dequibus sapiens ait:
Eccle. 42. In medio mulierum noli commorari: de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Et quod magis in hoc admirari debemus, & nos terrere debet, est id, quod in Prouerbijs
Prouer. 6. Salomon ait: scilicet: Nunquid potest homo abscondere ignem in corde suo, vt vestimenta illius non ardeant, & ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? In chronicis fratrum Minorum traditur quidam religiosus adeò castitatem coluisse, vt oculos suos coram aliquo aperire nec personam ali- 29
quam aspicere auderet. Interrogatus autem ab alio monacho, quare cùm gratia Dei adiuuante tam castus esset, ita visum obseruabat, sic respondit: Scito frater, quod cū homo id, ad quod ex obligatione astringitur, facit, Deum ipsum si ita dici potest, obligat, vt ei faueat: quando vero id, quod facere debet, minime efficit, Deum ab obligatione (vt ita loquamur) liberat, nè ei fa-
Genes. 20. ueat. Cum Abimelech rex Saram in domū suam adduceret (vt sacræ referunt literæ) postquā intellexit illam esse Abrahæ vxorem, se ipsum excusabat dicens: In simplicitate cordis mei, & in mūditia manuū mearum feci hoc. Dixitq; ad eū Deus: Et ego scio, quia in simplici corde feceris, & ideo custodiuite, nè peccares in me, & nō dimisi, vt tāgeres eā. In hoc manifeste ostēditur donū Dei esse peculiare, nō peccare aliquē postquā in occasio- 30
ne positus est, & illū, qui se per malitiā in illā intromittit, dignū esse, quē Dominus permittat cadere. Quocirca non solū ei gratias agere debemus, eò quod nobis scelera in se cōmissa condonat, sed etiā quoniā nos ipsos à plurimis, in quæ incidere poteramus, eripit. Super hoc autē verbū, quod Dns ait, Ne peccares in me, rationi consentaneū est adnotare, quod cū dæmon aliquē tentat, non solū animā eius destruere intēdit, sed finis illius præcipuus est, Deū ignominia afficere. Qua propter tu, ò Christiane contra eū debes illo zelo dimicare, quo rex Dauid cū gigante certauit. Cui (vt ex sacra Regum historia patet) ipse sanctus
1. Reg. 17. Dauid dixit: Dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te,

& aufe-

31 & áuferam caput tuũ à te, vt ſciat omnis terrá, quia eſt Dominus Deus in Iſrael, & nouerit vniuerſa Eccleſia hæc, quia non in gladio nec in haſta ſaluat Dominus, ipſius enim eſt bellum. Non attendebat ſanctus adoleſcens ad honorem neq; ad libertatem populi Iſrael, ſed tantum gloriam & honorem Dei aſpiciebat: & ideò dicebat, Bellum, victoriam, & honorem eſſe illius, & his conſiderationibus corſuũ ad decertandum inflammabat. Eiſdẽ etiam quilibet Chriſtianus ad prælianduũ contra dæmonem ſe debet incitare, ne, ſcilicet, Deus ipſe offendatur.

Quanuis autẽ omnia, quæ vt hunc ſurdũ & mutum anaret, Dominus fecit, myſtica ſint, (vt diximus) illud tamen maxime mirabile videtur, quod ipſe, cum omnipotens ſit, ingemuit. Maximũ enim malum eſſe neceſſe eſt, quod potentiſsimo Domi-
32 no gemitũ excutere potuit. Hoc nanq; fecit initio mũdi, cũ omnis caro corruperat viam ſuam, ipſe dolore cordis tactus fuiſſe dicitur. Idẽq; cum ſtupendam Iudæorum cæcitatem & vaſtationem eorũ animaduerteret, lacrymatus eſt dicens: Si cognouiſſes & tu. Sic igitur cùm in hoc ægro hominem ſpiritualiter ſurdum & mutum contemplatus eſſet, ex imo pectore gemitũ duxit. O quam magnam alapam bonus Ieſus hic peccatoribus impingit, qui cũ peccatis circundentur, viuunt tanta alacritate, & tanta lætitia rident, ac ſi contra Deũ lapideum vel ligneum, qui nec audit nec videt nec ſentit, peccauiſſent. O miſeros vos, ſiquidem ipſe Dominus propter peccata veſtra plorat & ingemiſcit, vos vero tanquam mente capti, qui periculum, in quo verſantur, nõ intelligũt, hilares ridetis. De iniquitatibus regius
33 Propheta inquit: Sicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Quod ſi ipſæ adeo graues ſunt, quare peccator earum onus non ſentit, quin potiùs illas vno die & vna hebdomada & vno menſe atq; etiam vno integro anno humeris ſuis habere delectatur? Ad hoc reſpondetur id, quod Ariſtoteles de elementis ait, ſcilicet, elementum in ſuo loco non ponderare. Dum homo in profundo maris ſummerſus eſt, licet ſupra ſe mille amphoras aquarum habeat, pondus illud, cum tam graue ſit, minime ſentit: ſi autem quando ibi non eſt, in humeris vnam duntaxat amphoram plenam aquæ portet, defeciſcitur & ſudat, ita vt eam portare non poſsit. Si vero quæratur, quare illud parum aquæ ei tam graue eſt, tanta autem multitudo, quantam ſupra

Geneſ. 6.

Luc. 19.

Pſal. 37.

Simile.

se habebat, illi grauior non videbatur, respondetur, quòd ele- 34
mentum in suo loco non ponderat: & cum aqua, dum in mari
vel in flumine est, in suo loco sit, non ponderat, illa vero, quæ in
B. August. amphora, quia in suo loco non est, ponderat. B. Augustinus in
lib. de liber arbitr. & libro de natura boni, & alibi inuestigat, quis sit proprius peccati
locus. Et inquit, non esse corpus: quoniam lapides corporei sunt
& tamen peccatum non habent: nec esse sensus, nam bruta ani-
mantia sensibus minime sunt expertia, & tamen peccatum ne-
quaquam habent. Itaq; neq; intellectus potest esse peccati lo-
cus, sed sola deprauata voluntas, in qua dum peccatum est, in suo
loco sistit & non ponderat. Conuertatur ergo ipsa mala volun-
tas, & desinat esse improba, & iam peccatum in suo loco nō erit
ac tunc graue peccatori videbitur, ipsiusq; grauitate oppressus
peccator ingemiscet, & lacrymas ex corde abūdantissimas pro 35
fundet se ipsum tam vilire oppressum contemplans. Per multū
temporis spatium rex Dauid in peccato fuit, & graue ei non vi
debatur eò quòd volūtatem deprauatam habebat, & peccatum
Psal. 37. eius tunc in loco suo erat: cum autem ad Dominum conuersus
est, ei tam graue extitit, vt diceret: Sicut onus graue grauatę sunt
super me (scilicet iniquitates) Afflictus sum & humiliatus sum
nimis, & rugiebam à gemitu cordis mei.

Quapropter, charissimi fratres, vos oro per infinitam huius
superni saluatoris clementiam, & per lacrymas, quas pro pecca
tis nostris profundere dignatus est, vt vestras deprauatas volun
tates componere & reformare contendatis, quo peccatorū pon
dus, sicut oportet, sentiatis, & sic ploretis & gemitus edatis per
veram pœnitentiam, qua comparatur gratia in hoc sæcu- 36
lo & postea gloria, ad quam nos perducat
Iesus Mariæ filius.
Amen.

In eadem

In eadē Dominica vndecima Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Exiens Iesus de finibus Tyri &c. Marci. 7.

HAbemus in hac sacra huius diei lectione mirabilem quandā ægroti curationē longe alijs dissimilem, quas in euāgelica historia legimus: quæ sane magnis mysterijs salutarijq; doctrina referta est. Narrat enim sanctus Euangelista Domi-
2 no à finibus Tyri & Sidonis egresso (quæ vrbes erant gentilium vbi Chananææ filiam à dæmone liberauerat) oblatū ei à quibusdam hominibus surdum quendam & mutum deprecātibus, vt illum ab his duobus grauissimis incommodis solita pietate, qua neminiad se confugienti salutarem opem denegabat, curare dignaretur. Quando aliquis iter facit defessus, languens, & fame ac siti oppressus, magnū solatiū ei esse solet, si discus pretiosis fructibus plenus ad manducandum sibi offeratur: pijssimo Iesu, cum pedes fatigatus & defessus iter faceret, cupido inueniendi aliquem, cui benefaceret, & cum quo misericordia vteretur, qui-
3 dam ægrotus & egenus oblatus est, qui quidem ei gratior & iucundior extitit, quā fructus recentes, pulchri ac maturi viatori sunt. Hic est enim pijssimus ille Dominus, de quo Ecclesiasticus postquam plurimas hominum miserias retulerat, sic ait: Effundit super eos misericordiā suā. Vbi alia trāslatio habet: Effundet super eos misericordiam suam. Et alius transtulit: Effudit super eos misericordiam suam, & sic est in contextu Græco, & sic etiam legit Rabanus. In quo significatur Deus nunquam cessare erga miseros homines misericordias operari. Et ita in verbo, Effudit, diuinæ misericordiæ abundantia ac sana voluntas, qua hominum miseretur, aperte ostenditur. Satis hoc manifeste hic apparuit, siquidem isti homines ab eo tantummodo postulasunt, vt ægroto manum imponeret, at liberalissimus Dominus

Simile.

Eccle. 18.

manus digitos, ac saliuam suam imposuit. Largiores Deus manus habet, quam homines os, siquidem plus dare solet, quam ipsi ab eo petunt. Atq; ita inuitans nos B. Iacobus ad petendum ab illo inquit: Qui dat omnibus affluenter & non improperat. Ephes. 3. Et D. Paulus ait: Qui potens est omnia facere super abundanter, quam petimus, aut intelligimus. O benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui sic vermiculis terræ vilissimis fauet. Quis, fratres, hæc audiens cum fiducia in suis necessitatibus, vt à tam pijssimo Domino postulet, non accedet? 1. Ioan. 3. Ad hoc B. Ioannes nos inuitat dicens: Si reprehenderit nos cor nostrum, maior Deus est corde nostro, & nouit omnia. Idest, si quoniam cor nostrum & conscientia nostra nos reprehendit, ad Deum accedere nequaquam audemus, ne animo cadamus: Deus enim maior est corde nostro, pietatem infinitam habet ad nos recipiendum, nobisque remedium adhibendum, & ideò nos inuitat, vt in ipso confidamus. Quemadmodum cum aliquis plenus est vulneribus fœtidis & corruptis, si chirurgus ad vulnera illa sananda eo accederet, & ipse ægrotus ei diceret: Ne huc Domine accedas eò quod vulnera mea pessimum odorem ex se emittunt, ita vt egomet me ipsum ferre nõ possim, & adeò corruptus sum, vt nec tu etiam odorem pessimũ ferre possis, ipse vero chirurgus pietate commotus ad eum accederet dicens: Si tu de te ipso horrorem habes, ego certe de te non habebo, imo potiùs omni beneuolentia & amore te curabo, & tuis vulneribus remedium diligentissimè adhibebo. O immensa Dei bonitas. Animaduertite singularem Dei erga peccatorem amorem. Peccator de se horrorem habet, & Deus de illo minime. Maior est ergo Deus corde nostro. Quocirca ò peccator, accede & postula: remedium enim opportunissimum inuenies. Psal. 26. Vbi nos legimus apud S. Dauid: Exaudiat illum de cœlo sancto suo, alij transtulerunt: Exaudiet illum de loco sancto suo. Et sic est in contextu Græco, & sic etiam legunt B. Hieronymus & B. Augustinus: & in paraphrasi Chaldaica habetur, Exaudiuit illum de cœlo sancto suo. In quarum translationum varietate significatur Deus omni tempore paratum esse ad audiendum peccatorem & ad subueniendum oppresso, qui ad ipsum accedit: &, quod magis negotium hoc amplificat, est, Deum sibi honorificum (vt ita loquar) reputare, vt homi

4 5 6

nes

7 nes in suis necessitatibus ad eum accedant, & vt ipse eis tanquam piissimus pater remedium adhibeat. Atq; ita apud regium Psalmographum inquit: Audi Populus meus, & loquar Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum, non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Idest: In hoc nihil habeo de quo vos reprehendam: quam plurima enim quotidie mihi sacrificia offertis. Quid ergo est, quod tibi placet, & quid de nobis vis Deus æterne? Ipse paulo inferius explicat dicens: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. Idest: Cum in vestris necessitatibus ad me confugitis, me honore afficitis. Talis profecto clementia tuam infinitam Domine maiestatem decet: fœlices 8 illi, qui ex ea commodum sciũt elicere. Diligentia, quam hi homines adhibuerunt, proponentes coram diuino medico hunc ægrotum, & procurantes eius corporalem salutem, laude digna est: sed certe multo magis meritoria & maiori laude digna est illa, quam iusti adhibent contendentes, vt peccatores spiritualẽ salutem consequantur, & ad Deum suis sanctis admonitionibus & consilijs accedant. Enumerans D. Paulus Spiritus sancti dona inquit: Siue qui exhortatur in exhortando. Vbi aperte docuit, quod aliquem peccatorem exhortari, & ad veram pœnitentiam efficaciter induci est Spiritus sancti donum, iccircò humiliter & instanter illud ab eo postulare debemus. B. Bernardus quendam sceleratum hominem sic ad Dominum conuertisse fertur. Prius ei prædicauit, & ipsum precibus exora- 9 uit, vt cum Deo pacem ageret, quod cum peccatori non placeret, vir sanctus ab eo petiuit, vt saltim cũ Domino per tres dies inducias faceret relictis interim suis sceleribus: cui consilio peccator acquieuit. Trãsactis vero illis tribus diebus seruus Dei alios tres propter sacratissimam Virginem Mariam postulauit, postea alios tres in B. Ioannis Baptistæ (cui ille se deuouerat) reuerentiam petiuit. Quibus finitis tanta voluptate erga Deum homo ille affectus est, vt diceret, se non solum inducias sed perpetuam pacem per totum vitæ cursum cum diuina maiestate velle pacisci. In quo certe apparuit, industriam illam Spiritus sancti fuisse, siquidem in indurato corde illo tam efficaciter operata est. Quãti autẽ meriti hoc sit, ex eo conspicitur, qđ D. Paulus

Psal. 49.

Rom. 12.

lus ad Thessalonicenses scribens testatur dicens: Quæ est enim 10
Thessalon. 2 nostra spes, aut gaudiū, aut corona gloriæ? Non ne vos ante Do
minum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? Quem
Simile. admodum Dux, qui induxit ad pugnandum milites, post ac-
quisitam victoriā coronatur eò quòd ipse illius causa extiterit:
Aliud. sic qui splendidū candidarum actionum exemplū alijs submini
strant, & eos verbis admonēt, ingenti laude & gloria digni sunt
Et ita in Ecclesiastico dicitur: Qui docet filium laudabitur in il-
Eccle. 3. lo. Eia fratres mei, siquidem hoc intelligitis in id totis viribus in
cumbite, & cū videritis aliquem à Deo instinctu dæmonis sepa
ratum, omnibus vijs & rationibus contendite, ipsum iterum ad
Dominū dirigere. Et si hoc cum extraneis agendum est, multò
diligentius & maiori cum ratione cum filijs vestris obseruare de 11
betis. Magna profecto confusio est, vos, qui patres filiorū estis,
nimis solicitos esse atq; anxios, vt post mortem vestram ipsi di-
uites remaneant, nunc vero nullam rationem de eorum virtute
Simile. ac bona indole habere. Insanus & maxime demēs diceretur ille
qui cum pedes ægritudine podagræ tumidos haberet, & manus
vulneratas & lepra coopertas omni cura & solicitudine ocreas
angustas & cōprimentes pedes, & manicas pretiosas quæreret.
O stulte stulte, non ne vides, ocreas ipsas pedibus tuis nocumen
to futuras esse, quoniam ipsi infirmi sunt, chirothecas vero pellē
manibus tuis esse detracturas? Conare prius salutem pedibus
ac manibus adhibere, & postquam sani fuerint nec ocreæ pedi-
bus, nec chirothecæ manibus nocebunt. Dicere soletis, filios ve
stros esse pedes & manus vestras. Si igitur ipsi pedes & manus 12
tuæ vitijs corruptę sunt, insanum profecto est, eis multa bona
temporalia relinquere, illis enim magis corrumpentur & dete-
riores fient. Id enim perinde est ac si ocreas & chirothecas pedi
bus tumidis & manibus lepra infectis adhiberes. Labora, frater
mi, & da operam, vt filij tui ab spiritualibus infirmitatibus sa-
nent, ne sint mendaces, superbi, & inhonesti, vel ludo dediti,
sed vt sint boni ac virtute præditi: & si hoc habuerint, ditissimi
post mortem tuam remanebunt. Sic sanctus senex Tobias fi-
lio suo dicebat: Noli timere fili, pauperem quidem vitam
gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, &
recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bonum. Quod si illi
fuerint virtute præditi, tunc diuitijs, quas post mortem eis reli-

queris,

13 queris, digni erunt. Sed, proh dolor, quot hodie reperiẽtur, qui non ſolum filios ſuos vel etiam extraneos ad Ieſum Chriſtũ minime adducũt, ſed Sathanæ munere fungẽtes eos à diuino amore ac ſeruitute verbis ſuis ac deprauatis exemplis auertunt. Quibus Propheta Iſaias ſeuere minatur dicens: Diſperdet Dominus ab Iſrael caput, & caudam incuruantem & refrænantem die vna. Vbi alij tranſtulerunt: Deprauantem, & ſic etiam legit B. Hieronymus. Per caput & caudam nobiles & ignobiles intelliguntur. Sed multo magis timenda eſt illa Domini comminatio, quam apud D. Matthæum ipſe ponit dicens: Qui ſcandalizauerit vnum ex iſtis minimis, qui in me credũt, expedit ei, vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & immergatur in profundum maris. Quid autem ſit ſcandalum egregiè B. Auguſtinus oſtendit inquiens: Scandalum eſt dictum, vel factum, vel concupitũ minus rectum, præbens occaſionem ruinæ. Et D. Hieronymus exponens illud D. Matthæi, ſcis quia phariſæi audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt, ſic ait: Quando legimus, Quicunq; ſcandalizauerit, hoc intelligimus, ſcilicet, qui dicto vel facto occaſionẽ ruinæ dederit. De hoc etiam videre poteris D. Thomam, qui illud eleganter ſuo more tractat. Quæ lingua poterit explicare, quantum ſcelus illorum ſit, qui non ſolum Deum offendunt, ſed alios ad id faciendum impudenter inuitant? Hæc eſt magna perditionis mundi pars. Non contenta fuit Eua Dei præceptũ frangere, ſed (vt ſacra ſcriptura refert) Vidit quod bonum eſſet lignũ, & tulit de fructu illius & comedit, deditq; viro ſuo. Et alibi quædam ex filiabus Loth ad aliam dixit: Ecce dormiui heri cũ patre meo, etiam demus ei vinum hac nocte, & dormies cũ eo. Deus nos à tanta peruerſitate eripiat. Primum præceptũ, quod inter amicos Marcus Tullius ſeruandũ eſſe dixit, fuit, vt nullus propter amicum ſuum peccaret, nec ei aliquid, quod ipſum ad peccandum adduceret, perſuaderet. Fœlix & nimiũ fœlix ille, qui hoc præceptum ſeruauerit. Inimicitias (ſait Dominus ad ſerpentem) ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemẽ illius. O fons charitatis, pacis, & miſericordiæ, quare te diſcordiarum autorem inter bonos & malos efficis? Vt homines doceam non eſſe minorem virtutem improbos amicos, qui ad malũ inuitant, deſerere, quam bonos, qui ad bonum alios incitant, conſeruare. Non veni pacem mittere ſed gladium, ait ipſe princeps pacis

Iſaiæ. 9.

Matth. 18.

B. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtũ. D. Hieron. ſup. Matth. D. Thom. 2. 2. q. 43. ar. 1

Gene. 3.

Gene. 19.

Gene. 3.

Matth. 10.

cis Iesus Christus, veni enim separare hominem aduersus patrē 16
suum, & filiam aduersus matrem suam. Quibus verbis diuinus magister docet, debere quemlibet, se ab illo, qui occasionem peccandi præbet, siue pater sit, vel mater, omni cura & studio separare.

Omnia hæc à nobis dicta sunt occasione sumpta à pietate, qua hi homines erga proximū suum egenum vsi fuerunt. Hunc igitur ægrum Dominus mirabili quadam ratione curauit. Tulit enim eum à turba seorsum, *Et misit digitos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum ingemuit & dixit, Ephathah quod est aperire, & statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.* Quis hoc genus curatio nis non miretur? Quis hæc omnia mysterijs vacare credat? Si enim in tota hac mūdi fabrica nihil otiosum à naturæ authore 17
factum est, quonam modo idē ipse omniū conditor in morborū curatione cæterisq; operibus gratiæ aliquid otiosum fecisse putandū est? Illuminet corda nostra, qui lux vera est ipse Christus Iesus, vt ea intelligamus. Vt igitur hæc mysteria excutere incipiamus, notandū est cū sanctis patribus ægrotū hunc surdū & mutū periculosissimū quendam animorū morbum significare, eorū, videlicet, quibus omnis pene ad salutē aditus industria Sathanæ intercluſus est. Is nanq; sensus omnes, per quos lux aliqua obtenebratæ menti fulgere possit, obstruere contendit: os enim eorum claudit, ne opem Domini implorent, sine qua nemo ab ei⁹ vinculis eximi potest. Aures etiā cordis ita claudit, vt nullis nec internis Dei motibus, nec externis concionatorū vocibus quidquā proficiant. Multos enim reperies, qui cū tota fere 18
vita cōcionibus audiendis interfuerint, in quibus quam plurimas cōminationes ac Dei promissiones audierūt, & nullā earū aure cordis acceperūt, ijdē prorsus maneāt, qui antea fuerūt. Lo
Lucæ. 7. quēs Dñs de pharisæorū ac doctorū duritie & obstinatione dixit: Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquētibus adinuicē, atq; dicētibus: Cantauimus vobis tibijs, & nō saltastis, lamētauimus & nō ploraſtis. Quasi diceret: O infœlices homines venit Ioannes Baptista prædicās timorē, horrorē, & luctū, & vos ad Deū minime conuersi estis. Veni ego, vobis amorem peccatorū remissionē, gratiā, & regnū cœlorū prædicans, & vos doctrinā meā abhorretis, itaq; nec amore nec timore in verā pœniten-

19 nitentiam & Dei amorem adduci poteſtis. Hoc idem multis in ſuis ſceleribus obduratis dicere poſſumus. O durioresadamantibus. Quæ obſecro ſpes ſalutis veſtræ haberi poteſt, ſi quidem nec blãditijs nec aſperitatevos deo ſummittere vultis? Infęlices animæ, quæ nec ſuauibus medicamentis, nec cauterijs ignis ſanitatẽ cõſequũtur. Homines, qui nec inferni ignibus nec præmijs cœlorum propoſitis conuertũtur, & à Dño veniã poſtulãt, quibus rebus conuertentur? Hos igitur ſurdos & mutos ægrotus, quem Dominus tantis cæremonijs ſanauit, repræſentat: quarũ prima fuit, apprehẽdere eũ de turba ſeorſum. O fælicẽ, hominẽ quẽ Chriſtus Ieſus à rudi turba ſegregat. Nec ab re turba vocãt, nam in ea maximæ diſsidiæ & turbationes inſurgunt. Ne ſequaris turbam ad faciendum malum, ait Dominus, nec iudicio plu- *Exod.* 23.

20 rimorũ acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies. Etenim qui rudẽ & tumultuantem turbam ſequitur calamitatibus plurimis ſe exponit, & innumeras patietur perturbationes. Ideo vbi nos legimus: Non eſt tibi nihil in hoc ſæculo, alia tranſlatio habet, Non eſt tibi nihil in ſæculo, & ſic etiã eſt in cõtextu Græco. Conuenienter hic mundus appellatur ſæculus: in eo nanq; omnia inuoluta & abſq; ordine aliquo ſunt, ſicut illa, quæ in ſæculũ includũtur. Hoc igitur donũ ardentiſsimis votis optabat ſpõſa, ideò dicebat: Thrahe me poſt te, & curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ. Ecce quomodo à turba fluctuanti exire affectat, ſed ſe ſola id efficere nõ valet, niſi ſponſi Chriſti Ieſu virtute fulta. *Eccle.* 18. *Canti.* 1.

Primũ igitur ægrotum ſeorſum à turba ſeparat, vt is, qui ſanare cupit, intelligat à turbulẽtis huius mũdi curis atq; negotijs

21 pauliſper ſeceděs de ſalute ſua cogitare debere. Eũ etiam à turba ſeparat ad ſignificãdũ eſſe aliquos homines, qui de proximis detrahere, & ea, quæ de ipſis dicuntur, audire adeò ſoliti ſunt ac de lingua & auribus ita laborant, vt ab hac infirmitate minime ſanẽt, niſi prius ab illorũ cõgregatione, qui eis detrahendi de alijs ſunt occaſio, ſeparẽtur. Cõquerebatur S. Iſaias dicẽs: Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habẽtis ego habito. Vbi illud, Et, cauſam denotat: & ſic eſt ſenſus, vir pollutus labijs ego ſum, quia in medio populi polluta labia habẽtis ego habito. Quã pluriminũc de hac ęgritudine poſſũt etiã cõqueri, & ideò vt ſanitatẽ cõſequãtur, oportet eos ab hominũ turba ſeiũgi, & vniuerſaliter omnib⁹ peccatorib⁹ *Iſai.* 6.

con-

conducit, si à suorum scelerum infirmitate sanari cupiunt, occa- 22
sionem peccandi relinquere. Quam obrem apud S. Ieremiã dici
Ierem. 4. tur: Si reuerteris ad me Israel, ait Dominus, ad me conuertere, si
abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. Qui
bus verbis Spiritus sanctus docet, neminem ad Deum vere con
uerti, nisi illum qui à peccatis suis conuertitur: nullus autem ve-
re conuertitur, nisi prius occasiones peccatorum, quæ offendicu
Simile. la vocantur, deponat. Si quis habet capitalem hostem, non solũ
cum pertimescit, sed etiam omnes qui eius sunt factionis, ipsius-
que partes agunt. Sic non solum peccatum sed omnes occasio-
nes, quæ eius partes agunt, pertimescere debemus. Et sic in Ec-
Eccle. 7. clesiastico dicitur: Qui timet Deum, nihil negligit: omnia timet
& de omnibus sibi prouidet. Quod si Salomon egisset, & recor
daretur eius, quod in Prouerbijs dixit, scilicet, Sapiens timet & 23
Prouer. 14. declinat à malo, stultus transilit & confidit, non incideret in tan
tam confusionem, quantam incidit. Ob hoc etiam tam pauci à
suis sceleribus sanitatem consequuntur. Ascende in Galaad, &
Ierem. 46. tolle resinam virgo AEgypti: frustra multiplicas medicamina, sa
nitas non erit tibi, ait S. Ieremias. Quibus verbis ad literam san-
ctus vir remedijs eludit. quæ AEgyptus quærebat, ad eximen-
dum se ex Dei flagellis, significans eis minimè profutura esse.
Spiritus vero huius literæ tecũ, ò peccator loquitur, & tibi in-
quit: Quid tibi, ò miser, prodest, vt in sacrosancta Ecclesia tot
tamq; efficaces sint medicinæ, (qualia sunt diuina sacramenta,
& illa admirabilis resina, videlicet, sacratissima Iesu Christi ca-
ro) si tu ad illas accipiendas te ipsum, vt oportet, nequaquã præ
paras, nec ab occasionibus ad malum inuitãtibus te vis auertere? 24
Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi, quin po-
tiùs illa in tuam erunt maiorem damnationem. Quid prodest,
in pharmacopolium ad quærẽdas pictimas ac potiones cor tuũ
Simile. lætantes, aliaq; salutifera medicamenta te conferre si cum illis
simul venenum sumis? Deprecare igitur frater cœlestem medi-
cum Iesum Christum, vt sua potenti manu te de turba seorsum
Galat. 1. apprehendat, & in tranquillo statu semotum ab omni peccan-
di occasione cõstituat. Loquens D. Paulus de hoc superno Do
mino inquit: Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eri-
peret nos de præsenti sæculo nequam. Non vult sanctus Apo-
stolus dicere, Christum Redemptorem nostrum voluisse mori

vt nos

25 vt nos ab hoc ſæculo per mortem eriperet, ſed vt efficeret, ne vi
tam turpem, cupidam, ſuperbam, atq; ambitioſam viueremus:
hoc enim eſt à ſæculo nequã nos eripere. Atq; ita apud S. Iſaiã *Iſai. 9.*
de illo dicitur: Vocabitur pater futuri ſęculi, quoniã aliud ſæcu
lũ lõgè melius, purius, & cãdidius, videlicet, vitã iuſtorũ ab om
ni peccati occaſione alienam facturus erat. Poſtquam vero Do
minus hominem à turba ſecreuit, miſit digitos in aures: quia (vt
diximus) ægrotus hic ſurdus & mutus obduratæ mentis homi-
nem repręſentat, quiſquis autem hoc modo ſic obduratus eſt,
etiam ſi omnia diuinorũ voluminũ oracula ante illũ propoſue- *Eccle. 21.*
rit, nihil prorſus aure cordis accipiet. Et ſic de illo dicitur: Cor *Eccle. 27.*
fatui, quaſi vas confractum, omnem ſapientiam non tenebit. Et
rurſus: Quaſi in percuſſura cribri remanebit puluis, ſic aporia
26 (ideſt ſcoria) hominis in cogitatu illius. Hoc eſt: Non percipit
nec cogitat aut animũ adiungit niſi rebus immundis & ſcorijs
huius ſæculi. Iſtius autem miſerandum ſtuporem Dominus per
Ieremiam Prophetam deſignauit, cùm ait: Audi populeſtulte, *Ierem. 5.*
qui non habes cor, qui oculos habentes non videtis, & aures &
non auditis. Quod vero ait, ſtultũ populũ non habere cor, ſigni
ficat, ita ſenſu ac mente obrutum eſſe, vt nec periculi aut mor-
bi ſui magnitudinem agnoſcat, nec eius remediũ quærat. Hoc
enim fratres inter leues & graues corporis morbos diſtat, quod *Similia.*
leues quidem nec multum ſentimus, nec admodũ diligenter eis
remedia quærimus: at quo grauiores ſunt, eò maiorẽ nobis ſen-
ſum doloris incutiunt, & ad quærenda remedia acrius incitant.
27 Longe tamen aliter in animi morbis euenit: pios enim viros per
fectioriſq; vitę ſtudioſo leuia etiam peccata non leuiter angũt.
Quod quidem longe aliter in grauiſsimis ſceleribus contingit,
quæ quanto grauiora ſunt, tanto minus ſentiuntur, quoniam ip-
ſam vim ſentiendi in hominibus impediunt. Quod aperte Sa- *Prouer. 18.*
lomon ſignificauit, cùm dixit: Impius cùm venerit in profundũ
malorũ, cõtemnit, hoc eſt: Pro nihilo ducit grauiſsima etiam de
licta committere. In has igitur aures neceſſe eſt, vt cœleſtis me
dicus digitos immittat, ideſt, ſpiritus ſui dono ad rectè audien-
dum idoneos efficiat. Quo quidem beneficio in Actibus Apo- *Actuũ. 16.*
ſtolorũ fœminam quandam nomine Lydiam Dominus affecit,
cuius ipſe aperuit cor, vt percipereturquæ à Paulo dicebantur.
Ergo fratres cum ad concionem cõuenitis corda veſtra in Deũ

attollite illũ suppliciter exorantes, vt digitos suos, ideſt, dona 28
ſpiritus ſui in aures mẽtis veſtræ immittat, quibus intẽdere ijs,
quæ dicũtur, poſsitis, & vtad ſalutẽ audiatis. Sic enim audire ip
ſius donũ eſt & beneficiũ, quẽadmodũ in Prouerbijs legimus:
Prouer. 20. Oculũ videntẽ & aurẽ audientem Dominus fecit vtrũq;. Hoc
eſt: ea, quæ ad ſalutẽ noſtrã pertinẽt, recte intelligere, eadẽq; piè
& religioſe audire, vtrũq; Dei munus & gratia eſt. Cæterũ non
ſolũ digitos Dñs in ſurdi aures immiſit, ſed etiam ſaliua linguã
eius tetigit. Per ſaliuã autẽ, quæ ex ore procedit, Dei ſapientia,
quæ ex ore altiſsimi prodijt, ſignificatur. Sapientiæ autẽ nomẽ
à ſapore deductũ ſpiritualem ſuauitatem atq; dulcedinẽ repræ
ſentat. Hoc eſt etiã aliud beneficiũ ad ſalutẽ noſtrã maxime ne
ceſſariũ: nõ enim ſatis eſt diuini verbi myſteria intelligere, niſi
illa etiã ſpirituali quodã ſapore deguſtemus. Ob cuius rei defe- 29
ctũ ſæpenumero euenire ſolet, imperitos & illiteratos homines
ad illud audiendũ magis propẽſos eſſe, quã ſapiẽtes. Atq; ita au
diẽs B. Auguſt. enarrare D. Antonij Abbatis deuotionẽ, in hæc
verba prorupit: Surgũt indocti & rapiũt cœlũ, & nos cũ noſtra
ſcientia in carne & ſanguine volutamur, & in infernũ demergi-
mur. Vt igitur intellectus quæ intelligẽda ſunt, percipiat, tactus
auriũ neceſſarius eſt vt autẽ affectus ea quæ intelligimus ample
ctatur, diligat, atq; deguſtet, palatũ animæ ſaliua Chriſti Ieſu,
hoc eſt, ſapiẽtiæ dono ſanandũ eſt. Quod varijs vitiorũ mor-
Simile. bis infectũ erat, vt cui antea ſola terrena noxia ſapiebant, nũc ſo
la cœleſtia atq; diuina dulceſcãt. Apes hic vnũ florẽ, ibi aliũ car
pere ſolet: poſtea vero in alueariũ ſe recipit, & ibi mellificat: nã
ſi totũ tempus in colligendis floribus cõſumeret, & nunquã velj 30
let mellificare, inanis eſſet eius labor & diligẽtia. Sic fratres mei,
licet quã plurimos flores in vna atq; alia cõcione carpamus, ſi
nũquã nos ipſos ad illos exprimẽdos in aliquẽ locũ recipimus
hoc eſt, ſi diuinas ſententias, quas intellectu noſtro percipimus,
nõ meditamur, parũ nobis proderit, quidquid vel audimus vel
legimus. Hoc autẽ ex eo oritur, quia ſpiritualia nõ deguſtamus.
Qua propter maximè oportet noshanc diuinam ſaliuã à Domi
no humiliter poſtulare, vt illa deguſtantes ipſa ſæpenumero ani
mo euoluamus & ab eis magnã educamus vtilitatem.

Poſtquam Dominus ægroti linguam tetigit, aliud longe mi-
rabilius operatus eſt, *Suſpiciens enim in cœlum ingemuit.* O gemitũ

mira-

31 mirabilem omni adnotatione dignum. O Iesu bone, & hominum amantissime, angelorum gaudium, & cunctorum beatorum lætitia: quid subest causæ, vt suspiciens in cœlum ingemiscas? Oculorum aspectus cum affectione, & cordis desiderio semper vno eodemq; fere motu coniunguntur, oculi enim cordis sunt prænuntij, atq; ita dicere soletis, eo aspiciunt oculi, vbi cor diligit. Ideo in Ecclesiastico dicitur: Posuit oculum ipsorum super corda illorum: nam id, quòd corde manifestari nō potest, oculis, qui sunt cordis prænuntij, ostenditur. Plinius etiam inquit: Profecto in oculis animus inhabitat, nec vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maxime, ideſt, moderationis, clemētiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiæ, & lætitiæ colligi possunt. Atque ita sacra scriptu- *Eccle. 17.* *Plinius lib. 11. cap. 37.*

32 ra hoc loquendi tropo vtitur ad explicandum, quomodo populus Dauid regē diligebat. Acceptus, inquit erat Dauid in oculis omniū, ideſt, omnes eum diligebant. Vt autem referret odiū, quo Saul ipsum Dauid prosequebatur, inquit: Non rectis oculis Saul inspiciebat Dauid. Hinc infertur, cum, qui in cœlum suspicit, & suspiria trahit, ibi suam habere sitam atq; collocatam affectionem. Et hoc est singulare medium ad auferendam affectionem rerum terrenarum, & ipsam in cœlo collocandam, videlicet, illud sæpenumero attente suspicere. Aristoteles enim ait, amorem maxime oriri & fieri per sensum visus. Quod & probatur ex eo, quod apud S. Ieremiam dicitur: scilicet: Oculus meus deprædatus est animam in cunctis filiabus vrbis meæ. Sæ- *1. Reg. 18.* *Aristo. 9. Ethic. 12. Threno. 3.*

33 penumero Christus Redemptor noster in cœlum oculos sublevasse legitur, quippe qui suam ibi fixam habebat affectionem: & hoc ideo faciebat, vt nos ad idem agendum erudiret. Et, ingemuit, vt hoc indicio declararet, inter innumera mala, quæ secum peccatum affert, hoc maximum & summum esse, quod illius summi rerū omniū Domini maiestatem violet. Hac enim de causa peccati deformitas & malitia dicitur esse digna infinita & sempiterna pœna, quod aduersus illum pugnat, cuius bonitas & maiestas est infinita. Quo circa mirum non est, si qui, quanta esset ex hac parte peccati deformitas, adeo perfecte noverat, ingentem ex imo pectore gemitum duceret. Quod perinde fuit ac si cum peccante homine his verbis ageret: O si scires miser, in quem te baratrum, cū Deum offendis, præcipitas? In

gemuit Dominus, vt tu etiam cùm te in aliquo peccato immer- 34
sum videris, ingemiscas, & nunc, siquidē per tēpus licet, lacry-
mis & gemitibus tibi remediū adhibere contendas. Euenire so-
Simile. let vt in pomū pulchrum, candidū & rubicundū, odoriferū &
sapidū, ita vt cor aspicientis lætificet, vermiculus ingrediatur, &
ipsum breuissimo tēporis spatio corrūpat, atq; ita totū putridū
absq; odore, sapore & pulchritudine remaneat, sic vt ad nihi-
lū prosit, nisi vt in sterquiliniū mittatur. Tu vero, qui illum pul-
chrum odoriferumq; vidisti, dolore afficeris, cū ipsum corrup-
tū reperis, & eo frui minime potes. Quanto igitur maiori cū ra
tione tu ò peccator considerans animæ tuę pulchritudinem, dū
in gratia erat, & quam odorifera ac sapida Deo & angelis, cùm
autem in eam peccatū introiuit, quam corrupta & inutilis remā
sit, ita vt ad nihilū prosit, nisi vt in infernū torquenda mittatur, 35
poteris lamentari? Quare ergo non ingemiscis & ploras? O de
testabilem amentiam. O execrandum stuporem. O spiritualem
animi frenesim, quæ hominem in tanto periculo constitutū ri-
dere, ludere, epulari, & lætū dicē agere facit. Quæ igitur vis ista
est, quæ sic te obstupefacit & à mente deducit, vt nolis exiguo
huius vitæ labore redimere quod nullis vnquam cruciatibus po
stea redimendū est? Ad hanc sanè peccatoris cæcitatem expli-
candam verba desunt, mens deficit, affectus succumbit, & om-
nes ingenij humani vires fatiscūt. Quocirca mirandū non est,
si magnus ille humanæ salutis amator dum obstinatum in scele
ribus hominem in hoc surdo & muto mentis oculis contempla
tur pœnam illi diuino iudicio decretam animaduertens eximo
pectore gemitum ducat, vt nos exemplo suo mala nostra geme 36
re, atq; lamentari doceat.

Postquam vero ægrotum sanauit, verus magister humilitatis
illis præcepit, ne cui dicerent. *Quanto autem eis præcipiebat, tanto ma-
gis plus prædicabant.* Vbi obseruandum est, quòd impensum be-
neficium prædicantes non contra præceptū fecerunt: quin po-
tiùs vehementer fidei & gratiæ virtutem annūtiatio hæc decla-
rat, & gratos se se ostendunt. Nec verbum hoc vt sonat accipiē
dum est, eo quod voluntate absoluta rem hanc non reticeri vo-
D. *Augusti.* luit Saluator. Vnde B. Augustinus ait: Si sciebat eos, sicut notas
de concordia habebat & præsentes & futuras hominum voluntates, tanto ma
euangeliorū. gis prædicaturos, quanto magis ne prædicarent eis præcipiebat

vt

37 vt quid hoc præcipiebat? Pigris volebat ostendere quanto alacrius, quantoq; feruentius eum prædicare debeāt, quando illi, qui prohibebantur, tacere non poterant. Mirabile dictu. Dominus vetabat, eos loqui opus singulare, quod patrarat, & ipse interne eos excitabat, vt voce magna tonarent encomia illius. O mira satisq; miranda fidei viuæ energia, quippe quæ talis est, vt etiam adiurata Dei laudes tacere nequeat. Huc pertinet illud *Actum. 4.* actuū: Non possumus ea, quæ audiuimus & vidimus, nō loqui. Vbi merito torpor fidei nostræ arguitur, qui Dei innumera beneficia prædicare iussi silemus. Referens D. Paulus, cū ad Corinthios scriberet, immensa, quæ à diuina ac liberali manu beneficia acceperant, inquit: Non estis vestri: empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deū in corpore vestro. Glorifica *1. Corin. 6.*
38 te Deum ad internū affectū & oris clamorem: portare vero eū in corpore ad externū opus attinet, ita vt vterq; homo Christo Iesu seruiat fide viua, & opere obsequiū ei offerens & summis eū laudibus extollens, iuxta illud Ecclesiastici: Exaltate illum *Eccle. 43.* quantū potestis, maior est omni laude. Exaltantes eū replemini virtute, & repleti hic virtute & gratia, postea replebimur gloria ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA XII.

Post pentecosten

1 ## CONCIO PRIMA.

Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. &c. Lucæ. 10.



T recte intelligamus, quorsum Domin' verba hæc protulerit, quid sanctus Euangelista paulò ante referat, exponere necesse est. Ait enim ipsum Dominum discipulos suos ad euangelizandum misisse, potestatemq; illis langores curandi, dæmonesq; pellendi tradidisse: quod cū ipsi fecissent, resq; illis fœliciter eueniſ-

set, læti ad eũ redierunt dicentes: Domine, etiam dæmonia subij
ciuntur nobis in nomine tuo. Tum Dominus pro hoc tam fœli 2
ci nuntio æterno Patri gratias agens, quod sapientiæ suæ myste
ria paruulis illis reuelare dignatus fuerit, ad eosdem his verbis
conuersus est: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, O Chri-
ste summa æterni patris sapientia, Vt quid Domine hos pauper
culos homines, quos expuluere terræ suscitasti, collaudas? Non
ne vides, hoc esse aditũ aperire, quo ipsi insolescant? Ad hoc re-
sponderi potest, virtutem laudare esse quandam iustitiæ distri
butiuæ partem, videlicet, vnicuiq; quod suũ est reddere. Patet
autem quòd laus virtuti & virtutis studioso debetur. Qui vitio-
sum & sceleratum hominem laudat, contra distributiuam iusti-
tiam facit: ei nanq; non laus sed vituperiũ debetur. Quantũ au-
Psal. 6. tem hoc malũ sit, ex illo Psalmi colligi potest, vbi Regius vates 3
Deum sic interrogat: Vt quid Domine recessisti longe, despi-
cis in opportunitatibus in tribulatione? Et respondet: Quoniam
laudatur peccator in desiderijs animæ suæ & iniquus benedici-
tur. Ideo Ecclesiasticus admonet: Ne laudaueris hominem in vi
Eccle. 11. ta sua. Nequaquam vult dicere, vt hominem, dum vixerit, non
laudes: contrariũ enim Christus Redemptor noster fecit, cuius
opera (vt ait D. Augustinus) sunt velut exemplar quoddam &
norma rectissima, qua duci & gubernari debemus. Scimus autẽ
illum laudauisse Beatum Ioannem Baptistam, Centurionem,
Cananæam, & Nathanael: & olim etiam sanctum Iob, Abrahã
atque alios plurimos viros sanctos, cùm adhuc viuerent, con
mendasse. Quid igitur significat, Ne laudaueris hominem in vi
ta sua? Vult dicere hominem non in vita sua sed in aliena esse 4
Osea. 13. laudandũ. Quid homo ex se habebat? Propheta Oseas id expli
cat dicens: Perditio tua Israel, tantummodo ex me auxilium
tuũ. Quando gula, luxuria, aut superbia in te dominantur, hæc
est vita tua, cũ vero patientia, mansuetudo, & charitas in te regnãt, hæc non vita tua sed aliena est, idest, Christi tantum modo
ex me auxilium tuum. Iccirco D. Paulus ad Galatas scribens,
Galat. 2. Viuo, inquit, iã nõ ego, viuit vero in me Christus. In ipsa ergo
vita, quæ aliena est, poteris hominẽ laudare, non autem in sua,
quæ peccatrix est: Et ideo inquit sapiens: Ne laudaueris homi-
B. Bernar. epist. 23. nem in vita sua. Quod autem hoc ita sit, D. Bernardus egregie
explicat dicens. Cum laudatur homo, in quo iam viuit, non ip-

se sed

5 se sed Christus, non in sua laudatur, sed in Christi vita: ac per hoc non laudatur contra sententiam, quæ prohibet laudare hominem in vita sua. Quam obrem angeli fragilitatem humanam cognoscentes, videntes animam quandam virtutibus adornatam inquiunt illud Canticorum: Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Merito profecto admirantur videntes in tanta fragilitate virtutem, in carne mortali puritatem, & in natura humana vitæ angelicæ similitudinem. Quemadmodũ homines admirari solemus cùm in brutis quendam prudentiæ ac diligentiæ modum in procreandis filijs suis, & in eorũ necessitatibus prouidendis, atq; proprijs vitis prospiciendis similem humanæ prudentiæ videmus: sic superni spiritus in admirationem
6 rapiuntur, cum animam misera & caduca carne circũdatam, in peccatis conceptam, & in malum procliuem habere quandam admirabilem suæ ipsorũ puritatis & sanctitatis similitudinem contemplantur. Iccirco eam tot nominibus hic nũcupãt, ac tot rebus comparant. In quo certe Diui Bernardi sententia confirmatur. Hæc autem laus vtilis est ad ipsum iustum, nam virtus laudata crescit, si vera virtus est. Vt enim in Prouerbijs dicitur: Quomodo probatur in flatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis. Idest: Sicut argentum ignis fornace purificatur, ita vt falsum & adulterinum in spumam & fumum vertatur, optimum vero purificetur: sic virtus laudata, *Passando por el crisol del loor*, Si falsa est, inani quadam gloria cõ
7 sumitur, si autem pura & vera, solidatur atq; ad crescendum habet occasionem. Quando segetes multum creuerunt ita, vt spicas iam protulerint, quæ iam iam ad maturitatem pernenire volunt, cupiunt earum Domini, vt venti sufflent, quibus ipsarum grana tumescant, & augeantur. Sic laudum venti iustos crescere & augere faciunt. Laus etiam iustorum aliquando peccatoribus prodesse solet, sicuti D. Gregorius testatur dicens: Infirmæ mẽtes cùm bona de alijs audiũt aliquando ad operationẽ rectam non amore virtutis, sed delectatione laudis accedũt: qui licet nõ bono fine incipiãt, post ea virtutẽ ipsam amore amplecti & recta intentione operari sæpenumero contingit. Verum est tamẽ prudentiã & tẽperantiã in humanis laudibus necessariam esse, vt prosint & non noceant. Solet olitor recentes, plantas

Cant. 6.

Simile.

Prouer. 27.

Simile.

D. *Greg. li. 22. moral. cap. 7.*

irrigare, vt crescant & fructus proferant: at si eis tantam aquarum 8
copiam infundit, vt radices earũ putrescant, non olitor sed hor
ti & plantarum pestilentia dicetur. Bonus ac prudens vir iustum
ita laudibus effert, vt ipse ad vlterius progrediendum & ad Do
minum glorificandum propter talentum sibi ab eo concessum
animũ concipiat: adulator vero tot tamq; excessiuas laudes con
inngit, vt humilitatis radices faciat putrescere. Laudauit ergo
Diuinus magister suos sacros discipulos, vt ipsi dignitatem suã
intelligentes se se ad vilia & caduca huiusmodi non abijcerent:
Matth 5. & propter hũc finẽ eos apud D. Matthæũ ita laudibus amplifi-
cauit dicens: Vos estis sal terræ, & vos estis lux mũdi, & nõ po-
test ciuitas abscondi supra montem posita. O quantũ nobis pro
desset, hanc cœlestem doctrinam omni studio & diligentia am
plecti, nos ipsos ad inuicem incitantes memoria lucis fidei quã 9
Dominus nobis donauit, atq; etiam recordatione beneficiorũ,
quæ in nos contulit. Adolescens Tobias sponsam suam Saram
incitabat, vt per tres noctes integras orationi vacarent, dicens:
Filij sanctorum sumus & non possumus ita coniungi, sicut gen-
tes, quæ ignorant Deum. Antiquissimus Philo Iudæus inquit,
Philo. in lib. de opificio mundi. hominem secundũ spiritum ad imaginem & similitudinem Dei
fuisse procreatũ, vt, scilicet, ob hanc causam incontaminatum
se ab omni peccato seruaret propter honorem illius, ad cuius
imaginem & similitudinẽ fuerat formatus, & vt puderet se ima
ginem Dei delere & fœdare. Quanto igitur maiori obligatione
ad hoc astringimur, siquidem Deus hãc imaginem, quæ per cul
Osius in con fessione apol lonica. pã hominis fœdata erat, suis donis cœlestibus instauravit. Nã
(vt inquit Osius) per fidem, spem, & charitatem imago Dei in 10
homine instauratur.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Non loquitur hic Dominus
B. Augustin. lib. 3. de ciuitate Dei. c. 5. & 8. de illa beatitudine, de qua dixit D. Augustinus: Beatus, qui ha-
bet omnia, quæ vult, & nihil mali vult, quæ in visione & fruitio
ne Dei consistit. Est tamen alia beatitudo in hoc calamitoso sæ-
culo, vbi homines mortali corpore grauati oculis fidei creatorẽ
contemplantur, & contemplantes vnice diligũt, diligentes mã
datis eius diligenter obediunt. Tales erant sancti Apostoli.

Postquam vero Dominus eos fœlices & beatos vocauit, bea
titudinis huius magnitudinem ex sanctorũ patrum desiderio ex
ponit, cum subdit. *Dico enim vobis, quod multi prophetæ & re-*

ges

11 *ges voluerunt videre, quæ vos videtis, &c.* Tanto enim videndæ salutis huius desiderio veteres sancti tenebantur, vt ipse Dominus desideratus cunctis gentibus, & desiderium colliũ æternorum, idest, sanctorum omniũ, qui veluti editi colles inter alios homines virtutis altitudine eminent, in literis sanctis appelletur. Merito ergo discipuli Domini beati prædicantur, qui desideratum cũctis gentibus viderunt, & tam larga manu huius gratiæ primitias acceperunt. Nec hac benedictione orthodoxi nunc priuantur, quia non vt patres antiqui typis vmbrisq; Christum intuẽtur, sed reuelata facie gloriam Dei speculantes in eandem imaginem transformantur, à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu, scilicet, edocti & adiuti. Ideo ore suo sacro Dominus ipse eos benedixit, vbi Thomæ vulnera eius tangenti respon-
12 dit: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt & crediderũt. O nos fœlices, fratres, si nec saluatorem in carne viuentem, nec miracula patrantem videntes, non sacra eius verba ipso concionãte audientes, nihilominus per sacrosanctũ Euãgelium instructi Christũ filium Dei & sacratissimæ Virginis vnigenitum adoramus, fide syncera confitemur, & ardentissimis desiderijs in cœlestibus considentem ad dexterã Patris videre affectamus, cũ Apostolo Paulo ad Philippenses scribente ac clamantes: Cupio dissolui & esse cũ Christo. His verbis Christus Redemptor noster discipulos suos, & in illis nos docuit, esse gratos. Magister, quando puerum docet, profert literam. A. vt ipse puer discat & dicat etiã A: similiter & literam. B. vt & ipse puer eam apprehendat & dicat. B. & hoc modo ipsum in legẽ-
13 do instituit: sic cœlestis magister Iesus Christus dixit: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, vt & ipsi in terram proiecti, maximeq; gratos se ostendentes dicerent: Fœlices homines, qui cũ essemus mundi fœces & purgamenta, nos Dominus discipulos suos elegit, nobisq; id, quod regibus & prophetis non concessit, donare dignatus est. O Domine, vnde meruimus nos regi Dauid Patriarchæ Abrahæ, & Prophetæ Isaiæ atq; alijs anteponi? Sit tuũ sanctum nomen benedictum, & pro tam singularibus beneficijs in nos collatis glorificatum. Hoc fratres mei debet esse nostrum continuum exercitium ita enim nos D. Paulus admonet dicens: Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Dñi nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo

Aggæi. 2.

2. Corin. 3.

Ioann. 20.

Philip. 1. Simile.

Colossen. 3.

& Patri per ipsum. Prius ait, Omne, & postea adiecit, Omnia. 14
Sicut enim ingrato omnia in nihilū rediguntur: ita grato omnia augentur & multiplicantur. Nam gratitudo est veluti clauis viscerum Dei, qua plerunq; ipsa aperiuntur, vt inde ingentes thesauri prodeant. Et adiunxit amplius, Per ipsum: quoniam gratitudo restāta est, vt ipsam absq; fauore Iesu Christi habere minime possimus.

Gene. 13. Quidam interpres explicans illa Geneseos verba, Erat Abrahā dives valdè in possessione auri & argenti, reuersusq; est per iter, quo venerat à meridie in Bethel vsq; ad locū, vbi prius fixerat tabernaculū & inuocauit ibi nomen Domini, ait, quod, vt sanctus Patriarcha Deo pro acceptis beneficijs gratias ageret, reuersus est in paupertatis locū, quē anteà habuerat. Vbi aperte docemur, eum, qui in prosperitate existit, vt gratum se erga 15
Deū ostendat, debere suę paupertatis principij reminiscī, vt sic circumspecta statū differentia crescat ipsius erga Deū gratitudo & glorificatio, atq; ei seruiendi desiderium.

Exod. 25. Dominus etiam Hebræos ad gratitudinem commouere voluit, cum seruo suo Moysi imperauit, vt in arca virgam Aaron & tabulas legis reconderet, vt per virgam recordarentur mirabiliū, quæ Dominus pro illis operatus fuerat, tabulæ verò in memoriam ipsorū id, quod pro Domino agere debebant, reuocarent. Et in eadem sacra pagina exploratores quidam meretrici Raab dixerunt: Innoxij erimus à iuramento hoc, quod adiurasti nos, si ingredientibus nobis terrā signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam dimisisti, 16
nos. Vbi valde notādum est, eos iussisse in eadem fenestra, per quam ipsos à morte eripuerat, & non alibi signum apponere, vt illud videntes beneficij accepti recordarentur, & ad gratitudinem ergà illam domum commouerentur. Ita oportet nos fratres modos & inuentiones quærere, vt beneficiorum in nos collatorum recordaremur, & ingratos nos minime exhibeamus: est enim Diuinæ maiestati hoc nimis odibile, quod quidem ipse Dominus grauiter & seuere punire solet.

Pincerna ille regis Pharaonis, à quo sanctus Ioseph fauorē & auxilium imploranit, & ipse illud ei debebat, & de quo in sacra scriptura dicitur, quod succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui, propter ingratitudi-

Gene. 40. nem

17 nem, qua in eum vsus est, punitus fuit. Deus enim sanctũ Ioseph
præpositum domus Pharaonis & seruorũ eius constituit: & hoc
fuit vindicta, quæ de illo ingrato homine sumpta est: quo enim
pudore miser afficeretur, cũ se coram S. Ioseph aspiceret, & in-
gratitudinis, qua erga eum vsus fuerat, recordaretur? Hoc dign⁹
est ille, qui obliuiscitur eius, qui in ipsum beneficia cõtulit, scili
cet, se famulũ illius ac seruum videre, nimio pudore coram eius
conspectu affectum. Et hæc erit vna ex vltionibus, quæ de in-
gratis sumetur, videlicet, illos visuros esse Iesum Christũ, à quo
tot tantaq; beneficia acceperunt, & quem maxime offenderũt
factum iudicem & omnium vniuersalem Dominum. Atq; ita
inquit D. Ioannes: Videbunt, in quem transfixerunt. Quod Ioan. 29.
si ingens malum & grandi supplicio dignum est, quemlibet
pro acceptis beneficijs se gratum non præbere, (propter quod
18 sacra scriptura in confusionem nostram nobis proponit exem-
plum Sodomitarum, qui cum essent pessimi & nefandi homi-
nes, grati tamen extiterunt, Rege eorũ nomine omnium subdi-
torum offerente Patriarchæ Abrahæ omnia spolia, quæ in præ
lio à quatuor regibus exceptis animabus ceperat: atq; ita ei di-
xit: Da mihi animas, cætera tolletibi) quid erit benefactorẽ ip- Gene. 14.
sum bonis ab eo acceptis offendere? Quibus verbis tanta abo
minatio amplificari poterit? Hæc est vna ex præcipuis querelis
quibus Dominus de gente peccatrice conqueritur, vt in prophe Ezech. 16.
ta Ezechiele patet, maxime illis verbis: Perfecta eras in decore Per totum.
meo, quẽ posuerã super te, & habẽs fiduciã in pulchritudine tua
fornicata es. Propter hæc scelera cõsueuit Dñs reges ab ipsorũ
19 regnis priuare. Atq; ita in Leuitico, vbi Dominus populo He-
bræorũ dixit, vt sibi cauerent, nè cũ illis bonis, quæ ab ipso acce
perãt, eũ offenderent imitãtes in abominationibus illius regio-
nis incolas, adiecit: Ne polluamini in omnibus ijs, quib⁹ cõtami Leuitic. 18.
natę sunt vniuersę gẽtes, quas ego eijciã ante cõspectũ vestrũ, &
quibus polluta est terra, cuius ego scelera visitabo, vt euomat ha
bitatores suos. Et paulò inferiùs: Cauete ergo nè & vos similiter
euomat, cũ paria feceritis, sicut euomuit gẽtẽ, quæ fuit ante vos.
Hæc solet esse fons & origo omniũ errorum. Atq; ita D. Paulus Roma. 1.
loquens de philosophis ait: Quia cũ cognouissent Deum, non
sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanue-
runt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor

eorum

eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mu- 20
tauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imagi-
nis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, &
serpentum. O stupendum & seuerum iustitiæ Dei suppliciũ.
Quod adeo lapideum erit cor, quod hoc audiens non contre-
miscat? vt, videlicet, in pœnam ingratitudinis homines pruden-
tes in tantam cæcitatem deueniissent, vt bestias ac serpentes pro
Dijs adorarent. Si autẽ quæris, quid sit glorificare Deum, sicut
Similc. Deũ: est ipsum summe glorificare & super omnia diligere. Aliud
est seruire regi, & aliud ei tanquã regi inseruire. Seruire regi est
te eius licet nolis esse seruũ & subditum, atq; ei tributum licet
coacte persoluere, quanuis nunquã eum videas nec audias. At
ei tanquam regi inseruire est ei seruitutem adhibere cum amo-
re, obedientia, atq; diuitijs. Et sic aliud est glorificare Deum, & 21
aliud glorificare ipsum tanquam Deum. Glorificare Deum est
esse opus manuũ eius: in omnibus enim creaturis, licet irratione
les & insensibiles sint, Deus glorificatur, quoniã in eis bonitas,
sapientia, atq; potentia eius ostenditur. Sed glorificare ipsum
tanquã Deũ est illum diligere, honorificare, & ei animi prom-
ptitudine & hilari voluntate obedire. Quia vero philosophi eũ
hoc modo non glorificauerunt, nec ei gratias pro sibi impensis
beneficijs egerunt, ideo ipse Deus eos tanquã ingratos in abomi
nabilium errorum tenebras permisit incidere. Glorificate igitur
fratres mei Deum sicut Deum, & ei pro fidei luce, quam vobis
donauit, & pro alijs innumeris beneficijs, quæ à liberali manu
eius accepistis, gratias agite, & hac gratiarum actione veluti qua
dam clauc magnificẽtissimi Dei viscera aperietis, atq; ab eis the 22
sauros misericordiæ eius conseruationis, & augmenti illorum
deprometis.

Hæc vbi Dominus dixit, quidam legisperitus quæstionem
ei bonam non tamen sano animo proposuit. *Magister*, inquit,
quid faciendo vitam æternam possidebo? O vtinam hi nostri omnes
essent sermones, videlicet tractare quid ad salutem animæ com
parandam agendum sit, siquidem hoc vnicum & singulare om-
nium negotium est, atque omnia alia respectu huius impertí-
Galatas. 6. nẽtia appellari possunt. Apostolus enim ad Galatas scribẽs ait:
Quæ seminauerit homo, hæc & metet: qui enim seminauerit in
carne, de carne metet corruptionẽ, qui autẽ in spiritu, de spiri-
tu

23 tu metet vitam æternã. Cùm vero omnia negotia excepto hoc & illis, quæ in illud non diriguntur, sint in carne seminare, hinc apparet, ea non solũ esse impertinentia, sed etiam pernicioſa, siquidem per illa corruptionem ac damnationem æternam comparamus. Si hæc igitur ita se habent, quanta, obsecro, hominum insania & quãta cæcitas est, omnes curas, & cogitationes, & locutiones suas, & omnia vitæ studia in his acquirendis, quæ ad hãc momentaneam vitam pertinent, impendere, ad illam vero, quę nullo fine clauditur, & quæ sempiternis sæculorũ ætatibus aut in summis delicijs aut in acerbissimis cruciatibus duratura est, nihil omnino parare, nihil prouidere, nihil de ea loqui, nec vlla eius cura & solicitudine tangi? O mentes horrendis tenebris circũfusas: ò sensus serpentis antiqui fraudibus oppressos: ò exi-
24 tialem animorũ insaniam. Quid enim est, si hic stupor & furor & insania non est? Quæ mentis cæcitas cũ hac tanta cæcitate cõparari queat? Vbi, quæso ratio? vbi iudicium? vbi consilium? vbi futurorũ cura & prouidẽtia, quæ propria creaturę rationalis est? In hoc enim homo à pecudibus distat, quòd pecudes sola præsentia, & quæ habent ante oculos posita cernunt, homo autem, qui rationis est particeps, & præteritorum meminisse, & futura ex antecedentibus causis partim præuidere, partim etiam prouidere potest. At isti pecudibus similes effecti sola cogitant, curãt & de ijs loquuntur, quæ præsentia sunt, futuræ autem æternitatis nullam magis curam aut rationem habent, quam si ipsorum animæ perinde atq; brutorũ cum corpore simul interirent.

At ille dixit: *In lege quid scriptum est? Quomodo legis?* O admira-
25 bilem responsionem illis præcipue, qui cauillationibus & fallacijs vtuntur: & ad conuincendum hominem, qui veritatem subterfugere conatur, interrogans, an licitus sit suus viuendi modus, optans inuenire aliquem, qui illũ iustificet huiusmodi homines negotiũ oportet ad ipsummet remittere, ipsumq; interrogare quid de hoc sentis? quid lex in hoc casu dicat? & ipse se ipsum conuincet ac respondebit, sicut iste legis peritus, qui quod sciebat, caute & cum mala intentione interrogabat. Qui interrogat an quidam contractus diabolici sint liciti, responsionem in eius capite oportet ponere. Dicite ei, Quid tibi videtur? Quid tibi dictat conscientia? Et ipse si verũ dicere non erubescit, respondebit. Illicitum mihi videtur. Id igitur ego tibi dico: *In le-*

ge

ge quid scriptum est, ait summa veritas: Quasi diceret, in lege scri- 26
ptum est quid ad salutem consequendam te oportet facere.

Quo circa fratres mei, qui literas non didicistis ab illis, qui literati sunt, addiscere contendite: magna enim confusio est, esse aliquos iam prouectæ ætatis Christianos, qui id, ad quod obligatione astringuntur, penitus ignorant pueris ipsis illud scientibus & per vicos vrbis cantãtibus. Qui autẽ literis operam dedistis, diuinam legem lectitate, ibi enim quod vos oporteat facere, &
2. Tim. 3. à quo sit fugiendũ inuenietis. Iccirco egregie D. Paulus inquit: Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendum, ad erudiendũ in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus instructus. Si quis ab homine profano quærat, Quare ita viuis tanto fastu & pompa? quare subditos tuos euisceras? quare dies nostes q; ludendo consumis? quare 27
debita non soluis? quare factiones sequeris? quare conciones non audis? quare sæpenumero crimina non confiteris, & sacro sanctum eucharistiæ corpus non accipis? impudenter respondebit, sic homines suæ conditionis & status viuere. Sed quæro à te, ò miser, in lege quid scriptum est? Profecto diuina lex id non asserit. Disce disce infælix circa res tuas diuinam legem consulere, & per illam vitam tuam gubernare, dicito cum regio
Psal. 118. Propheta, consiliũ meum iustificationes tuæ. Nam via, qua incedis, abs q; dubio in æternam te ducet condemnationem.

Respondens legis peritus ad id, quod Dominus interrogabat dixit. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuũ*
D. Chrys. in hom. ad populum Antiochenum. *sicut te ipsum*. B. Chrysostomus in quadam homilia inquit, mag- 2
num esse signum, quod Deus nos maximo amore prosequitur, siquidem nobis tã stricte imperat, vt ipsum diligamus. Primũ, quod à nobis Deus postulat, est cor. Nam cum hominis cor sit præcipua eius pars, sic rationi consentaneum est, vt sit primum quod Deo subijciamus, facile nan q; totus homo cor ipsum insequitur. Et quoniam opera nostra nisi à corde exeant, nihil sunt, si autem ab eo prodeãt cum debitis circunstantijs tunc vere bona sunt, (licet enim manus eleemosynam eroget, & lingua bonum consulat, si id à corde non exeat, nihil prodest) ideo postquam rex Dauid peccauit, à Domino magno affectu postulabat dicens: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum
Psal. 50.

innoua in viſceribus meis. Nequaquam petijt, vt Dominus in
eo alios pedes ad rectè ambulandum crearet, nec alias manus,
quibus bonum operaretur, nec aliam linguã, qua ſanam doctri-
nam doceret: nec alias aures, quibus verba ſancta audiret: nec
alios oculos, quibus neceſsitates proximorum ſuorũ inſpiceret,
nam hæc omnia parui ſunt valoris ac momenti, ſi cor immundũ
eſt, & ſpiritus inueteratus & debilitatus cũ peccato. Iccirco cor
mundũ & ſpiritum nouũ à Deo poſtulat: hoc enim modo om-
nes aliæ potentiæ innouabuntur, earumq; operationes vtiliſsi-
mæ erunt. Cor iſtud, (quod, vt B. Auguſtinus ponderat, eſt ipſa
voluntas) fons eſt & origo, vnde exeunt duo vberrima amoris
flumina. Nam cùm per appetitũ ad exteriora profluit, dicitur
cupiditas aut concupiſcentia: at cùm ad ſpiritualia vel diuina la
bitur, charitas appellatur. Veluti cum duo flumina ab vno fon- *Simile.*
te oriuntur, alterum in vnam partem fluit, proprium q; nomen
retinet, alterũ vero in aliam, quod & diuerſo nomine nuncupa-
tur, vna tamen eſt ex eodem fonte aqua dimanans: quæ cùm per
diuerſa loca labantur, diuerſos etiam ſapores accipiunt, ſicuti &
varia nomina ſibi vendicarunt: ita humanũ cor eſt amoris fons,
à quo duo flumina oriuntur, alterum cupiditas dicitur, alterum
charitas appellatur: & hæc quidem diuerſimode ſapiunt, nam
charitas Dei ſaporem habet, cupiditas vero carnis. Cũ autem iu
bemur Deũ diligere ex toto corde, præcipimur quidẽ, vt omni
ſtudio & diligentia carnalia extinguere, atq; odio habere con-
tendamus, & tantũmodo diuinũ amorem amplectamur: Deus
enim non vult ſemicorde aut tertia eius parte ſed ex toto corde
ab hominibus diligi. Et quãuis ipſe nobis imperet, vt proximos
noſtros amore proſequamur, hoc tamen propter eundem Deũ *Simile.*
eſſe debet: Atq; ita amor proximorũ nequaquã diuerſus eſt ab
amore Dei ſed idem: ſiquidem finis minime diuiditur aut muta
tur, quia (vt ait philoſophus) vbi vnum propter alterum vtrobi
que tantum vnum. Diligimus potionem amaram propter ſani-
tatem & totum ſub vna amoris ratione. Sicut etiam res amicĩ
propter ipſum charas habemus, & ita vtrobiq; tantũ vnũ, ex eo
enim quod res illius diligimus, amorẽ erga ipſum nõ minuimus
quin potius illũ augemus: ita quidquid propter Deũ amatur, in
tra amorẽ, quo ipſe diligitur, continetur. Non ſolum autem vult
Dñs ex toto corde diligi, ſed ex toto corde tuo. Sed fortaſſe

dices

dices: Cuius, obsecro, cor erit nisi meum? Nonne illud mecũ ha- 32
beo? Aliquando minime. Iccirco non vacat mysterio Dominũ
dixisse, Ex toto corde tuo. Cùm regius Propheta preces Deo
funderet, sic eũ allocutus fuisse dicitur: Inuenit seruus tuus cor
tuũ, vt oraret te hac oratione. Nunquid rex sancte cor tuũ ami
2. Reg. 7. seras, vt illud inuenisse dicas? Ita profectò, quoniam cor ea, quæ
diligit, insectatur, & ideo idem S. Propheta dixit, Cor meũ de
reliquit me. Atq; ita vbi nos legimus apud S. Isaiam: Audite du
Psal. 39. ro corde, septuaginta interpretes transtulerunt, Audite me, qui
Isaiæ. 46. perdidistis cor. Oculi solent esse causa amissionis cordis. Sũt ali
qui famuli, qui Dominis suis in hoc duntaxat seruiũt, vt ipsos,
videlicet, induant, quod postquam adimplent, statim discedũt,
Sic oculi vbi primũ aliquare sibi placita vestiũtur, hoc est, vidẽ
tes aliquid pulchrum, quod eis placeat, statim illud sequuntur, 33
oculos vero ipsum cor sequitur. Deniq; cor mens sectatur, illa
Simile. nanq; plus esse in amante dicitur, quam vbi animat: atq; ita ho-
mo sine corde & absq; anima aliquo modo remanet. Quocirca
fratres mei nè sinatis obsecro oculos vestros pulchra sectari, si-
quidem tantorũ malorũ causa sunt, illos diuini amoris claue oc-
cludite. O carnalis, qui Deum toto corde tuo non diligis, quo-
niam tuum non est, quin potius illud à te alienatum, & in perso
na, quam turpiter diligis, collocatum habes. O auare, qui Deũ
toto corde tuo non diligis, quoniam illud in thesauro retines. O
ambitiose, qui Deum ex toto corde tuo non diligis, quoniam
illud in honoribus posuisti. Quærite ergo fratres corda vestra,
sicut S. Dauid suum lacrymis & contritione quæsiui, vt Deũ 34
ex toto corde vestro diligere valeatis. Hic tamen prætereundũ
non est, & vellem, notetis, quod vbi nos legimus, Diliges Domi
nũ Deum tuũ ex toto corde tuo, in Hebræo ponitur verbum,
quod si Latine commode reddi posset, hunc sensum facit, cum
toto tuo valde, seu multo, hoc est vt quidquid in re vel in tua po
testate est, totũ id vehementissimo studio in obsequiũ Dei tui
velut perfectissimũ quoddam holocaustum offeras: in quo nihil
sit, quod igne diuini amoris non incendatur, ita quòd omnia,
quæ à te pertinent, siue corpus, siue animam, siue diuitias cum
ardore & tota animi propensione & voluntate offeras, hoc est,
cum toto multo tuo. O ineffabilem Dei sapientiam, qui sic in-
finitam bonitatem suam detegit huiusmodi amoris genus à no

bis

35 bis postulans. Voluntas hic cor appellatur: quoniam sicut à cor
de motus in alias corporis partes procedit, sic à voluntate ori-
tur, vt intellectus humilietur, & rebus fidei consentiat, memo-
ria verò acceptorum beneficiorum ipsa gratificando recorde-
tur. Per voluntatem etiam appetitus sensitiuus mouetur, vt cũ Similèa
ratione conueniat, quemadmodum sphæra superior cœlos infe
riores suo motu mouet: hoc totum volũtas à charitate informa-
ta mirabiliter operatur. D. Bernardus interpretatur hunc locũ
hoc modo, Diliges ex toto corde tuo. Idest, sic Deũ diliges, vt
nullis voluptatũ illecebris ita capiaris, vt ab eius obsequio &
amore disiungaris: quemadmodum illum sanctæ virgines dilexe
rũt, quæ regnũ mundi, & omnem ornatũ sæculi, omnesq; carnis
voluptates propter eũ contẽpserũt. Diliges etiã eũ tota anima
36 tua. Hic anima pro parte sensitiua accipitur iuxta illud: Ne soli Matth. 6.
citi sitis animæ vestræ, quid manducetis. In Exodo dixit Pha- Exod. 10.
rao Moysi & Aaron: Ite & sacrificate Domino, oues tamen ve-
stræ & armenta remaneant. Moyses verò respondit: Cuncti gre
ges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula, quæ neces
saria sunt in cultũ Domini Dei nostri. Sic veri serui Dei facere
debent, qui licet dæmon eis persuadeat, vt omnes sensus exterio
res humanis voluptatibus tradant, respondere debent, quod nec
vngula ex eis remansura est, quæ seruitio creatoris sui nõ dedice
tur. Et hoc significatur in eo, quod statim sequitur, scilicet, Dili
ges ex omnibus viribus tuis, vt, videlicet, omnes animæ tuæ vi-
res, omnes corporis sensus, atq; mẽbra omnia, quæ à Deo cõdi-
ta sunt, suo modo conditoris dilectioni inseruiant. Quod etiam Rom. 6.
37 Apostolus à nobis exigit dicẽs: Humanũ dico propter infirmi-
tatẽ carnis vestræ, sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire
immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, (hoc est, ad inquinãdos
& cõspurcãdos vos & veris cõtumelijs afficiendos) ita nũc exhi
bete ea seruire iustitiæ in sanctificationẽ, hoc est, ad vos perficiẽ
dos & sanctificandos & ab omni contumelia vindicãdos. Dili-
ges etiam eũ tota virtute, idest, (vt D. Bernardus exponit) adeò
constanter diliges, quòd nullis minis & nullis calamitatibus aut
incõmodis ita perturberis, vt ab eo nulla vnquam ratione diuel
laris: quomodo illũ sancti martyres dilexerẽ, qui nulla tormento
rũ vi frãgi & superari potuerũt, quo minus dilectionẽ & fidem
illi præstitam constantissime seruarent. Deniq; Diliges eũ ex

omni mente tua, ideſt, intellectu. Notate obſecro, quam ſingula- 38
riter diuina ſapientia hæc omnia diſpoſuit: nam primo loco vo-
luntatem poſuit, in vltimo vero intellectũ, tanquam duas præ-
cipuas ſpiritualis ædificij amoris columnas. Poſuit, inquam, in
principio voluntatem, quoniam illa fons eſt amoris & origo mo
tuũ hominis, intellectũ vero in fine collocauit ad ſignificandũ,
quod vt amor creſcat & ad finem debitũ perueniat, valde ſunt
neceſſariæ ſanctæ intellectus conſiderationes.

Et proximum tuum, ſicut te ipſum. Enumerans in Canticis ſpon-
Cant.2. ſa fauores ac delicias, quas ab ſponſo acceperat, vna fuit hæc: In
troduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charita-
tem. Hoc eſt: Inter præcipua dona, quæ mihi cõmunicauit, me
ipſam in viſcera ſua intromittens, vnum hoc fuit, videlicet, me
docere charitatis ordinem obſeruare, vt cuncta ſuo ordine dili- 39
gerem, in primis Deum, deinde animæ meæ ſalutem, poſtea pro
ximorum ſaluationem, & ſtatim meũ propriũ corpus, deinde
alienũ, proſtremo bona externa neceſſaria. Quo in ordine omnis pietas & religio conſiſtit. At quæro, ſi prius me ipſum quã
proximũ diligere debeo, quomodo inquit: Diliges proximum
tuũ ſicut te ipſum? Reſpondeo quod illud, ſicut te ipſum, nõ di-
cit omnimodam æqualitatẽ, ſed ſignificat, ſicut te ipſum, ideſt,
ad quod te ipſum, videlicet, ad gratiam & gloriam, & in opere
& in veritate ſicut te ipſum diliges. In amore autem erga proxi
B.Tho.2.2 mos ordo etiam debet eſſe: ideo B. Thomas egregie docet me-
q.26.art.7. liores magis eſſe diligendos. Atq; ita interrogans S. Dauid, Do
Pſal.14. mine quis habitabit in tabernaculo tuo, inter illa, quæ reſpon-
det, vnum eſt, Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius ma- 40
Pſal.15. lignus, timentes autem Dominũ glorificat. Et alibi: Sanctis, qui
ſunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. Pro
quo alij verterunt: Erga ſanctos, qui ſunt in terra eius, & præ-
B.Tho.2.2. claros omnis voluntas mea in eis. Ille vero, qui nobis magis
q.26.art.1. coniunctus eſt, plus à nobis eſt diligendus, ſicuti idem B. Tho
& 8. mas teſtatur. Quod aliqui è contra faciunt, qui ſuorum obli-
uiſcuntur, & extraneos beneficijs quam plurimis afficiunt. Hi
Galat.6. ſimiles ſunt oculis qui ſibi coniuncta non poſſunt videre, ſed
Iob.31. quæ ab ipſis ſunt ſeparata. Et quãuis D. Paulus dicat: Opere-
mur bonum ad omnes, ſicuti ſanctus Iob faciebat, qui inquit.
Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit, tamẽ

hic

4 hic ordo obseruandus est, videlicet, plus nobis cōiunctos dili
gere, & prius eis remedium quærere, atq; auxiliari debemus,
quam extraneis. Quod si hunc ordinem obseruauerimus, diui-
tes meritis & gratia tandem cōsequemur gloriam, ad quam nos
perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadē Dominica duodecima Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

1 *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. &c.* Lucæ. 10.

HIc primum aduertendum est, quod B. Lucas
ait, Conuersus, scilicet, Dominus ad discipulos
suos dixit, Beati oculi, &c. At vero B. Mat- *Matth.* 13.
thæus & B. Marcus indicant, seorsum Domi- *Marci.* 4.
num hæc dixisse, ipsis poscentibus declaratio-
nē parabolæ de satore. Itaq; seorsum à turbis quadam affabili cō
uersatione & dulci vultus sui conuersione hæc suauissima verba
ad sacros discipulos dixit. In hoc docemur debere nos solitudi
nē quærere, vbi Dñs talia tam q; sublimia seruis suis cōmunicat,
vt licet ea sentire possint tamen ipsa nequaquam sciunt expli-
2 care. Hoc idē Dominus per Oseam Prophetā testatur inquiēs: *Osee.* 2.
Ecce ego lactabo eam. O singularia verba. Quando in aliquo li-
bro calamo signatam manū vel aliquod huiusmodi signū inue- *Simile.*
nitis, statim animo cōcipitis aliquod ibi latere mysteriū. Sic vbi
in sacra scriptura ponitur hoc aduerbiū, Ecce, ab auditoribus at-
tētio postulatur, quoniā ibi mysteriū latet, sicut vere hic est. Et
ideo ait, Ecce, idest, animaduertite hoc, p fundā animi cōsidera-
tione. Et quid nobis Dñe est animaduertendū? Ego lactabo eā.
Ego, qui Deus infinitæ potētiæ & pietatis sum, dabo animę pię
& deuotæ lac diuinæ cōsolationis, sicut pia mater illud infanti *Simile.*
suo tanta animi teneritudine suggendum erogat, vt omnia vi-
scera sua in eo posita habere videatur. Et vt magis expedita sit

ad hos supernos ac diuinos fauores accipiendos, Ducam eã in 3
solitudinem & loquar ad cor eius. Et dũ separata fuerit sponsa
mea à consortio hominum atq; in oratione mecũ cõuersata fue
rit, tunc arcana secretorũ reuelabo ei, & lætabunda ac mirum
in modũ iucunda verba mea audiet. Intelligens hoc regius pro-
pheta ab imo pectore suspiria trahebat dicens, Quis dabit mihi
pennas sicut colũbæ, & volabo & requiescam? Et non consum-
Psal. 54. psit omne tẽpus in trahendis suspirijs & desiderijs tantũmodo,
sicut aliquibus cõtingere solet, qui sæpenumero dicũt, O quis
esset in solitudine: ò quis se ab hominũ cætu & congregatione se
paratũ videret: ipsi vero quotidie in huius mũdi rebus caducis
& inanibus se immergunt. Non sic S. Dauid fecit, sed statim sua
bona desideria opere cõplere conatus est, sicut ipse ibidẽ testa-
tur adijciẽs: Ecce elõgaui fugiens & mansi in in solitudine, ideſt, 4
Ilico mea bona desideria studui executioni mandare. Et quid
ibi faciebas rex sancte? Expectabam eũ, qui saluũ me fecit à pu
sillanimitate spiritus & tempestate. Hoc est, Expectabam eum,
qui omnipotens est, qui requies, tranquillitas, & fortitudo est
sperantium in ipso & corũ qui expectant se à tempestate, quam
mũdus, caro, & diabolus excitare solet contra iustos, & ab igna-
uia & væ sordia cordis per eũ eripiẽdos esse, sibiq; fore cõcedẽ
dam quandã magnanimitatem humilem, & quandam humilita
tem magnanimã, qua inferni potẽtiam superare, & cœlũ ipsum
expugnare valeant. Ex hoc infertur, quã bonam viuendi ratio-
nẽ eligant, & quã recte procedant illi, qui in adolescentia sua re
8. Ambros. de obitu Valenti. licto mũdo se sealicui sacræ religioni dedicãt. B. Ambrosius du
pliciter explicat illa Threnorũ verba: Bonũ est viro, cũ portaue 5
Thren. 3. rit iugũ ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia le
uauit se supra se. Prima expositione illorũ verborũ ostenditur,
quã magnũ sit in ecclesia catholica esse aliquos, qui in feruore iu
uentutis, quando mundus & carnis corruptio maiorem in homi
nibus vigorẽ habet, non solum iugũ obligationis, sed etiã onus
perfectionis euangelicæ voluntariè & æquo animo suis hume-
ris imponant, & carere voluptatibus humananis libentissime
eligant. Ad intelligendũ autem, quanta res hæc sit, non egemus
maiori probatione quã videre, quã pauci reperiantur, qui etiã in
senectute iuueniles delicias ac peccata à se expellere velint. At-
tẽdite obsecro quã paucos ætas ab ipsorum fraudibus liberet, &

quot

6 quòt decipiat conſuetudo, & inde videbitis, quàti faciendũ eſt beneficiũ quod Dominus in eos confert, quibus ſpiritũ dedit, vt mundum contemnentes poſsint diuinæ eius conuerſationi ſuauiſsime vacare. Atq; ita verbailla, Sedebit ſolitarius, à ſancto Doctore hoc modo explicantur.

Habebit paucos ſocios in ijs ſublimibus, & præclaris quæ apprehendit: pauci enim ſunt, qui humanas voluptates relinquere volunt. D. Auguſtinus in ſuis confeſsionibus inquit, bonam partem ſuæ conuerſionis & vt in perplexitatibus, in quibus erat, ſe confunderet, fuiſſe videre pueros ac puellas, qui in cordis, & animæ puritate Deo ſeruiebant. Et B. Athanaſius id reputat eſſe vnam ex præcipuis veræ religionis Chriſtianæ probationibus. Eſt enim id apertum ſignũ ſpiritus Ieſu Chriſti & veritatis promiſsionum eius, præcipuè ſi cum hoc coniungant deſideriũ vi- D. Auguſt. in confeſſio.

7 uendi ab omnibus ignoti, & fugiendi non ſolum oculos verùm etiam cognitionem mundi, & vt ab illo duntaxat cognoſcantur cui ipſi placere ſtudent, quod quidem vnum ex præcipuis eſt, quod in religioſis commendatur. Nam (vt ait Euſebius) monachi gloria eſt à nemine cognoſci. Quoniam autem hoc extra naturæ curſum & hominum intẽtiones eſt, ideo inquit: Leuabit ſe ſupra ſe. Altera explicatio, quam B. Ambroſius his verbis adhibet, eſt quod ipſa verba oſtendunt obligationem & viam illius, qui hanc monachalem vitam eligit, & hæc videtur eſſe magis propria huius loci expoſitio. Atq; ita hic erit ſenſus: Qui tã de mane ſurgit, vt iugo Domini tanta naturæ repugnantia ſuccumbat, ſicut ſemper experietur, ſingulare iter ad illud ſupportandũ eſt eligere aliquẽ locum ab hominum congregatione ſe motum, vbi poſsit iuuari à ſanctis cogitationibus & conſiderationibus, vt propriæ ipſius paſsiones vincantur. Nam ſi die, qua religionem ingreſſus eſt, mundiq; voluptates, pompas, & gaudia deſeruit, ſe ſe ab omni affectione illorũ ſpoliaret, & ſimul cum veſte ſe quodam inſeparabili paupertatis mortificationis, & humilitatis amore, quem ipſa ſignificat, indueret, poſſet ſecure & cõfidenter procedere. Sed cũ appetitus, qui hodie mortificati apparent, non ſint omnino mortui, & tempus ſæpenumerò magnam partem feruoris, quo initio monachalis vita eligitur, tãdẽ cõſumat, oportet, vt cogitationes ſanctę pectus amore & deſiderio rerũ cœleſtiũ inflãment, & ſtrages, quas eiuſdẽ natu- Euſebius.

1. Corin. 7. ræ corruptio in vita spirituali facit, penitus reforment. Atq; ita 9
D. Paulus castitatem cõmendans ad Corinthios scribẽs ait: Hoc
ad vtilitatẽ vestrã dico, nõ vt laqueũ vobis iniiciã, sed ad id qđ
honestũ est, & quod facultatẽ habeat (scilicet, quis) sine impedi
mẽto Dñm obseruãdi, vbi alia trãslatio habet, Dñm obsecrãdi:
quod valde necessariũ est, vt puritas animæ in melius vlterius
procedat. Nã licet honor & opinio efficiant, vt quis in statu, quẽ
semel professus est, progrediatur, tamẽ quod int⁹ puritas animę
puritati corporis correspõdeat, nõ nisi per cõsiderationẽ diuina
rũ rerũ & continuũ meditationis & orationis exercitiũ & sancto
rũ librorũ lectionẽ obtinetur. Atq; ita D. Bernard⁹ hæc omnia
scalã monachorũ appellat: qui autẽ per illã nõ ascendunt, væ il-
lis. Dicite mihi, ò monachi & moniales, cũ in monasterijs tan-
quã in perpetuis sepulchris inclusi fuistis, & mũdus & caro suo 10
munere vsi fuerint, vosq; multis tẽtationibus Sathanæ artificio
expugnauerint, quid remedij capietis? Quod refugiũ, quod asy
lũ, quod solamẽ habituros vos esse speratis, si vobis gaudiũ spiri
tuale quod in interiori animæ vestrę possidere valetis, deficit?
Et hoc qualiter obtinere poteritis, si cõsideratione & meditatio
ne ita ad bona, quę expectatis animũ nõ adiũgitis, vt omnia ma
la, quæ toleratis, vobis facillima videãtur? Qua propter homini
b⁹ religiosis nos velle modo persuadere, vitã ipsorũ debere esse
quandã diuinarũ rerũ assiduã cõsiderationẽ, & ad hoc institutã
fuisse, perinde est ac si eis modũ, quo religionis oneri nõ succũ-
bãt præbeamus: imo quo eis omnia facillima ac suauia diuinis fã
uoribus appareãt, quos sic ab hominib⁹ segregati his sanctis exer
citijs consequẽtur. De quibus loquẽs diuinus sponsus cordibus 11
ipsorũ inquit, Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.

*Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans illum & dicens, Magi-
ster quid faciendo vitam æternam possidebo: At ille dixit ad eum: In lege
quid scriptum est? Quomodo legis? Ille autem respondens dixit: Diliges
Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex om-*
Gene. 2. *nibus viribus tuis & ex omni mente tua, & proximũ tuum sicut te ipsum.
Dixitque illi, Recte respondisti, hoc fac & vives.* Prima lex, quã Deus
homini dedit, amoris fuit. In sacra scriptura sic legitur: Tulit Do
minus Deus hominẽ, & posuit eũ in paradisum voluptatis, præ
cepitq; ei dicẽs: Ex omni ligno paradisi comede. Hoc quoddã
præceptũ fuit, De ligno autẽ scientiæ boni & mali nè comedas,

fuit

12 fuit alterū. Quæ duo præcepta si rectè perpēdantur, amoris præ
cepta fuerūt. Magnū profectò Deus amorē hominibus ostēdit
eis præcipiens, quod ipsi alias erāt facturi, & eis dicēs, Comedi-
te & de vobis ipsis curā habete. Inter ea, in quibus amor digno-
scitur, est in cura, quæ de aliquo habetur, vt māducet, & illis quę Simile.
ipsi apponūtur fruatur. Si quis aliū inuitauit, quē grādi amore p
sequitur, dū mēsæ vterq; accūbit, semper ei dicit: Dñe māduca,
accipe hoc, quod bene conditū est, nihil māducas: & huius curæ
amor est causa. Sic hūc amorē Deus hominibus ostēdit, cū eis
iussit, vt māducarēt. In religionibus si Prælatus charitate ferui- Simile.
dus est, quādo aliquis subditus ægrotat, ipsum orat vt māducet
ei dicēs: Frater ex hoc comede, & vt plus in eo merearis, id per
sanctā obedientiā tibi præcipio. Ita Deus primo parēti fecit, cui
cū diceret vt de omni ligno comederet, id per obediētiā ei impe
rauit. In quo apparet, hāc amoris legem fuisse: si quidē cū homo
13 ipsum deprecari deberet, vt ei facultatē ad id faciendum daret
Deus illam præ nimio amore prius voluit concedere, & curam,
quæ homini futura erat, habere voluit.

Secundū præceptū negatiuū fuit, & si quis illud superficie te-
nus inspiciat, cogitabit ipsum ex amore nō processisse, dū in eo
præcipitur, vt de arbore, quę vere & realiter bona erat, homo nō
comederet. At si profundè cōsideretur, reperiemus certe illud
etiā in amore habuisse fundamentū. Pro quo est notādū, primū
parentē Adā fuisse sapientissimū sciētia sibi à Deo infusa, sed
hæc sciētia rerū vniuersaliū fuit, videlicet, proprietatū herbarū,
lapidū, animaliū, stellarū, cœlorū, &c. Sed de omnib⁹ peculiari
14 bus, quæ hominibus euenire solēt, scilicet, scire in cūctis rebus
particularibus pretiosum à vili discernere, perfectā nō habuit
cognitionē, hæc enim alia peculiaris sciētia est. Atq; ita videm⁹
sapiētissimos quosq; viros in his particularib⁹ deficere, quoniā
nullus est, q scientiā de particularib⁹, quę in toto vniuerso eueni
re solēt, possit obtinere. Iccirco Annibal scripturā Vegetij de re
militari deriſit, inquiēs, esse scripturā vniuersalē, quæ calib⁹ &
infortunijs particularibus minime pficiebat. Posset quidē De⁹
facere, vt Adā primus parens de illa arbore māducās, aut alio
modo (vt tāgit D. Thomas) hāc scientiā cōsequeretur, sed no- D. Tho. 1. p.
luit illā ei cōmunicare, quod quidē ingentis amoris fuit signū. q. 7. ar. 2.
Nam, si Adam hanc scientiam obtinuisset, adeò potens rema-

neret, vt ad Dñm confugere ad ipsum in aliqua re consulendũ 15
non egeret. At pijssimus Deus, vt homo maiorẽ occasionẽ habe-
Simile. ret ipsum cõmunicandi & sæpenumero tractandi, voluit ei hãc
scientiã denegare. Si tu cũ alio litigares & iurisperitũ cõsuleres,
in quo, obsecro, ille maiorẽ tibi amorẽ ostenderet? Vtrũ si tibi
institutionẽ quandã vniuersalẽ præberet, qua data statim te di-
scedere iuberet, an potius si tibi diceret: In quacunq; peculiari
oblata difficultate me cõsule, & ego ostendã tibi iter, quo recte
incedendũ sit? Certissimũ est, hũc legisperitũ in hoc secundo
maiorẽ tibi ostendisse amorẽ. Sic etiã Dñs eũ magis demonstra
uit, cũ Adamo scientiã de omnibus particularibus successibus
non dedit, vt singulis horis ad ipsum cõfugeret, & per cõuersa-
tionẽ amor eius erga diuinã maiestatẽ magis augeretur. Quoniã
autẽ hæc omnia significata fuerũt, cũ eis Dominus dixit: De li- 16
gno scientiæ boni & mali ne comedas, iccirco aperte conspici-
tur, hoc amoris fuisse præceptũ. In lege etiam scripturæ Deus
præceptũ amoris maximè cõmendauit, vt patet in Deutero-
Deuter. 6. mio. Vbi postquã ppheta Moyses dixit, diliges Dñm Deũ tuũ
ex toto corde & ex tota anima tua & ex tota fortitudine tua,
statim nomine ipsius Dei adiecit: Eruntq; verba hæc, quæ ego
præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & me-
ditaberis sedẽs in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens at
que consurgens, & ligabis ea quasi signũ in manu tua, erũtq; &
mouebũtur inter oculos tuos, scribesq; ea in limine & ostijs do-
mus tuæ. *O sancta Maria señora*, Et quæ verborum multiplicatio,
quæ (nostro videri) vnam duntaxat rem cõmendãt? Sed qui ea
attente legerit, intelliget quantum Dominus cupiat, vt hoc 17
amoris præceptum adimpleatur: siquidem tot verbis & circum
loquijs illud commendat. Ex omnibus autem particulis, quæ in
hoc præcepto continentur, infertur Dominũ nobis imperasse,
vt ipsum super omnia diligeremus, hoc est quod posito Deo ex
vna parte & toto mũdo ex alia, vellet potiùs homo totum mun
dũ quam Deum amittere. Quod quidem optime filij Leui ad
impleuerunt. Dicente enim sancto Moyse post adorationẽ vi-
tuli conflatilis: Ponat vir gladium super fœmur suum, ite & re
Exod. 32. dite de porta vsq; ad portam per mediũ castrorum, & occidat
vnusquisq; fratrem suum & amicum & proximum suũ, sequi-
tur statim: Feceruntq; filij Leui iuxta sermonem Moysi, cecide-

runt-

18 Sruntq; in die illo quasi viginti tria millia hominũ. Et ait Moyses, consecrastis hodie manus vestras Domino, vnusquisq; in filio & fratre suo, vt detur vobis benedictio. Nec hac benedictione propheta contẽtus fuit, sed vbi iã morti propinquus esset, de codẽ Tribu Leui in hæc verba prorupit: Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierũt filios suos ij custodierũt eloquiũ tuũ & pactum tuũ seruauerũt. O *valame la Beatissima Trinidad*, Quæ res tam stupenda Leuitã cernere in hac tanta strage districtũ ferrũ in viscera parentum, fratrũ, & filiorũ condere, nec parentũ canitiẽ reuereri, nec filijs amantissimis parcere, nec matrum gemitibus concuti, nec vbera, quibus lactati sunt, agnoscere, nec riuis cognati sanguinis vbique decurrentis commoueri. Hanc autem mentem & animum
19 quis illis sine Deo immittere potuit? Ipse enim supernaturali quodam lumine ita mentes eorũ illuminauit, ita eorũ animos diuino quodã feruore incendit, vt apertissime viderent, quantũ amoris & reuerentiæ immensæ illi maiestati ac bonitati deberetur. Vnde factũ est, vt extremo supplicio dignissimos esse decrẽt, qui aduersus illũ rebellassent, quãuis fratres, sorores, parẽtes, & filij essent: non enim parẽtes agnoscebãt, quos Dei hostes esse videbãt. Hoc etiã præceptũ in lege scripturæ efficacissime Hebræi illi obseruarũt. De quibus in sacra pagina dicitur, q; cũ eis infideles die festo eo animo bellũ inferrent, vt fidem & obedientiã Dei sui desererent, ipsi existimãtes se diẽ sabbathũ, si cõtra hostes præliabantur, fracturos esse, nec lapidẽ miserunt in eos dicẽtes: Moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes
20 erũt super nos cœlũ & terra, quod iniuste perditis nos, & mortui sunt ipsi & vxores eorũ & filij eorũ. Alij etiam in eodem libro & in alijs testamẽti veteris legũtur, ostẽdisse, qualiter Deũ super omnia diligebant, quã plurimas & crudeles mortes pro ipso patientes. Tẽpore verò, quo summus mundi Magister Iesus Christus filius Dei legem gratiæ hominibus prædicabat, de hoc diuino præcepto verba faciens huic legisperito dixit, *Hoc fac & viues*. Vbi aperte docuit neminem posse vitam gratiæ aut glorię viuere, nisi hæc duo præcepta amoris adimpleat: in quibus, vt ipse Dominus asseruit, vniuersa lex pendet & prophetæ. *Matth. 22.*

1. *Mach. 2.*

Super his omnibus valde notandũ est, quod loquens Dominus in vltima cœna de amore inquit: Mandatum nouum do vo- *Ioan. 13.*

bis. Quomodo mandatū nouum appellas Domine, quod tantis retro temporibus præceptū fuerat? Illud nouū appellat ad ſignificandū rationi conſentaneū eſſe, vt nouo modo adimpleretur. Nā poſtquā Dominus tam ſingularē amorē erga homines oſtēdit, vt propter ipſos crudeliſsimam mortē crucis ſubire nō recuſauerit, oportebat certe, vt homines ipſum nouo modo diligere addiſcerent, quibus tam nouū & inauditum dilectionis modū demonſtrauit. Sed, ò ingentem confuſionem noſtram, tales nè futuri ſumus, vt cum Dominus ita nos dilexerit, & tam ſingularia beneficia in nos contulerit, oporteat vt nobis arctiſsimo præcepto imperet, vt ipſum diligamus? Perpendite hoc in quodam potentiſsimo rege, qui cum expuluere terræ hominē aliquem ad ſummum dignitatis gradum euexerit, ipſumque multis bonorū affluētijs ditauerit ſi ei diceret: Dilige me, quod ſi nolueris, caput tuum abſcindi iubebo, Nūquid Domine (diceret ille) adeò me ingratum eſſe exiſtimas, vt id mihi impereſ? Mea profecto ignominia eſt, domine, vt cogites opus eſſe mihi præcipere vt te diligam. O filij Adæ, quare rubore & verecundia non afficimini, vt neceſſarium ſit, Deum vobis abſoluto præcepto imperare, vt ipſum amore proſequamini? O Deus infinitæ maieſtatis, adeo ingratus ſum ego Domine, vt poſtquam me creaſti & tanti redemiſti, & poſtquam mihi tot tantaq; beneficia impendiſti, tale præceptum imponere neceſſarium ſit? O Domine qualiter me vndiq; hoc mandato non confundis? Si mihi præciperes, vt te non diligerem, hoc mihi impoſsibile & intolerabile videri debebat: at vero cū imperas, vt ſub pœna æternæ damnationis te diligam, cū hoc facies mea pudore conficienda erat. Certe frater in hoc ratione minime cares: nam ſi peccatum non eſſet, amoris præcepto nequaquam egeremus: ſicuti & modo non opus eſt præcepto, vt vnuſquiſq; ſe ipſum diligat: id enim ipſa natura facillime & pluſquam oportet facit. Et quamuis homini ſit magis naturale Deum diligere quam ſe ipſum tamē præceptum habemus de diligendo Deo, & non de diligendo nos, cuius rei cauſa eſt peccatum, quod oculos animæ ita retorſit vt ipſos à Deo auerteret, & in ſe ipſa figeret: atque ita fluuiū amoris, qui in Deum fluebat, in ſe retinuit. Itaq; ſi homo in puritate perſeueraret, non opus eſſet hoc præcepto. Sed propter peccatum adeo alienati à noſtra propria natura, & adeo corrupti re-

Similc.

21

22

23

man-

manſimus, vt vix præceptis, promiſsionibus, minis, & cõtinuis beneficijs in nos collatis in amorem piſsimi Dei noſtri adduci poſsimus. Sed quemadmodũ magnũ pondus plumbi, ſi ſurſum per violentiam mittatur, vbi primũ omittitur, deorſum redit: ita mens noſtra, ſi ad cœleſtem contemplationem atq; diuinũ amorem aliquando aſcendit, hoc magna violentia facit: & cum ille impetus ac violentia deficit, iterum ipſa cadit, ſeq; per creaturas miſerrime ſpargit: quia (vt in Sapiẽtia dicitur) corpus, qđ currumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitãtem. Quapropter fratres, oportet vos continuo hac violẽtia vti, ſiquidem Dominus ait. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Simile. *Sapien. 9.* *Matth. 11.*

Diliges ergo Dominum Deum tuum. In his duobus verbis, ſcilicet, Deum, &, Tuum, clauditur amoris ratio. Atq; ita, Diliges Dominum Deum tuũ, perinde eſt ac ſi dicat, Dilige eum, quia Dominus tuus eſt, & quia Deus tuus eſt. Picus Mirandula in quadam quæſtione quærit, quare Deus hominem poſtquam omnia creata ſunt, voluit creare? Creauit cœlos & ipſos angelis impleuit: creauit terrã & illam animalibus impleuit: creauit aquã & eam piſcibus impleuit: creauit aerem & illum auibus impleuit: poſtquam autem omnia creata & plena ſunt, creauit hominem, cum iam omnia dederat. Vt quid Domine hominem creas tam excellentem, quando nihil ex ijs, quæ creaſti ad ei tribuendum habes? Vbi eum repones? Si in cœlo, dicent angeli, cœlos eſſe ſuos, quoniam illos eis iam dediſti. Si in aere, conquerentur aues, ac dicent ſuum eſſe. Si in aquis, piſces ſuas eſſe dicent. Si denique in terra, animalia clamabunt, te iam eam eis hæreditate dediſſe. Dic ergo, ò homo, quod erit tuum ſedile? Quo ibis? Deus tibi cœlum hæreditate propria non conceſsit: quoniam ſi cum in terra creatus eſſes, cogitare potuiſti, te velle Deum fieri ſi in cœlo creareris, quo peruenires? Non donauit tibi ignem ad habitandum: quoniam cum tu gelidus ac frigidus ſis, tamen in corde tuo ardet continuus cupiditatis & malitiæ fornax, quo totam vrbem incendis, ſi in igne eſſes quanto magis comburereris? Nec tibi aerem dedit pro habitaculo: nam cum tu plumbo grauior ſis, leuior pennis incedis, & mille ventorum turres inſtruis: ſi aerem tibi donaſſet, quid faceres? Non dedit aquas tibi: quoniam cum ex oſsibus validis

Picus Mirã. in quæſt. de homine.

& duris

& duris neruis sis cõpositus, tamen ipsa aqua inconstantior es: si 27
aquam tibi dedisset, quanto inconstantior esses? Non dedit tibi
pro natura terram: quoniam cum spiritualis mente sis, tamẽ ma
gis terrenus es quã talpa, si totus esses terrenus, quid de te esset?
Ergo Domine, siquidem hominem creasti, quando omnia occu
pata erant, quoniam ex his nihil ei conducebat, vbi eũ colloca-
turus es? Quæ erit hæreditas eius? Creaui, inquit Deus, hominẽ,
quando omnia occupata erant, & quando fere nihil ad donandũ
supererat præter me ipsum, vt in hoc docerẽ me solũ esse homi
nis hæreditatẽ, possessionẽ ac centrũ, & extra me verũ otium &
tranquillitatẽ illũ minime posse inuenire. O benedictus & glori
ficatus sit talis Deus, glorificata talis liberalitas. Benedicant te
Domine omnes cœlestes hierarchiæ, quandoquidẽ sic voluisti
vermiculos terræ sublimare, vt eis te ipsum pro hæreditate & 28
possessione tribuere dignatus fueris. Itaq; sicut auibus naturalis
Simile. est aer & piscibus aqua, sic proprius hominis locus est Deus. Si
auiculam aliquis cepit, & in caueã inclusit, quamuis ei nucleos
pineos vel cannabale semẽ ad mãducandũ eroget, & in ipsa ca-
uea à frigore protegat, ac tandem multis illecebris afficiat, nun-
quã tamẽ ipsa contẽta est, sed cõtinuo & indefesse hinc inde sal
tat quærens locũ aliquẽ seu foramẽ, quo ex cauea exire possit.
O misera & stulta auicula, quo pergere vis? Non ne ibi necessa-
ria tibi suppeditantur, foris verò vix herbã quandã, qua sustẽ-
tari possis, inuenies? Responderet ipsa, si sciret loqui, Væ mihi
quia cauea ista domicilium meum non est. Dominus me ad ae-
rem possidendum creauit, & ille hæreditas mea est, atq; ideo in
eo magis contenta sum quadam herba ad vitam sustentandam 29
quam in hac cauea multis delicijs & illecebris affecta. Sic animã
dũ in cauea corporis inclusa est, non omnes mundi voluptates
& gaudia consolãtur, sed semper suspiria trahẽs alas mouet, &
Simile. perfecta consolatione nõ afficietur, quousq; ad suam propriã
hæreditatẽ, videlicet, ad ipsum Deum perueniat. Si in vas triã
gulare aliud rotundũ includas, certissimũ est nũquã illud posse
plenũ remanere, nam tres anguli vacui erunt: at si in idem vas
triangulare aliud etiam triangulare includas, id certe quadrabit
& angulos alterius implebit. Sic anima vas triãgulare est, quoniã
est quædam essentia tribus potentijs consistens: mũdus vero est
vas orbiculare. Et quanuis in animam (quod impossibile est)

totus

totus mundus cũ suis voluptatibus, honoribus, ac prosperitatibus intromittatur, tam famelica & vacua sicut antea ipsa remaneret: quoniã eius potentiæ, quæ sunt eius anguli, vacuæ essent. At si aliud vas triangulare, videlicet, beatissima Trinitas, quę est vna, simplex essentia & tres personæ in animam ingreditur, tũc impletur & satiatur. Qua propter licet, ò homo mundũ ad quærendas voluptates & delicias circũeas, ipsas nõ nisi in solo Deo qui bonũ infinitum est, inuenies. Hunc igitur bonum & pijssimum Deum, siquidẽ tuus est, totis viribus diligere cõtende. Aristoteles in Topicis sic ait: Quæ sunt amicabilia ad alterũ, præsupponunt amicabilia ad se. Diligis hunc puerum, quoniam filius tuus est: diligis illum adolescentem, quia frater tuus, diligis hanc fœminam, quia vxor tua: diligis domum illã vineam, pallium, quia tua sunt, & in hoc tuus amor fundamentum est, quid igitur magis tuum quam Deus est, qui tuus creator, tuus pater, tuus frater, tuus amicus, & totum tuum bonum est? Vt quid ergo rubore non afficeris & de tua ingratitudine ac peruersitate non confunderis, qui domũ, vineam, soleam, ac cingulum tuum diligis, & Deum tuum amore non prosequeris? Amisisti palliũ, & tristitia conficeris: perdidisti numum & ploras, & Deum, qui thesaurus infinitus est, amisisti, & rides, nec plus sentis, ac si corrigiam calcei tui amisisses. O cœli, ò terra, ò creaturæ insensibiles obstupescite, & tantam abominationem admiramini. Ferẽdum ne est, vt homo Deum amittens aliquam possit capere animo lætitiæ voluptatem? Certe si hoc summum bonum diligeres, tristitiam caperes, eò quòd illud amiseras: sed ex defectu amoris tui defectus doloris procedit. Diliges ergo Dominum Deũ tuũ qui sic tuus est, & ita homines diligit, vt bonũ, quod alij in alios conferunt, dicat se illud recipere, sibiq; esse factum. Atq; ita vbi nos legimus in Deuteronomio, Hi stabunt ad benedicendum Domino super montem, alia translatio habet, Hi stabunt ad benedicendũ populo, & sic est in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Ex quo apparet, Deum benedictionem, quæ populo dabatur, suam appellare. Dilige etiam Deũ tuum, ò homo qui adeò tuus est, vt homo factus sit propter homines: amor enim, quem erga illos habebat, ipsum inuitauit, vt eis hoc tantũ beneficium impenderet. Quod quidem bonum angeli in eius nativitate satis ostenderunt dicentes: Gloria in excellis Deo, & in terra

30 31 32

Aristot. in Topicis. *Similia.* *Deuter. 27.* *Luc. 2.*

terra pax hominibus bonæ voluntatis. Circa hoc notandus est 33
duplex apud Hebræos loquendi modus, sine quibus hæc verba
rectè intelligi non possunt. Alter est, quod pax significat omni-
ũ bonorũ abundantiam: alter verò, quòd homines bonæ volũ
tatis, perinde est ac si diceretur, homines, quib⁹ Deus bene vult
sicuti è cõtra illi in quos ipse Deus indignatur & eos punire vult
vasa iræ & filij iræ nuncupantur. Atq; ita, quod angeli cecine-
runt, significat, gloria detur Deo in cœlis, quoniã hodie in mũ-
do fons quidam omnium bonorum, & thesaurus cunctarũ diui
tiarũ apertus est hominibus, erga quos Deus bonam voluntatẽ
habet. Dilige etiam Deum tuum, quoniam amor vim & vigo-
rem tribuit bonis operibus, quæ in eius seruitio fiũt: tantũ enim
bonum opus valet, quantum ponderis in amoris statera habet.

Lenit. 5.

Olim in lege veteri duo pondera seu stateræ habebantur, al- 34
terum publicum alterum vero pondus sanctuarij, quod subti-
lius erat. Sic modo est publicum pondus seu statera, videlicet,
publica æstimatio, & communis hominũ sententia: pondus au-
tem sanctuarij est charitas, per quam Deus æstimat & ponderat.
O quot ieiunia, quot eleemosynæ, quot bona exercitia hodie
fiunt, quæ in statera publica, hoc est in publica hominũ æstima
tione magni appenduntur, quæ si in pondere sanctuarij appen-
derentur, tanquã pluma esse inuenirentur, eò quod propter va-
nitatem & non propter amorem fiunt. Appẽde igitur frater tua
bona opera in statera solius amoris Dei, & sic maximi valoris
erunt. Est amor veluti cifra arithmeticę, quæ si numero vno ad-
datur, valet decem, si vero addatur altera, efficitur numerus cen
tenarius, & si alia millenarius, & sic in infinitum. In hunc modũ 35
si operi bono addatur vnus amoris gradus, efficitur maioris va-
loris, & si duplex, plures etiã gradus meriti augentur, si vero tri-
plex, adhuc plures augẽtur &c. Non solũ autẽ amor bonis ope-
ribus valorẽ tribuit, sed (vt ait B. Thomas) nulla virtus, quanuis
eximia, sine charitate simpliciter & absolute vera virtus dici po
test. Sunt ipsæ in suo gradu morales virtutes, quæ hominem or-
dinant ad naturalẽ fœlicitatẽ quam etiam philosophi posuerũt:
non tamen sunt virtutes ad vitam æternã promerendũ. Ideo nõ
debẽt simpliciter veræ virtutes appellari, quia (vt Aristoteles
definit) virtus est dispositio perfecti ad optimum; optimũ ve-
rõ Christiana fœlicitas est. Hic autem amor debet habere
quali-

Simile.

S. Tho. 2. 2. q. 23. art. 7.

qualitates, quæ in his verbis particulariter recenſentur, ſcilicet, Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo &c. Quę D. Auguſtinus ſic explicat: Ita Deum diligere debemus, vt nos & omnia noſtra in eo ponamus, & in ipſum dirigamus, ac tali modo, vt quidquid cogitamus, optamus, loquimur, & operamur, per diuinã eius legem regulemus. Et B. Gregorius elucidans hęc verba ait: dicendo, Cor, ſubſtantiam corporalem ſignificauit, videlicet, vitam nutritiuam: dicendo vero animã, ſentiuã, dicendo autem mentem, intellectiuam potentiam indicauit. Vbi ſanè illud intelligamus expedit, quod oportet nos omnem animæ virtutẽ amori diuino ſubijcere, & hoc viriliter & nõ remiſſe. Atq; ob hanc cauſam ait, Ex totis viribus tuis & proximum tuum ſicut te ipſum. Olim Romani amicitiam hac forma depingebant, ſcilicet, iuuenem pulcherrimũ habentem caput diſcoopertum, veſte abiecta & hirta indutũ, & in fimbria veſtimẽti eius ſcriptũ erat, vita & mors, in frõte vero ipſius literis exaratũ erat, A Eſtas & hyems. Habebat latus vſq; ad cor apertũ, brachiũ vero retortũ illud digito demõſtrabat: in corde deniq; hæc verba ſcripta cõtinebãtur: Longe & prope. Dũ amicitia figurã iuuenis habet ſignificat amorẽ amici ſemper debere eſſe recentẽ, nũquã vero veteraſcere. In hirta veſte denotatur, ſemper amicũ debere eſſe paratũ ad perferẽdos pro amico ſuo labores. Diſcoopertũ caput innuit, nũquã propter pudorẽ amicũ negãdũ imò ſemper confitendũ eſſe. Duo verba ſcripta, ſcilicet, vita & mors, deſignãt ipſum tã in vita quã in morte amicũ eſſe diligẽdũ. Verba autẽ ſcripta, A Eſtas & hyems inſinuãt amicũ tã in aduerſitate, quã in ꝓſperitate eſſe diligẽdũ. Latus vſq; ad cor diſcoopertũ ſignificat amicũ vere & ſyncere & abſq; malitia ex corde eſſe charũ habẽdũ. Dũ oſtẽdit cor manu, inſinuat amorẽ, qui in corde eſt, operibus eſſe manifeſtandũ. Deniq; duo verba, Lõge & ꝓpe, deſignãt amicũ, ſiue prẽſens ſiue abſens ſit, maximo ſemper amore proſequẽdũ eſſe: nã diſtãtia loci nõ debet amorẽ impedire. His omnibus cõditionib⁹ debemus & nos proximos noſtros ꝓpter Dei amorẽ diligere: imo eadem charitas, idẽq; habitus ad Deũ & proximũ diligendũ animã inclinat, vt ſchola theologorũ aſſerit. Dixit autẽ legiſperito Dñs: *Recte repõdiſti, hoc fac & viues. Ille autẽ volens iuſtificare ſe ipſum dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus?* Exiſtimabat hic ſolos gẽtis ſuæ homines in proximorum

D. Auguſ. lib. 1. de doctri. Chriſt.

numero

numero esse habendos. Cuius ignorãtiam Dominus insigni qua- 39
dam parabola curare volens, omnes homines inter proximos
numerandos esse declarauit. *Suspiciens enim Iesus dixit.* In contex
tu Græco est verbum significans, suscipiens autem Iesus. Vbi
denotatur cœlestis magister interrogationem & quæstionem
acceptasse, & ideo dixisse. *Homo quidam descẽdebat ab Hierusalem
in Hiericho & incidit in latrones &c.* Quæ sequuntur vsq; ad finem.
hoc loco apparet, minorem pietatem in aliquibus ecclesiasticis
sæpenumero, quam in sæcularibus reperiri. Ostenditur etiam
in præsentiarum tempora illa quo ad hoc fælicioraſuisse, quam
nostra: tũc enim inter tres saltim in vno reperta est misericordia,
nunc vero inter centum vix vnus misericors inuenitur, qui pau
perum necessitatibus, vt oportet, succurrat. Videbitis plateas & 40
vicos egenis, vulneratis, claudis, ægrotis, atq; debilibus plenos,
& cũ illos totus populus pertranseat, vix inter tot vnus est, qui
saltim oculos in eis figat, nedum eis faueat. Væ huiusmodi obdu
Prouer. 21. ratis corde, quoniam scriptum est: Qui obthurauerit aurẽ suam ad
clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur.

Notatu etiam dignum est, quod hic de hoc Samaritano dici-
tur, scilicet, illum expẽdisse omnia, quæ ad pauperis ægritudi-
nem necessaria esse intellexit. Quid prodest ægrotum pauperã
ad domum tuã accedere, vt ei subuenias, si tu ipsi frustum pa-
nis aridi & durissimi elargiris? Qualiter necessitati suæ remediũ
Isaiæ. 58. adhibebit? Eum igitur domi tuæ excipe, sicut S. Isaias admonet
dicens: Egenos vagosque induc in domum tuam. Et ab hoc Sa-
maritano disce, posthac horrorem de pauperibus vulneratis nõ
habere. Animaduerte qua pietate ad hunc vulneratum accesserit, 41
eumq; curauit, & propterea ipsum fatigatus pedes iuit, vt proxi-
mus eius in iumento ipsius sedens iter faceret. Tu ita agere
contende, & Dominus hic suam gratiam tibi elar
gietur, qua comparatur gloria ad quã nos
perducat Iesus Mariæ filius.
Amen.

DOMI.

DOMINICA XIII.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA.

Cum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam, & cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Lucæ. 17.

EXplicans B. Augustinus, quomodo Spiritus sanctus in sacra scriptura vocetur digitus Dei, (vt apud D. Lucam, Si in digito Dei eijcio dæmonia) inquit, huius rei causam esse ad significandum magnum discrimen, quod inter dona & bona iustis à Deo in alia vita communicata, & inter illa, quæ eisdem in hac vita communicantur, versatur. Nam cum Spiritui sancto diuisio bonorũ tribuatur, nũc digitus Dei appellatur, vt significetur, quod quanuis dona, quæ in hoc mundo ab Spiritu sancto communicantur, magna sint, tamen respectu eorum, quæ in alia communicantur, sunt veluti gutta alicuius liquoris, qui digito ex aliquo loco educitur. Certum est enim, quod quanuis aliquis iuxta mare sit, si exabundantissima eius aquarum copia digito distribuere vult, id minime poterit efficere, nisi guttatim. Atq; ita sanctus Dauid animaduertens, quòd quanuis gratia, charitas, & diuitiæ, quas iusti in hac vita à liberali manu Dñi accipiunt magnæ sint, tamen, si cũ illis, quas Dñs in alia eis elargitur, cõparentur, minimæ sunt, omnia inferiora quendã gustũ appellat, superiora verò ebrietatem & satietatẽ nuncupat. Et ita inquit: Gustate & videte, scilicet, hic quoniam suauis est Dominus. Sed de superioribus bonis ait: inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et alibi: Satiabor, cum apparuerit

Luca. 11.

Simile.

Psalm. 33.
Psalm. 35.
Psalm. 26.

Simile. paruerit gloria tua. Multum distat, si tibi dicatur: Degusta pa- 4
rũ huius liquoris, an si tibi proponatur magnum pelagus aut flu
men abundatissimũ eiusdem liquoris vt quantũ poteris bibas.
Multo ergo plus differt id, quod in hoc mũdo iusti degustant,
ab eo quod in alio accipiũt. Illa autem bona cũ tanta sint, aliã
Psal. 124. etiam admirabilem excellentiam habent, videlicet, secura esse
& perpetua: nam vt regius propheta inquit: Non cõmouebitur
in æternũ, qui habitat in Hierusalem. Hęc est vna ex præcipuis
circũstantijs illius perfectæ fœlicitatis, ob quam S. Dauid illam
Psal. 147. cœlestem ciuitatem inuitat, vt peculiariter suum factorem col-
laudet, dicens: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuũ
Sion, quoniam confortauit seras portarũ tuarũ & benedixit fi-
Scotus in. 4. lijs tuis in te: qui posuit fines tuos pacem & adipe frumenti sa-
d. 49. q. 6. tiat te. A dipe frumenti, ideſt diuinitate. Subtilis Scotus inquit,
hanc firmitatem & stabilitatem bonorum beatis oriri ex securi 5
tate, quam à Deo habent, qui non consentit ipsos ab aliqua re,
Luca. 6. quæ non sit beatitudo, tangi. Atq; ita Dominus ait: Date &
dabitur vobis: mensuram bonam & confertam & coagitatam
& superefluentem dabunt in sinum vestrum. Per hæc omnia
verba Dominus insinuat præmium cœleste superaturũ esse iu-
storum merita & inquit, In sinu eorum futurũ esse, quoniam
ab eis nũquam incidet. E contra verò vna ex magnis miserijs bo
norũ huius vitæ est, quòd cũ parua sint, stabilia non sunt nec fir
ma aut secura: siquidem omnibus horis ac momentis ea amittẽ
di, in periculo versamur. Apertum huius rei in sacro hodierno
Euangelio testimoniũ habemus in quibusdã leprosis, quos Do
minus sanauit, & qui in corporibus & mentibus ditati omnes 6
præter vnum ab illa spirituali prosperitate quam citissime
ceciderunt.

Simile. Narrat igitur B. Lucas, quod eũte Iesu in Hierusalem, *Tran-*
sibat per mediam Samariam & Galilæam &c. Quemadmodum sol
hic oculis nostris obiectus nunquã quiescit, nec itineris sui cur-
sum aliquando remittit, sed inceſſabili motu terras & maria lu-
strat, quo rebus omnibus, quæ hoc inferiori mũdo continentur,
lucis & caloris beneficiũ impertiat: ita sol iustitiæ Christus Do
minus, cũ primũ doctrinę suæ lucẽ spargere in homines cœpit,
per vicos & castella discurrẽs nũquã destitit omni ratione mor
tales iuuare, eosq; doctrinæ suæ luce, & clarissimis virtutũ exẽ-

plis

7 plis, maximisq; beneficijs ad diuinarū rerū cognitionē & amorem excitare. Putant aliqui Christiani, quod iter facientes ab obligatione cuiuscunq; studiosi ac boni operis sunt liberi, & quod tempus itineris in narrandis fabulis consumendum est, atque ita nec rem sacram audiunt, nec eleemosynam erogant, nec orationem Dominicam recitant, dicentes cùm in domibus nostris fuerimus, nos in bonis operibus exercebimus, nunc rideamus & lætitia afficiamur ad itineris molestiam leuandam.

In actibus Apostolorum legitur quod cum eunuchus reginę Candacis venisset in Hierusalē & reuerteretur sedēs super currū portabat secum sacram Bibliam, legebatq; in ea prophetam Isaiam, licet illū non intelligeret, O magnā Christianorū confusionem. Hic, cùm barbarus Gentilis esset, hoc faciebat, propter
8 quod meruit in fide Saluatoris illuminari, & vos Christiani tale exemplum habentes vos ipsos per itinera verbis immundis & operibus nequam profanatis & turpiter polluitis. Animaduertite, quomodo cœlestem magistrum Iesum Christum imitemini, qui iter faciens pedestris, & absque calceis, fatigatus & defessus in operibus pietatis se exercebat, vt in hoc itinere appareret, quo à Galilæa in Hierusalem moriturus profectus est: & tunc hos leprosos sanauit, & cæcos iuxta Iericho visui restituit, Zachæum conuertit, & alia singularis clementiæ opera facere dignatus est.

Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe. Non ausi fuerunt ad ipsum Dominum, nec ad eos, qui eum comitabantur, accedere, quo- *Leuit. 13.*
9 niam lege prohibiti erant cum hominibus tractare, ne illos inficerent, & contaminarent ad significandum, quod si Deus ita volebat, vt homines alios homines lepra corporali non polluerent, quanto magis vellet vt ipsi spiritualiter ad inuicem non inficerentur. O si Rerumpublicarum gubernatores intelligerent quanta obligatione astringuntur ad separandum publicos illarum peccatores, ne ipsas fœdent & euertant, quam maximam in hoc diligentiam adhiberent. Lugebat sanctus Isaias dicens, facta sunt morticinia eorum quasi stercus *Isai. 5.* in medio platearum. Quanuis lacrymis dignum sit videre plateas alicuius vrbis corporibus mortuis plenas tamen multo magis lamentandū est, cernere ipsas publicis peccatoribus refertas

Simile. quorum vnus duntaxat sufficit ad totam Remp. corrumpendã 10
& labefactandã. Maxime autẽ dolendum est, quod cum ægroti corporalibus morbis naturaliter alijs non nocere cupiant, prę cipuè illis, quos diligunt, ægroti spiritualibus morbis contra faciunt, qui quos plus diligunt, socios in suis sceleribus habere conantur: atque ita ipsis ludos, ambitiones, vltiones, atq; carnales delicias persuadent. O vos infœlices, & si onus, quod vestris humeris imponitis, & quantum iram Dei in hoc incitatis, intelli-
Simile. geretis, totis profecto artubus contremuissetis. Cum venator laqueos & retia tetendit, si auem quam intra ipsa retia esse vidit, aliquis auolare fecit, & ab ipsis laqueis liberari, magnam iram contra illum concipere solet: quanto igitur maiori indignatione Deus afficietur, si cum animas tanti tamq; singularis valoris retibus suæ diuinæ misericordiæ venatus fuisset, vos diabolicis 11
vestris persuasionibus eas ab eius laqueis & obedientia aufugere facitis? Nolite fratres mei per huius magni Dei reuerentiam tam grandem offensionem contra ipsum committere. Vos autem, qui leprosi non estis, omni studio & vigilantia contendite, cum leprosis minime versari, nè vos suo morbo inficiant. Inter ea, quæ in sacra scriptura maxime nobis commendantur, vnum est, vt occasiones peccatorum, si bene viuere studemus fugiamus. Atq; ita vbi nos legimus, Vt non loquatur os meum
Psal. 16. opera hominum, propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras, B. Hieronymus vertit: Ego obseruaui vias latronis. Id est, Ne loquerer vnum prauum verbum de his, quæ peccatores facere solent, & vt tua Domine diuina præcepta obser- 12
uarem, omnes occasiones, quas latro, id est Sathanas mihi offerebat, (hæ enim viæ eius sunt) vitare conatus fui. Ideo vbi nos
Exod. 12. legimus: In die septimo non erit fermentatum in domibus vestris: quicumq; comederit fermentatum, peribit, alia translatio habet: In die septimo non erit fermentum in domibus vestris, & sic est in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Vbi insinuatur, quod cum Dominus aliquam rem prohibet, occasionem eius vetare etiam intelligitur: iccirco iussit, vt fermentatum & fermentum, ex quo fit, nullo modo in domibus esset. Si autem omnes occasiones sunt fugiendæ, inter illas vna præcipua est malorum conuersatio & familiaritas, & inter ipsas, quæ magis adhærere solet, est carnalium consuetudo: de

qua

13 qua Diuus Paulus inquit: Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio: id est voluptuosos homines & sensuales fugere contendite, vt vos mundi & pudici sitis. Luxuria est, veluti quædam lepra, inficiens, fœtida, & alijs facile adhærens, hæc totum ferè mundum penetrauit. Dicebat quidam vir Sanctus parabolice loquens, dæmonium vxorem duxisse iniquitatem, & in ea nouem filias genuisse, quarum octo particularibus octo maritis in matrimonium dedit: vna verò noluit viro peculiari nubere, atque ita omnes vniuersaliter aggreditur. Prima Sathanæ filia est superbia, hæc peculiariter regibus, principibus & mundi magnatibus nupsit, quoniam in his ipsa plerumque regnat. Secunda est Simonia, hæc particulariter clericis 14 nupsit, quoniam hoc peccatum communiter ab illis committitur. Tertia est hypocrisis, quæ religiosis nupsit, illa enim in ipsis magis quam in alijs regnare solet. Quarta est rapina, quæ militibus & ijs, qui in exercitibus versantur, nupsit. Quinta est vsura, hæc mercatoribus nupsit. Sexta est mendacium, & hæc artificibus & mechanicis operarijs nupsit, qui vix sciũt verum dicere. Septima est pigritia, hæc nobilibus nupsit, qui ab illa lege pœnali, scilicet, in sudore vultus tui vescéris pane tuo, immunes esse volunt. Octaua est murmuratio, & hæc rusticis agricolis nupsit, qui quoties congregantur, vix vnum verbum ædificationis loquiscunt, sed omnes ad inuicem tanquam canes se ipsos mordent, & de alijs detrahunt. Nona autem filia, quæ luxuria est viro peculiari nubere noluit: ipsa 15 enim in omnes status ingreditur, paruos & magnates, diuites & pauperes, ecclesiasticos & sæculares fortissimè aggreditur, & pauci sunt, quos aliquo modo non superet. Hispanè, *Pocos ay donde no haga presa.* De hac Diuus Hieronymus ait: O infernalis ignis luxuria, cuius materia gula, cuius scintillæ praua colloquia, cuius flamma turpitudo, cuius fumus infamia, cuius cinis inopia, cuius finis gehenna. Deus nos à tanto igne & tam pestifera lepra eripiat. Hoc adeo perniciosum malum est, vt sæpenumero Dominus permittat homines spirituales tentationes pati: & instituit ipsos perferre corporales labores, vt in his occupati ac detenti carnales tentationes, in quibus casus certior esse solet, superent & extinguant.

1. Cor. 5.

Luxuria

Gene. 6.

Deut. 7. Sicut populo Israëlitico sanctus Moyses dixit, Deus magnus 16
& terribilis ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes, non poteris eas delere pariter, ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ. In hunc modum Deus non vult, vt omnes tentationes spirituales superemus, & ab aliis laboribus simus liberi, ne bestiæ, videlicet, carnales tentationes
Eccle. 11. multiplicentur: siquidem scriptum est: Malitia (id est labor) horæ obliuionem facit luxuriæ magnę. Omni igitur cura & studio fratres nos à peccatoribus & præcipuè ab effœminatis & luxuriosis separare contendamus: siquidem luxuria vitium est, quod tam facile hominibus adhæret.

Hi ergo leprosi, *Leuauerunt vocem dicentes: Iesu præceptor miserere nostri.* Notandum est, vnumquenq; eorum non sibi soli, sed sibi & alijs omnibus à Domino salutem postulasse. Nam charitas
1. Corin. 13. (vt ait Apostolus) non quærit, quæ sua sunt. Ideo D. Iaco- 17
Iacobi. 5. bus nos ad monet dicens: Orate pro inuicem, vt saluemini.

Quos vt vidit, dixit, ite & ostendite vos sacerdotibus. De hoc codē Do
Hebræo. 4. mino inquit D. Paulus: Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Hoc peccatores confunderet, si profunde animaduerterent, se abominationes suas coram oculis & conspectu illius magni Dei & maiestatis infinitæ committere. Quod idem Dominus volebat, vt Hebræi cogitarent, cum eis per Prophetam dicebat: Ego scio Ephraim & Israel non est absconditus à
Osea. 5. me, quia nunc fornicatus est, & Ephraim contaminatus est Israel. Vbi septuaginta interpretes transtulerunt: Ego cognosco Ephraim. Et verbum, scio, plus importat, quam ver- 18
bum, cognosco: & sic traslatio Chaldaica habet, Palam mihi nota sunt opera Ephraim. Idem autem est, scio Ephraim, quod intus & in cute cognosco illum: quemadmodum dicere solemus, Ego cognosco optime, *A fulano, y se sus mañas.* Et per Ieremiam prophetam inquit: Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum. Dum eos Dominus de hoc admonet, vult vt ipsi confundantur committere peccata, quæ coram talibus oculis perpetrabant. Et hoc debebat esse iustis incitamentum in suis sanctis exercitijs, considerantibus Deum oculos suos in ipsis positos habere, sicut nobilis eques animum concipit, & incitatur ad præliandum co-
Simile. ram

19 ram rege ſuo. Iccirco cùm quidam in Canticis interrogarent: Quæ eſt iſta, quæ progreditur, terribilis vt caſtrorum acies ordinata; reſpondet ſponſus: Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. Ac deinde poſt pauca adiecit: Quid videtis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? Vbi cœleſtis ſponſus innuit, quod fortitudo ſponſæ, & eam eſſe velut vineam florentem atque hortum fructibus plenum, ideò erat, quia ipſe eam aſpiciebat. Quanuis autem hæc verba: Quid videtis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? (vt optime notat Theodoretus) videntur inter ſe quodammodo pugnare, (non enim in caſtris conueniunt chori) tamen elegantiſsimè ſignificant æquanimitatem & tolerantiam iuſtorum in afflic-

Canti. 6.

Theodoretus ſup. hunc locum.

20 ctionibus. Habet nanque eccleſia viros virtute patientiæ inſignes, qui ſimul & choros ducunt, & præliantur animaduertentes Deum in ipſis oculos fixos habere. Patriarcha Abraham in tantum certamen deſcenderat, quale erat filium ſuum interficere: & ad tantum prælium ſuperandum dimicante paterno amore cum diuino præcepto conſiderauit, Deum ipſum reſpicere, atque ita locum, in quo filium ſuum Iſaac ſacrificare conſtituit, vocauit, Dominus videt. Ac ſi aperte diceret. Conſiderabam Deum videntem me decertantem, & ideo obedientia paternum vicit amorem. Cum igitur omnia oculis Chriſti veri Dei & veri hominis continuo pateant & manifeſta ſint, quare hic dicitur: Quos vt vidit, ſiquidem antea iam eos videbat? Ad hoc reſpon-

21 deo, Dominum in eis tunc nouam quandam fidei, obedientiæ, fiduciæ, & amoris diſpoſitionem vidiſſe, quam antea ipſi non habebant.

Et cum eos ita diſpoſitos aſpexit, dixit: *Ite & oſtendite vos ſacerdotibus.* Vt quid Domine ad ſacerdotes eos mittis? Quid leprę tũ ſacerdotio? Nimirum, quia lex ita præcipiebat, vt lepræ iudicium ad ſacerdotes deferretur. Et ſi quęras, cur non magis ad medicos, quorum eſt de corporis morbis ferre ſententiã, quã ad ſacerdotes iudiciũ lepræ præcipiebatur differri? hoc certe aperte declarat, hanc quoq; legẽ ſicut & cæteras eiuſdem rationis ſpiritualium rerũ imagines eſſe. Niſi enim lepræ nomine peccati deformitas intelligeretur, (quod proprie ad ſacerdotum pertinet

auditu) parum decens videretur medicis prætermissis huius morbi cognitionem ad sacerdotale officium delegari. Quia igitur magis Dominus de spirituali animarum lepra, quam de corporis solicitus erat, ideo causam hanc latalege sacerdotibus examinandam commisit, quorũ est spirituales animæ morbos non solum iudicare, sed etiam sanare. In quo notandum est dictum
D. Tho. 1.2 q. 102. art. 5. ad. 7. Diui Thomæ, scilicet, quòd quanuis aliquãdo sacerdotes in eo iudicio deciperentur, iudicantes mundum esse eum, qui tamen adhuc infectus erat, Deus supplebat illud sanando ęgrotos propter authoritatem sacerdotalis dignitatis.

Ait ergo Dominus eis: *Ite ostendite vos sacerdotibus*. Illi autem fide & fiducia præditi, cùm adhuc lepram corporibus suis hærere cernerẽt, tamẽ ire cœperunt. Animaduertite, obsecro, hic fratres fidei & obediẽtiæ vigorem. Poterãt nãq; homines isti, si solius rationis iudicium consulerent, intra se dicere: Quorsum nos ad sacerdotes mittit, illi enim non vim sanandi lepram, sed diiudicandi facultatem habent? Quocirca nemo ad eos, nisi iam sanatus & à lepræ contagio immunis proficiscitur, nos ad huc istis oculis testibus corporalepræ infecta gestamus, nihil in eis nouum, nihil sanum cernimus: quorsum ergo nos contra legis præceptum & invrbium conuentus, à quibus lege prohibemur, & ad sacerdotum iudicum mittit? Sed nihil horum dixerũt non enim sensus cõsuluerunt, nec rationis iudiciũ sequuti sunt, sed supra sensus, & supra rationem sublati, fidem ac fidei comitem obedientiam tota mente complexi, in spem contra spẽ crediderunt, vt B. Paulus de Abrahã testatur: ideoq; amplissimum
Rom. 4. fidei & obedientiæ suæ præmium retulerunt.

Factum est enim dum irent mundati sunt. Vbi apparet quam merito in Prouerbijs dicitur: Vir obediens loquetur victorias. Nã,
Prouer. 21. quia vir obediens in diuinã voluntatẽ intentos semper oculos habet ideo summus ille obedientiæ amator piam eius voluntatem & sancta desideria adimplenda curat.

Vnus autem eorum, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit ad pedes eius, & hic erat Samaritanus. Respondens autem Dominus ait: Non nè decem mundati sũt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena? Ecce humana miseria, isti omnes bene cœperunt, siquidem ad Dominum fide clamarunt, & diuino eius

præce-

25 præcepto pomptè obedierunt, ſed accepta gratia & ſalute minime perſeuerarunt, ſiquidem ſtatim in peccatum ingratitudinis ceciderunt. Inter miſerias & infælicitates, quas S. Iob de homine recenſet vna eſt, quod nunquam in eodem ſtatu permanet. Quot homines videbitis, qui vitam optime inſtitutam & nimis ſtudioſam incipiũt, poſt duos vero dies defeciſcũtur & retrocedunt. Statua illa, quam in ſomnis vidit Nabucodonoſor habebat caput aureũ, pectora argentea, ventrem æneum, tibiæ autem eius ferreæ erant, deniq; quędam pars pedum fictilis erat: itaq; incepit in auro, & deſijt in luto. In hac ſtatua, multorum inconſtantium vita denotatur, qui initio ardentes fuerunt in Dei amore, paulatim verò deteriores fiunt, quouſq; ad vitiorum lutum miſerrime perueniunt. Per aurũ, quod omnia me-
26 talla antecellit, charitas intelligitur, quæ omnes virtutes ſuperat. De illo in Apocalypſi ſic dicitur: Suadeo tibi emere à me aurum, vt locuples fias. Hoc aurum iuſti lacrymis, ſuſpirijs, orationibus, eleemoſynis, atq; alijs bonis operibus emũt. Per argẽtum bona verba deſignantur, atq; ita regius Propheta inquit: Eloquia Domini eloquia caſta, argentũ igne examinatũ. A capite autem aureo deſcendit homo inconſtans vſq; ad pectora argentea, quoniã amiſſa charitate adhuc tamẽ ei bona verba remanent, ſed ipſum argentũ paulatim efficitur æs, quoniam bona verba, quæ loqui bona intentione ſolebat, poſtea cum vanitate, vt, videlicet, bonus ab alijs reputetur loquitur, poſt quam autem æs factum fuit, ferrum efficitur: quoniam cum quis vanus & ſuperbus eſt, plerumq; durus & crudelis efficitur. Deni-
27 que immundũ lutũ redditur, quoniã tandẽ vſq; ad turpiſsimas abominationes accedit. Hos incõſtantes lugebat S. Ieremias dicẽs: Filij Sion inclyti & amicti auro puriſsimo quomodo cõputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? Et quanuis inconſtantia ſit quædam cõmunis miſeria plerunq; tamen qui voluptatibus & illecebris aſſuefacti ſunt, inconſtantiores eſſe ſolẽt. Bombyces, vulgo, *Guſanos de ſeda*, Cum folia viridãtia continuo edant, adeo delicati ſunt, vt minimo quoq; tonitruo ſeu fulgure cõmoti ſubtiliſsimam illam telam, quam paulatim fabricant, texere deſinant, & ſtatim moriantur, ideo qui eos alere conſueuerunt, inuentiones quærunt, ne ipſi tonitrua audiant, aut fulgura videant. Sic homines in viriditatibus, ideſt, delicijs & voluptatibus

Iob. 13.

Daniel. 2.

Apocal. 3.

Pſalm. 11.

Simile.

Threno. 4.

tibus humanis educati adeo teneri & delicati ſunt, vt ſi aliquan- 28
do opus aliquod ſtudioſum incipiant, minima quaq; oblata oc-
caſione ab incepto deſiſtant, & peccata committentes moriū-
Pſal. 77. tur. De quibus illud Pſalmi dici poteſt: Filij Ephraim intenden
tes arcū, conuerſi ſunt in die belli. Filij Ephraim, ideſt, diuites &
proſperi huius mundi. Hoc autem in hac materia maxime plo-
randum eſt, quod cū homines in bono valde inconſtantes ſint,
in malo ſolent magnopere perſeuerare. Atq; ita Dominus de il-
Geneſ. 11. lis, qui cum ſuperbia infernali turrim Babylonis ædificabant, di
xit: Cœperunt hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis,
donec eas opere compleant. Vbi aperte conſpicitur, qualiter
homines contendunt, vt in inceptis ſceleribus vltra progrediā
tur, maxime quando plurimi ad vnum deprauatum opus con-
currunt: ipſi enim ſe ad inuicem adiuuant. Iccirco Deus illos di- 29
uiſit, nè cùm ſe vnuſquiſque ſolum videret, malitiam ſuam
opere compleret. Atq; ita inquit ſacer textus: Diuiſit illos
Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædi-
ficare ciuitatem. Iuſti autem è contra in bono perſeuerantes
ſunt. Et hoc eſt vnum ex ſignis, quæ ſancti præbent diuinæ
prædeſtinationis. In ſacra Regum ſcriptura legitur, quod cùm
Philiſtæi arcam Domini in captiuitate haberent, magnis pla-
gis à Domino vapularunt. Vt autem intelligerent, vtrum il-
1. Regum. 6. læ ægritudines caſu ipſis, an à manu Dei euenirent, ſacerdo-
tes ipſorum eis dixerunt: Facite plauſtrum nouum vnum &
duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum, iungite
in plauſtro, & recludite vitulos earum domi, tolletiſque ar- 30
cam Domini, & ponetis in plauſtro, & dimittite eam, vt va-
dat, & aſpicietis. Et ſiquidem per viam finium ſuorum aſcen-
derit, contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande, ſin
autē minime, ſciemus quia nequaquā tetigit nos, ſed caſu acci-
dit. Ipſis vero ſic facientibus inquit ſacer textus: Ibant autem
in directum vaccæ & itinere vno gradiebantur, pergentes &
mugientes, & non declinabant ad dextram nec ad ſiniſtrā. At-
que ita cognouerunt hoc Dei eſſe negotium. Hoc modo poſſu
mus conijcere, an recte dirigamur, & an res noſtræ diuinæ ſint
maieſtati gratæ. Tunc velut vaccæ illæ ſuper humeros noſtros
imponimus arcam Dei, hoc eſt, legem diuinam, quando bonū
eo animo incipimus, vt illud proſequamur. At non eſt vacca,

quæ

31 quæ non habeat ſuum vitulũ, qui ad ipſam clamet, & mugitus edat, vt ipſa retrocedat. Profana mulier vitulus eſt, quæ virum ſuum excitat, ne virtutem proſequatur. Maritus improbus & peruerſus vitulus eſt, qui mugitus edit, & ad vxorem ſuam virtutis ſtudioſam clamat, vt ipſa retrocedat. Affines, cognati, & amici conſcientiæ deprauatæ, vituli etiam ſunt, qui ſuis mugitibus & perſuaſionibus iuſtos à ſanctis ipſorum itineribus auertere conantur. Deniq; noſtræ propriæ paſsiones & appetitus ſenſuales vituli ſunt, qui clamant, & cõqueruntur, ne ita ieiunemus ne orationi vacemus, nè ita ſileamus, &c. Sed in hoc efficacia vere ſeruorum Dei inſpicitur, quod itinere vno gradiuntur pergẽtes, & mugientes, atq; nec ad dextram nec ad ſiniſtram declinãtes. Itaq; licet mugitus vitulorum, hoc eſt, moleſtias ſuæ ipſorũ

32 ſenſualitatis ſentiant, tamen vlterius progrediuntur in bono cœpto perſeuerantes, intelligentes, quia (vt ait B. Iſidorus) ſalus perſeuerantibus ſolum datur: non enim beatus erit, qui bonum facit, ſed qui perſeueranter facit: Et ideo D. Bernardus in quadam epiſtola ait: Scias, diabolum, ò Chriſti miles ſoli perſeuerantiæ inuidere, quam ſolam nouit à Domino virtutem coronari. In huius rei typum Dominus in Exodo iubebat, vt tunica ſummi ſacerdotis in fimbria ſeu ora per gyrum mala punica miſtis in medio tintinnabulis haberet, ita vt tintinnabulũ eſſet & malum punicum, rurſumque tintinnabulum aliud & malũ punicum. Malum punicum fructus eſt coronam habens, per quam cœleſte præmium ſignificatur. Atque ita cum iubet Dominus, veſtem ſacerdotis in fimbria malis punicis & tin-

33 tinnabulis adornari, ſignificat præmium & coronam atque veram laudem virtuti perſeueranti vſque ad vltimum vitæ deberi. Ideo D. Paulus ad Philippenſes ſcribens, ipſos ad virtutem incitabat dicens: Confido in vobis, quod qui incepit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Ieſu Chriſti. Diem mortis appellat hic ſanctus Apoſtolus diem Ieſu Chriſti. Nam dies, quos nunc viuimus noſtri vocantur, vt patet apud B. Iob. Vbi dicitur: Sicut mercenarij dies eius. Et paulo inferius: Dies mei velocius tranſierunt, quam à texente tela ſuccidit̃r. Et S. Dauid inquit: Sicut fumus dies mei: & in eodem pſalmo: Sicut vmbra declinauerunt. Itaque nunquam finem imponeremus, ſi locos, in quibus ſacra ſcriptura dies hominis

B. Iſidorus. lib. de ſummo bono.

D. Ber. in quad. epiſ.

Exod. 28.

Philippẽ. 1.

Iob. 7.

Pſal. 101.

appel-

appellat dies vitæ ipsius, recensere vellemus. Illos autem sic vo- 34
cat, quoniam homo libertatem habet, vt in eis quod voluerit,
efficiat, siue cœlum mereri, siue illud amittere. Dies vero
rationis dies Domini nostri Iesu Christi nuncupatur, quo-
niam tunc iam non poterit homo mereri nec demereri. Atq;
ita sicut homo in diebus suis id quod vult, facit, licet contra
Domini voluntatem fit, sic Deus in die suo voluntatem suam
exequetur, quanuis contra ipsius hominis voluntatem sit. Ergo
vsque ad illum diem perseuerare debet, qui opus aliquod bo
num incepit. O sancta perseuerantia, quot bona animæ affers:
te enim duce habitus virtutum gignuntur, & difficultates,
Prouer. 7. quæ in ipsis sunt, faciles fiunt. Hoc Spiritus sanctus signi-
ficauit, cum dixit: vade ad formicam, & considera vias eius
& disce sapientiam. O magnam filiorum Adæ confusionem 35
& ignominiam: siquidem sua ipsorum negligentia & pigri-
tia ita superati & summissi sunt, vt necessarium sit eos ad for-
micas mittere, vt ipsas magistras habeant. Videbitis mul-
titudinem formicarum quæ per duram rupem multoties trans-
euntes, tandem cùm paruæ sint, vestigium manifestum as-
siduitate transeundi relinquunt. Considera ergo, ò homo
(inquit Spiritus sanctus) qualiter tam vilia ac tam parua ani-
malia cum sæpenumero per duram rupem transeant, tandem
in ea iter patefaciunt. Sic tu per virtutum actus persæpè
transi, & in ipsis perseueranter te exerce, qui absque dubio
in anima tua tam præstantes habitus gignent, vt aperte &
manifeste videri possint in facilitate & suauitate, qua opera
bona exercebis. Nam cùm verum sit dictum Aristotelis, 36
scilicet, quod delectatio conseruat operantem in opere, hinc
fit vt homo perseuerans breuiter perfectionem consequatur.
3. Reg. 6. In sacra Regum historia legitur, templum Dei intra sep-
tem annorum spatium fuisse instructum. Et apud Diuum
Ioann. 2. Ioannem dixerunt Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum
est templum hoc. Quod quidem fuit postquam illud Babylo
nici euerterunt. Vbi adumbratum est, quod perseuerans ho
mo in gratia baptismali breuiter perfectum Dei ædificium ef-
ficitur: At si non perseuerat, & in peccatum incidit, difficilli
me postea ad perfectionem perueniet, quod B. Apostolus testa
Hebr. 10. tur dicens: Volùtarie peccantibus nobis post acceptam notitiã
verita

37 veritatis iam nõ relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Quibus verbis S. Apostolus nemini quidem viam salutis percludit, sed quantum sit eius conuersio & restauratio difficilis qui post veritatis cognitionem peccat, aperte declarat. Tam desiderabilis est perseuerantia, vt S. Augustinus & B. Cyprianus dicant: Nos in singulis orationis dominicæ petitionibus donum perseuerantiæ postulare, vt animaduertenti facile est deducere. Itaq; cùm dicimus, Sanctificetur nomen tuum, à Deo petimus, vt ipsum continuo sanctificemus: cum dicimus, Adueniat regnum tuum, postulamus à Domino, vt semper ad nos dona regni sui descendant: cum dicimus, Fiat voluntas tua, Deum precamur, vt semper diuinæ eius voluntati ob-
38 temperemus, & sic de alijs. Sed hoc perseuerantiæ donum non solum à Domino efflagitare debemus, sed ex parte nostra aliquot nobis diligentiæ sunt adhibendæ, & aliquot sanctæ cõsiderationes faciendæ. Exquibus vna est, quòd si à bono incepto desistimus, statim omnia merita, quæ hactenus comparauimus, amittimus. Insanus profecto est ille, qui vna vice, id est, *En vna mano*, Omnes diuitias, quæ diu ac magnis laboribus acquisierat ludendo perdere & iactare voluisset. Quid, obsecro, diceretis, si vidissetis hominem, qui maximo vitæ suæ discrimine mare trã segit, & quam plurimos annos in comparandis diuitijs apud Indos magna cordis sui afflictione consumpsit, & in Hispaniã perueniens è naui descendens omnes illas diuitias in portu vna vice ludendo iactauit? O insane & mente alienate, ad hoc te tantis pe-
39 riculis exposuisti, totq; labores pertulisti, vt vno horæ momẽto ab omnibus facultatibus spoliatus remaneres? Si igitur hunc insanum existimatis, maiori ratione eũ putare debetis, qui quã plurima merita coram diuino cõspectu ieiunijs, disciplinis, orationibus, vigilijs, eleemosynis, atq; alijs sanctis operibus acquirens, postea illa omnia breuissimo temporis spatio amittit, vt effrænato suo appetitui satisfaciat. De huiusmodi enim homine per prophetam Ezechielem inquit Dominus: Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. O *sancta Maria señora*, Et quod tam ingens malum: nos pater luminum illuminet, vt illud fugere & vitare sciamus.

S. Augustin. lib. de bono perseuerantiæ. & B. Cypria.

Simile.

Ezech. 18.

Alia

Alia etiam ad hoc vtilis consideratio est, videlicet, illum, qui 40
veram pœnitentiam faciens per sanctum virtutis iter cœpit in
cedere, & non perseuerauit, nō solum acquisita merita deperde
Luc. 11. re, sed (vt Dominus ait) Fient nouissima hominis illius peiora
prioribus. Et hoc duabus rationibus, quarum prima est, quoniā
Simile. diabolus eum maiori vigilantia, quam antea obseruat. Solet ali-
quando euenire, vt cum aliquis delinquens sit in carcere inclu-
sus, custos ipsius reputans eum hominem, qui promissis stabit,
ipsum catenis non opprimit, quin potiùs per totam domum
incedere permittit. Ille vero promissa non seruans è carce-
re fugit, & posteà siue ob idem delictum, aut propter aliud ite-
rum in illo includitur, tunc custos carceris, eum maiori cura &
diligentia custodit, ipsumq; catenis & compedibus ligando op
primit, nè sicut antea rursus aufugiat. In hunc modum dæmo- 41
nium cum peccatoribus agit. Illos enim, qui semel per veram
pœnitentiam ab ipsius vinculis liberi fuerunt, si iterum peccāt,
& in carcerem culpæ ingrediuntur, maiori cura & diligentia
obseruat: ac si antea eos vna duntaxat tentatione solicitabat, po-
stea omni studio illos quam plurimis afficit.

Secunda autem ratio est, quoniam natura nimis corrupta &
Simile. debilis ac deprauata per malam consuetudinem remanet. Si ve
ste noua atq; optimo panno confecta diu vtamur, tandem tra-
ctu temporis ita attenuatur & vilis fit vt si eam sartori resarcien
dam tradas, dicat: Profecto melius esset aliam denuo fieri, hæc
enim ita attenuata & attrita est, vt acus quid in ea prehendat,
non inueniat. Sic conscientia peccatoris assiduitate peccandi
adeo corrupta & deprauata remanet, vt vix in ea sit aliquid, in 42
quo diuina verba, vel sanctæ inspirationes, vel prælatorum re-
prehensiones, vel amicorum admonitiones apprehendant. Val
de etiam conducit ad perseuerantiam obtinendam continua be
neficiorum acceptorū memoria. Ideo cum S. Dauid dixit, Cō-
uersi sunt in die belli, rationem statim reddidit dicens: Et obliti
Isaiæ. 17. sunt benefactorū eius, id est, Quia obliti sunt benefactorū eius.
Et S. Isaias ait: Eris deserta, quia oblita es Dei Saluatoris tui, &
fortis adiutoris tui nō es recordata. De illo autē, qui perseuera-
uit, & tanquam gratus Domino gratias egit, inquit S. Euange-
lista: *Vt vidit quia mundatus est, reuersus est cum magna voce magnifi-
cans Deum.* Hoc est, Vbi primum oculos considerationis in be

neficio

43 neficio accepto collocauit, statim commotus est ad id, quod debebat faciendum. Ergo fratres charissimi & nos oculos in ineffabilibus bonis, quæ à diuina manu accepimus, figamus, & illa continuo memoria nostra repetamus, quod quidem nobis erit maximo adiumento ad perseuerandum in eius seruitio & amore. Et hoc modo pleni gratia consequemur gloriam, ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica XIII.

Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Cum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Sa
1 *mariam & Galilæam, & cum ingrederetur quod dam castellum, occurrerunt ei decem viri le prosi.* Lucæ. 17.

BEatus Apostolus Paulus ad Corinthios scribẽs sic eis inquit: Nescitis, quòd hi, qui in stadio currũt, oẽs quidẽ currũt, sed vnus accipit brauium: sic currite vt cõprehẽdatis. Omnis, qui in agone cõtendit ab omnibus se abstinet, & illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt, nos autẽ incorruptã. Hic S. Apo
2 stolus alludit ad eos ludos, quos Græci ac Romani celebrabant imitãtes fortissimũ Herculẽ, qui cursum quendã lõgitudinis cẽtũ & viginti quinq; passuũ (quẽ ipse Hercules vno impetu absq; respiratione currebat) fecisse legitur. Postea verò homines velocis signatis diebꝰ in alio cursu illi simili, quẽ stadiũ appellabãt, se se exercebãt. Ad hoc iudices cõstituebantur, & in fine stadij præmiũ quoddã pretiosum proponebatur: ad quod is, q nõ respirãs atq; incessabili cursu prius accedebat, illud cũ circũstantiũ honore & applausu cõsequebatur. Vt autẽ vestes aut cibi eis impedimento non essent, se ipsos exuebant, & à multitudine cibo rũ priuabant, & omnia, quæ ipsos impedire poterant, omittebant. Hinc ortum est, vt Diuus Paulus Christianam vitam

1. Corin. 9.

stadium

stadium, ideſt, cursum appellaret, in quo nunquam ceſſare de- 3
bemus, nec vix in ipso respirare quo vsq; præmium consequa-
Philon. lib. de decem oraculis. mur. Philon Iudæus inquit, legem diuinam ideo in deserto fuiſ
se datam, vbi nec cibi, nec conuersatio, nec lætitia, nec gaudium
humanum erat, ad significandum hæc omnia impedimento eſ-
se solere ad eius obseruationem, efficereq; vt homines filũ obe-
dientiæ frangãt, & retrocedant. Quod si ad illius legis obseruan
tiam abstinentia tot rerum necessaria erat, multo magis conduc-
it ad obseruantiam legis gratiæ, quæ perfectior est. Et ideo eã
D. Paulus hic stadio comparat, quoniã nec per vnum vitæ mo-
Apocal. 7. mentum à cogitatione harum rerũ desistere debemus. Hinc in-
telligeti s legitimum sensum illorum verborum Apocalypsis,
quæ vnus de senioribus ad D. Ioãnem de iustis gloriosis loquẽs
Psal. 33. dixit: Hi sunt, qui venerũt de tribulatione magna. Quæ quidem 4
verba videntur esse contraria illis sancti regis Dauid, scilicet:
Multæ tribulationes iustorum. Si plurimæ sunt iustorum tribu
lationes, quomodo eas sanctus ille vir vnam tantummodo ap-
pellat? Quoniam omnis Christiani hominis vita debet esse quæ
dam assidua tribulatio, & crux perpetua atq; cursus laborioſus.
Sed id in varijs rebus esse debet, nunc orando & suspiria trahen
do, nunc lugendo & gemitus edendo, nunc ieiunando, nunc cor
pus flagellis opprimendo, nunc iniurias perferendo, nunc carce
res & hospitalia visitando, & in alijs pietatis operibus se exercẽ
Simile. do. Et hæc, sunt multæ tribulationes, quæ illa magna tribulatio
ne comprehenduntur, sicuti corpus humanum, quod licet vnũ
sit, diuersa tamen membra habet, quod maioris eius pulchritu-
Roma. 13. dinis causa est. Hanc autem perseuerantiam commendauit etiã 5
B. Paulus, cũ dixit: Induimini Dominũ nostrũ Iesum Christũ.
Ideſt, ita ad Dominum Iesum Christum accedite, & vos illi vni
te, vt nunquam ab eo discedatis. Proprium ac peculiare est He-
braicæ linguæ ad denotandam perseuerantiam & durationem
alicuius, dicere illum ea re, in qua perseuerat, esse indutum, vt in
Psal. 108. psalmo dicitur: Fiat ei maledictio, sicut vestimentum quo operi
tur, ideſt, semper maledictione contegatur: & inferiùs: Operiã
tur sicut diploide confusione sua, ideſt, Nunquam ab eis confu
sio & ignominia auertatur. Et ita intelligendum est illud Isaiæ:
Isaiæ. 11. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium re-
num eius. Hoc est: Omnes virtutes ita Christo Saluatori mundi

adhę-

6 adhærebunt, vt ab eo nullo modo diſiungantur, & ipſe continuo ſe in ſtudioſis operibus exercebit. Sic cùm hic dicit B. Apoſtolus, Induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vult dicere: Diligite Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ & ei tam perſeuerantes ſeruite & obtemperate, vt nũquam ab eo diſcedatis. O fœlices illos, qui hac firmitate & ſtabilitate ei inſeruiũt, ſiquidẽ ipſe ait: Qui perſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Itaq; adeo excellens eſt perſeuerantia, vt Dominus ipſam velut in præmium aliarum virtutum elargiatur. Hoc aperte in ſacra Regũ hiſtoria cõſpicitur, vbi propheta Samuel Hebræis dixit: Si timueritis Dominum, & ſeruieritis ei, & audieritis vocẽ eius, & non exaſperaueritis os Domini, eritis vos, & rex qui imperat vobis ſequentes Dominum Deum veſtrum. Ecce quomodo ſequi Deum perſeueranter, hic pro præmio aliarum virtutũ promittitur. E contra vero in peccatorũ pœnam ſolet Dominus in

7 conſtantiam permittere. Sic teſtatur S. Ieremias. Peccatum, inquit, peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Peccatũ peccare, eſt corde & ex animo grauiſſima peccata committere. In libro Sapientiæ ſic dicitur: Tanquam momentũ ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarũ. Vbi aperte omnium filiorum Adæ inconſtantia oſtenditur. Examen ſeu lingua ſtateræ res eſt ſubtiliſſima, quocunq; enim grano, licet minimũ ſit, ducitur in vnam vel in aliam ipſius ſtateræ partem. Sic filios Adæ quæcunq; res, quãuis parua ſit, ad ſe attrahit & adducit. Sed hoc multo aptius perditis & corruptis hominibus præ multitudine peccatorũ cõuenit. Et ideo poſtquã S. Dauid de iuſti perſeuerantia egerat, &

8 quod fructũ ſuum dabit in tempore ſuo, & quod foliũ eius non defluet, dixit: Nõ ſic impij nõ ſic, ſed tanquam puluis, quẽ proijcit ventus à facie terræ. O appoſitiſsimam ſimilitudinem. Quid obſecro, in mũdo maioris inconſtantiæ quam puluis reperiri poteſt, ſiquidem vnus duntaxat flatus eum diſpergit, & penitus euertit? Pars huius inconſtantiæ ipſis peccatoribus ex humanis timoribus oritur. Lepus adeò timidũ animal eſſe fertur, vt quãdo currit, caput in tergà vertat, quod aliquando amiſsionis vitæ eius cauſa eſt: nã hoc detẽtus à canibus venaticis obtinetur & interficitur. Sic quã plurimi ex his, licet aliquoties à dæmone fugere incipiant, & virtutes inſequãtur, tamen præ timore incidẽdi in morbos, paupertatem, aut amiſsionem honoris & authorita-

perſeuerantia

Matth. 10.

1. Reg. 12.

Thren. 1.

Sapien. 11.

Simile.

Pſal. 1.

Simile.

tis retrocedũt & in crudelissimos dentes ac horridum Sathanæ os incidunt. Et quanuis diuina sacramenta recipiant, tamen cũ statim ad eadem peccata redeant, signũ est manifestũ eos ipsa exactè non fuisse confessos, nec ea verè reliquisse. In corporalibus morbis hoc experimẽto apparet. Si enim quis postquã ab ægritudine exiuit, iterũ in eam incidit, dicere solemus, eũ non perfectam sanitatem fuisse consequutũ, nec humorẽ, vnde illa ægritudo promanabat, omnino expurgasse. Hæc autẽ cõiectura adeò vehemens est, vt lex sit, qua iubetur, quod si ægrotus alicui medico certam pecuniæ summã ea conditione dederit, vt ab ægritudine, in qua est, sanetur, si facilè in eandẽ infirmitatẽ incidit, postquã sanus factus fuerat, teneatur medicus ipsi ægroto denuò medicinã adhibere, quoniã lex præsumit eũ perfectè non fuisse curatũ. Itahic præsumi potest, & hoc ponit Dñs pro vno ex reprobationis signis dicens: Nemo mittẽs manũ suã ad aratrũ & aspiciẽs retrò aptus est regno Dei. Quo circa fratres mei ego ad pedes vestros proiectus vos oro, & per sanguinẽ Iesu Christi & per amorẽ, quo ipsum profudit, adiuro, vt salutẽ vestrã & remediũ vere atq; omni studio curare & adhibere cõtẽdatis, & in hac vitã omni perseuerãtia cõsumatis: nec sitis sicut hi leprosi, (de quib⁹ hodierna agit sacri Euãgelij lectio) qui ad autorẽ vitæ Iesum Christũ fide accesserũt & ab eius liberalissima manu corporalẽ salutẽ atq; spiritualẽ consecuti sunt, sed tã quã ingrati & incõstantes in ipsius diuino amore minimè perstiterunt. Ait igitur sacrũ euangeliũ: *Cum iret Iesus in Hierusalem &c.* Leprosi isti magnã curam quærendi remediũ habuerũt, antequã Dominus castellũ ingrederetur, nã postea nulla eis esset opportunitas, quoniam ingressus in illud eis prohibitus erat. Intelligitis hoc fratres mei? Festinate modò, siquidem per tẽpus licet, ad misericordiã postulandã. Nam postquã sponsus in cœlestes nuptias ingressus fuerit, & ianuas clauserit, non poteritis eò ingredi nec remediũ aliquod inuenire. Ecce nũc vos expectat & iniquũ est vos hanc benignitatem ac patientiam cõtemnere: erit enim hoc ad maiorem vestram confusionẽ ac damnationẽ. Sic D. Paulus testatur dicens: An diuitias bonitatis & patiẽtiæ & longanimitatis eius contẽnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? Secũdũ autem duritiã tuã & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iu-

Simile.

Luc. 9.

Roma. 2.

9

10

stĩ

12 sti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundū ōpera eius. O terri
bilia verba. Quod tā lapideū cor est, quod illa audiēs timore nō
frangatur? Ad quorū intelligentiā oportet vos meminisse eius,
quod aliquando vobis fortasse cōtigit. Cū quis vestrū iter facit *Simile.*
cū aliquo viro nobili, & magna authoritate prędito, si ob aliquā
necessitatē longe ab eo remansisti, & ille, qui vltrà progreditur,
te in comitatu expectat, nūquid postquā intelligis ipsum te ex
pectare id tibi in causa est, vt, ppter expectationem eius intra te
dicas, siquidē ille me expectat, ego in hoc diuersoriū ad come-
dendū & ludēdū ingredi volo, aut ex hoc amæno fonte bibere,
& iuxta illū quiescere sub vmbra huius arboris mihi placet? Ne
quaquā profectò, quin potius è cōtra quilibet vrbanus homo fa
ceret: Si enim cognoscis eū te expectare in comitatu, dicis. Nō
13 oportet me in aliqua re detineri, nec in dulcissima fontis aqua,
nec in gratissima arboris vmbra &c. quin potiꝰ festinabo, donec
illū cōsequar: inurbanitas enim esset, tantū virū & tā nobilē qui
me expectat propter me detineri. Hoc est quod D. Paulus in
præsentiarū ait: Attēde peccator, Deū immēsum ac maximū
Dūm te expectare, & inurbanā rē esse, te ipsum expectare face
re, Hispanè, Es *mala criança, hazelle esperar.* Animaduerte q; si ip-
se te expectat, nō ideo est, vt in creaturis per affectionē te deti-
neas, in illis voluptatē capiēs sed vt festines dicēs: Heu, vniuer-
salis ille cœli ac terræ Dominus me expectat, & magna inurba
nitas ac irreuerētia esset ipsum expectare facere. Si propter ne-
cessitatē in aliquod diuersoriū fueris ingressus, & aliqua creatu
ra vsus fueris, id omni cura & sedulitate facito animaduertēs te
14 Deū expectare, & quā celeriter te à necessitatibꝰ expedire con
tēde. Sed vę vę & millies væ, quia hæc attētè nō consideras atq;
animo euoluis. Nō cogitas q; patiētia & lōganimitas Dei ad pœ
nitētiā te adducūt? Secundū autē duritiā tuā thesaurizas tibi
irā. Vno die vnū cōmittis peccatū, alio duo, alio quatuor, &c.
deniq; singulis horis magis in Dei pectore irā thesaurizas: & cū
minus cogitaueris, diuina eius misericordia rūpetur, & ira ip-
sius, velut profluuies amnis cū extra ripas exit, & molendina, *Simile.*
domos, atq; arbores euellit, sic te ipsum perdet & euertet. Auicu *Simile.*
la quædā nomine Cornix magnū dissidium & contentionē cū
aquila dicitur habere: nā illā volantem persequitur & molestia
afficit, nūc in alis, nūc in cauda, nunc in corpore suo rostello

ipsam mordens. Aquila vero, vt est nobilis, omnes illas molestias perfert, & nobili corde dissimulat, ipsa importuna auicula maiorem inde ad eam vexandam occasionē sumente, quo vsq; aquila defessa iam illis molestijs & importunationibus miserā auiculam vnguibus crudeliter dilacerat. O quam propriè hoc inter Deū & peccatorem contingit, nam miser homo videtur quodammodo particulari gustu affici, cùm diuinam maiestatē suis sceleribus & peccatis, quantum ex se est, vexat & persequitur. Cùm autem Deus sua infinita clementia cū illo dissimulat, eumq; iterum atq; iterū patitur, inde ipse peccator ad Deum magis offendendū occasionem capit: quia si Deus, cùm ipse peccator primum aut secundum scelus commisit, terræ iuberet, vt viuum eum absorberet, ille abominationes amplius non perpetraret, & alij forsan sibi cauerent, alienoq; saperent periculo. O 16
infœlix homo, attende quòd Dominus, si ita dici potest, defecisceretur ideſt, Secansara, Tot molestias & iniurias perferendo, ac te inter vngues iustitiæ suæ per mortem dilacerabit, à corpore animam separans, ipsamq; in æternas gehennæ flammas arsuram proijciens. Et hoc est, quod ait D. Paulus: Secundum duritiam tuam thesaurizas tibi iram &c. Quapropter siquidem nūc tibi vacat, occasionē arripe, antequā illā amittas. *Occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe, & leuauerunt vocem dicentes: Iesu præceptor miserere nostri.* O precationem mirabilē, quam Spiritus sanctus confecit, & per ora horum hominum protulit. Quid obsecro breuius hac oratione fratres, quid sapientius, quid sacratius, quid vtilius dici potuit? Vtinam diu noctuq; non dicio cē
ties, sed millies hanc efficacem orationem corde & ore proferamus: Iesu præceptor miserere nostri. In hoc sacratissimo nomine, Iesus, nomina illa cuncta, quæ Isaias de Messia recenset, mirabiliter continentur, scilicet: Admirabilis Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Quod pulchre dixerit B. Thomas. At minime contenti remanserunt illius nominis, Iesus, prolatione, sed addiderunt: Præceptor, diuinitatem eius profitentes, qui præcipere possit lepræ vt faceſſat, & saluti vt restatim adueniat. Et tanquam Deo ei dicunt, Miserere nostri: & ea miseratio Domini fuit, vt vix illa verba finierint, cùm salutem illis impartitus fuerit: vt appareat fidelem esse, qui per Isaiam prophetā dicit: Eritq; antequam clament ad me, ego exaudiam: adhuc illis

17

Isai. 9.
B. Thom. 3. p. q. 37 ar. 2

Isaias 65.

loquen-

18 loquentibus, ego audiam. Hæc tanta fœlicitas omnibus pijs hominibus promiſſa eſt, qua non video quid optabilius illis in vita poſsit accidere. Quòd ſi illum tam facilem tamq; exorabilẽ, cùm in hoc mũdo inter homines verſaretur, experti ſunt, non alium plane exiſtimare debemus, cum in cœlum eſt aſſumptus. Locum enim tantum, non animum, non affectum, non miſerendi officiũ mutauit, cũ in cœlum aſcendit. Hinc B. Paulus ad Hebræos ſcribens dixit, Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſæcula. Hoc eſt: Eadem in illo mens, eadẽ pietas, eadẽ noſtri cura, & prouidentia, quæ in illo fuit, ſemper erit. Quid enim mutare illũ poterit, de quo ſcriptũ eſt per Pſalmographũ: Tu autem Domine idẽ ipſe es, & anni tui non deficient? Si ergò idẽ ipſe eſt in cœlo, qui in terris extitit, cur non ſemper eadẽ pietatis & miſericordiæ opera ab eodem fonte diminabũt? His ergò
19 fratres diuinæ veritatis & promiſsionis teſtimonijs ſuffulti adeamus cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius, (vt nos B. Paulus admonet) vt miſericordiam inueniamus in auxilio opportuno. Et vt ad hoc animũ acciperemus, ſacra ſcriptura toties de diuina miſericordia agit, & peculiariter in Eccleſiaſtico, vbi dicitur: Pius & miſericors eſt Deus, & remittet in die tribulationis peccata, & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. Vbi alij tranſtulerunt: Et remittit in die tribulationis peccata: & ſic eſt etiam in contextu Græco. Vbi inſinuatur, quòd nũquam Deus laſſatur nec laſſabitur, remedium adhibẽdi peccatoribus, ſi ipſi ad eum ſe conuertere volunt. Et ideo dicitur: Remittit, &, Remittet. Et propheta Oſeas ait. Eius qui inte eſt miſereberis popu
20 li. Et Hebraice pro his verbis habetur: Eo quod in te ſit miſeratio pupillo, & ita etiam tranſtulerũt ſeptuaginta interpretes. Et eſt ſenſus, quod Deus tantæ ſit miſericordiæ, vt per eum ſeruentur etiam infirmiſsimi. In hoc etiam res quędã cõſideratione digna eſt, videlicet, in diuinis literis ſolere ſæpenumero duplicari nomẽ, quod de miſericordia Dei loquitur, vt apud S. Dauid dicitur: Miſericors & miſerator Dñs: & apud S. Iſaiam, Miſerans miſerebitur tui. Huius autem rei myſteriũ eſt, quod Hebraica lingua ſuperlatiuis caret, & vt illa formet, nomen duplicat: Itaque, Miſerator & miſericors idem eſt quòd multũ miſericors. Et miſerans miſerebitur tui id eſt quod miſericordia ingentiſsima afficiet te Dominus. Quis ergo hæc audiens adhunc piiſsi-

Hebræ. 13.

Pſal. 101.

Hebr. 4.

Eccle. 13.

Oſea. 14.

Pſal. 85. & 110.

Iſai. 30.

mũ Dñm cõfidenter in suis necessitatibus misericordiã postulã-
do nõ accedet. Ita S. Dauid faciebat, qui ait: Et veniat super me
Psal. 118. misericordia tua Dñe, secundũ eloquiũ tuum viuifica me. Vbi
alia translatio habet: Et veniet super me misericordia tua Domi
ne: & sic est in paraphrasi Chaldaica. In quo significatur fiducia
qua hic sanctus rex Dño preces fundebat, siquidẽ petens, vt su-
per se diuina misericordia veniret, adeò certus erat illam esse vẽ
turã, vt dicat: Et veniet super me misericordia tua Domine. Ve
lim etiam fratres, vt notetis in præsentiarũ, quid est quod petitis
cũ à Domino misericordiam postulatis. Non ab eo mutuũ peti
tis aut commodatũ, sed aliud altius ab eo postulatis. Quando ei
dicitis, Miserere nostri, perinde est ac si diceretis: Domine obse
cramus te, vt leges, quas contra peccatores, qui mandata tua trãs-
Simile. grediuntur, sanxisti, frangere digneris. Magna profecto auda-
cia præditus ille esse diceretur, qui ad regem se conferret, & ab
eo hoc munus & beneficium postulasset, vt, videlicet, leges &
statuta sui regni erga ipsum irrita faceret: mereretur profe-
cto iste, vt magna confusione sua reprehensus grauiter punire-
tur. B. Paulus ad Ephesios scribens inquit, Deum legẽ po-
Ephes. 5. suisse, quod omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod
est idolorũ seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi. Et
Roma. 1. ad Romanos etiã scribens, postquã catalogũ quoddã multorũ
& horribilium peccatorũ fecit, adiunxit statim: Qui talia agũt,
digni sunt morte, scilicet, æterna & temporali. Cum ergo tu, ò
peccator, aliquod horum scelerum commisisti, & à Deo miseri
cordiam postulas, profectò in eo exigis, vt erga te legem illam,
quam aduersus eum, qui tale peccatũ commisit, condidit, con-
fringat: ipse autem adeò misericors est, vt velit te ab eo id postu
lare, quod, si vt oportet postulas, sine dubio tibi concedet: at nõ
pro te sed pro vnigeniti filij sui meritis. In Exodo legitur, quod
Exod. 32. cum S. Moyses ex monte Sinai portans legis tabulas descendis
set, cũ appropinquaret ad castra, vidit populi abominationem
& idololatriam, iratusq; valde proiecit de manu tabulas & eas
Simile. ad radices montis confregit. Siquidam inquisitor per diploma
regiũ, quod habebat, de omnibus alicuius prouinciæ delinquen
tibus cognoscens, & quoniam aliquos regis proditores inuenit,
ira cõmotus diploma ipsum rũperet, non nè reprehensione &
supplicio dignus esset, eò quod signum ac diploma regis ita par

quifecit? At cũ sanctus Moyses hoc feciſſet, ob id à Domino minime reprehenſus fuiſſe legitur. O ineffabile myſteriũ & admirabile ſacramentum. Non fuit reprehenſus ſanctus Moyſes, quoniam diuina ordinatione tabulas illas ad radicem montis confregit, vt ſignificaretur, omnia peccata tam mortalia, quam venialia, quæ à principio mundi vſq; ad finem eius fuerunt & erũt condonata, ideò fuiſſe condonata, quoniam diuinæ leges ad radices montis confractæ fuerunt. O Chriſte vitę reparator, amor dulciſsime animarum noſtrarum tu mons ille es, de quo regius propheta ait: Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. Huius montis altitudo eſt diuinitas, radices verò ſeu infima ipſius montis eſt humanitas, & hic diuinę leges confractæ fuerunt: quoniã ipſe Dominus Ieſus Chriſtus in cruce patiens meruit efficaciter veniã peccatorum omnium, quæ condonanda ſunt, & quod diuinæ leges cum peccatoribus, qui ſcelera commiſerunt, frangerentur. *Pſal.67.*

Quos vt vidit, dixit: Ite, *oſtendite vos ſacerdotibus*. Eos nimirum ijſdem clementiæ ſuæ oculis, quibus populum ſuum inge miſcentem in Ægypto contemplatus eſt: vbi (vt ait ſacer textus) videns afflictionem populi deſcendit, vt liberaret eum. Vnde ſcite S. Dauid orabat, cum quo & nos orare debemus: Reſpice in me & miſerere mei, quia vnicus & pauper ſum ego. Et in ſancto Iſaia ſcriptum eſt: Ecce, reſpice, populus tuus omnes nos. O quantum nos ſic preces fundere oportet, potiſsimum his temporibus, quando vndiq; Saraceni, hæretici, & homines procaces nos premunt, & ſanctam Romanam Eccleſiam prorſus euellere contendunt. Nos igitur cum S. Dauid dicamus: Reſpice Domine vineam iſtam, quam plantauit dextera tua, & perfice eam, quam exterminauit aper de ſylua, (ideſt ſpurciſsimus Mahometus) & ſingularis ferus depaſtus eſt eam (ideſt ſuperbus Lutherus.) *Exod.3.* *Pſal.24.* *Iſai.64.* *Pſal.79.*

Et *factum eſt, dum irent, mundati ſunt*. Non eis Dominus dixit, Vbi primum eos vidit, Sani eſtote. Propter quod ipſi tãquam homines dicere poſſent, quando iuſsi ſunt ab eo, vt irent & oſtẽderent ſe ſacerdotibus: Nos in conſpectu ſuo minime ſanat, qualiter in abſentia ſanabit? Nec indignati ſunt, ſicut Naaman ille princeps militiæ regis Syriæ leprоſus, qui eò quòd Eliſeus ei per famulum dixit, Vade & lauare ſepties in Iordane *4.Reg.5.*

& recipiet sanitatem caro tua, iratus recedebat dicēs: Putabam 27
quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomē Domini Dei
sui, & tangeret manu sua locum leprę, & curaret me. Nihil horū
isti dixerunt, sed magna animi promptitudine ei obedierunt.

Et factum est dum irent, mundati sunt. O insignis obedientiæ vis,
statim vt Christo iubenti paruerunt, virtutem obedientiæ ex-
D. *Basil. homilia.* 12. *in Prouerbia.* perti sunt. Hinc D. Basilius merito ait. Præclara est obedientiæ
merces. Obediamus igitur bono patri certaminum præmia no-
bis exspiritus oraculis proponenti qui instar venatorum in locis
Simile. inuijs, quasi catuli cuiusdam venatici indicio cursus nostri ex-
perimentum vult capere. Et iterum, *Animaduertite*, inquit,
D. Basil. in monasticis constitut. quid in Euangelio Dominus dicat, cū de obedientia seruis suis
adhibenda legem sanciret: *Qui vos audit, me audit, & qui vos*
spernit, me spernit. Quod de Apostolis dixit, intelligendum 28
Lucæ. 10. est in communi sanxisse in posteros, qui aliorum futuri erant
B. *Thom.* 2. 2. *q.* 186 *articul.* 7. moderatores. Hæc ille. Huius sancti doctoris sentētiam B. Tho
mas confirmat.

Vnus autem ex illis vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens, & hic erat Samaritanus. Sed quæro, quis hunc Samari-
Ioan. 4. tanum cum Iudæis coniunxit? Nam apud D. Ioannem dicitur:
Non coutuntur Iudæi Samaritanis: illos enim velut excommu
nicatos reputabant. Ad hoc respondetur, inter ea quæ magis
disperses congregant & concordes efficiunt, esse laborem, pau
pertatem, atque ægritudinem. E contra vero vnum ex his, qui
bus humana corda magis separantur est corporalis prosperitas
& diuitiarum affluentia. Quam ob rem licet huius mundi bo- 29
na aliud præter hoc malum non haberent, videlicet, homines
mutuo ab alijs separari, patrem à filio, diuitem consanguineū
à paupere, hoc solum sufficeret vt illa merito odiremus & paru
i faceremus. Et quanuis labores aliud etiam bonum prēter hoc
non haberent, videlicet, concordiam facere & confraternita-
tem quandam in hominibus gignere, satis esset vt illos diligere
mus. De Patriarcha Abraham & consanguineo eius Loth in sa
cra pagina sic legitur. Nec poterat eos capere terra, vt habita-
Gene. 13. rent simul, erat quippe substantia eorum multa & nequibant
habitare communiter: vnde facta est rixa inter pastores Gre-
gum Abraham & Loth. Antequam plurimas diuitias possedis-
sent,

30 sent, ambo simul incedebant, ambo de terra sua egressi sunt, & regionem Palestinæ peragrarunt, & se ipsos simul ad inuicem consolabantur. Cum vero diuites & opulenti facti sunt, nequibant habitare communiter. Diuisusq; est Loth, & factus est in cola in regione Sodomorum: & quoniam à sancto Abraham se diſiunxit, ei quam plurimi casus & infortunia euenerunt. Etenim non post multum temporis à quibusdam barbaris captus est, postea verò facultates eius in Sodoma incensæ fuerunt, de nique post hæc mala inebriatus est, & stuprum duabus filijs suis turpissimè intulit. Heu quot mala hominibus euenire solent, eò quod à bonorum societate segregantur. Maledicte diuitiæ, quæ tot malorum causa sunt & occasio. Illæ non solum hominem ab alio separant, & efficiunt, vt filius cum patre, & fra

31 ter cum fratre litigent, sed ipsum hominem à Deo auertunt. Atque ita Salomon in Prouerbijs dicebat: Diuitias ne dederis mihi, nè forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? De primis fidelibus in principio nascentis ecclesiæ legitur. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Attendite, quomodo de illis, qui aliquid proprium non habuisse dicuntur, etiã dicitur, quod erat ipsis cor vnum & anima vna. Alterum ex altero sequitur. Diligamus ergo fratres paupertatem & labores, siquidem in cordibus humanis pacem & concordiam gignunt. Satis profecto huius Samaritani gratitudo manifeste apparet, si

32 quidem commouebatur, magna voce magnificare Deum. In sacra scriptura legitur quòd cum Tobias & filius eius intellexissent, angelum Raphael esse illum, qui ex parte Dei tot in ipsos beneficia contulerat prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum, & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius: in quo gratitudinem suam ostendebant. Hunc modum laudandi Deum vocibus & canticis cœlestis magister Iesus Christus nos docuit. Qui postquam sacros discipulos in sacerdotes consecrauit, & admirabile eucharistiæ sacramentum instituit, suam sanctissimam vocem simul cum ipsis extulit, & laudes æterno patri in quantum homo decantauit pro illis ingentibus beneficijs quæ ibi vniuerso mundo impendit. Atque ita D. Matthæus inquit: Hymno dicto exierunt in montem Oliueti. D. Augu-

Prouer. 30.

Actuum. 4.

Tob. 12.

Matth. 26.

D. Augus. sup. psal. 72.

B. Isidor. li. 6. Etymolo. c. 34.

stinus ait, hymnum esse verbũ Græcum, & significare laudem Deo redditam cum cantu. Itaq; vt hymnus sit, tria debet habere. Primum quod sit laus, deinde, Dei, tertio cum cantu. Idem ait B. Isidorus. Hoc sancto exercitio vsus est D. Paulus cum socio suo Sylla, qui (vt in Actibus Apostolorum legitur) postquã eis gentiles multas plagas imposuerunt, ipsosque miserunt in carcerem, Media nocte adorantes laudabant Deum, & audiebant eos, qui in custodia erant. Illæ autem laudes Domino ita acceptæ fuerunt, quod subito terræ motus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta. Et idem Apostolus ad Corinthios scribens ait: Siquis in mœrore est, psallat. O infœlices ingratos, qui nihil horum faciunt, quanuis à Domino plurima beneficia accipiant: de quibus B. Augustinus ait: Væ tacentibus de te Domine, quoniam ipsi loquaces muti sunt, cùm non tuas laudes dicunt. Tales nouem leprosi extiterunt, qui quanuis à Domino sanitatem acceperunt, ad ipsum non rediere, vt ei pro tanto beneficio gratias agerent. Nicolaus Lyranus inquit, sacerdotes eis persuasisse vt crederent, ipsos virtute legalium cæremoniarum & non virtute Christi fuisse sanatos. Deus nos à tam pessimis sacerdotibus eripiat, qui cum deberent homines virtutem doceret, eos corrumpunt & peruertunt. Misit Dominus leprosos ad ipsos, vt honore eos afficeret, & illi conuerterentur, videntes non solum vnum sed decem in instanti mirabili potentia edita miracula, ipsi autem magis cæci & duriores remanserunt, ad instar fontis, qui quanto maiori calore circundatur, tanto frigidior est & sicut piscis, qui quò magis in aqua salsa alitur, eò magis insulsus est. Multò melius hoc de sacerdotibus legis gratiæ dici poterit, siquidem maiora beneficia à Deo acceperunt, si ipsi, quales esse debent, non sunt. De illis per sanctum Ieremiam Dominus conqueritur inquiens: Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Auis duos colores habens est ille sacerdos, qui cum in altari coram Deo est, sanctus apparet, cùm verò coram hominibus cũ illis se conformat: nam cũ luforibus lusor est, cũ meretricibus voluptuarius, sicut animal quoddam dictum Chamæleon, quod illarum rerũ, quibus se adiungit, colorem refert. O patres euangelici sacerdotes, vt quid vos ipsos non confunditis, & pudorem non contrahitis

Act. 16.

1. Corin. 14.

D. August. in medita.

Nicol. Lyra.

Simile.

Ierem. 12.

qui

36 qui cùm tot beneficijs diuinis condecorati sitis, hoc malum in vobis sentitis, & vix sæcularis perditus peccator est, cui vos in suis deprauatis moribus nõ cõformetis, ipsumq; imitari contẽ datis? Per infinitã ergò maiestatem illius magni Dei, à quo sic honore affecti estis, vos adiuro, vt vobis ipsis atque illis, quos vestris deprauatis exemplis corrumpitis, compatiamini, & sanctissimũ ministeriũ vestrum, ea, qua oportet animi puritate in posterũ exerceatis. Satis digni erant leprosi illi, à quibus Dominus propter eorũ ingratitudinẽ salutem, quam dederat, auferret, eosq; iterũ lepra inficeret, sed noluit, vt nos doceret, ne vindictam sumere de inimicis curaremus. Sunt aliqui, qui videntes non sibi pro collatis beneficijs gratias reddi, ipsa omnia destruere volebant.

37 Discamus igitur ab hoc superno magistro, & id quod sponsa in Canticis ait, attendamus: Crura eius columnæ marmoreæ quæ fundatæ sunt super bases aureas. Ac si dicat, pedes eius nõ esse faciles ad motũ, sed grauissimos: vbi patientia eius denotatur. Et quod crura eius, idest, à genibus vsq; ad pedes sint sicut columnæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas, significat, quod patientia Dei & eius erga scelera nostra tolerãtia omnia in diuino eius amore fundantur. Per hunc ergò amorem nos etiam commoueri debemus, nè malum pro malo reddamus: *Cant. 5.*

Respondens autem Iesus dixit: Non ne decem mundati sunt, & nouẽ vbi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret laudem Deo, nisi hic alienigena? O quam damnata hic remanet Christiani hominis ingratitudo per huius infidelis gratitudinem. Voluit Dominus 38 tempore Heli vt arca testamenti veteris in bellum duceretur, & à Philisthęis caperetur, & eam in templa sua asportarent, vt videretur reuerentia, quam ipsi ei adhibebãt, & vt nequitia sacerdotum Hebræorum magis confunderetur, qui in domo Dei coram ipsa arca comedebant, & bibebant, furabantur, & fœminas in turpitudinem prouocabant. Nunc etiam grãdis confusio est Christianis, contemplari feruorẽ ac deuotionẽ, qua gentes Indicæ sanctissimam fidẽ Iesu Christi accipiũt. Animaduertere etiam hic licet eximiam Domini largitatem & beneficẽtiam, qui pro impenso oblatissimæ salutis beneficio solã gratiarũ actionẽ à leprosis exigebat. Nec minor in nos sed multo maior eadẽ Domini benignitas est, qui cùm tam eximia quo *1. Reg. 6.*

tidie

Colossens. 3. tidie nobis conferat beneficia, adeò exiguum à nobis requirat, 39
obsequiũ, nẽpe gratũ animũ & beneficij memorẽ. Pax Christi
exultet in cordibus vestris, in qua vocati estis, & grati estote, in-
quit B. Paulus. Ideſt, ipſa pax, quæ eſt donorum Chriſti abũdan
tia, moueat & illuminet corda veſtra, vt grati ſitis. Vult ſanè Do
minus, quia pater benigniſsimus eſt, nos debitum gratitudinis
adimplere, vt nacta occaſione maiora atq; longe potiora nobis
B. Ber. ſup. Cantica. dona ipſe impendat: qui enim donis acceptis bene vtitur, mere-
tur copioſiora accipere. E contra vero (vt ait B. Bernardus) ingra
titudo inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, ventus vrens
ſiccans fontẽ pietatis. Ecce quam ſit graue facinus ingratitudo,
D. Tho. 2. 2. q. 107. ar tic. 3. quippe quæ licet non ſemper mortale peccatum eſt, niſi inte-
rior adſit contemptus, (vt egregie B. Thomas docet) tamen nõ
dubito, hos homines mortaliter deliquiſſe, contra quos ſaluator 40
noſter tam acriter querimoniam facit. Pudet me, fratres, tot ver
ba in commendatione gratitudinis tantorũ beneficiorum, qua-
lia accepiſtis, conſumere: ſiquidem etiam in brutis hæc reperi-
tur. Narrat enim AElianus, quòd cum mercator quidam in nun
AElianus. dinas, quæ in vrbe Theonte apud Græcos fiebant, ſe conferret,
quidam eius famulus, qui numos portabat, caſu propter neceſsi
tatem quandam à via declinauit: rediens autem in iter oblitus
eſt marſupium numis plenum: canis vero, qui ipſum comitaba
tur, videns marſupium remanere, remanſit & ipſe illud ſeruans.
At cum poſtea à mercator & famulus eius marſupium cum nu-
mis amiſiſſe ſenſiſſent, illud rurſus quærere contenderunt: & cũ
peruenisſent ad locum vbi id remanſerat, inuenerũt ibi mortuũ
canem, qui potius fame ibi mori voluit, quam marſupium heri 41
ſui deſerere. Quid vobis de hac fidelitate videtur, quã ſummus
ille naturæ autor in creatura irrationali ad noſtram confuſionẽ
poſuit? Si ergo tot tantiſq; beneficijs, quæ à diuina manu accepi
mus, grati non extiterimus, quibus ſupplicijs digni erimus? Nè,
obſecro fratres, permittamus, vt beſtiæ nos in hoc antecellant,
laudemus & glorificemus hunc ſummum benefactorem, quo-
niam nos ipſos hac via diſponentes merebimur dona maiora ac
cipere & nimiam gratiam; qua comparatur gloria, ad quam nos
perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

DOMI.

DOMINICA XIIII.

Post pente costen

CONCIO PRIMA.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Matthæi. 6.

TErtullianus in libro, quē aduersus Hermogenem hęreticum edidit, perpendit, quomodo in sacra scriptura Deus ante quam hominē creasset, Dominus appellari minime reperitur. Itaq; quoties de eo fit mentio, Deus tantummodo nuncupatur, vt in sacri libri Geneſis principio videre est. Vbi sic dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram: & paulò inferius. Dixitq; Deus: Fiat lux, & vidit Deus lucem, quod esset bona: & postea, dixit quoq; Deus, Fiat firmamētū: ac deniq; ibi sæpenumero Deus solum vocatur. Post quam vero hominem creauit, incipit Dominus appellari, vt ex eodem libro patet, cum dicitur: Formauit igitur Dominus Deus hominē de limo terræ: & inferius: Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis, produxitq; Dominus Deus de humo terræ omne lignum. Tandem vt ex illo capite atq; ex cæteris apparet, passim Dominus Deus nuncupatur. Huius rei mysterium est, quod Deus non appellatur Dominus, antequam homo fuisset creatus, ad significandū diuinam maiestatem & potestatem non magnifacere issarū rerū inferiorū, vocari Dominum nisi solius hominis. Etenim principatus politicus apud homines rationis participes duntaxat reperitur: & quāuis ipse Dominus cœli & terræ sit in hoc peculiariter hominem voluit honore condecorare, cum se Dominum non appellat, nisi postquam ille creatus est.

Tertullia. libro in Hermo. Hæret. fol. 339.

Gene. 1.

Gene 2.

Est etiam aduertenda Diui Hieronymi adnotatio, videlicet, Quotiescunq; in diuinis literis ponuntur duo nomina Dei, alterum significare essentiam eius, alterum vero dominium: vt cùm dicitur Dñs Deus, Deus ab hoc nomine, Iehoua, quod significat

nificat essentiam Dei, transfertur: Dominus verò ab hoc nomi- 4
D. Tho. 2. 2. q. 10. ne Adonai vel Heloim, quod Dei dominiũ significat. Vbi insinuatur, quod nihil, vltra esse Dei essentiæ infinitæ, ei magis cõuenit, quã esse Dominum. Atq; ita D. Thomas inquit, eum nõ posse dominiũ, ius, & actionem, quam super homines habet, relinquere. Hinc infertur, quantã ille committat iniustitiam, qui cor suũ & cogitationes, desideria atq; opera à beneplacito & obedientia Dei alienat. Si cum tu arborem in horto tuo plantasses, circũfoderes, atq; irrigares, ipsa arbor, si manus haberet, inimicũ tuum cò ingredientem inuitaret, atq; ei omnem fructum tribuens diceret, Accipe, accipe non nè obsecro diceres, O perfida, ego te plantaui & in te tempus consumens & laborans desudaui, & tu fructũ inimico meo erogare & tribuere nõ erubescis? Magna certe proditio & iniustitia ista est. O homo, qui plantatus, creatus, cultus, & irrigatus es à Dei potentissima manu, attẽ de magnam esse proditionem & iniustitiam, te fructum tuarũ cogitationũ, operũ, ac desideriorũ in Sathanæ inimici eius seruitium impẽdere. Omnia tuo legitimo Domino, videlicet, Deo offer, ei tuis omnibus rebus inserui, siquidem ei omnia debes, animaduerte quod in sacro hodierno euangelio dicit: *Nemo potest duobus Dominis seruire: aut enim vnum odio habebit*, qui est dæmõ *& alterum diliget*, qui es Deus, *aut vnum sustinebit*, ideſt diabolum *& alterum contemnet*, scilicet, Deum. Simile. 5

Ex hac contrapositione, qua hic Dominus vtitur B. Augustinus infert, hos duos Dominos, de quibus hic agitur, esse Deũ & diabolum: & ideò post quã dixerat Saluator noster, *Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget*, non adiecit, Aut vnum diliget, & alterũ odio habebit, sed dixit, Aut vnum sustinebit, ideſt diabolum. Non ait (inquit B. Augustinus) diliget, quia nemo diabolum diligit, sed sua cupiditate implicatus ei subditur: & alterum contemnet, scilicet, Deum, nõ dicit, odio habebit, quia nullius conscientia Deum odio habuit. Si autem obijcitis: Quare ergo S. Dauid inquit, Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper? Ad hoc respondetur, dæmones Deum odio habere non secundum quod Deus est, sed secundum quod punitor eorum est. Vocat autem hic summa veritas diabolum Dominum quia (vt S. Iob testatur) Ipse est rex super omnes filios superbiæ, nam peccatores sua deprauata voluntate serui 6
Pſal. 73.
Iob. 41.

eius

7 eius efficiuntur, eiq; tanquam regi famulantur. Quibus B. Paulus inquit: Nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis? Quoniam cum quis se diabolo tradere incipit, statim se se omnino ei tradit: charitas enim non amittitur per partes sed tota simul, atque illa amissa remanet miser homo totus Sathanæ seruitio dedicatus. Quocirca siquidem quilibet horum dominorum tam disparium totum hominem sibi postulat, vultque vt totus seruituti ipsius tradatur, attende cui te tradere iustum est, an Deo vel diabolo. Animaduerte, quod (vt ait B. Gregorius) seruire Deo regnare est. Atque vbi D. Lucas ait, Dominum dixisse, Multi prophetæ & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, B. Matthæus hanc eandem historiam referens inquit: Multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ vos 8 videtis. Itaq; quos ille Euangelista Reges appellat, hic iustos nominat. *Rom. 6.* *Lucæ. 11.* *Matthæ. 13.*

Huius rei duæ solent assignari rationes, altera est, reges iustos vocari ad docendum nullum regem debere esse, qui iustus non sit, ita vt si aliquis regem dixerit iustus intelligatur. Si hoc ita esset, munera ac beneficia seu dona non per passionem sed pro cuiusq; meritis referrentur. In sacra scriptura legitur Patriarcha Isaac, quoniam cæcus erat benedictionem & primogenituram filio suo Iacob, qui domi erat, absq; labore tribuisse, qui si optimum cibum ipsi parenti suo Isaac dedit, illum ex gregibus eius deprompsit: filio autem Esau, qui in agro frigori & calori expositus venationem eidem patri procurans incedebat ipse patriarcha Isaac nullam benedictionem esse dicebat. *Gene. 27.* *Simile.*

9 Sic quam plurimi reges ac principes & magnates huius mundi sunt, qui primogenituras, fauores, benedictiones, munera, ac beneficia ijs, qui à latere sunt, & qui incuria resident, absq; labore & fatigatione aliqua conferunt. Qui, si aliquem bonum cibum regibus ac dominis suis offerunt, illum ex eorum diuitijs, sicut Iacob Isaac, depromunt: & nihilominus in illos munera commendata, atq; alia beneficia conferuntur. Ad miseros autem duces, milites, ac cæteram gentem bellicam, qui cum periculo vitæ arcum & hastam & alia tormenta bellica humeris portantes, & ipsi regi plurima regna venantes, & dominium atque imperium ipsius conseruantes in bello continuo versantur, nulla

nulla est benedictio, nullum munus, nullum beneficium, nec 10
etiam vnum bonum aut saltim gratiosum verbum. Profecto
qui hoc agunt, dici non potest, quod cum reges sint, iusti valeant
appellari.

Altera ratio, ob quam illos, quos alter euangelista reges appellat, alter iustos nuncupat, est quoniam iusti vere & realiter reges sunt, qui suos appetitus, affectiones, ac desideria per rationis ac diuinę volūtatis regulā sciunt optime gubernare. Atq; D. Apocal. 4. Ioannes in Apocalypsi ait, se illos viginti quatuor venerandos senes mittentes coronas suas ante thronum Dei vidisse. Si ergo iusti coronas habent, benè sequitur, illos esse reges. Quapropter si seruire Deo regnare est, & seruire Sathanæ est esse seruum in misera seruitute, quare non intelliges, quantū te oporteat huius maledicti Domini seruitutem vitare, & te ipsum totū summi atq; optimi Dei seruitio tradere. Vult dæmon, vt omnes, qui ei D. Augus. inseruiant, omnibus etiā vitijs inseruiant. Atq; D. Augustinus ait, Peccator seruus est tot dominorum, quot vitiorum. Hoc optime intellexit magnus ille philosophus Diogenes. Iccirco cum Alexander se totius mundi dominum appellaret, ipse ei sic ait: Nequaquam es Dominus, sed seruorum meorum seruus, vitia enim sunt domini tui, & serui mei, tenanq; dominantur, & ego ea suppeditaui. Hoc etiam obtinuerunt gentes quædam dictæ Bragmanæ, quæ eidem Alexandro multas vrbes expugnanti & plurimas nationes in potestatē & imperium suum redigenti in hunc modum scripserūt: Inimicos externos euertere conaris vt internos sustentes. Quid tibi prodest totius vniuersi dominū fieri, si tam infimæ & abiectæ rei, qualia sunt peccata, seruus es? 12
Sententia profecto notabilis & digna, quæ æternæ memoriæ mandetur, qua illi Ethnici significarunt, in Alexandro propter victorias, quas de inimicis reportabat, superbiam, vanitatem, ambitionē, atq; alia vitia augeri. Et isti domini sunt nimis graues quoniam contraria imperant. Superbia enim vult, vt homo maximos sumptus faciat, perpetuam sui memoriam relinquat, & magna pōpa atq; apparatu incedat. Auaritia vult, vt homo nec vnum obolum consumat, & mille afflictiones, nē numos expendat, patiatur. Gula, hominem ad opiparos cibos prouocat, pigritia ad otium inuitat, & sic homo nec buccellam quidem ad manducandum habebit. O infelices peccatores, in quibus

affli-

13 afflictionibus & laboribus vos summergere vultis, tam diuersis ac disparibus dominis, tamq; contraria iubentibus seruire volentes. Merito vobis dicere possumus id, quod Propheta Ieremias Hebræis dixit: Seruietis Dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. *Ierem. 16.* Et D. Paulus loquens de peccatis, è quibus Christus Redemptor noster nos eripuit, inquit: Et nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, faciẽtes voluntatem carnis. *Ephes. 2.* Vbi alia translatio habet, Facientes volũtates carnis: & sic est in contextu Græco, & sic etiã legit B. Hieronymus. In quo ostenditur, quod seruire carni est etiam pluribus dominis seruire, siquidem tot voluntates habet, hoc est, tot tamq; diuersos appetitus & ad implendum tam difficiles. Hoc
14 insinuauit S. Isaias dicens: Væ qui trahitis iniquitatem in funi- *Isai. 5.*
culis vanitatis, ideſt, væ vobis, qui eò impudentiæ & petulantię erga Deũ & homines deueniſtis, vt cũ vitia à vobis fugiant, quoniam Deus, qui lux est tenebras ipsas fugere facit, vos ea per vim quodammodo funiculis vanitatum vestrarum attrahere ausi sitis. Videbitis hominem, qui quotidiano labore victum sibi quærit, tam pretiosis vestibus indutũ, vt princeps esse videatur quin etiam & illis non contentus alios pretiosiores in arca seruatos retinet. Si autem inquiratur, qualiter illas habet, inuenietis eum illas mille fallacijs, fraudibus, & mendacijs comparasse. Ecce igitur qualiter illæ vestes sunt vanitatis funiculi, quibus licet à te peccata fugiant, tu ea ipsa per vim attrahis. Videbitis nobilẽ equitem, qui splendide quotidie tribus & quatuor cibis epulatur, & iuxta possibilitatẽ, ac redditus suos vnum duntaxat po-
15 terat manducare. Si autem ei aliquis dicat, Domine. Quor sum tot tantosq; sumptus in cibis fieri permittis? Respondebit ipse: Ita in more positum est, quod si ego ita non fecero, famuli mei vilem & infamem me esse reputabunt, alias iste vt hanc vanitatem sustentet, famulis ipsis, sarcinatori, mercatori, atq; alijs quã plurimis debitor est. O vanitatem funiculum detestandum ad attrahendum miseræ animæ quam plurima peccata. Idem contingit alijs, qui in alijs scelerum generibus immerguntur, quæ omnia funiculi sunt vanitatum, quibus per vim grauissima alia peccata attrahuntur. Ideo merito S. Propheta inquit: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. O fratres charissimi, vtinam recte intelligeretis, quam improbus hospes peccatum

est, non solũ illud per vim in domum vestram minimè adduce- 16
retis, verùm ab illo longissimè abesse cupueretis. In hoc verbo, Trahitis, ostenditur labor & difficultas, qua homines peccata committunt, quoniam, Trahere, significat per vim ad se trahere: id autem, quod per vim trahitur, labore certè ac molestia trahi solet. Nos vero adeò imprudentes sumus, vt id quod maiorẽ nobis laborem & incommodũ affert, maiori studio diligamus, id autẽ quod facilius, suauiq; atq; vtilius est, abhorrere soleamus.

Genes. 21. Patriarcha Iacob socero suo Laban pro Rachele pulcherrima septem annis seruiuit, quibus finitis ei data est Lia absq; eo quod pro illa seruierit, & postea per aliorũ septem annorũ spatiũ ad obtinendam desideratissimam suam Rachelem seruiuit. Tandem Lia, quæ ei gratis data est, fructũ ipsi benedictionis afferebat, & cũ eo maximã consolationem, Rachel verò, quæ ei tot 17
annis seruitutis stetit, non fructũ, sed labores & molestias affere bat quoniã sterilis erat. O miseriam humanam. Ecce qualiter homines non intelligimus id quod carius & laboriosius est, inutilius esse, quod vero facilius, vtilius. Heu, heu, non solũ septem annis aut quatuor decim, sed per totũ vitæ spatiũ mũdo ac diabolo inseruimus, vt nobis honores, diuitias, ac voluptates cõferant, & tandem afflictionem & amaritudinẽ in hac vita posteà vero æternam confusionem & supplicia nobis præbent: virtutes autem, quas gratis & tã facile sicut Iacob Liã obtinuit, posse mus consequi, & nobis fructũ & gaudiũ afferrent, capere minime volumus. Iam fratres vidistis, quam sceleratus & quam grauis dominus Sathanas sit, & quã difficilia suis imperat: Deus autem è contra Dñs est infinitæ bonitatis, & qui suis facillima im- 18

Matth. 11. perat. Et ita ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugũ meum supervos, & inuenietis requiem animabus vestris, iugũ enim meũ suaue est & onus meum leue. O Christe vniuersalis cœli ac terræ Domine, benedicta sit lingua tua, benedictũ os quo tam sancta & glorioſa verba locutus es, quibus fragilitatẽ nostrã, vt te sequamur, roboras. Et quoniam maxime conducit, vt prædicatores facilitatem diuinæ legis ostendant, nè infirmi atq; imperfecti terreantur, quin potius animum concipiant, & ad diuinam eius obseruantiam incitentur, notandũ est diuina præcepta merito indulgentiam, *Y desmandamientos*, appellari posse.

Pro

19 Pro cuius intelligentia obſeruandũ eſt, ſubtilem Scotum, cũ de ſatisfactione ageret, opinionem D. Anſelmi recitare, qua probat, nos Deo vix poſſe ſatisfacere, quoniam ſatisfactio eſt redditio voluntaria æquiualentis alias indebiti: ſed nos nullũ bonũ poſſumus operari, quod Deo non debeamus. Nam ſecundum Ariſtotelem ſummè tenemur ſummo benefactori. Sicut, cũ aliquis omnes diuitias & facultates ſuas tecum conſumeret, magnoſq; ſimul pateretur labores, vt te à miſera captiuitate eriperet, aut ſi cum maximo vitæ ſuæ diſcrimine te e mari penè ſummerſum educeret, vbi niſi eſſes ab eo adiutus, ſine dubio perires, tunc apertiſsimum eſt, te ei maxime obligatum eſſe qua propter nihil facere poſſes, quod ei non deberes. Cum igitur Deus propter creationem, conſeruationem, redemptionem, & iuſtificationem noſtram ſit ſummus noſter benefactor, manifeſtè conſtat nos quidquid propter eius ſeruitium fecerimus ei debere. Quod ſi ita eſt, locum non habebunt opera, quæ theologi vocant ſupererogationis, videlicet, illa, quæ abſq; aliqua obligatione fiunt. Cum enim Deus ſit ſummus benefactor, ſumma ei obligatione tenemur: & per conſequens nihil addere poſſumus, quod gratiæ ſit, & quod ei prius non debemus: atq; ita nihil nobis remanet indebitum, quo ei poſsimus pro præteritis noſtris ſceleribus ſatisfacere. Huic argumento Scotus ſapientiſsimè ſatisfacit dicens, quod quanuis Deus ſit ſummus benefactor, & ei ſummè obligemur, ipſe tamen per infinitam bonitatem ſuam à nobis plus non poſtulat, quam decẽ præcepta, & diuinorũ ſacramentorũ vſum neceſſariũ, atq; ſacro ſanctæ matris Eccleſiæ obedientiam, cuius in terris caput eſt ſummus pontifex. Et cũ ad hoc nos obligat, ab aliis innumerabilibus debitis, quæ in illa ſumma obligatione includebantur, nos liberat. Et ſi ad hoc attendimus, præcepta Dei vocabimus deprecepta, hoc eſt, *Deſmandamientos*, quoniã à pluribus rebus nos exonerant, quã onerant. Nã ſi Deus præcepta nobis nequa quã dediſſet, obligati maneremus ad omnia, quæ ppter eius ſeruitiũ facere poſſemus. Eſt tamẽ aduertẽdũ, hæc decẽ præcepta priꝰ fuiſſe in lege naturę & in lege ſcripturę dedita: itaq; anteq; Dñs ea præciperet, cũ dixit cuidam iuueni, ſi vis ad vitã ingredi ſerua mãdata, iã ad illa tenebamur: & cũ ea inſsit obſeruari, nihil nouũ præcepit, ſed id, quod antea de lege naturali, & de lege ſcripta,

Sco. in. 4. d. 15. q. 1.

Simile.

Matth. 19.

pta erat, legis euangelicæ fecit, atq; ita ad illa, lege naturali & le- 22
ge diuina positiua astringimur obligatione. Grandis profecto
hæc fuit Dei misericordia, nam cum ipse suo in mundum aduē
tu factus homo nobis tam singularia beneficia impendit, cogita
re possemus, illum à nobis magna seruitia postulare: ille autem,
vt nos securos & quietos redderet, eadem præcepta, ad quæ an
tea lege naturali obligabamur, iterum nobis præcepit, nos ipsos
(vt supra diximus) ab illa summa obligatione liberans. Hoc au-
tem parum, quod nobis imperat, iugum appellat, quod est onus
solitum semper duobus imponi, innuens in hoc nunquā Chri-
stianū hominē suis humeris hoc onus imponere absq; eò quòd
idem Dominus eidem simul non coniūgatur. Atq; ita suis sacris
Matth. 20. discipulis in horto dixit: Sustinete hic & vigilate mecum. Non
inquit, sustinete & vigilate tantum, sed addidit, Mecum, quoniā
hic pijssimus Dominus non solet in vigilijs & laboribus suos de-
serere, sed ibi cum eis est, ipsis fortitudinem ad illos perferendos
tribuens. Ideo vbi nos legimus: Ad fontes aquarum potabit eos:
Isai. 46. alij transtulerunt: Ad fontes aquarum portabit eos: & sic est etiā
in contextu Græco. In quo significatur, idem Dominus suos su
stinere, & tanquam pijssimus pater in brachijs portare, eisq; di
uinæ suæ gratiæ aquis in laboribus atq; afflictionibus eorum fa
uere. Cum aliquis nobilis te inuitauit, dum cibi præparantur, &
Simile. epulæ condiuntur, afferri solet aliquid saccaro delibutum, vul-
go, *Aleguna conserua*, Quo tempus suauiter consumitur. Sic Deus
interim quòd suis conuiuium gloriæ non præbet, eos quibusdā
buccellis adeo sapidis detinet, vt ipsi labores huius miserrimæ vi
Roma. 12. tæ suauissimè perferant. Ideo D. Paulus inquit: Nolite confor-
mari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt 24
probetis, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta.
Idest, Hoc facite, vt experiamini quam bonam ac rectam, volū
tatem Deus erga suos habet, & quam suauiter cum illis agit. O
Simile. quot serui Dei in terris sunt, qui hæc veritatem experiuntur:
illa enim, quæ de se difficilia sunt, facillime operantur. Quando
aliquis pater cum filio suo paruulo iter facit, si ad flumē aliquod
perueniunt, quod traijciendum sit, vel per locum asperum tran
seunt ipsum puerum suis humeris aut brachijs imponit, & hoc
modo puer per difficiliora loca facilius & suauius quam per pla
na transit: nam itinera plana ipse pedester ambulat, aspera verò

& saltuo-

25 & saltuosa aut trãsitu difficilia in parentis brachijs cum otio & in columiter transit. O appositissimam similitudinem: qua admirabiliter docetur, qualiter misericordiarũ pater cũ filijs suis agit, qui, quo res difficiliores sunt, eò maioribus auxilijs eos ad illas superandas adiuuat: atq; ita ipsos suis humeris imponit, vt vix laborem aliquem sentire videantur: in alijs verò rebus, quæ faciliores sunt, ipsos nõ solos relinquit sed eos tantis fauoribus mini me afficit. Vnde sæpenumero euenire solet, vt qui difficillima quæq; facillimè vincunt, postea in alijs minoribus & multo facilioribus molestia afficiantur. Hoc autem (vt ait B. Gregorius) diuina fit dispensatione, videlicet, vt hinc iusti intelligant, se, cũ maiores difficultates superarũt, peculiari Dei fauore fuisse adiutos, siquidem illas, quæ valde minores sunt, vix possunt superare. 26 Hos fauores sancti Angeli in Canticis significarunt, interrogantes: Quę est ista, quæ ascẽdit de deserto delicijs affluẽs, innixa supra dilectũ suũ? Id est, Quę est, ista, quæ licet ascensus asper & arduus sit, sine labore imo delicijs plena ascendit? Et statim, rationem reddunt, quare tam facile ascẽdat, quia inquiũt innixa supra dilectum suum: nam si ita non ascenderet, magno opere fatigaretur, & defecisceretur. Super quod B. Bernardus eleganter licait: Frustra spõsa nititur, si nõ innitatur, frustrã innititur omnia possibilia sunt innitẽti super cũ, qui omnia potest. Hoc Hebræi experimẽto viderunt, quãdo Dñs S. Iosue iussit: Surge & transi Iordanem tu & populus iste: quãuis fluuius profundus erat, nec pontem aut cymbam ad illum trajiciendum habebant, sed solũ ipsum Deũ, qui eis fauens aquas diuisit, & iter, quo transirent posuit, 27 mirabiliter patefecit. Ex quo apparet, Deũ cum difficilia imperat, difficultates amouere: atq; ita cum eis iussit, vt Iordanẽ trãsirẽt se se (vt ita dicã) obligauit, eis modũ daturũ, quo facile & sine periculo transirent. Sed cum lex diuina sit iugum & onus quãuis suaue & leue, & sit ascensus difficilis licet delicijs affluẽs dæmon conatur & omnibus suis viribus laborat, nẽ in suauitatẽ & facilitatem eius, sed ad difficultatem & laborẽ oculos conijciamus, vt sic nobis sit exosa. Sicut detestandus Rex Balac, qui volens prophetæ Balaam persuadere, vt populo Israelitico malediceret, ei dixit: Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei. At cum a peccatis esset Sathanas vt voluptatem, quã affert

Deus adiuuat in labori.

B. Greg.

Cant. 8.

B. Bernard. super Cantic.

Iosue. 1.

Numer. 23.

& non pœnam, ad quam nos obligat, inspiciamus, vt ita ipsi animũ adiungamus, eiusq; amore capiamur. Sicuti Hebræi, qui carnes & cepas Aegypti in memoriam reuocantes & non seruitutem miserabilem, qua eos sine aliquo solatio laborare faciebant, & quod magis est, filios eorum in vberibus matrum lactantes suffocabant, suspiria ab imo pectore trahebant, vt iterum in Aegyptum redirent. O cæci & mente alieni, qui ad voluptatem duntaxat attenditis, & non ad supplicia, quibus ob illam astricti & obligati remanetis, & iccirco eam desideratis & omnibus vijs ac modis illam quæritis. Hic etiam cœlestis Dominus legem suam iugum appellauit, quoniam iugum boum capitibus imponitur quodam puluillo, vulgo, *Mutena*, ne eis noceat, sic diuina lex fidelibus imponitur cum puluino, quæ est charitas, de qua D. Paulus inquit: charitas patiens est, benigna est, omnia suffert, omnia sustinet. Diabolus autem suum execrandum & maledictum iugum super colla suorum absq; puluillo collocat ad vsum & consuetudinem Italiæ, vbi iugum ceruicibus boum absq; puluillo adhibetur & ideo ceruices eorum excoriantur & vulnerantur. O miser peccator, qui a diabolo tanta grauitate & molestia vulneratus, sicut bos Italus, inseruis: nam Sathanas non habet puluillum, quod suo iugo adhibeat hoc est, nõ habet consolationem, qua labores tuos, quos pro eo pateris, leuare possit. Hi duo domini tam dispares & cotrarij, quiq; tã diuersa imperãt, suis seruis dispariaetiã prẽmia largiũtur: Deus enim suos æternæ gloriæ munere cõdonat, diabolus vero sempiternis æternæ dãnationis supplicijs. Atq; ita D. Paulus agens de fructu, quem probi atq; improbi de suis operibus percipiũt, inquit: Stipendia peccati mors: gratia Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Gratiam Dei vocat hic S. Apostolus sanctã iustorũ vitam, quoniã ipsa est per gratiã Dei emeritã per Iesum Christũ Dominũ nostrũ, hæc autẽ pro præmio habet vitã æternã. O vtinam in hoc ineffabili præmio oculos continuo poneremus: quanta facilitate per cursum diuinæ legis brauiũ expectantes curreremus. Ita B. Augustinus testatur, qui explicans illũ versiculũ Psalmi, Qui fingis laborem in præcepto, & adducens illa D. Pauli verba, Id enim, quod in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostræ, sic ait: Quibus momentaneũ? quibus leue? Non contemplantibus quæ videntur

Similc. 8

1. Corin. 13 29

Rom. 6. 30

B. August. sup. psal. 93. 2. Corint. 4

31 tur, sed quæ nō videntur: Quæ enim vidētur tēporalia sunt, quę autem non vidētur, æterna. Quoniam autē oculos considerationis in æternis nō figimus, sed in temporalibus, tāta ignauia & negligentia viuimus. Vellem autē vos, fratres mei, hoc sanguineis lacrymis deplorare, quòd cùm Deus infinitæ bonitatis sit, & nobis tam honorifica, tam facilia, tamq; suauia præcipiat cū infallibili veritate præmia æternæ gloriæ promittens: Sathanas autē inter omnes creaturas suo scelere & malitia vilissimus cū hominibus ignominiosa & laboriosa iubeat, suisq; æternis supplicijs persoluat, oēs fere mūdi homines ei inseruiūt, Deo autem, qui summè bon⁹ est pauci sunt, qui velint inseruire. O terribilē cæcitatē: ò detestandā abominationē: ò homines brutis animātib⁹ rudiores. Quis vobis iudiciū & intellectū deprędatus est, vt crea

32 torē vestrū, qui vos tanto amore prosequitur relinquatis & impiū Sathanā, qui tātoperè vos odit, sequamini? O quā merito ip se Deus per Michæā prophetā cōqueritur dicēs: Væ mihi, quia *Micha. 7.* factus sum, sicut qui colligit in autūno racemos vindemiæ. Nō est botrus ad comedēdū, pręcoquas ficus desiderauit anima mea perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus nō est. O verba ad maximā cōmiserationē prouocātia. Quod adeò lapideū cor est quod illa audiēs dolore nō frāgatur? In illis nāq; significatur q̄ si Deus tristitia & amaritudine posset affici, illā sine dubio & vlde incōparabilē acciperet vidēs, q̄ cū ipse tā magnā vineā, quā tu shic mūdus est, plantauerit, ipsam q; tot tātisq; beneficijs coluerit, eam fere totam diabolus vindemiet. Ferēdū ne est, vt prę cipua totius orbis pars, reges videlicet, principes, duces, illustres

33 ac potentes huius sæculi tam abominabili domino inseruiant, & vix vnus duntaxat maturus racemus ad mēsam Domini reperiatur? Sumitur hic metaphora ab eo, qui vineā suā vindemiare volens illam iam ab alijs vindemiatam inuenit, & gemens ac plorans colligit paucos racemos, quos latrones reliquerūt. Quare fratres hęc audientes púdore non conficimini. Vidētes quam adlterā hoc hodierna die adimpletur, siquidē nostris proprijs oculis tot improbos ac nefarios homines & tā paucos bonos ac virtutis studiosos videmus? Hoc mystice S. Isaias pphetauit di *Isai. 24.* cēs: Sic erūt in medio terrę, in medio populorū, quomodo pauci racemi, cū fuerit finita vindemia. Hi pauci racemi sunt pauci, q̄ in mūdo reperiūtur iusti respectu multorū, q̄ diabolo inseruiūt

Maxime vero hic perpendendũ est, Deum quippe qui nobilissimus Dominus est, paucos quos in mũdo seruos habet magnifacere & maximi æstimare. Quod quidem ipse ostendit, cũ dicenti sibi diabolo, Circuiui terrã & perambulaui eam, interroga uit eũ. Nunquid considerasti seruũ meũ Iob, quod nõ sit ei similis in terra, homo simplex & rectus? Posset tũc dæmon respõdere: Vt quid Domine tantam rationem vnius duntaxat seruitui habes, & ego cũ tot millia milliũ seruorũ habeam eos vilipẽdo & pro nihilo duco? O ineffabilem Dei bonitatem: te omnes hierarchiæ cœlestes benedicant, quoniam cũ tantus ac talis sis vermiculũ terræ ita magnifacis. Igitur charissimi fratres Sathanam relinquite, qui vos non quod æstimet, quærit, sed quia vos odio habet, hunc supernũ Dñm inquirite & ei seruite, siquidem vos ita magnifacit, vt vitam suam pro vobis dederit. Itaq; cũ Christus Redemptor noster ait, Nemo potest duobus Dominis seruire, nõ ideo prohibet seruitutẽ, quæ Dominis tẽporalibus debetur, in ijs, videlicet, quæ diuinæ legi minime repugnant, quanuis ipsi improbi sint & tyranni. Atq; ita per Ieremiam prophetam dixit: Gens & regnũ, quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, in gladio & in fame & in peste visitabo super gẽtem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu eius. Ex quo infertur, quòd licet Prælatus aut Dominus temporalis tyrannus sit, ei tamen obedientia, obsequiũ, & subiectio propter Dei amorem debetur. Infertur etiã hinc Domino maxime placere captiuos humiles atq; obedientes, & quod siquidẽ illis fors illa euenit, non sint in illa rebelles atq; impatientes. Si autẽ quis illud Iosue obijciat, quòd Hebræi ipsimet duci dixerũt, Sicut obediuimus in cũctis Moysi, ita & obediemus tibi, tantũ sit Dominus Deus tecũ, sicut fuit cum Moyse: ex quo Hebræi videntur promisisse Duci Iosue obedientiam & seruitutem, si ipse bonus esset, aliàs minime, ad hoc respondeo hanc locutionem non esse conditionalem, ita, vt sit sensus, Obediemus tibi sicut Moysi, dum modo tu, sicut ille bonus sis, nã subditi maioribus, etiam discolis (vt ait D. Petrus) obedire debent. Et hoc summa veritas testatur dicens: Quod cunq; dixerint vobis, facite, secundũ opera eorũ nolite facere. Sed quoniam maxime decens & necessariũ est, vt subditi prælatos suos virtute & bonitate claresce re videant, vt ipsorum voluntas ad eis obediendũ magis inclinetur,

Iob. 1.

Ierem. 27.

Iosue. 1.

1. Petr. 2.

Matth. 23.

37 iſti huiuſmodi ſanctitatē in duce Ioſue ſicut in S. Moyſe nitere deſiderabant. Atq; ita illud, Tantū ſit Dñs Deus tecū, perinde eſt ac ſi dicerēt: Ideo optamus, vt Dñs ſit tecū, ſicut cū illo erat.

Nè autē cogitaremus, ſolū Deū & dæmonē eſſe Dominos incōpatibiles, adiecit ſummus magiſter: *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ*, Hoc eſt, diuitiarū cupiditati, quia alter, ſcilicet, Deus nos ad omnia bona ſtimulat, alter vero è contra ad omnia mala nos inducit. Hac enim de cauſa in alio loco, Māmona iniquitatis à Deo appellatur: ipſa enim auaritia curarū & ſolicitudinum fons atq; origo eſt. Ideo ab illa in his verbis nos cœleſtis magiſter deterret, vt extincta matre filię ſimul cū ea extinguātur. Seruireautē dixit, qa aliud eſt pecunię ſeruire, aliud pecuniā poſſidere: poſſidere enim dominorū eſt, ſeruire autē mancipiorū. Et

38 (vt ait B. Hieronymus) bene poteſt quis ſeruire Deo, & dominari diuitijs: ſed impoſsibile eſt ſeruire Deo & diuitijs. Dñs otio & quieti vacans famulū ſuū in vnā atq; aliam partem mittere poteſt, eiq; dicere: Fac hoc & illud. Sic iuſtus diuitijs ſuis tanquam ancillis imperat, vt vidnis, pupillis, pauperibus, ægrotis, atq; incarcere incluſis ſubueniant, & ipſe tanquā Dominus à quiete & trāquillitate ſua nō ceſſat. At auarus diuitias ſuas tanquā dominas domi incluſas habet, & ipſe ſeruus earū factus in alias atque alias nūdinas negotiaturus magna cū animi ſui afflictione, vt ipſas augeat & conſeruet, ſe cōfert. Iccirco de huiuſmodi verba faciens S. Dauid eos viros diuitiarū, hoc eſt, ſeruos ipſarū appellauit, quos & B. Paulus non modo pecuniæ ſeruos, ſed etiā idolorū cultores nūcupat, ſiquidē vt pecuniā cumulent, Dei

39 leges tranſgredi nō verentur. Cætera omnia huius ſacræ lectionis verba mirā quandā in ſe ſpirant ſuauitatem, dum paternā Dei noſtri curā & prouidentiā non tantū erga magna ſed etiam erga minima nobis ob oculos proponūt. Sequitur enim: *Ideo dico vobis, Ne ſoliciti ſitis &c.* Vſq;. *Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum?* Hoc eſt, Qui maiora præſtitit, vtiq; & minora præſtabit. Hac ratione monemur, vt in maiora Dei beneficia oculos conijciamus, & ex præteritis futura, & ex maioribus minora ſperare diſcamus. Si enim tu, ò homo, credis, Deum te creaſſe, & ſuo pretioſo ſanguine redemiſſe, atq; in tuū remediū diuinatibi ſacramenta plena gratiæ & ſanctificatione dediſſe: qui fieri poteſt, vt qui tam magna in

Similē.

Pſal. 75.

Epheſ. 5.

te beneficia contulit, vitæ subsidia, quæ brutis non negantur, tibi negaturus sit? Qui se ipsum tibi donabit, quomodo frustum panis in vsum vitæ non ministrabit? Confide ergò frater in eius diuina prouidentia, & cordis quietudine te totũ eius seruitio cõmitte, & ipse tanquã fidelissimus Dñs tibi prouidebit de cibis corporalibus ad corpus, & de spiritualibus ad animam, videlicet, cum gratia, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. 40

In eadem Dominica XIIII. Post pentecosten

CONCIO SECVNDA. 41

Nemo potest duobus Dominis seruire. Matthæi. 6.

B. Greg. li. 31. moral. B. Thom. 2. 2. q. 180. artic. 7. 1. Timot. 6. Simile.

BEatus Gregorius in suo lib. Moraliũ auaritiã capitale vitiũ appellat, nempe quia alia vitia ex illo oriũtur, quod etiã B. Thomas asserit, & ante illos idẽ docuit B. Paulus dicens: Radix omniũ malorũ est cupiditas. Nã, sicut terra, quæ aurũ ex se producit, ad cætera omnia sterilis est, ita miser homo auaritia & adquirẽdi aurũ cupiditate plenus ad nihil aliud, quã ad ipsam cõparandũ prodest. Ob hãc causam Christus Redẽptor noster in sacra hodierni euãgelij lectione nihil intentatũ relinquit, quo hãc pessimã radicẽ, ex qua propemodũ innumera mala dimanãt, penitus à pectoribus nostris euellat. 1

Est autẽ hæc sacra lectio pars quædã diuinissimi illius sermonis, quẽ ipse Dñs ad sacros discipulos in mõte habuit, in quo tota pene euãgelicæ vitæ perfectio disertissimis ab eo verbis atq; documẽtis traditur, quæ sic incipit: *Nemo potest duobus Dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit & alterum contemnet.* Vbi notandũ est, quod loquens hic Dñs de diabolo dicit: Peccator eũ sustinebit. In quo verbo significauit in gens onus, quo maledictus ille & execrandus princeps suos vexat & opprimit: sicut antea per Isaiã prophetã ostẽderat dicẽs: Facta sunt simulacra eorũ bestijs & iumentis, onera vestra graui pondere vsq; ad lassitudinẽ. Contabuerunt & con-

Isai. 46.

trita

2 trita sunt simul: non potuerunt saluare portantē. Quibus verbis docemur, quod, sicut Idola Babylonica, (quæ adeò grauia erāt, vt vix à iumentis ferri possent) ab hominibus in humeris maxima afflictione & labore, atq; sine aliquo lucro portabātur, quæ cum tam grauia essent, non poterant saluare portantem: ita dia bolus illis, qui ei inseruiunt, grauissimus est, eo quod humeris eorum onera intolerabilia imponit, & non potest saluare portantem. Et de Deo loquens non inquit: Eum sustinebit, sed ait: Eum diliget: quoniam Deus seruos suos graui onere nec vexat, nec affligit, si autem improbis eius diuina lex grauis videtur, hoc propter eorum malitiam est, & quoniam illi libenter ei se minime volunt subijcere. De præceptis Dei dicitur in Ecclesiastico: Vincula illius alligatura salutis. Et quemadmodum funes, quibus animal ligatur, ei nullum dolorem aut molestiam afferunt, si ipsum pacifice, & absq; violentia gradiatur: at si resistit, quanto maiorem vim adhibet, maioremq; resistentiam ipsum trahentibus facit, magis affligitur & vexatur ab ipsis funibus: ita si homo magna cū animi prōptitudine diuinis præceptis obtēperat, & ab illis se duci permittit, nullam ei molestiam, afferunt, quin potius suauissima videntur: at vero si illis resistit quanto maiorem eis resistentiam fecerit, tanto maioris afflictionis & molestiæ ei causa erunt. Nec etiam de Deo loquens ait: Alterum odio habebit, sed: Alterum contemnet. Impius enim Deum contemnit delinquens, non autem odio habet: quia Deus est prima & essentialis bonitas: nullus autem potest odire primam & puram veritatem, vt egregie D. Thomas asserit. Ita 4 que Deus secundum se non est odibilis, veruntamen in suis effectibus, qui ab impijs apprehenduntur vt mali, Deus aliquando oditur per accidens quidem, quatenus punitor est, & pœnarum illator. Et sic intelligitur illud psalmi: Qui oderunt te extulerunt caput. Quis ergo non videt, quam impium sit ac detestabile derelicto & contēpto omnipotēti Deo Sathanæ mācipiū fieri? Omnes sane hoc vidēt, nemo aliter iudicare potest, sed interim tamē maior hominū pars re ipsa præstat quod verbis detestatur: atq; ita fit, vt rē quidē amplexemur, eius verò nomē exhorreamus. Nemo patitur se superbū, auarū, raptorē, ac Sathanæ seruum appellari, multi tamen his sceleribus, quæ Christus prohibet, & Sathanas suadet, dāt operam. Quo quid

3

Eccle. 6.

D. Tho. lib. 4. d. 50.

Psal. 82.

esse

esse detestabilius, & quid monstruosius potest? Ideo B. Anselmus exclamat dicens: O cur non diaboli detestor imitationē, cuius nomen sic horreo? Et siquidem iustissimū esse existimo diligere creatorem meū & ei inseruire, quare id omni animi & cordis affectione non facio? Huc omnes actiones dirigere sanctus
Psal. 118. Dauid cupiebat, atq; ita à Domino efficaciter postulabat dicēs: Vtinam dirigantur vię meę ad custodiendas iustificationes tuas in omni tēpore. O si hoc etiam nos quotidie ab eodem Domino ardentissimo desiderio peteremus. Hæc futura est prima oratiō quam Domino, cū mane surgimus, fundere debebamus: Vtinā dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas in omni tepore. Vtinam Domine sciam ego tibi in hoc statu, quē deditti mihi, siue vxoratus, siue clericus, siue monachus inseruire. Maxime ad etiā hanc rē cōducit, vt vnus quisq; in se ipso hoc addiscat. Si Dominus est, discat ex modo, quo vult, vt seruiatur sibi, qualiter Deo seruire debet: sit tam prōptus in seruitute eius quantū vult, vt famuli sui in sua ipsius seruitute sint parati. Si autem seruus est, discat ex se, qualiter Deo seruire debet: animaduertat reuerentiam, quam Domino temporali adhibet: videat quomodo eius volūtati nec in aliqua minima re vult resistere, & sic cum Domino Deo agat. Si mercator est, in suis etiam mercaturis lectionem habeat, per quā Deo seruire addiscat: animo euoluat, quam curam, solicitudinē, & diligentiā in lucris de mercibus reportandis adhibeat, & ex his maiora Dominus cum docebit. Hoc sancto exercitio S. Dauid vtebatur ex famulis suis,
Psal. 122. qualiter Deo seruire debebat, addiscens: & ita inquit: Ecce sicut oculi seruorū in manibus dominorum suorū, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deū nostrū, donec misereatur nostri. Oculi seruorū in manibus sunt dominorū, nō solū ad accipiendū, sed etiam ad aspiciēdū, quid eis præcipiatur ad illud exequendū.

Ait igitur nostri Euangelij sacra lectio: *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Vna hasta nullus duobus ducibus inseruire potest: vno pileo nō possunt simul duo capita operiri, nec vno calceo duo pedes calceari, nec vno oculo cœlū suspicere & terrā simul intueri nequim⁹: sic vno corde Deo & Sathanæ minime seruire possum⁹. Coangustatū est stratū, ita vt alter decidat: & palliū breue vtrūq; operire non pōt, ait pphęta Isaias. Si anima sic utlectu

Similia.

Isai. 28.

lus

8 lus regem regũ Chriſtũ & regem ſuper omnes filios ſuperbiæ Sathanam capere nequit: alter decidat, neceſſum eſt: nec non & amor noſter, qui pallio recte comparatur, vtrumq; operire non valet. Huic ſententiæ aſtipulatur quod B. Paulus ad Corinthios ſcribit, vbi luculenter hoc expreſsit dicens: Quæ participatio iuſtitiæ cũ iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ au- 2. Corin. 6.
tem conuentio Chriſti ad Belial? Ingrediens arca Domini (vt ſa- 1. Reg. 5.
cra refert hiſtoria) in templũ Dagon, vbi primũ in altari collocata fuit, idolũ in terram cecidit. In quo ſignificatũ fuit, quod ingrediente Domino in animam per gratiam & amorem ſtatim incidit idolũ: illico Sathanas & qui eius ſunt factionis cadũt: ſtatim gula, auaritia, ſuperbia, atq; alia id genus vitia incidunt. O quam malũ ſignũ eſt, fratres mei, poſtquam Dominus in alicu-
9 ius animam introiuit, & idola eius præcipitauit, iterũ illa erecta videri & ab ipſa adorari. O quot hodie in mũdo decepti viuũt, qui ita Deo ſeruire volũt, vt vitia relinquere nolint, ſed vtrũq; ſimul amplecti volunt. O vos infœlices, quos, ſi in meliorem frugem nõ recipiamini pœna & ſuppliciũ comprehendet, quo Dominus alios vobis ſimiles per prophetam Sophoniam minatur Sophon. 1.
dicens: Diſperdam eos, qui adorant & iurant in Domino, & iurant in Melchom, & qui auertentur de poſt tergũ Domini, & qui non quæſierunt Dominum.

Quanuis autem ſeruitus, quæ omnibus vitijs adhibetur, ſit incompatibilis cũ ſeruitute, quæ Deo exhibetur, tamen diuinus magiſter hic cupiditatem diuitiarũ peculiariter recenſet dicẽs. *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.* Nam, vt diximus, hæc ra-
10 dix omniũ malorũ eſt, hinc omnes lites, contentiones, inimicitiæ, inuidiæ, iræ, homicidia, latrocinia, vſuræ, & cordis anxietates oriũtur: tot enim amaritudines cupido animo occurrunt, quot negotiagerit. Itaq; ex diuitijs ipſe diues deteriorem partẽ videlicet, peccata, quæ pro illis acquirendis committit, & triſtitiam ac moleſtiam, quam ex illis accipit, ſibi comparat. Nam omnes ſerui eius & filij comedũt, induũt, & illis magna cũ voluptate fruuntur, ſolus infelix diues miſeriam patitur, vt alij gaudentes delicijs perfruantur. Ideo in Eccleſiaſtico dicitur: Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis: non enim proderunt tibi in die Eccle. 5.
obductionis & vindictæ. Vocat hic Sapiens diuitias iniuſtas, quoniam iniuſtitiæ cauſa ſunt: ſicuti etiam Dominus eas ipſas

propter

propter eandē rationem māmonā iniquitatis appellauit: atq; illas nō profuturas in die obductionis & vindictæ, hoc est, nec in vita nec in morte. Non in vita, siquidem in corde possidentis tot amaritudines & molestias gignunt: nec etiam in morte, quoniam (vt ait S. Propheta) Diues cū interierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Vbi maxime perpendendū est, non dixisse sanctum Dauid: Nihil sumet, cum interierit, sed, Non sumet omnia. In quo significauit, illum partem earum esse relicturum, partem vero portaturum. Relinquet quidem diuitias, peccata autem, quæ cum illis commisit, asportabit. Visui profecto delectabile est, videre in Oceano nauem multis mercibus oneratam passis velis ac multis vexillis adornatam nauigantem: cùm autem ad portum peruenit, vela eius dimittuntur, vexilla auferuntur, deniq; omnibus, quas portat, diuitijs exoneratur, ita vt in ea nihil præter fœtorem & immunditias, quæ ex diuitijs in ipsa portatis productæ fuerunt, remaneat. O *vala me la beatißima Trinidad*, quam ad viuum in hoc diues ac potens huius mundi repræsentatur. Quam gratū & delectabile est humanis oculis intuere illū pulchrū, elegantibus vestibus indutū, multis famulis comitatum, & magna pompa incedentem, per mare huius sæculi nauigantem, sed cum ad mortis portum peruenit, ea pompa atq; illis omnibus denudatur diuitijs, & nihil ei præter immūditias & peccata, quæ cū illis cōmisit, remanet. O Christe vera lux, quæ illuminas omnem hominem venientē in hūc mundū, illumina obsecro hos cæcos à cupiditate sua, vt hæc, quæ nomine tuo eis prædico, intelligant, siquidem aliqui extitere infideles, qui solo lumine naturali illud aliquo modo intellexerūt. De Dionysio tyrāno narrat Marcus Tullius, quòd cùm ei quidam homo nomine Diomedes diceret, O te fœlicē, qui tam dulci ac suaui vita tot diuitijs ac famulis tanta pompa & apparatu frueris, quotidie pretiosos cibos manducans, & multis voluptatibus perfluens, ita ne (inquit tyrannus) mea tibi vita dulcis videtur? ego eam tibi faciam experiri. Et ad hoc iussit in aula magna mensam instemere, epulis suauissimis plenam, cui solus Diomedes accumberet, & ei omnes ipsius famuli reuerenter ministrarent, ac plurimi cantores, qui suaui musica & diuersis melodię instrumētis ei canerēt, super ipsum vero dū māducaret capite discooperto & nudato, acutissimus ensis euaginatus

Psal. 48.

Simile.

Cicero in Thuscula.

a sub

14 à subtilissimo filo ita penderet, vt caput ipsius si filũ deficeret transfoderet. Postquam autem ibi per magnũ temporis spatiũ fuit, ingressus rex ipsum sic interrogauit: Nunc, ô Diomedes magno solatio ac lætitia afficeris, siquidem tam spendidæ mensæ honorifice accũbis? Cui ipse respondit: Væ mihi misero, qui nũquã in tanta afflictione me collocatũ aspexi, sicut postquã hic sedi, nec quidquã manducaui, nec musica famulorũ tuorũ fruitus sum, quoniam singulis momentis videbatur mihi filũ illud delicatissimũ frangi, & ensem acutissimũ caput meũ trãsfigere. Inde, ait Dionysius, intelliges quales afflictiones cordis mei sunt in medio honorũ & mundi prosperitatũ, siquidem tanto timore vitam dego, continuo expectans tempus, in quo seuerissimo mortis ictu percutiar, quæ quidem cogitatio me his,
15 quæ possideo, bonis (sicut ego volebam) frui nequaquã sinit. Si ergo fratres tyrannus ille ictum mortis ita formidabat, quanto maiori ratione nos illũ perhorrescere æquũ est, siquidem credimus nobis post mortem seuerum Dei iudiciũ futurũ esse? Nunquam tyrannus ille D. Pauli sententiã audierat, scilicet, Statutũ est hominibus semel mori, post hoc autem iudiciũ: at ei cogi- *Hebræ. 9.*
tanti aliquando bona illa finem habitura omnia in amaritudinẽ vertebantur, nos autem qui illa audimus & credimus, tam læti & securi viuimus? O detestandam væcordiam & insaniam. Quis nos ita fascinauit & dementes reddidit, vt non timeamus, videntes bona hæc, quæ tanta solicitudine & angore inquirimus, esse velut lapsum, quo miser homo in quam plurima peccatorum genera, & inde in infernum labitur? Vbi (vt ait regius
16 Propheta) Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Et *Psal. 48.*
alij transtulerunt: Laborauit in æternum: & sic est in contextu Græco, & sic legit etiam B. Hieronymus. In quo notatur ita certum esse, peccatorem ad patiendum in æternas flammas iturum, si ad meliorem vitæ frugem per veram pœnitentiam se non recipit, ac si iam passus esset, & æternitas illa præterita fuisset. Inter ea, quæ à nobis D. Paulus efficaciter postulat, vnum est vt animaduertamus periculũ, quod in his temporalibus bo- *Roma. 12.*
nis est. Atq; ita ait: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei reformamini in nouitate sensus vestri. Fuit quidam homo, qui (vt à persona magnæ autoritatis audiui) insaniuit, & postea quã sanitatẽ & iudiciũ recepit, affirmauit se, cũ in luto vsq; adgenua immer-

immersus erat, existimare super tapetes & bombycinia atq; de- 17
aurata peristromata ambulare: & pueros, qui ipsum illudentes
lapidibus petebant, famulos suos esse, qui ei capitibus nudatis
reuerentiam adhibebāt. Hæc est frenesis & insania filiorū huius
sæculi, qui terrena bona, in quibus vsq; ad oculos summersi sunt
cùm lutū & scoria sint, tanquam aurū & pretiosissima quæq; re
putant: seruitutes autem vanas & excelsiuas reuerentias, quibus
à suis honore afficiūtur, cùm sint lapidū ictus miseram animam
percutientes magnū honorem atq; æstimationem esse cogitāt.
Quibus B. Apostolus ait, Reformamini in innouitate sensus
vestri, ita vt relicta insania res in sua æstimatione perpendatis,
& periculū, quod in eis est, sentiatis, atq; vt tales ipsas contem-
Gene. 1. natis. In sacra scriptura legitur, quod post quam Deus aues & pi
sces creauit, & vidit quòd esset bonū, benedixit eis. Et paulò in 18
ferius dicitur: Fecit Deus bestias terræ, sed non inquit facer tex
tus, eis sicut auibus & piscibus Dominū benedixisse. O Deus in
finitæ maiestatis, nūquid bestiæ terræ magis peccauere, quā aues
cœli & pisces maris, vt eis benedictionē non adhibueris? O ad-
mirabile mysteriū. Hoc fecit Dominus vt doceret eū, qui bene
dictionem illam cōsequi vellet, scilicet, venite benedicti patris
mei, debere volare ac natare, & non super terram viuere. Nam
Matth. 25. qui velut animantia bruta in terris viuunt rebus terrenis animū
applicantes Dei benedictionem minime cōsequentur, quin po
tius eis dicet: Ite maledicti in ignem æternū. Igitur sicut auem
te, ò frater, in contemplatione oportet aduolare, & velut piscē
in amaris contritionis & pœnitentiæ aquis adnatare, non autē
velut bestia in terra viuere debes, & hoc modo æternam benedi- 19
ctionem obtinebis.

Non potestis Deo seruire & mammonæ. Hic seruiendi verbū ob-
seruandū est. Ille enim diuitijs seruili animo famulatur, qui eas
non vt Dominus dispensat, sed vt seruus illis cumulandis inui-
gilat. Atq; vt serui frigus & æstus & imbres, varioq; labores nō
Simile. sui, sed Dominorū gratia perferunt, sic isti, quo diuitias suas au-
gere, & marsupia auro & argento suffocare possint, nulla nec
terræ nec maris pericula reformidant, non vt diuitijs suis fruan-
tur, (quas attingere nequaquam audent) sed vt eas iure vel iniu-
Maximus ria cumulent. Talis erat ille cuius famulos cū philosophus quī-
in concion. dam (vt narrat Maximus) oneratos quam plurimis preciosis va-
sis, atq;

20 ſis, atq; alijs diuitijs ornatos videret, ſciens ipſum eorũ Dominũ nimis parcũ & auarũ eſſe, in hanc vocem prorupit: Vt quid nõ pudet eũ tot tamq; pretioſa habere, qui ſe ipſum non habet? Illũ diuitiarũ eius ſeruũ adnotans. Imprudens & incautus eſſet ille, qui candelæ habenti tenuem lychnũ plurimũ ſeuũ adhibet: cũ enim ipſum liqueſcit, illa quaſi ſternutans lumẽ & claritatẽ nõ præbet. Sic multo magis imprudens erit ille, qui cũ lychnũ vitæ tenuem, fragilem, ac breuiſsimũ habeat, & ſeuũ diuitiarum adhibet: illis enim cum profanitate liqueſcet, & per bonã famã non illuminabit. Sic etiam eſſet imprudens ille, qui cùm vellet aſcendere in cacumen alicuius aſperrimi montis, & grauiſsimũ onus ſuis humeris ſuſtinens modũ quæreret, quo ſe plus oneraret. Profectò iſte innueret, ſe in montem nolle aſcendere, ſiquidem talia quærebat impedimenta. Cœlum mons eſt altiſsimus, quo tu, ò Chriſtiane, viam dirigis, & cum acer & laborioſus ſit aſcenſus, & mens tua graui corporis onere ſit onerata, (de illo enim Sapiens ait, corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam) tu, vt magis bonis temporalibus onereris, quotidie laboras. Non nè vides hoc imprudentiam & inſaniam eſſe? Conare, conare frater, te ipſum exonerare, vt facilius aſcendere poſſis, quo deſideras. Sic D. Auguſt. te hortatur his verbis: Quid eſt quod dicis: Ego ſum diues, ille pauper, niſi ego oneratus, ille leuis? Pondus tuum laudas, ò onerate. Quid te laudas? Minue de ſarcina tua, da comiti tuo, vt te releuet.

Simile.

Simile.

21 *Sapien. 9.*

Dominus autem ſtatim adiecit dicens: *Ideo dico vobis: Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, nec corpori veſtro, quid induamini.* Super quo B. Auguſtinus inquit, Non dicit, vt illa non procurentur, quantum neceſsitatis eſt, vbi honeſte poterunt fulciri, ſed, vt iſta non intueantur, & propter illa faciant, quod nõ facere iubentur. Non vult Dominus, vt otioſus ſis, & cùm familiam ac filios ſuſtentandos habeas, toto integro die ſub deuotionis titulo in hanc & illam atq; aliã eccleſiam te conferas non laborans, ad vitam filiorum tuorũ ſuſtentandam. Nam D. Paulus poſtquam dixit: Nolite locum dare diabolo, ſtatim corporalem laborem commendat ſignificans, otioſitatem eſſe aditũ amplum, quo Sathanas ingreditur, atq; ita ait: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſsitatem patienti.

22 *D. Auguſt. de operibus monachorũ.*

Epheſ. 4.

Quod verò hic Dominus prohibet, est nimia bonorum tempo- 23
ralium solicitudo, ideo non dixit: Nè laboretis, sed ait, Nè soli-
citi sitis: non enim oblitus est verbi sui, quod primo parenti post
lapsum dixit: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Gene. 3. Atq; ita exemplum apponens in auibus non inquit, illas nō
volare ad victum sibi quærendum, sed ait: *Respicite volatilia cœli,*
quoniam non serunt, nec metunt, nec congregant in horrea, & pater ve-
ster cœlestis pascit illa. In quo diuinus magister docet, quod quēad
modum aues ad cibum quærendum aduolant, ita oportet ho-
mines laborare, & aliquam honestam diligentiam, vt parce &
commode sustententur, adhibere: fœlices enim homines ac di-
uites dici possent, si cum rebus tantum modo necessarijs contē-
ti essent. Qua propter luculenter Seneca ait: Si secundum opi-
nionem viuis, nunquam dives eris, si vero secundum naturam, 24
nunquam pauper: quoniam opinio nunquam satiatur, natura au
tem paruo contenta est. Et sicut esset monstrosum aues serere,
metere, & in horrea congregare, ita etiam monstrum esset ac
multo maius, homines per media illicita & pernicioſa victum
quærere. O quot nefarij patres & abominabiles matres filias
suas vendunt, vt cibos ad vitam sustentandam & vestes ad in-
Simile. duendum habeāt. Quid, obsecro, de patre illo diceretis, qui fi-
lium suum infidelibus ad sustentandum & alendum equū ven-
deret? Multo ergo maior ac terribilior crudelitas & abomina-
tio est, te animam tuam & animam filiæ tuæ vendere, ipsasq;
ad sustentandum equum, videlicet, corpus tuum dæmoni trade
re. Insanus profecto ac demens esset ille, qui, vt vmbram alicu-
Simile. ius tauri fugeret, sese in cornua ipsius iaci aret. Vmbra pœnarū 25
inferni sunt omnes huius vitæ labores, fames, nuditas, & rerum
necessariarum penuria: ergo magna insania est, vt has vmbras
euitemus, scelera committere: id enim perinde est, ac si nos in
cornua infernalis tauri proijceremus, siquidem ob ea peccata
nos ipsos æternis supplicijs obligamus. Itaq; agricolam & me-
chanicum artificem laborare, vt honeste sustententur, & nobi-
lem suis reddit ibus parce & moderate vti, est veluti aues ad quę
rendum cibum aduolare, quibus hoc naturale, decens, ac ne-
D. Greg. ho mi. 15. sup. Lucam. cessarium est: id autem, quod præter hoc fit, monstrum est.

Ne ergo soliciti sitis &c. Estote fratres mei soliciti ad veras di-
uitias, videlicet, virtutes comparandas. Ita D. Gregorius inquit:

Si

26 Si fratres chariſsimi diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate, quę tanto meliores ſunt, quanto vtiliores, & in interiori animæ magis incluſæ. Cum quis vineam aliquam ſeu prædium poſsidet, quanuis optima ſint, ſi tamen longe ab vrbe diſtant, illa non magnifacit, ſi verò prope muros ipſius vrbis ſunt, pluris ea æſtimat, ſi autem intra domum, multo pluris. Virtutes ſunt diuitiæ ac poſſeſsiones, quæ intra animam ſunt, vnde à nemine nec per vim nec per litem poterunt extrahi niſi tu per malitiam tuam eas amittere permittas. Sed, proh dolor, quam ampla ſe ſe nobis ad profundendas lacrymas materia hic offerebat, videntibus ſolicitudinem, qua plurimi Chriſtiani has temporales diuitias inquirunt, quæ, vt diximus, non veræ diuitiæ ſunt. Atque ita vbi D. Lucas ait ipſas à Domino diuitias 27 appellari, B. Matthæus inquit, ipſas fallaciam diuitiarum ab eodem Domino nuncupari. Super quod Beatus Gregorius dicit: Fallaces enim ſunt, quæ nobiſcum diu permanere non poſſunt: fallaces ſunt, quæ mentis noſtræ inopiam non expellunt. Satis optime hoc Bias Philoſophus intellexit, qui (vt narrat Marcus Tullius) cum patriam captam fugeret, videretque cæteros diuitias ſecum aſportantes, interrogatus, quare non idem faceret, & de bonis ſuis aliquid etiam ſecum ferret, reſpondit: Omnia mea mecum porto, innuens in hoc omnes diuitias ſuas eſſe ſapientiam & virtutes, corporales autem diuitias non ſuas, ſed fortunæ eſſe, quæ inopinate homines illis priuat, ipſis deceptis remanentibus. Cùm autem ita fallaces & volubiles ſint, homines nihilominus eas 28 omni cura & ſolicitudine quærunt: virtutes verò, quæ veræ diuitiæ ſunt, alij tepide & deſidioſe inquirunt, alij non ſolum ipſas non quærunt, ſed etiam earum tædium & faſtidium habent. Sicut æger, qui in epulis optimè conditis non ſolum ſaporem & dulcedinem minime inuenit, verùm illas edere ſibi moleſtiſsimum eſt: ſic quamplurimi Chriſtiani adeò pigri & indeuoti atque ſpiritu imbecilles ſunt, vt in lectione ſacra, in oratione, in ſermone ſpirituali, in contemplatione, in concionibus, atque alijs huiuſmodi ſacratis rebus non ſolùm voluptatem, aut dulcedinem minimè reperiant, ſed hæc omnia ita exhorrent, ac ſi eſſent venenum, quod eis mortem allaturum erat. De his illud

Simile.

Luc. 8.
Matth. 13.

B. Greg. vbi ſup.

M. Tull. in Paradox.

Simile.

Psal. 106. psalmi dicipotest: Omnem escam abominata est anima eorum, 29
ideò appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Contendite ergo, fratres mei, satietatem istam & fastidiũ ab animis vestris vehementibus bonorum gloriæ & tormentorum inferni considerationibus auferre, maxime diuinũ fauorem implorantes, vt sitis veluthomo sanus, qui magna dulcedine & grato sapore epulas etiam insipidas, nèdum sapidas manducat, siquidem in diuinis literis scriptũ est: Anima esuriens etiam amara pro dulci sumet. Ad hoc etiã maxime conducit, vt, Nè soliciti sitis animæ
Prouerb. 27 vestræ, &c. Adeuellendam hanc solicitudinem ab humanis cor
Leuiti. 7. dibus iubebat Dominus, vt in eodem die, quo sacrificium offerebatur, in ipso totum manducaretur, & nihil in diem crastinũ
Exodi. 16. remaneret. De manna etiam iussit idem Dominus, vt colligere
tur quantum singulis quibusq; diebus ad vescendũ sufficeret, & 30
non amplius: quod si aliquid in sequentem diem seruabatur, statim corrumpebatur. Et in lege gratiæ nobis imperauit, vt petere-
Lucæ. 11. mus panem nostrum quotidianum, vt, videlicet, quotidie ad
eum postulandi causa cõfugeremus, & ideo nobis paulatim bona sua elargiri vult: vt sic necessitas ipsa nos ad ipsum adeundũ
Simile. cogeret & inuitaret. Si cani frustum panis proijciatur, celeriter
illud manducat, & statim ad Dominum redit: si vero ei integer panis obijciatur, ilico eum ore sumet, & foras exit, ac per magnum temporis spatium ad Dominum non reuertitur. Sic filius
Lucæ. 15. prodigus egit, cui postquam data est portio, quę ei contingebat
e domo patris peregre se cessit, & ad illam non redijt, quo vsq; non habuit quid manducaret. Maxime hic notandum est, Dominum particulariter nobis iubere, Nè soliciti simus animæ 31
nostræ, idest, vitæ nostræ, quid manducemus, neque corpori nostro quid induamus. Nam manducare & induere in temperate & immoderate aliorum multorum malorum est
Prouerb. 23. occasio. Ideò de cibis in prouerbijs dicitur. Cui væ? Cuius patri
væ? Cui rixæ? Cui foueæ? Cui sine causa vulnera? Cui suffusio oculorum? Non ne ijs, qui commorantur in vino & student calicibus epotandis? Et quanuis hæc de damnis corporalibus, quæ propter vinum & nimiam ebrietatem eueniunt, aliqui explicẽt etiam de damnis spiritualibus, in quæ helluones & voraces incidunt, explicari possunt: huiusmodi enim homines in foueam vitiorum & in væ æternæ damnationis delabuntur. O infœlices

vos,

32 vos, qui in indulgendis corporibus veſtris occupati eſtis, quomodo mortis hora videbitis quam inanis & fruſtraneus veſter labor extitit. Tunc enim veſtra miſerrima corpora, quæ tanti feciſtis, vermibus terræ dabitis. Ibi aſpicietis, qualiter ſoliciti vermiculorum coqui extitiſtis: quibus id, quod plus diligebatis, videlicet, corpora veſtra in cibum præparaſtis: quod certè magna eſt ſtultitia. Qua propter ſi, cùm viri autoritate prædi tiſtis, iniuria afficeremini, ſi vos aliquis inuitaret, vt coqui alicuius regis aut imperatoris eſſetis, quomodo nõ erubeſcitis, & ignominia cõficimini, vos immundorum vermium coquos eſſe, eis corpora veſtra prępa rantes & condientes? Cum quo occaſionem præbetis, vt paſſio nes veſtræ & appetitus corporales vires accipiant, & ſic animã 33 cuertant: nam quò magis imbecillior eſt caro noſtra, eò debilio res ſunt paſſiones, quæ ab illa procedunt, & è contra. Quemad modum in terris aridis plantæ tenues & imbecilles oriuntur, in fertilibus autem & irriguis plantæ roboreæ ac potentes: ſic paſ ſiones, & appetitus ſunt, qui ex corporibus debilibus & præ abſtinentia conſumptis naſcuntur, & illæ, quæ ex pinguibus, ſatiatis: & nimia voluptate affectis oriuntur. Quando ſimia per tectum ſimul cum claua lignea hoc eſt, *Con vna maça al peſcueço*, Incedit, non ipſa eſt, quæ tegulas frangit & damnum ipſi tecto infert, ſed claua lignea quã ſecum portat. Sic præcipua mala, quæ in mundo fiunt, vt in plurimum non tantum ab anima licet per conſenſum eius committantur, quantum à claua lignea, vi 34 delicet, à corpore, quod ſecum ipſa affert, procedunt. A veſti mentorũ autẽ abuſu quæ lingua poterit explicare, quanta ma la oriantur: Et hoc maximè in fœminis, quę, vt profanè induan tur, viros ſuos cogunt, vt remedium filiorum auferant, & om nes facultates in ipſarum vanitatibus conſumant: ipſis autem re nuentibus ecce in domo tixa, quo vſq; miſeri homines, nè à vi cinis, ſentiantur, mille ſe debitis onerant, & mille offenſiones Dei committunt, vt appetitui ſuarum mulierum ſatisfaciant. Cũ verò aliæ vicinæ vos, ò profanæ mulieres, ſic ornatas vidẽt ſtatim volũt, vt id ipſum ſecũ à maritis ſuis agatur, denique tot eos moleſtijs affiçiunt, vt illi petitionibus earum tandem con ſentiant. His etiam accedit occaſio, quam præbetis, vt de vobis aliæ, quæ ſimilibus veſtibus propter paupertatem indui non

Simile. *Simile.* *Simile.*

possunt, detrahant, & mortuos (vt aiunt) à sepulturis extra- 35
hant, publicantes qui fuerint maiores vestri, & quod peius est,
miseros homines vestris indumentorum elegantijs incitatis, vt
vos igne concupiscentiæ ardentes insequantur. Seueram igi-
tur Domini sententiam audite, quam per Isaiam prophetam
ipse potentissimus Dominus contra quasdam mulieres in va-
nitate vobis similes fulminauit: quæ quidem sententia super
vos etiam incidet, si vos ipsas in meliorem viuendi formam
non recipitis. Pro eo, inquit, quod elenatæ sunt filiæ Sion, Isai. 3.
& ambulauerunt erecto collo, & nutibus oculorum ibant,
& pedibus suis composito gradu incedebant, decaluabit Do-
minus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nu-
dabit, & erit pro suaui odore fætor, & pro zona funiculus, &
pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. 36
Quamuis autem hæc comminatio in fœminas lata fuerit, non
ideò æterna supplicia hominibus deficient, qui, vt corpo-
ra sua vltra modum adornant, grauissima scelera commit-
tunt. Qui autem in his profanitatibus delinquunt, eis qui ip-
sos reprehendunt respondere solent: Mei etiã vicini hoc modo
induuntur, quare ego si quidem per facultates mihi licet sicut
illi non faciam? Sed quæro à vobis, coram quo scriba fa-
cta est talis obligatio, vt vos sicut vicini vestri, qui vanè &
profanè vestibus induuntur, indui debeatis? Certe dæmon scri
ba est: superbia autem vestra & præsumptio testes huius obli-
gationis sunt, tandem in inferno hanc litem diremptam & con
clusam videbitis. Dicite mihi, obsecro, si vester vicinus se in-
terficit, nunquid vos ad id faciendum obligatione astricti estis? 37
Et si in puteum se conijcit, vos etiam illum fortasse sequi de-
betis? Ad hoc nulla est obligatio, si vero in infernum se con-
fert, illum sequi vultis. O execranda & maledicta talis pietas:
omnes eunte m in infernum sociare vultis. Vestrum igitur mi
seremini, fratres mei, & à tanta dissolutione vos abstinete, co-
gitantes, quod si Dominus non vult, vt de rebus corpori neces
sarijs nimiam solicitudinem & anxietatem habeamus, multò mi
nus ei placet, vt in inquirendis superfluis soliciti simus aut
cuigilemus.

Respicite volatilia cœli &c. Considerate lilia agri &c. Non vulga
ris res est, pro qua tam serio Dominus tot argumenta affert.

Quo

38 Quomodo ergo fieri potest, vt cùm huius mũdi moderator Dominus nullum neq; animal neq; vermiculum à prouidentiæ suę cura excludat, sed omnibus abunde omnia suppeditat, & fœnũ agri sic vestit, pium hominem (cuius obsequio cuncta destinauit) fame & inedia confici patiatur? Si pater aliquis filij sui familiam, seruos, ancillas, & iumenta diligenter curaret, illisq; necessaria abunde prouideret, quomodo ipsum filium fame perire sineret, cuius familiam tanta cura fouet & alit? Quis enim hoc in animum inducere possit? *Simile.*

Efficax est hæc ratio, qua cœlestis magister diffidentiam nostram curare, & spem in ipsum alere, atque fulcire studet: sed infirmitatis nostræ conscius alia adhuc spei nostræ firmamenta adducit dicens: *Nolite solliciti esse, dicentes: Quid mã-*
39 *ducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* Hæc enim omnia gentes inquirunt.

Magna certe vis in huius orationis particula inest, qua Dominus aliam esse gentium, hoc est, infidelium, aliam vero fidelium conditionem docet. Infidelis enim aut Deum esse non credit, aut illum res nostras administrare non putat. Cum enim ligna & lapides colant, de quibus S. Dauid inquit: Simulacra gen- *Psal. 113.*
tium argentum & aurum, opera manuum hominum, os habẽt & non loquentur, oculos habent & non videbunt, quam fiduciam huiusmodi Deorum cultores in illis habere poterunt, quos nec oculos nec aures nec manus, quibus cultores suos adiuuent, habere sciunt? At fidelis homo longe aliter de Dei sui prouidentia sentit. De quo in Ecclesiastico scriptum reperi- *Eccle. 11.*
40 tur: Est homo laborans & festinans & tanto magis non abundabit. Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiẽs virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & exaltauit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Quibus verbis Ecclesiasticus fortunas hominum à diuina prouidentia pendere innuit. Quod apertius declarat, cùm protinus subdit, Bona & mala vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. Denique nunquam finem dicendi faceremus, si loca sacræ scripturæ, quæ paternã Dei prouidentiam astruunt, recensere voluissemus, cum vix quidquam frequẽtius diuina oracula vbiq; proclament. Cũ igitur hoc credamus, æquum est, vt longe aliã de Deo nostro fi-

duciam, quam homo ethnicus de Deo suo habeamus, ne sicut illi simus, de quibus propheta Amos ait: Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ. Ideſt, væ vobis qui omnem fiduciam vestram in terræ fertilitate, & industria vestra, atque in vestrarum manuum labore reponitis. Sed proh dolor, ecce in vobis video tantam solicitudinem, vt ipsi ethnici illam admirentur, quæ quidem à fidei nostræ confessione maximè dissentit. Credimus cum intellectu Dei optimi maximi prouidentiam, & tantam curam & solicitudinem in procurandis necessarijs habemus, ac si illam non crederemus. Non ita S. Esdras fecit, qui cùm populum à captiuitate Babylonica in patrias sedes transferre, multaq; in tam longo itinere pericula sibi imminere sciret, ausus non est auxiliares milites à Persarum Rege petere, apud quem paternam Dei erga suos prouidentiam prædicauerat, ne hac petitione professionis suæ fidem abrogaret. Cuius verba sunt: Erubui petere auxilium à Rege, quia dixeramus regi, Manus Dei nostri super omnes, qui quærunt eum in bonitate, & imperium eius & furor super omnes, qui derelinquunt eum. Si enim auxiliares à Rege copias postulassem, proximum erat, vt is mihi insultaret & paternam Dei nostri curam & prouidentiam inanem esse diceret, cum ego alia præter ipsum patrocinia quærerem. Hæc erat sanè plena, atque perfecta fides, quæ quod ore prædicabat, rebus ipsis profitebatur. Non sic impij non sic, sed quod verbis profitentur, moribus impugnant. Aliam Dominus statim subiungit rationem, quæ paucis verbis non minus fiduciam nostram, quam quæ hactenus inducta sunt, fulcit: subdit nanque: Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quæ vis obsecro orationis hãc tantam piorum hominum dignitatem (quòd, videlicet, Deum patrem habeant) pro meritis valeat amplificare? Satis erat ad singularem hominis dignitatem habere eum in regem Dominum, magistrum, ductorem atq; tutorem & vitæ nostræ custodem, sed quanto maius & mirabilius est habere in patrem? quæ enim affinitas coniunctior? Quanta ergo hæc fælicitas rerum omnium Domino tam arcto necessitudinis vinculo coniungi? vt ipse dicat per S. Ieremiã, Si filius honorabilis mihi Ephraim si puer delicatus. Pro quo alius interpres vertit, an non filius mihi pretiosus Ephraim? An non puer solatiorum siue deliciarum?

Amos. 6. 41

1. Esdræ. 8. 42

Ierem. 31. 43

44rum? Quod si de populo Israelitico rebelli (qui Ephraim hic appellatur, quoniam pro Rege habuit Hieroboam ex tribu Ephraim) Dominus ait verba hæc tanto amore & teneritudine plena, quid de populo Christiano fideli, & diuinæ voluntati obtemperante dicet? Quæ cum ita sint, cur modicæ fidei homo, qui Deum agnoscis patrem angeris? Cur de eius prouidentia dubitas? Cur varijs curis animum discerpis solicitè cogitans quid manducabo? quid bibam? quo operiar? Qua, quæso, de re dubitas? Si de eius potentia, Deus est. Si de eius voluntate, pater est. Si de rerum nostrarum scientia, hanc plenè filius eius declarat, cum dicit: Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quid ergo habet pius homo, cur de rebus, quæ ad vitæ vsum spectant, solicitus esse debeat? Sed væ væ, quam parũ
45hæ omnes rationes in cordibus multorum infidentiæ filiorum operantur. Quibus illud Isaiæ prophetæ dici potest: Ecce, cõ fidis super baculum arundineum confractum, cui si innixus fuerit homo intrabit in manum eius & perforabit eam. O quam egregium innixum & profulturam habet miser ille, qui confidit Dominum suum temporalem sibi ad victum necessaria esse præbiturum, & vt illi placeat, Deum offendit, & cum eius auxilio & fauore sibi opus fuerit, nullum inueniet, quin potius in pœnam suæ culpæ temporalis Dominus contra illum vertetur. Deus enim ipsum pro tortore contra illum sumet: sicut infœlix Aman, qui in maiori necessitate Regem Assuerũ Dominũ suũ contra se ipsum indignantem expertus est. Iccirco merito S. Dauid ait: Bonum est sperare in Domino, quam sperare in prin
46cipibus. *Isaias. 36.* *Esther. 6.* *Psalm. 117*

Quærite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius, (ait supernus magister) *& hæc omnia adijcientur vobis.* Prius nominat regnũ Dei, quod finis est, & posteà iustitiam, quæ est medium ad illud obtinendum: nam finis prius in intentione debet esse, quam media, per quæ ipse comparatur. De hoc solum modo nimis solliciti esse debemus, quam enim maiorem solicitudinem in hoc adhibuerimus, tanto melius erit, quia (vt ait Philosophus) Illa, quæ propter se quæruntur, in infinitum quæruntur: beatitudo autem est propter se quærenda ergo nullus finis nec terminus in illa inquirenda est ponendus. *1. Polyticor.*

Sed quæro, qualiter hic summa veritas dicat: *Et hæc omnia*

adijcientur vobis., Siquidem quam plurimos videmus, qui regnũ 47
Dei & iustitiam eius inquirunt, & tamen quam plurimis sunt
corporalibus necessitatibus oppressi? Ad hoc respondeo, quòd
si ab eis quæras, vtrum illa paupertate & egestate, quam patiun-
tur sint contenti, sine dubio ingenuè fatebuntur, se illam pro to-
tius mundi diuitijs commutare nolle. Insuper & dicent, se tan-
tam quietem & tranquillitatem in cordibus suis habere, vt nul-
læ diuitiæ cum eis possint adæquari. Etenim qui ex nihilo om-
nia creauit, facere potest, imò & sæpissime facit, vt iustus paruo
Simile. magis sit contentus quam rex suo imperio. Si ægrotus magna
febri laborat, & simul insatiabilem sitim patitur, dupliciter eius
siti satisfieri potest, vel si ei tanta aquæ gelidæ copia tribuatur,
quo vsq; ipse satietur, vel si à febri ipsa liberetur, à qua sitis illa
dimanabat. Si huic ægroto optio daretur, quid potius vellet, an 48
aqua frigida satiari ea conditione, vt quamuis sitis eius tunc ex-
tingueretur manente febri statim iterum sitiret: an vero vt om-
nino à febri liberaretur, vtrum horũ eligeret? profectò, nisi in-
sanus esset ac demens, eligeret potius à febri liberari: hoc enim
multo magis ei quam illud expediebat. Ergo maius beneficium
Deus in illum confert, à quo sitim & cupiditatem bonorum tẽ
poralium aufert, quam si ei diuitias tribuat, quæ desiderium ipsa
Psalm. 36. rum magis incendere & inflammare faciunt. Ideo S. Dauid ait:
Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.
Cùm autẽ regnum cœleste & iustitiam eius quærere nolumus,
Dominus in huius culpæ pœnam permittit, vt res temporales
Aggæi. 1. nobis maxima cordis afflictione deficiant. Atq; ita ipse per pro
phetam Aggæum inquit de quibusdam, qui dicebant: Nondũ 49
venit tempus domus Domini ædificandæ, cùm tempus habe-
rent ad proprias domos ædificandas, ideirco eis ait: Ponite cor-
da vestra super vias vestras: seminastis multum & intulistis
parum: comedistis & non estis satiati: bibistis & non estis
inebriati: cooperuistis vos & non estis calefacti, & qui mer-
cedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Quod pe-
rinde est ac si diceret: Quoniam vos ipsos totos seruitio meo
tradere non vultis, omnia inter manus (vt aiunt) vobis in
nihilum redigentur, atque ita nec spiritualia nec temporalia
habebitis. Ergo fratres mei ne dicatis non esse tempus pœni-
tentiæ nec ædificandi conscientias vestras, habentes illud ad

mille

somille nænias, & impertinentia: atq; ita super vos pœna hæc non incidet, si tempus benè consumere scitis, & in hac vita regnum Dei quæritis per gratiam, vt illud possideatis per gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA XV.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA.

1

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, &c. Luc. 7.



NTer sententias, quas Ecclesiasticus Spiritu sancto inspirante scripsit, hæc vna singularis est. Gloria magna est sequi Dominum. Hic præcipue de spirituali loquitur sequela, quæ est per imitationem, ad quam nos D. Paulus inuitat dicens: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. Sed dicet aliquis: Nunquid Deum possumus imitari & ei similes effici? Non ne omne malum, quod Angelis & hominibus euenit, ex hac radice & fundamento ortum habuit: Referens sanctus Isaias peccatum primi angeli, qui suos sequaces ad æternam duxit damnationem, Quomodo, inquit, cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris, qui dicebas in corde tuo, In cœlum conscendam, similis ero altissimo. Et in sacro Geneſis libro refertur, qualiter astutus serpens primam mulierem decepit, quæ hominem & in eo humanum genus præcipitauit, ei dicens: Eritis sicut dij, hoc est, Eritis similes Deo. Ecce quomodo omne malum

Eccle. 23.

Ephes. 5.

Isai. 14.

Gene. 3.

Angelis

Angelis & hominibus ex eo ortum est, quia Deo similes effici vo 3
luerunt. Qualiter ergo hic S. Apostolus inquit, Imitatores Dei
estote, sicut filij charissimi? Ad hoc respondeo in medium ad-
ducens id, quod prophetæ Ionæ cõtigit, qui (v tinquit sacrahi
storia) cum in naui dormiret, orta est in mari propter eum ma-
xima tempestas. Esomno vero euigilans & cognoscens, se illius
Ionæ.1. tempestatis esse causam, dixit: Tollite me & mittite in mare, &
cessabit mare à vobis: scio enim ego, quoniam propter me tem
pestas hæc grandis venit super vos: & tulerunt Ionam & mise-
runt in mare, & stetit mare à feruore suo. Itaq; antequam Ionas
in mare proijceretur ob eius causam orta est tempestas, vbi pri-
mum vero in mare proiectus est, cessauit tempestas & tranquil-
litas ac serenitas in mari eius etiam causa successit. In hunc mo-
dum cum verbum diuinum inclusum esset in naui suæ inuisibi- 4
litatis dormiens & capiens illum suæ infinitæ gloriæ & quietu-
dinis somnum, orta est maxima in mari huius sæculi tempestas
propter primi parentis peccatum. Intelligens autem filius Dei,
hãc tẽpestatem sui causa, aliquomodo, ortã esse, (ipse est enim
æterni Patris sapientia, & peccatum in hominibus ortum ha-
buit ex eo quod sapientes sicut Deus esse voluerunt) dixit,
Propter me orta est hæc tempestas grandis, ideo, ò pater æter-
ne mitte me in mare. Idest: Quia homines mihi similes esse vo-
luerunt scientes bonum & malũ, peccarunt, tu ò æterne pater
me in mare sæculi per assumptionẽ humanitatis proijce, proij-
ce, inquã in mare iniuriarũ, in mare flagellorum, in mare cru-
cis, in mare tormentorum ac crudelissimæ mortis, & statim
cessabit tempestas, quæ propter me orta est. Et ita factum est, 5
nam misso verbo diuino in mare huius mundi & pœnalitatum
propter admirabilem eius incarnationem tempestas, quæ antea
propter eum orta fuit, in serenitatẽ ac tranquillitatem versa est.
Volumus dicere, q; si antequã Deus factus esset homo, Angeli
mali dãnati sunt, & homines, quia similes eidem Deo esse volue
runt, in tot tanta q; mala inciderunt, nũc postquã factus est ho-
mo & in mare nostrarũ pœnalitatum fuit proiectus bonũ, quod
hominibus venit, ideò est quia eis similes sunt. Nã qui tũc Deo
similes esse voluerũt, id maxima superbia fecerũt: qui autẽ nũc
similes ei fiũt, ideo, quia postquã Dominus vsq; ad mortẽ crucis
se humiliauit, ei per humilitatẽ & amorẽ similes esse cupiunt,

& cum

6 & cum hoc desiderio eũ in virtutibus, quas operatus est diuino eius fauore imitari contendunt. Vt autem apertius hanc similitudinem, sequelam, & imitationem intelligatis, scitote fratres mei, quod sequi & imitari Christũ cœlestem reparatorem nostrum est opera nostra & cor nostrum cum operibus eius & cor de ipsius conformare: & cum hac conformitate magnum honorem & valorem operibus nostris & cordi nostro tribuimus. Ita que tantæ excellentiæ & præstantiæ conformitas est, quod sola ipsa efficiat vt nos genua flectentes coram ligno, si in forma crucifixi est licet alias si illam formam non haberet, in ignem esset mittendum, maxima illud veneratione adoremus. Sicut igitur illi ligno propter conformitatem, quam cum Christo crucifixo habet, honor debetur: sic operanostra, quando cum
7 Christi operibus conformantur, valorem atq; honorem accipiunt. Rursus conformare opera nostra operibus Christi est, quod quando aliquod bonum opus fecerimus illud operantes cogitemus hoc: Si Christus Saluator noster hoc opus ageret, si hoc ieiunium ieiunaret, si hanc eleemosynam tribueret, si hanc orationem recitaret, si hanc concionem ad populum haberet, & si hanc rem sacram faceret, quomodo in illo se gereret? quibus circunstãtijs illud adornaret? qua puritate, quo amore, qua intentione & quo feruore illud perficeret? Et quid quidillum facturum esse cogitaueris, tu pro virili facere labora: & hoc est opera tua cũ Christi operibus conformare. O Deus infinitæ charitatis & misericordiæ, te per infinitam clemẽtiam tuam obsecro, vt robur, virtutem & efficaciam his meis sermo-
8 nibus tribuas, quo in cordibus horũ fratrũ meorũ, qui hanc cœlestem doctrinam audiunt, imprimantur, siquidem tantum eorũ animabus conducit. Hoc sanctum exercitium quidam spiritualis & deuotus pater Diuo Paulo admonitum fuisse asserit, cum ad Corinthios scribens eis dixit: Omnia in gloriam Dei facite. Non vacat mysterio dixisse sanctum apostolum, In gloriã Dei, hoc enim est vnum expræcipuis exercitijs, quibus Deus in terris magis glorificatur, nam in eo aliquo modo Iesu Christi opera, quæ æterno Patri tam accepta ac tantæ gloriæ fuerunt, innouantur. Hoc medium necessarium est & in nostram glorificationem à Domino constitutũ, sicuti B. Paulus testatur dicẽs. Quos præsciuit & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui. 1. Corin. 10. Roma. 8.

sui. Hoc est: Præsciuit conformes fieri imaginis filij sui, quia eos 9
prædestinauit. Et ex hoc fonte eis hæc conformitas oritur, vt
per illam effectum prædestinationis, videlicet, gloriam conse-
simile. quantur. Quemadmodum, vt aliquid videamus, oportet nos
prius eius similitudinem in nobis habere, mediante qua illud vi
deri potest: sicut vt ego videam parietem illum, necessarium est
vt prius species illius, videlicet, similitudo eius in oculos meos
intromittantur, atq; in ipsis imprimantur. Sic, vt Christum ve-
rum Deum nostrum in gloria intueamur, oportet prius nos eius
similitudinem modo supradicto in nobis metipsis, atque in ope
ribus nostris impressam habere. Et hoc est nos ipsum sequi &
imitari. Vt autem turba & populus suum verum ducem & ma-
gistrum Iesum Christum hoc modo imitetur, maxime opor-
tet, vt ecclesiastici primi sint ad hæc sancta exercitia comple- 10
da, & alios suo exemplo incitent & commoueant. Hoc voluit
hic Spiritus sanctus docere, cum per sanctum euangelistam in-
quit: *Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius & turba copiosa.* Prius de sequela discipulorum mentio-
nē facit, & postea de sequela turbæ copiosæ. Nam ex eo quod
discipuli illum sequebantur, maximò alijs incitamento erant ad
idem faciendum: qui verò peculiariter in populo Christiano
discipulorum nomē habent, sunt ecclesiastici: certum est enim
illos dignitate priores esse. Aman (vt ait sacra scriptura) videns
Esthe. 5. se à Regina Esther simul cum Rege ad manducandum fuisse
inuitatum, conuocauit, inquit sacer textus, ad se amicos suos &
Zares vxorem suam, vt eis bonum euentum suum nuntiaret, &
quanta cum gloria super omnes principes & seruos suos Rex eū 11
eleuasset. Et post hæc ait: Regina q; quoq; Esther nullum aliū
vocauit ad conuiuium cum Rege præter me, apud quam etiam
eras cum Rege pransurus sum. Quanto igitur maior dignitas
& excellentia sacerdotis est, quem summus Rex Iesus Chri-
stus exaltauit, ei tam sublimem dignitatem præbens, vt digni-
tas summi Pontificis non sit maior quam sacerdotis? illa enim
ordinatur ad hoc, vt super corpus mysticum Iesu Christi pote-
statem habeat, sacerdos vero super corpus verum Domini Iesu
Christi, qui sedet ad dexteram Patris, habet potestatem. At sa-
crosancta Ecclesia, quæ regina est, sacerdotem inuitat, vt per po
testatem, quam habet, in sacra altaris mensa manducet, ad quā

non

12 non ſolum Rex Ieſus Chriſtus tanquam inuitatus accedit, ſed etiam tanquam cibus. Et cum ſacerdotes ſint priores dignitate etiã in honore primi eſſe debẽt. B. Ioãnes (vt in Apocalypſi legitur) videns Angelũ quendam cecidit, vt adoraret ante pedes eius: angelus vero ad eũ dixit: Vide nè feceris: conſeruus enim tuus ſum. Non ſic his temporibus domini temporales faciunt, qui à ſacerdotibus ſe adorari permittunt. Non conſenſit Angelus, vt ſacerdos D. Ioannes ei reuerentiam illam adhiberet: quilibet autem dominus temporalis, & quod peius eſt, etiam quælibet domina inaniter conſentit, vt Dei ſacerdos corã illa genua flectat. O miſer ſacerdos, qui hoc agit, & miſerrima muliercula, quæ id conſentit. O Deus, ò Deus, ò Deus, in admirationem rapiantur omnes, qui altiſsimam maieſtatem diligunt videntes ſa-
13 cerdotes, quos Angeli venerantur, tanto ludibrio & deſpectui haberi. Mouit Spiritus ſanctus corda vicinorum Hieruſalem, vt aſinam, ſuper quam Dominus ſedebat, ita honorarent, vt veſtibus ſe exuerent, & ſuper illas ipſa incederet, quoniam Ieſum Chriſtum vniuerſalem rerum omnium Dominum vehebat: quanto magis digni ſunt ſacerdotes, vt honore afficiantur, quorum manus quotidie ſunt eiuſdem Domini thronus, linguæ vero cœlorum claues, pectora autem tam ineffabilis ſacramenti ſacrarium? In Numerorum volumine Dominus ad Moyſem ſic dixiſſe legitur: Tolle Ioſue filium Nun virum, in quo eſt ſpiritus Dei, qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote: ad verbum eius egredietur & ingredietur ipſe & omnes filij Iſrael cum eo. Attendite reuerentiam & obedientiam, quam
14 Dominus volebat, vt princeps & omnis populus in lege veteri ſacerdoti adhiberent. Quam igitur obedientiam ac reuerentiam ſacerdotibus legis gratiæ deberi putatis? Siquidem ergo priores dignitate & honore ſunt, priores etiam debent eſſe imitatione & ſequela illius magni Domini, qui ſic eos magnificauit, tantiſque honoribus affecit. Sicut in domibus regum ac principum maior puritas, & elegantia in illis requiritur, qui ei in camera & in menſa inſeruiunt, & coram eius conſpectu ſemper aſsiſtunt, quam in illis, qui in culina ſtabulis & in præſepibus ei ſeruiunt: ſic in ſacerdotibus, qui Domino infinitæ maieſtatis in ſacra altaris menſa miniſtrant, & coram eius diuino conſpectu, nunc orantes,

Apocal. 22.

Numer. 27.

Simile.

nunc

nunc diuina sacramenta ministrantes sunt, maior puritas ac san- 15
ctitas desideratur. Cùm igitur munus eorum sit alios mundare & sanctificare, quales eos oportet esse? B. Chrysostomus inquit: Illum, qui pro vniuerso mundo officiū obsecrandi habet, & deprecatur Deum, vt non solum viuorū sed & mortuorum misereatur, qualem debere esse existimas? Puto, quod fiducia sancti Moysi & prophetæ Eliæ ad talem orationem non est sufficiens certe verba ista huius tanti doctoris magnum in cordibus sacerdotum timorem incutere debebant qui totius mundi sunt aduocati. Ad quorum orationem existimat hic sanctus Doctor minimam esse fiduciam sancti Moysi & Heliæ, quorum alter veniā exercitui Hebræorū, qui per desertum ibant, à Domino obtinuit alter vero cœlum occludebat, nè plueret, & cum sibi videbatur, illud aperiebat, tandem sua oratione è cœlo ignem trahe- 16
bat, quo viuos interficiebat, atq; eadem mortuos ad vitam reuocabat. Qualis igitur vita nostra esse debet, siquidem B. Chrysostomus ait, illam horum duorum sanctorum vitam debere superare? O Patres sacerdotes, quid de nobis erit, cùm in tremendo Dei iudicio apparuerimus, nobisq; bella, pestilentiæ, sterilitates, atq; hæreses quæ in mundo sunt impositæ fuerunt eò quòd non fecimus id quod debebamus, scilicet, Deum efficaciter deprecari, vt illa omnia extingueret. Quid dicemus? Heu, heu quā multis tunc amarum erit, se sacerdotes fuisse. Dura res est, quod cum ego aptus non sim adorandum pro me, & auxilio vicinorum meorum ad placandam Dei iram egeam, cūq; tam parum spiritualis sim, vt defectus meos nec sentiam nec sciam deplorare, petatur à me, vt habeam viscera maximo feruore charitatis 17
& amoris incensa, & mala totius mundi perinde sentiam, ac si pater sim omnium viuentium, tantamq; ac talem sanctitatē habeam, vt iræ Dei me opponere ausus sim, ipsumq; ex irato pacificum, & ex vltore condonatorem reddam. De sacerdote legis
Heb. 7. naturæ Melchisedec sic inquit B. Apostolus: Melchisedec Rex Salem sacerdos Dei summi sine patre, sine matre, sine genealogia, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Doctores Hebræi testantur, Melchisedec fuisse primū patriarchæ Noe filium vocatum Sem, eumq; cum benedixit Abrahā fuisse ætatis trecentorum & nonaginta annorū, & ipsum Abraham suum octauum pronepotem triginta quinq; annis superasse,

18 se, hoc est postquam Abraham mortuus est, trigintaquinq; annos vixisse, & cum Dominus diluuium misit in mundum, centum annos iam egisse. Semper autem sacra scriptura hunc sacerdotem, Sem Appellat, præter quam cùm munus sacerdotis exercuit: tunc enim Melchisedec, id est, rex pacificus vel rex iustus appellatur. Quando etiam sacra scriptura mentionem facit de origine & progenie huius sacerdotis illam sub nomine Sem facit & non sub nomine sacerdotis, quoniam sacerdos de progenie & suorum nobilitate curare non debet, atq; (vt in præsentia rum ait D. Paulus) existimare debet, se in mundo nullum habere consanguineum, & super omnia contendere, vt sit similis filio Dei. Quòd si D. Paulus hæc de sacerdote legis naturæ prę
19 dicabat, quantò magis oportet, vt de sacerdotibus legis gratiæ prædicetur, siquidem eorum sacerdotium ac dignitas ita Melchisedec dignitati præstat & antecellit. Sancta Iudith loquens cum sacerdotibus, vt populum docerent ad patientiam præstãdam & fiduciam in Domino habendam eos sic est allocuta: Vos, qui estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima il lorũ ad eloquium vestrum, corda eorũ erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur, si vere colerent Deum suum. Notate, obsecro, fratres per immensam Domini charitatem, quæ verba tanta admiratione digna sancta hæc mulier illius temporis sacerdotibus dixit, quæ multo magis euangelij sacerdotibus conuenire debent, vt vere & non tantũ nomine sint presbyteri in populo Dei, id est, pra bẽtesiter verbis, operibus, ac sanctis exẽplis, & illud patefaciẽtes omnibus in cœ
20 lũ, atq; ita viuere debẽt, vt dicere possint: Hac via, qua ego incedo, vos etiã incedere debetis: sicuti B. Apostolus faciebat, cum dicebat: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et idem S. Apostolus, qui nuper cõuersis dicebat, vt ipsum sequerẽtur, de se fatetur, animũ cõcepisse, vires q; ac robur ad sequendũ Christũ filiũ Dei accepisse, oculos collocans in alijs sanctis viris, qui ipsum præcesserãt, dicens: Gratias ago Deo meo, cui seruio
2 à progenitoribus meis in conscientia pura. Ecce quomodo illos
1 eximios Patriarchas tot virtutum ornamentis præclaros se imitatum fuisse fatetur. Nos ergo ita faciamus, nec animũ demittamus, & si illos in omnibus sequi non potuerimus, saltim in aliquo imitari contendamus. In sacra scriptura legitur, quod An-

Iudith. 8.

1. *Corin. 4.*

2. *Ad Ti.*

Genes. 19. gelis in figura iuuenũ peregrinorũ Sodomam introeuntibus S. Loth, vbi primũ eos vidit, surrexit & (vt ait sacer textus) iuit obuiam eis. At vero antea eadẽ sacra pagina de Patriarcha Abraham, cũ ei Angeli apparuerũt, sic refert: Quos cũ vidisset, occurrit in occursum eorũ, quod maiorem charitatem & deuotionẽ denotat: & tamen sanctus Loth laudatur, quoniam licet non in omnibus, in multis saltim patruũ suũ Abraham secutus est. Ad hunc modũ, si cũ sanctis currere nõ possumus, saltem vt melius potuerimus, vestigijs eorũ insistamus: & sicut discipuli Domini erant primi, qui suum cœlestem magistrum sequebantur, & posteà sequebatur eum turba copiosa: ita nũc in spirituali sequela oportet, vt ecclesiastici primi sint, & ipsorum bono exemplo totus populus ad id faciendũ commoueatur.

Gene. 18.

22 *Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim.* Nunquam Dominus quandiu inter homines versatus est, promouendæ salutis humanæ officiũ intermisit. Interdiu enim docebat in templo, noctu pro nobis pernoctabat in oratione Dei, circuibat etiã ciuitates, vicos, & castella, vbiq; regnũ Dei euãgelizans, vbiq; dæmones ab obsessis corporibus pellens, & salutis beneficia omnibus impertiens. Hanc autem adeo solicitam salutis humanæ & paternę gloriæ curam declarauit, cùm discipulis cibum ipsi offerẽtibus respondit: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. Hoc autem exemplum sequẽtes sancti omnes tantam temporis rationem habent, vt ne momento quidem à diuinis operibus & mandatis Dei exequendis vacẽt. Et hæc non solum eis ex Domini exemplo oritur diligentia, verũ etiam ex assidua virtutũ exercitatione, nã in Ecclesiastico dicitur. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudiũ dabit. Religiositas est quædam vniuersalis ab omnibus malis abstinentia, & quædam omniũ mandatorũ Dei obedientia atq; operatio. Hæc autẽ non solũ cor custodit & ipsum paulatim iustificat & in dies perficit, verũ in eo iucunditatẽ & gaudiũ gignit, sicuti in corde Dauid faciebat, qui sic ait: In via mandatorũ tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Et B. Augustinus inquit: Dulciores sunt lacrymæ orantium quam gaudia theatrorum. Ex hac vero iucunditate & gaudio oritur quædam grandis in mẽte fortitudo, atq; ita sacerdotes ad populũ dixerunt: Gaudiũ Domini fortitudo nostra est: è contra autẽ volu-

Isaiæ. 4.

Eccle. 1.

Psal. 118.

B. Augus. sup. psa. 117

2. Esdræ. 8.

84 voluptates carnales animã debilẽ & in cõstantẽ reddũt. Hoc ve ro gaudium non solum fortitudinem gignit ad non retrocedendum & vlterius progrediendum, (quia, vt ait Philosophus, Delectatio conseruat operantem in opere) verum in anima singularem quandam diligentiam generat. Atq; ita vbi nos legimus, Religiositas iustificabit cor, alia translatio habet, Religiositas viuificabit cor, hoc est, cor feruidum ac diligens efficiet. Iccirco quidã sanctus Abbas dicebat, singularem cuiusq; hominis Christiani iustitiam consistere in hoc, quod ipse sibi non placeat, & se ipsum continuò reprehendat, non contentus solis beneficijs, quæ à diuina manu accepit, sed plura quotidie postulãs, & totis viribus contendens se nouis seruiendi modis gratum præbere. Quod quidem in sancto Moyse maximè floruit, qui (vt ait sa- *Arist.*

85 cra pagina) quando incepit cum Deo loqui, abscondit faciem *Exod.* 3.
suã, non enim audebat aspicere contra Deũ. Postquam autẽ cũ illo conuersatus est, ab eo postulabat, Domine ostende mihi glo *Exod.* 33.
riam tuam. Quid ais vir sancte? Non nè tibi satis erat cum Domino per quadraginta dies conuersari, & quod ipse tecũ, velut cũ peculiari amico locutus fuerit? Ad hoc respõdeo, hanc esse seruientiũ Deum & efficaciter eum amantium conditionẽ atq; ingenium, videlicet, non æstimare quod habent propter desiderĩũ eius, quod expectant: & quantò plus eis cõmunicatur, plus desiderant, plus expectant, & maiorẽ diligentiam ad illud obtinendũ adhibent. In huius sententiæ confirmationẽ sanctus ille Abbas dictũ illud D. Pauli, scilicet, omnia mũda mũdis, sic interpretabatur, ideſt, iustis quidquid in se & in alijs videt, maior puri *Ad Titũ.* 1

86 tatis animę ipsorũ & humilitatis occasio est. Quãdo enim videt proximũ suũ peccatũ aliquod cõmittentẽ, vt homicidiũ, adulteriũ, blasphemiã, &c. Se ipsos summittũt & humiliãt considerãtes se nõ benè correspõdere tãto beneficio, quale est si illud peccatũ per Dei misericordiã nõ cõmittere: si autẽ in se virtutẽ aliquã aspiciũt, se ipsos etiã humiliãt cogitãtes & animo euoluẽtes se humilẽ & abiectũ locũ obtinere, cũ in sublimiori & magis excelso esse possent. Quis autẽ hoc in loco cęcitatẽ & socordiã aliorum hominum satis deplorare valeat, qui tempus præclarissimum Dei munus in rebus nihili cõsumũt, in quo sempiternę fælicitatis opes cõparari possent? Quid illos memorẽ, qui tẽp' omne in chartarũ & alearũ similiumq; rerũ ludo cõsumũt? Quid

isti, quæso, cùm ante supernì iudicis tribunal sistant, pro salute 27
sua offerre poterunt, quandoquidem vitam omnem in somno,
ludo, otio, & ludicris rebus consumpserunt? O miserandam ho-
minũ conditionem, qui cũ ad sempiternam beatitudinẽ à Deo
conditi sint, sic se abiecerunt, sicq; vitam suam instituerunt, vt
pecudũ more ventri solum & voluptatibus nati esse videãtur.
D. August. in quinquagenis. Simile. Vnde B. Augustinus ait, quamplurimos esse Christianos adeò
pigros & socordes, vt deteriores sint multis ethnicis, qui in infi
delitate sua in melioribus operibus quam illi se exercent. Con-
siderate & animo concipite duo agmina Toletum iter faciẽtia
ea obligatione, vt ante noctem illuc perueniant: quorum alterũ
viam non ignorat, alterum vero penitus iter, quo eundũ sit, ne-
scit. Hoc omni celeritate per valles & cacumina aberrans, tandẽ
propter vix ignorantiam qua incedebat in præcipitium deue- 28
nit, vbi omnes miserrime perierunt. Illud vero agmen quod iter
non ignorabat, existimans diem vernũ longum esse, ac proinde
satis temporis ad iter conficiendum habere iuxta quemcunq;
fontem & ad vmbras arborum, quas inueniunt, otiose sedent, &
cũ ad aliquod oppidum perueniunt, inquiunt omnes: Comeda-
mus & bibamus atq; otio hic vacemus. Postquam autem cibis,
vino, ac ludis saturati sunt, nunc aiunt: Somnũ parum per capia-
mus: multùm enim temporis ad iter conficiendũ nobis restat.
Deniq; ita se ipsos quieti tradiderunt, vt cũ è somno euigilarũt,
obscura nox esset, nec per tempus eis iter facere licebat: atq; ita
sicut alij Toletum minime peruenerũt. Quæro vtri horũ maio
rem culpam commiserunt, & maiori culpa digni sunt eò quòd
ad destinatum locum non peruenerint? Planum profectò est & 29
manifestum, illos, qui iter non ignorabant, maiori culpa dignos
esse. Ex his duobus agminibus alterum sunt philosophi natura-
les, qui fide caruerunt, alterum verò sunt pigri, socordes, & igna
ui Christiani. Illi quidem viatores ad gloriam extiterunt, ad il-
lam enim creati fuerunt, & naturaliter beati esse cupierunt. In
die verò vitæ suæ per virtutes morales mirabiliter cucurrerunt,
fuerũt nãq; abstinẽtes, casti, patientes, & bonorũ temporaliũ
contemptores, sed quia propter superbiã fidei iter nescierũt,
Psal. 106. nihil eis ipsorum profuit diligentia. Atq; ita de illis illud psal-
mi dici potest: Errauerunt in solitudine, viam ciuitatis habita-
culi non inuenerunt, & antequam ad illam peruenirent cecide

runt

runt in detestandum inferni præcipitium. Hi verò, qui alterius
30 sunt agminis, rectè fidei iter sciunt, atq; obseruantiam diuinę legis, qua ad ciuitatem gloriæ eũdum sit, non ignorant, sed putant ipsis multum temporis restare ad iter illud conficiendum, longumque esse vitæ diem existimant, & hac fiducia in quolibet fonte, hoc est, in qualibet voluptate detinentur, & vix creatura est, in qua ipsi non sistant se ipsos ad inuicem inuitantes, atque (vt sacra scriptura testatur) dicentes: Venite, fruamur *Sapien. 2.* bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter: coronemus nos rosis antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Atque in his tempus inaniter consumentes spe ducuntur, se in posterum pœnitentiam esse facturos. Illis autem hæc facientibus & co-
31 gitantibus obscura mortis nox superuenit, atque ita ad vrbem *Simile.* in quam iter faciebant, minime valent peruenire. O *sancta Maria Señora*, Quantam stragem in mundo spes faciendi in futurum pœnitentiam efficit. Quemadmodum venator viridi colore induitur ad vaecordes bestias auesque capiendas: sic dæmon viridi falsæ spei colore se contegit, ad quam plurimos miseros capiendos, eis persuadens, satis temporis ad voluptates capiendas futurũ esse, & quod nunc delicijs & gaudijs, licet cõtra Deũ sint frui possint, postea vero pœnitentiam agent. Atq; ita inopinanter à morte rapiuntur, & sicut alij in infernum descendunt, nullum commodum educentes ex eo, quòd iter non ignorauerint, quin potius quia illud scierunt, & inde vtilitatem elicere noluerunt, grauioribus apud inferos suppliciorum generibus
32 torquebuntur. Quia (vt perquam docte D. Thomas docet) Pec- *D. Tho. 2. 2. q. 89. artic. 5.* cata infidelium magis merentur veniam quam fidelium propter ignorantiam. Et ita D. Paulus dixit: Misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea: & per cõsequens minora tormenta patientur infideles cæteris paribus *1. Tim. 1.* quam fideles.

Sed iam ad historiam redeamus. *Cum ergo Dominus appropinquaret portæ ciuitatis Naim, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ.* Non erat mos apud Hebræos in Synagogis, vbi ad audiẽdam legem cõfluebant, sed in campis mortuos sepelire, & ideò hic defunctus extra vrbem efferebatur. Hoc Sathanæ stratagema & inuentionem fuisse existimo, vt, videlicet, à viuis consi-

derationem mortis auerteret,& nè continuum excitatorem illũ 33
haberent,quem nunc quoties in templa ingredimur, habemus
videntes sub pedibus nostris illos,cũ quibus ridentes & gauden
tes manducauimus,bibimus,lusimus, atq; alia fortasse scelera
perpetrauimus. S. Ioseph(vt sacra refert scriptura) cũ iam mor
Gen. 50. ti appropinquaret,fratres suos adiurauit dicens: Asportate ossa
mea vobiscum de loco isto. Quid,obsecro, ò Patriarcha sanẽte,
ad rẽ facit,vt magis in illo quam in alio loco terræ mãderis? Pro
pter commodũ & vtilitatẽ illorũ id sanctus vir imperauit,quia,
videlicet,magnã existimationem,qua erga illos habiturus erat,
intelligebat,iccirco eis inquit: Asportate ossa mea vobiscũ, vt
scilicet,vestræ mortis memoriæ sint,& ipsa in conspectu vestro
cernentes dicatis: Hæc sunt ossa illius potentis ac sapientis viri
Ioseph,& tandem mortuus est,quid de nobis erit? Nunquid & 34
nos nõ moriemur? Cum Christus Redemptor noster ineffabile
Luc. 22. eucharistiæ sacramentum instituit, suis sacris discipulis dixit:
1. Cor. 11. Hoc facite in meam commemorationem, ideſt, in memoriam
mortis meæ. Atq; ita B. Paulus inquit. Quotiescunq; manduca
bitis panẽ hunc,& calicem bibetis,mortem Domini annũtiabi
tis,donec veniat. Inter vtilitates, quas ex recordatione mortis
Iesu Christi elicere possumus, vna est nostræ ipsorũ memoria,
singuli animo euoluentes,atq; intra nos dicẽtes: Nunquid mors
quæ in filiũ Dei,qui ipsa vita est, dominata fuit,in me non do-
minabitur? Sed cũ dæmõ animũ & intentionẽ sancti Ioseph nõ
habeat,& spiritui Iesu Christi filij Dei sit contrarius, forsan He
bræis persuasit,vt mortuos in locis remotis,vbi rarò eorũ sepul
turæ viderentur,humarent,atq; ita magis obliti mortis viuerẽt. 35
Nunc autem in lege gratiæ inuentio fuit Spiritus sancti, vt in ec
clesijs,ad quas glorificandi Deum in diuinorum officiorum ce
Exod. 38. lebratione causa conuenimus,mortui sepultura donarentur. In
sacro Exodi volumine sic legitur: Factum est labrum æneum cũ
basi sua de speculis mulierum,quæ excubabant in ostio taberna
culi. Hoc ideò factum est, vt cum sacerdotes se ibi lauarent, in
illis speculis se ipsos contemplarentur, & sui ipsorum ornamen
ta, ne incomposita essent, diligentissimè componerent. Et Rab
bi Moyses testatur, illa specula fuisse aliquarum mulierum,
quæ cum aliquando profane vixissent,se se conuertebant, & in
templum se recipiebant. In cuius rei signum summo sacerdoti

36 specula, quibus faciem composuerant, tradebant, & hæc in lauatorio ponebantur, vt sacerdotes se abluentes & in illis se ipsos aspicientes recordarentur se ad imitationem illarum mulierum à peccatis abstinere & mentes suas purificare, siquidem illę profanæ mulieres eis sanctificationis exemplum præbuerunt. Bona profectò inuentio illa fuit, sed multo melior & vtilior extitit, quæ nunc in sacrosancta ecclesia obseruatur, vt, videlicet, in templis mortui sepeliantur, quoniam sunt quædam excellentissima specula sepulturæ illorum, cum quibus viximus, comedimus, & conuersati sumus, vt in illis contemplantes nos ipsos in meliorem vitæ modum reciperemus. Siquidem omnes illud Ieremiæ dicere possumus: Non fugiat velox, nec saluare se putet fortis, vbi alij transtulerunt: Non fugiet velox. Veloces *Ierem. 46.*

37 enim aut fortes a morte se poterunt minime defendere: nam illa adeo fortis est, vt Spiritus sanctus ad ostendendam amoris fortitudinem ipsum cum ea comparauerit dicens. Fortis est, vt *Cant. 8.* mors dilectio, idest, sicut mors in omnia humana corpora absq; aliquo obstaculo & impedimento ingreditur, sic amor omnia corda penetrat, & in omnibus locum inuenit. Lactantius Firmianus inquit, cineres combustæ viperæ esse optimũ medicamentum & remedium contra eiusdem viperæ morsus. Animaduerte, o peccator, tuam sensualitatem esse velut venenosam viperã, quæ tuam miserabilem animam crudeliter mordet. Vis sanari & ipsis morsibus medicinam adhibere, eis vehementi consideratione cineres alterius viperæ adhibe. In memoriam reuoca alterum iuuenem te non solum pulchritudine, sed etiam diuitijs su- *Lactan. Fir. in lib. de ira Dei. c. 13.*

38 perantem, cuius corpus, cui ille maxime indulgebat, in cineres versum est. Recordare etiam pulcherrimæ adolescentulæ, qualiter suam pulchritudinem & formæ elegantiã amisit, & in puluerem miserrime versa est. Et his considerationibus tuę animæ vulneribus medeberis, teq; ipsum poteris conseruare, vt alia minime recipias. Cum B. Maria Magdalena (vt refert D. Ioannes) pedes Domini Iesu Christi vngeret, sceleratus Iudas murmurabat: Dominus vero dixit: Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Quasi diceret: Tacete, ibi enim me nequa quã vnget, ideò nunc sinite illam pro deuotione sua hac parua lætitia affici, & hac voluptate perfundi: nã die mortis meæ illud soluet. O bone Iesu, cœlestis nostrarum animarum magister *Ioan. 12.*

quam vtilem hic nos doctrinam doces, siquidem in hac tam mi-
nima voluptate mortis tuæ recordaris & de ea loqueris. In
quo certe nos erudis debere nos in ludis & recreationibus no-
stris mortis meminisse, nè iudicium nostrũ euertant & nos ipsos
perdant. Sed heu adeo miserabiles sumus, vt non solum in gau-
dijs & recreationibus humanis illius minime reminiscamur, sed
nec, cũ fratres nostros & amicos vitam finire videmus, & cum
tam terribile spectaculum nostris oculis proponitur, ipsam in
memorijs nostris non imprimimus. Nabuchodonosor (vt ait S.
Daniel. 2. Daniel) somnium vidit, & contritus est spiritus eius, & postea
suis Magis & ariolis dixit: Vidi somnium, & mente confusus ig-
noro quid viderim. Vt autem ex eodem sacro textu apparet,
Rex statuam grandem varijs ac diuersis metallis conflatam vi-
derat, cuius pedes, qui fictiles erant, lapis abscissus de mõte per-
cussit, & statuam comminuit. Et quoniam Nabuchodonosor,
cùm hanc visionem vidit, dormiebat, factum est, vt eius, quod
in somnijs viderat, obliuiscere tur, eiq; pauor duntaxat remane-
ret, quo vsq; Daniel propheta Dei, lineamenta statuæ, quam vi
derat, in memoriam reuocauit. Idem nobis nunc quotidie con
tingit. Videmus hominem potentem, diuitem, honore affectũ,
& pretiosis vestibus indutũ, (sicut hæc statua diuersis erat con-
flata metallis) in flore autem suæ ætatis, & in maiori prosperita
te vitæ suæ tensis velis & cùm centum annos viuere putabat, ec
ce, quia fundamentum, quo nitebatur tota illa machina, fictile
erat, mors illum tetigit, & tandem ipsum interfecit. Pulsantur
cymbala & vos timore correpti interrogatis: Quis mortuus est?
Respondetur, Fulano, vos vero iterum perterriti dicitis: Iesus,
Iesus, Iesus: illa iuuentus, illa pulchritudo, illa nobilitas, & illa
pompa mortua est? Quorsum in vita confidimus, siquidem
velut aer sumus. At cum finem admirandi facimus, iam amplius
horum omnium non recordamur, & tanquam si non fuissent,
illorum obliuiscimur, quoniam in somno sumus. Itaq; ex his
omnibus repræsentationibus nihil nobis remanet præter pauo
rem & timorem, quem, cum audiuimus aut vidimus de alicuius
morte, concepimus. Et ad hoc Dominus prouidet, vt sanctus
Daniel, videlicet, concionator hanc visionem in memoriam ho
minum reuocet, qui illius adeò oblitisunt. Huic etiam rei inser
uit, mortuos in ecclesijs sepeliri. Qua propter siquidem tem-

pla

42 pla sunt mortuorum domus, in illa debetis eo animo conuenire,
vt non solum Deum videatis, sed etiam tanquam in speculis
clarissimis, videlicet, in mortuorum sepulturis vos ipsos aspi-
ciatis.

Quam cum vidisset Dominus, *misericordia motus super illam dixit:*
Noli flere. Commouit fontem pietatis matris viduæ calamitas,
& solitudo, & ad misericordiam flexit. Qualis autem hæc mise
ricordia in Christo Domino fuerit, expendendum est. Scire igi
tur oportet, esse misericordiam virtutem, quæ à fraterna chari-
tate procedit, & esse etiam naturalem cordis affectum magno
diuinæ prouidentiæ beneficio humanis animis ingenerato. Hũc
misericordiæ affectum conditor & amator hominum Deus ho-
minum præcordiis infixit, quo tantum fere de aliena calamita-
43 te, quantum de sua dolorem concipiunt, atq; ita periclitantibus
omni ratione subuenire contendunt. Christus igitur saluator no
ster cùm verus esset homo, hoc affectu cæteris q; similibus non
caruit, licet affectus, qui in nobis passiones appellãtur, in eo nõ
passiones sed propassiones appellentur, eò quod erãt plenissi-
ma obedientia rationis imperio sine vlla repugnantia subiectæ.
Cum ergo Dominus in hoc loco misericordia erga viduam cõ-
motus fuisse dicatur, vtrumq; intelligere debemus, & misericor
diæ affectum & eam etiam misericordiam, quam virtutem à
charitate manantem esse diximus: nam vtraq; res in eo vnice
nituit ac singulariter. Et ita dixit per S. Dauid: Factum est cor *Psalm. 21.*
meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei, id est, in
medio viscerum meorum. Cera naturaliter dulcis est propter
44 mel, vnde depromitur & paruo igne liquefit: ita cor Christi Re- *Simile.*
demptoris nostri suapte natura misericors est, eo quod à dulciss-
sima virgine sumptum est, & paruo igne dispositionis, quam in
nobis inuenit, liquescit. Quod etiam in Canticis significauit di- *Cant. 4.*
cens: Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum & in vno
crine colli tui. His verbis Dominus teneritudinem cordis sui
mirabiliter explicat, siquidem vna duntaxat bona cogitatio-
ne, vel altera sancta cordis affectione vulneratur. Parum pro-
fectò resistentiæ habet res illa, quæ vno pilo sauciatur. Et quan
uis initio huius cõcionis diximus oportere nos hunc cœlestem
sponsum cunctis virtutibus imitari, & ei similes effici, tamen in
ter omnes vna, qua magis ei similes efficimur, est misericordia

charitate informata. Cùm enim quis alteri similis esse dicitur, 45
Simile. plerumque non ideo est, quia similes manibus aut pedibus sunt sed facie quæ superior pars ac perfectior in corpore humano est. Sic nos Deo in facie similes esse oportet. Facies est id, quod in homine magis patens & manifestum est, & ideo facies Dei est eius misericordia. Siquidem Regius propheta
Psal. 144. ait: Miserationes eius super omnia opera eius. Hoc est id, quod magis in Deo elucet, est eius ineffabilis misericordia, quæ in omnibus ipsius operibus nitet, & in ea ei similes effici contendere debemus, illa erga omnes pauperes & egenos & maxime erga pupillos & viduas vtentes: sicut bonus Iesus fecit, qui mirifica misericordia motus hãc viduam consolatus est.

Prius ipsi compassus est, deinde ad illam accedens ver- 46
bis dolorem lenire voluit, cùm dixit: *Noli flere*, postremò ad locum deueniens adolescentem à morte ad vitam reuocatum viduæ matri lætanti atque miranti restituit. Corde igitur & verbo & opere viduæ subuenit. Sunt autem hi gradus quidam, quos perfecta viri iusti misericordia complectitur. Primum enim erga alienam miseriam miserationis affectu commoueri debemus: nisi enim & verba & facta nostra ex pio cordis affectu prodierint, inania sunt. Deinde blanda & amica oratione laborantem fratrem alloqui & consolari debemus. Ac postremo, si facultas suppetit, benignitatis officijs eius miseriam subleuandam curemus. Qui
bus itaque rebus animas nostras gratia ditabi-
mus, qua comparatur gloria, ad quam nos 47
perducat Iesus Mariæ filius.
Amen.

In ca-

In eadem Dominica XV.

Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa.

Lucæ. 7.

1 IN illa mirabili visione, quam S. Ezechiel vidisse refert (vbi hæc monarchia & Christiana Respublica, quam Deus in mundo habet, repræsentata est) conuenientissime per illa quatuor animalia quæ rotas currus trahebant, prælati sanctæ ecclesiæ significantur: per rotas vero, subditi insinuantur: illæ enim proprium motum non habent, eadem nanque facilitate in vnam atque in aliam partem mouentur. Et ideò S. Propheta ait: Rotas vocauit volubiles audiente me, hoc est, Faciles vt in vnam & in aliam partem voluerentur. Et inter notabilia, quæ ibi de illis animalibus ac rotis dicũtur, hoc vnum est, cùm ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea, & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Ezech. 1. & 10.

3 In quo significatum fuit bonum exemplum maiorum efficacissimum esse ad commouendum minores ad virtutem sectandũ. Si enim prælati in via virtutis antecedunt, & à terra se se erigũt, affectionem suam atq; amorem in cœlo collocantes, statim subditi & inferiores idẽ maxima cum promptitudine faciũt. Quã uis verũ sit, quod Dominus cũ discipulis suis loquens eosq; ad prædicandum mittens dixit: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Iuxta quã sententiã B. Paulus etiã dixit: Nõ enim vocauit nos Deus in immunditiã, sed in sanctificationem (hoc est, Deus non vocauit nos, vt homines immundos, sed vt ipsos sanctos redderemus) itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritũ suum sanctum in nobis Luæ. 10. 1. Thess. 4.

bis. Et ante hæc S. Moyses loquens ad Core & ad tribum Leui
Num. 16. dixerat: Num parum vobis est quod separauit vos Deus Israel 4
ab omni populo &c. vt vobis etiam sacerdotium vendicetis,
& omnis globus tuus stet contra Dominum? Non ait, stet con-
tra Aaron pontificem, sed contra Dominum, quoniam obedire
prælato est Deo obedire, & ipsum spernere est etiam Dominũ
spernere: tamen vt prælatis obediatur, & ipsi subditi sint quales
esse debent, oportet prælatos in Domini Iesu Christi sequela
subditos anteire, eosq; suis bonis exemplis incitare. Iccirco Do
Ezech. 46. minus per Ezechielem prophetam iussit, quando sacrificia es-
sent offerenda & lex audienda, Princeps, inquit, in medio erit
aliorũ, cũ ingredientibus ingredietur, & cũ egredientibus egre-
dietur. Hoc Dñs imperauit, vt princeps ac prælatus intelligerẽt
Simile. ipsos esse cor populi, & quòd sicut cor, dũ in medio corporis est 5
omnibus mẽbris motũ præbet: sic prælatus suo bono exẽplo om
nes subditos ad virtutẽ mouere & incitare debet. Quantæ autẽ
Rom. 11. efficaciæ sit talium exẽplum, ex eo patet, quod D. Paulus ad
Romanos scribens ait: Quandiu ego sum gentiũ Apostolus, mi
nisteriũ meum honorificabo (videlicet perfectione operũ ac vi-
tæ meæ) si quomodo ad æmulandũ prouocem carnem meam
(id est Iudæos) & saluos faciam aliquos ex illis. O admirabilem
potentiam iusti, qui vere dicere potest, se peccatores saluos face
re, quoniam ad eorũ saluationẽ magnopere adiuuat, maxime si
Prælatus, princeps, aut Pater familias est. Hoc etiam comproba
Iudic. 2. tur ex illo Iudicũ, scilicet, Seruierunt filij Israel Domino cun-
ctis diebus Iosue & seniorũ, qui longo post eum vixerunt tem
pore, & nouerunt omnia opera Domini, quę fecerat cum Israel. 6
Itaq; dum in illo populo Israelitico principes, prælati, ac senes
iusti extiterunt, ipse fideliter Domino seruiuit, illis autem defi-
cientibus rursus quamplurimis peccatis corruptus & deprauatus
Ierem. 10. est. Atq; ita Sanctus Ieremias ait: Quia stulte egerunt pasto
res & Dominum non exquisierunt, propterea omnis grex eorũ
dissipatus est. Inquit: Stulte egerunt, quoniam magna insania
est, ex Dei beneficio quemlibet maleficium facere, & inde oc-
casionem sumere in suam damnationem. Eodem gladio, quem
Saul ad propugnandum populum Deihabebat, ipse se interfe-
1. Reg. vlt. cit, vt ex sacra scriptura patet. Sic ingenij acies, literarum
scientia, & dignitas, quam Dominus alicui pro armis ad se suosq;

proxi-

7 proximos ab inſidijs dæmonis defendendum præbet, ſæpenumerò ſunt in cauſa, vt ille, qui ipſis pollet, ſe ipſum illis interficiat, dũ eis abutitur, & alijs peccãdi occaſionem præbet. Quãdo canis in capite percuſſus eſt, vita eius in maximo periculo *Simile.* verſatur, quoniam vulnus ſuũ lingua lambere non poteſt, at ſi in alijs membris vulneratus eſt, cùm ipſe vulnera poſsit lingua pertingere, paruo temporis ſpatio ſanitatem conſequetur. Sic cũ prælatus, qui caput eſt, imperfectè viuit, cũ non ſit lingua, quæ eum poſsit lambere, hoc eſt, non ſit, qui vitia, & defectus eius, atq; imperfectiones carpere audeat, difficilis eſt eius correctio. Si vero prælatus vitæ ſanctitate præfulget, quamuis ſubditi improbi ſint, lingua eius, hoc eſt, bonũ exemplũ, reprehenſiones, & ſana eius doctrina eos curabit & ſanos reddet. Spiritus
8 ſanctus, inſpirauit ſancto Euangeliſtæ narranti, quomodo turba copioſa ſequebatur Chriſtũ Redemptorem noſtrũ, vt prius diceret, diſcipulos eum ſecutos fuiſſe: vt in hoc hæc cœleſtis doctrina, quam modo prædicamus, ſignificaretur: ſcilicet, maiores dũ ad ſequendũ ſuum ducem præeunt eſſe cauſam, vt minores ipſum ſequantur. Qua propter fratres mei à Domino ſummis precibus poſtulemus, vt nobis principes ac prælatos tribuat, qui omnibus virtutibus alios antecedant.

Ait ergo ſacer Euangeliſta: *Ibat Ieſus in ciuitatem &c.* Pergebat cœleſtis Dominus per vicos, caſtella, & ciuitates, vt vbique cœleſtem doctrinam diffunderet, morboſq; omnis generis pelleret, & clariſsimis operum ſuorũ miraculis ad fidem homines excitaret: in hoc erudiens nos, vt in virtutũ operatione & proxi
9 morũ remedio, ſi diuinæ maieſtati placere volumus, maxime diligentes eſſemus. In ſacra ſcriptura legitur ſanctus Rex Ioſaphat ſuis miniſtris ſic dixiſſe: Cum diligentia cuncta facite. Et *2. Paral. 16* paulò inferiùs eis iterum dixit: Confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus vobiſcum in bonis. Vbi alia tranſlatio habet: Et erit Dominus vobiſcum cũ bonis: & ſic eſt etiam in contextu Græco. In quo ſignificatur Deus cum bonis ac iuſtis eſſe, non ſolum dum ipſi bona operantur, verum etiam dũ in bonis perſeuerant: Iccirco ſanctus Rex toties diligentiam ſuis miniſtris repetijt & commendauit, vt pote rem ſeruitio Dei maximè neceſſariam, qua deficiente tam parũ in virtute proficimus. D. Bernardus rem quãdam maxima commiſeratione dignam *D. Bernar.* refert

refert dicens: Plures vidi, qui ex malis boni effecti sunt, quã qui ex bonis ad perfectionis culmen peruenerint. Huius autem rei duæ solent causæ assignari: altera est diuina dispensatio, quę sic aliquando disponit, vt, videlicet, homines habeant, in quo humilientur. Videbitis plurimos ad Dominũ conuersos, qui ab atrocibus & horrendis sceleribus se se auerterũt, & tamen alia minima peccata penitus à se non expellunt, in quo certe maximã motionẽ habent ad se ipsos summittendũ & humiliãdum. Atq; ita D. Augustinus ait: Humilitatis magister verba illa in oratione sua posuit: Dimitte nobis debita nostra, vt hanc quotidie vocẽ repetentes, infirmitatis nostræ admoneremur, & vt debita nostra & non merita commemorantes lamentandi magis quã gloriãdi causam habere intelligeremus. Altera verò, quã magis assiduã esse credo, est ignauia, pigritia, & vę cordia nostra ob cuius causam tam parum in incæpta virtute proficimus. Magna profecto confusio est, videre diligentiam, quam improbi in effrænatis appetitibus suis explendis adhibent & segnitiem, qua plurimi, qui Deo inseruiunt, virtutes operantur. Loquens Dominus per Habacuc prophetam de Chaldæis, qui ad euertendũ Hebræorum populum venturi erant, inquit: Ecce ego suscitabo gentem amaram & velocem ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua, leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis, equites nam q; eius volabũt, qua si aquila festinãs ad comedendũ. O incõmutabilis Deus, & quę diligentia hominũ ad alijs nocendum hic cõmemoratur, quæ autem desidia & pigritia in nobis ad bene operandum reperitur. Et quod peius est plurimi sunt, qui nec desidiosè saltim Iesu Christo in virtutum exercitio seruire volunt, videntes proprijs oculis non tantum suos maiores, verùm & socios suos ipsis præcedere. Causa, quæ reddi solet, ob quam Rex Dauid in tantum malum incidit, vt crudeli homicidio turpissimum adulterium, hæc fuit (vt sacra refert historia) quoniam tempore, quo solent Reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab & seruos suos cum eo & vniuersum Israel, & vastauerũt filios Amon, Dauid autem Rex mansit in Hierusalem. Itaq; cum exercitus eius in campis frigus & æstum patiebatur, ipse domi suæ illecebris & voluptatibus se tradebat. O miser peccator, quæ spes tuæ salutis restat, si tempore, quo alij Christiani

Habac. 1.

2. Reg. 11.

o

11

12

stiani ieiunijs, cilicijs, orationibus, vigilijs, & lacrymis bellum cum carne, mundo ac diabolo committentes se tradunt, tu voluptatibus, ludis, & comessationibus te committis? Pudeat pudeat te frater ex bonis exemplis tuorum proximorum nullam vtilitatem educere, & nouo spiritus feruore ipsos totis viribus sectari incipe.

Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Et hic quidem adolescens erat, cui ætas & sibi & matri longioris vitæ spem præbebat: hæc autem spes multos sæpe fallit. Quoties enim patres filiorum magis, quam filij parentum hæredes sunt? Ideò omnis ætas trepida esse debet, fratres, & de morte & de genere mortis & hora mortis solicita. Alij enim naufragio, alij ferro, alij casu aliquo & fortuna intereunt: alij longa ægritudine, alij celeri atque inopinata morte rapiuntur, quibus nec testamenti condendi, nec sacramenta percipiendi (quod est maximè formidandum) facultas suppetit. Propter peccatum mors vniuersaliter in omnes filios Adæ ingressa est. Atq; ita S. Dauid ait: Quis est homo, qui viuit, & non videbit mortem? Nullus. Magnis ac singularibus priuilegijs Deus sanctos suos, qui omnem naturæ facultatem superabant, affecit & donauit. Alios quidem, vt absque cibo & potu sine domo, ab omni hominum cõmercio separati inter bruta animantia & inter serpentes vitam degerent: alios, vt in medio ignis non comburerentur, & in tempestuosis fluctibus maris ambulantes non suffocarentur. Sed hoc nemini illorum concessum fuit, videlicet, per horribiles mortis ianuas non esse ingressurum. Heliam tantum & Enoch sacra scriptura adhuc viuere commemorat, sed ipsæ diuinæ literæ vt asserit B. Thomas testantur, illos aliquando esse morituros. Et si quæratis, quare alicui sanctorum prærogatiua hæc singularis non fuit concessa, respondetur, id propter duas rationes esse. Altera est, quoniam diuinum illud verbum sacræ scripturæ, scilicet. inquacunque hora comederis, morte morieris, in æternum verissimum remaneret: aduersus quod dæmon impudenter dixit: Nequaquã moriemini, atq; ita manifestissimè appareret quã mẽdax sit ipse diabolus, & quã verus immẽsus Deus. Altera vero ratio est, vt mundũ & omne, quod in eo est, parui faceremus,

Psal. 38.

D. Tho. sup. Apocal. c. 2.

Gene. 2.

pro

pro certo habentes ipsum à nobis esse relinquendū. Nam, si cū 16
hoc experientia sciamus quotidie nostris proprijs manibus ami
cos, fratres, parentes, filios, ac vicinos nostros sepelientes, tamen
diuitias, honores, ac voluptates tāta animi affectione diligimus
& tanta solicitudine quærimus, quid fieret, si de morte aliquam
dubitationem haberemus, scientes, Deum aliquando cū aliqui-
bus, nè morerentur, dispensare solere? Iccirco cū nemine voluit
dispensare. In quo hæc lex pœnalis moriendi misericordia ni-
B. Amb. li. de fide resur. rect. & im mortali. mis sociata esse videtur, siquidem ab ea tantam vtilitatem elice-
re possumus. B. Ambrosius inquit, illū hominem, qui se quoquo
modo immortalem cogitauerit, siue in hac vita, siue in alia, mise
rū, afflictū & dolore plenum statum habiturū esse, si diuina gra
tia & fauore caruerit, qui eam immortalitatem gloriosam & fœ
licem efficiat. Ideò nomini maximè conducit ita viuere, vt nū- 17
quā ipsum pœniteat immortalem esse, & Domino gratias agat,
siquidem cū propter originale peccatum malis obnoxius remā
serit, hac mortis pœnali lege magnam occasionem habet se ab il
lis cohibendi & refrenandi. Valde autem notandum est diuinā
misericordiam etiam magis elucere in eo, quòd non solum vo-
luerit, vt omnes morerentur, sed quod id diuersis esset ætatibus.
Posset quidem Dominus pro diuino suo arbitrio constituere,
vt omnes vsq; ad certam & præfinitam ætatem, scilicet, vsq; ad
sexaginta aut septuaginta annos viuerent, & cum ad illum ter-
minum peruenirent, morerentur. Sed voluit, vt in varijs ætati-
bus mortis debitum persoluerent, alij quidem cùm decem an-
nos agerent, alij cùm duodecim, alij cum quindecim, alij cùm
viginti &c. Nè, scilicet, alicuius ignauiæ aut incuriæ occasionē 18
Matth. 24. haberent, quin potius continuò essent parati. Iccirco cum Do-
minus diceret, Vigilate ergo, adiecit statim: Quia nescitis, qua
hora Dominus vester venturus sit. Quasi diceret: Siquidem ho-
Simile. ram nescitis, omnibus horis vigilate. Si rex domum quandā ædi
ficari iuberet, tam altis fundamentis ac tam fortibus muris circū
datam, vt nullo modo perfodi possent, & ibi magna delinquen
tium multitudo esset inclusa, in quos iam mortis sententia lata
esset, & ipse rex diceret, suam esse voluntatem, vt omnes simul
nō interficerētur, sed vna die quinq; è domo educerentur, & eo
rum capita abscinderentur, alia decem necarentur, alia quinde
cim, & sic paulatim omnes morte consumerentur, ita vt nullus

corum

19 eorum ſciret, qua die eſſet morti tradẽdus, dicite, obſecro, mihi quales eſſent illi miſeri homines? quid cogitarent? in quo tempus conſumerent? Nunquid in ludis, voluptatibus aut murmurationibus? Nũquid in rixis aut contentionibus? Non illos adeò inſanos eſſe exiſtimo, vt hoc agerent, quin potius cogitabundi ac triſtiſsimi animas ſuas ad Deum dirigerent, & ab ipſo ſuorũ peccatorum veniam poſtularent. O appoſitiſsimam ſimilitudinem ſtatus miſerabilium poſt peccatum filiorum Adæ. Omnes in hoc mundo velut in carcere incluſi ſumus, circundati in expugnabilibus muris, videlicet, potentia Dei, àqua nullo modo fugere poſſumus, & in nos omnes prolata eſt mortis ſententia, àqua nulla eſt appellatio, excepto quod diuina prouidentia inſtituit, nè omnes vno die moreremur, ſed hodie aliqui, cras alij
20 & alia die alij &c. Et hoc eo ordine decreuit, vt diem nec horã, in qua hæc diuina iuſtitia in nobis executioni mandanda eſt, penitus neſciremus. Quales ergò cogitationes noſtras, deſideria, opera, atq; conuerſationes oportet eſſe? Si illos, quos modo retulimus vltimo ſupplicio dãnatos, vidiſſetis ludis atq; alijs mundi vanitatibus vacare, non nè in admirationem raperemini, & illos inſanos & amentes appellaretis? Quare ergo vos ipſos non admiramini? Eos alloquor, qui tempus in effræna tis ac turpibus appetitibus ſuis ſatiandis conſumunt. O pater luminũ & Deus immenſæ charitatis, illumina, obſecro, per infinitam clementiã tuam hos cæcos, vt tempus ſciant conſumere, & ab eo, ſiquidẽ modo licet, vtilitatẽ educere, antequã eos furor tuus abſorbeat, & nullũ ſibi remediũ inuenire poſsint. In ſacro Exodi volumi-
21 ne legitur, quod cùm Pharao & famuli eius ac ſequaces morti propinquos ſe aſpicerent, voluerunt ab incepto deſiſtere, & à perſecutione Hebræorum retro cedere. Dixerunt nanq; (ait ſacer textus) fugiamus Iſraelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos. At ſero ſapuerunt, nam (vt ſtatim dicitur) Fugientibus Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. O quot miſeris hominibus hoc contingit: quos cũ Dominus ad pœnitentiam, ſicut Pharaonem ſæpenumero vocauerit, ipſi ſurdi efficiuntur: poſtea verò quando vltionem Dei ac ſupplicium fugere volunt, portas remedij occluſas inueniunt, ſicut Pharao vndas maris obſeratas comperit & intercluſas. Deus nos minimè creauit, vt in ſola mortis hora ei ſer- *Exod. 14.*

uiremus, sed vt omnem vitam nostram in eius seruitute impen-22
deremus, & nihil faceremus modò de quo posteà nos pœniteret: quod si fortasse egimus, nũc illud lugeamus: sicut S. Dauid
Psal. 6. fecit, qui, post quã peccauit, dixit: Anima mea turbata est valde sed tu Domine vsq; quo? Conuertere Domine, & eripe animã meam: saluũ me fac propter misericordiam tuã, quoniã nõ est in morte, qui memor sit tui. Nunquid Rex sancte, nullus est qui Dei in morte sua recordetur? Experientia quotidie contrariũ videmus, siquidem, non solum probi, verum etiam improbi & scelerati homines, qui in vita sua quam plurima flagitia perpetrarunt, Dei tũc recordantur, & Christũ crucifixum amplectũtur suorum peccatorum veniam humiliter postulantes. Ad hoc respondetur, sanctũ Regem ibi mortem appellare infernum. Et ita statim se explicuit dicens: In inferno autem quis confitebitur 23
tibi? Sed quanuis mortis tẽpore peccatores Deũ reminiscantur, & in memoriã reuocent, tamen sancti maxime de hac recordatione trepidant, quoniã in illa hora nimis parua opportunitas est, vt sicut oportet Dei recordẽtur. Et quoniã tẽpus illud adeò
Psal. 54. importunũ est, idẽ S. Dauid orabat dicẽs: Exaudi Deus orationem meã, & nè despexeris deprecationẽ meã, intende mihi & exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, cor meũ conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & cõtexerunt me tenebræ. O vtinã spiritum D. Pauli & vocem sonoram haberem ad exclamandũ, & cum spiritus feruore hæc sancti Prophetæ verba explicando quæ vnum quemq; nostrum dicere oportet, in memoriam reuocando illud seueriss- 24
imũ & periculosissimum mortis spectaculum.

Hæc omnia occasione huius adolescentis defuncti diximus, nè quis in ætate confidat, nec se vllo tẽporis momẽto securũ putet: quin potius illam continuo ante oculos habeamus. Maxime vero, qui adolescentes sunt hoc fræno plus egent, vt suã rebellẽ sensualitatẽ cohibeãt, & in cordis puritate ac corporis mũditia viuãt, qua Domino creatori suo magnopere placebũt. At-
Osee. 11. que ita Dñs per prophetã Oseã ait: Quia puer Israel & dilexi eũ. Sicuti etiã idẽ Dominus elegit Saul, quando ita purus & mũdus erat, vt cũ esset adolescens de eo sacra scriptura dicat: Filius
1. Reg. 13. vnius anni erat Saul, cũ regnare cœpisset. Et in paraphrasi Chaldaica

25 daica habet, Saul vir erat innocēs sicut puer vnius anni, in quo nulla sunt peccata. Puer us etiā erat nobilis quidā adolescēs, diues ac delicatus, qui prædicatorū ordinē ingressus fuisse legitur cumq; ab amicis cōmoueretur, vt religionē, quam susceperat, relinqueret: futurū enim erat, vt ipse, qui tot illecebris educatus fuerat, asperitates illius sanctæ religionis minime perferre posset, ipse respondit dicēs: Quin potius ob id huius sanctæ religionis habitū suscepi, quoniā, inquit, cōsideraui me esse nimis delicatū, & quēcūq; laborē licet paruū difficillime sustineo, & quęlibet asperitas mihi grauissima apparet, qualiter ergò acerbissimas & ęternas inferni pœnas potero tolerare? Satius igitur mihi erit, hos breues ac paruos religionis labores quam illos æternos gehēnæ perferre. Itaq; ipsum delicatū esse, huic pio adoles-
26 centi causa fuit, vt mundū desereret, & in cordis puritate Domino inseruiret. Similes huic in sacris religionibus nūc quā plurimi reperiūtur, qui cū pueri, diuites, nobiles, ac delicati sint: quadā fere angelica puritate viuunt, sua tenera corpuscula ieiunijs, cilicijs, disciplinis, atq; alijs pœnalibus exercitijs mortificātes. Et diuina prouidentia, atq; ingenti Dei beneficio fit, vt in sacro sancta Ecclesia ex his quā plurimi sint, quā diuinus Psalmographus in quodā psalmo vitē appellat dicēs: Vxor tua sicut vitis abūdans, Sicut enim ex vite racemi, qui nondū ad maturitatem peruenerūt, colligūtur, ex quorū succo ab ipsis premēdo extracto efficitur salsamentū, quo insipidæ epulæ sapidè māducari possunt, sic in sancta Ecclesia maximè in sacris religionib⁹ sunt quā plurimi iuuenes ac puellę sancti, qcūsanctis exercitijs in sua
27 tenera ætate contriti & expressi velut racemi sint, ab eis suauissimus boni exēpli liquor emanat, qui est quoddā salsamentū efficacissimū, quo omnes, qui in mūdo estis, operationē virtutū degustare, & gaudia ac voluptates humanas fugere valeatis: quę quidē plenæ sunt veneno illis, qui ipsis fruūtur. Atq; ita eis dicti potest illud Prophetę Isaiæ: Oua Aspidū ruperūt. Hæc oua feris cādida sunt, & oculis aspicientiū pulchra, si autē cōfringū tur, intus veneno mortifero ipsi aperiēti sunt plena. Sic humanę deliciæ, quę tā pulchræ foris apparēt, intus lethali veneno quod animas interficit, refertæ sunt. Ex quo patet, quā vera sit sententia illa Philosophorū, scilicet: In regno voluptatis virtuti nō est locus. Quēadmodū enim emortuæ carnes in aqua dulci corrū puntur

Psal. 127. Simile.

Isai. 59. Simile.

Simile.

pūtur, vermibusq; scatere incipiūt, in salsa vero quādiutissime 28
conseruantur, & à nauigantibus ad extremos vsq; mundi fines
incorruptæ deferuntur: sic humanus animus laboribus perficitur, & conseruatur, & probatur, delicijs vero ex vitæ blandimē
Ierem. 32. tis dissoluitur. Iccirco S. Ieremias ait: Vsq; quò delicijs dissolueris filia vaga?

Eia ergo iuuenes & virgines oculos aperite, & bona exempla inspicite, quæ vobis alij eiusdē vestræ ætatis & conditionis præbent. Illos imitari omni solicitudine contendite: cauete nè vos sic dissolutos & deprauatos mors arripiat & in infernum sempiternis flammis arsuros detrudat.

Ecce inquit, defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ, & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Ex hoc conspicitur, viduam hanc diuitem esse, nam mundus eos, qui diuitijs abundāt, 29
honorat, pauperes vero & egenos nec aspicere vult. O quā pauci pauperes infirmos inuisere dignantur, & ipsis decedentibus corpora eorum ad sepulchra comitantur: sed quibus mundus deficit, non deficiunt exercitus angelorum, qui animas eorum, super æthera collocent, sicuti animæ pauperis Lazari fecerunt. In
Luc. 16. quo maximè perpendendū est solere sacrosanctā Ecclesiam in obitu cuiuscunq; fidelis defuncti, siue rex sit, aut imperator, vel mūdi monarcha, orare & dicere hæc verba: Et cum Lazaro quōdam paupere æternam habeas requiē. Vt plane videatis quāti Deus pauperes faciat, quos vos immeritò contemnitis, & nec in vita nec in morte illos sed diuites ac potentes sociare vultis, quibus fortasse Deus vestro comitatu aliqua bona opera vult persoluere. Nam in vitis Patrū legitur fuisse quidam in solitudine eremita, Domino fideliter ac deuote seruiens, ad quem vir quidam pius ex vrbe cibum deuotionis causa deferebat, Cumq; in illa vrbe quidam nefarius & crudelis homo valde diues esset, factum est, vt tandem moreretur, & sicut in vita magno honore affectus fuerat, sic & in morte: nam episcopus & omnes clerici & magna populi frequentia multis luminibus incensis eum comitantes ipsius funera egerunt. Cum autem pius homo portionem ad eremitam deferret, ipsum mortuum & à bestijs dilaceratum inuenit. Quem postquā sic vidit, in terram proiectus & cupidus sciendi tam varia Dei iudicia ad ipsum Dominum orare cœpit, vt causam sibi aperiret. quare diues ille, cū adeo crude

lis

lis & sceleratus in vita extiterit, in morte tanto honore affectus
31 fuerit: at verò sanctus vir, qui tam fideliter ei diu noctuq; seruierat, cur à feris ita discerpi & cōminui permiserit? Cui angelus quidam apparuit, eumq; sic allocutus est: Scias frater illum nefariū hominem aliquot in hac vita bona fecisse, in quorū remunerationem illo honore pro præmio affectus est, siquidē in alia vita nullum aliud accepturus erat. Hic autem eremita licet in vita sua virtute præditus fuerit, tamen aliquot defectus cōmisit, ob quos hanc pœnam in hac vita sustinuit, vt per illā penitus mūdaretur. Ecce igitur fratres, qualiter nec diues, quia multitudine stipatus in sepulturam ducitur, saluabitur, si in peccato mortali obijt, nec pauper, si in gratia decessit, damnabitur, ex eo quod funera eius sine pompa & absq; hominum comitatu fiant. Fateor
32 tamen bonorum orationes maxime adiuuare illum, qui in purgatorio aliquid satisfacturus est.

Quam cum vidisset Dominus misericordia motus super eam, dixit illi: *Noli flere*. O fœlices lacrymæ, quæ talem habere meruerūt cōsolatorem. O fœlix miseria, quæ talem habuit depulsorem. En fratres calamitatum fructus. Aristoteles in suo de generatione volumine ait: Motus solis in obliquo circulo causa est generationis, quia si semper directè luceret super hemisphæriū nostrū ita terram aridam faceret, vt efficeretur sterilis. Sic cōtinua prosperitas multis esset occasio sterilitatis: ideo res admodum vtilis est, aliqua pati infortunia, vt huic viduæ contigit. *Arist. 2. de generat.*

Hic etiam maxime ostēditur, qui sunt cœlesti consolatione digni non plane illi, qui ducunt in bonis dies suos: qui tenent
33 tympanum in manu, & gaudent ad sonitum organi, ait S. Iob, sed eos visitat Christus, & eorum lacrymas abstergit, qui labores patienter sustinent, & in creaturis solatium nullum habere volunt. O nos beatos, si quisq; nostrum cum Rege Dauid corde & ore, dixerit: Renuit cōsolari anima mea. Et quid ex hoc sequutum fuit, nempè: Memor fui Dei & consolatus sum & exercitatus sum & defecit spiritus meus. Videte scalā Iacob, per quā quotidie angelici viri super æthera conscendunt: & (ni fallor) horum quinq; gradus prior est & quasi basis aliorum renuntiare gaudijs fucatis huius sæculi. Delicata est enim consolatio diuina, ait D. Bernardus, & non patitur alienam. Ideo orabat S. Iob dicens: Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non par *Iob. 21.* *Psal. 77.* *Iob. 6.*

B. August. cat. Et B. Augustinus eodem spiritu inflammatus aiebat, Domine hic vre, hic seca, & nihil mihi parcas, vt in æternũ parcas. O viros robustos, ò Gigantes strenuos, qui nõ diuitias aut honores vmbraticos postulabant, sed squalentes carceres, flagella, & rogos ardentes, quo omni solatio humano orbati diuinum solamẽ accipere mererentur. O nospusillos & fragiles, qui quauis ærũna cruciante statim succumbimus, & tanquam infirmi ad gaudia mundi conuolamus. Precemur ergo Christum bonũ nostrũ vt sua gratuita dignatione suaq; virtute roborati sanctorũ Patrũ vestigia sectemur, ita vt prorsus sæculi huius gaudio posthabito spiritualia & quæ vera sunt gaudia omni solertia quæramus & assequamur. Discamus ab hoc cœlesti magistro viduarũ & pupillorum misereri: quia (vt ait B. Iacobus) Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, visitare pupillos Iacobi. 1. & viduas in tribulatione earum. Et ad hoc notandum est, misericordiam (vt ait B. Thomas) dici eo quod quis miserum habeat D. Tho. 2. 2. q. 30. art. 1. cor super misericordia alterius. Hinc à Philosopho misericordia tristitia vocatur super apparenti malo. Vnde sequitur quòd Arist. 2. Rhetori. si quis alienam miseriam videns pro sua virili non subuenit, is misericors neutiquam est: vera enim misericordia hominem cõpellit ad patrocinandum eo modo, quo potest. Ideo Christus Dominus, qui fons est misericordiæ videns plorantem viduam 1. Thess. 4 eius miseratione commotus dixit, Noli flere. B. Paulus ad Thessalonicenses scribens ait: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent: si enim credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus, eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Non ait S. Apostolus, vt non contristemur propter mortuos, sed quod non tantam, sicut infideles, capiamus animo tristitiam, siquidẽ glorioſam morientium in Domino resurrectionem credimus. Eccle. 38. Huic sententiæ cohæret Ecclesiastici. Fili in mortuum produc lachrymas & fac luctum secundum meritum eius vno die vel duobus propter detractionem, ideſt: propterea quod si id non egeris, existimabunt circunstantes te illum vel odio fuisse prosecutum, vel saltim non tanto, sicut par erat, amore dilexisse. Ideò in signum amoris iustum est, vt plores: sed hoc secundum meritum illius facito. Si enim qui mortuus fuit. Reipublicæ vtilis & exemplaris erat, ipsum ob detrimentum & iacturam, quæ ex

eius

37 eius morte proueniet, deplora. Sicut Rex Ioas feciſſe à ſacra ſcriptura narratur. Qui cum Sanctus Eliſeus morti eſſet propinquus, deſcendit (ait ſacer textus) ad eum, & flebat coram eo, dicebatq; Pater mi Pater mi, currus Iſrael & auriga eius. Hoc eſt: Tu Iſraelitico populo murus eras tu defenſor & ars munitiſsima: plus enim tu ad regni munimentum, quam omnes currus & equites, omneſque hominum armatorum phalanges conferebas. Ex eo autem quod obitum iuſtorum non ſentiamus & magnopere deploremus, ſanctus Iſaias conqueritur dicens: Iuſtus perit, (ideſt moritur) & non eſt, qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur, quia non eſt, qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Ex his verbis infertur, debere nos iuſtorum mortem lugere, tum quia ipſis deficienti-
38 bus maximum inde nobis incommodum prouenit, tum etiam quia ipſi propter peccata noſtra ab hac vita in cœlum rapiũtur. Si vero peccator erat & in peccato obijt, tunc multo maior ad ipſum lugendum ſe ſe offert occaſio, ſicut Sanctus Dauid pro filio ſuo Abſalon plorauit dicens: Fili mi Abſalon, Abſalon fili mi, quis mihi tribuat, vt egò moriar pro te? At cùm puer, qui ex Bethſabee ei ortus fuerat, è vita migrauit, quoniam innocens erat, pro eo lacrymas profudiſſe non legitur. Licet enim quando infans ægrotabat, dicat ſacer textus: Deprecatus eſt Dauid Dominum pro paruulo, ieiunauit ieiunium, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram: tamen vbi primum audiuit, illum mortuum eſſe, ſurrexit de terra & lotus vnctuſque eſt &c. erudiens in hoc non debere homines exceptis cauſis, quas
39 retulimus, propter aliud mortuos deplorare. Narrat Plutarchus inter Licaonios legem fuiſſe, qua prohibebatur, nequis pro morte aut pro alio infortunio ſe triſtem vel lugubrem oſtenderet, niſi in habitu fœmineo: ſola enim fragilitas mulierum triſtitiam, quæ pro caſibus accipi ſolet, excuſare poteſt. Multò profecto melius hæc lex iſtis temporibus ſeruire poterat, cùm pro defunctis, qui Chriſtiano ordine mortui ſunt, confidenter cantamus, Requiem æternam dona eis Domine & lux perpetua luceat eis. Ex his, quæ diximus, infertur, quod cum Dominus ac Saluator noſter huic viduæ dixit. Noli flere, lacrymas minime damnauit, quæ cum reſpectibus, quos diximus profunduntur:

4. Reg. 13.

Iſaiæ. 57.

2. Reg. 18.

2. Reg. 12.

ſed ideo hoc ei dixit, quoniam filium eius defunctum reſuſcitare volebat. Quæ quidem verba nos illis dicere poſſumus, qui filios, cùm adhuc in tenera ætate erant, antequã eos mundus contaminaret, amiſerunt. Licet enim verum ſit, Deum ſæpenumero vitam peruerſorum & impiorum abbreuiare, nè plura ſcelera committãt. (Et ad hoc propoſitum explicat Titelmanus verba illa pſalmi, Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhãnum, ſicut viuentes ſicut in ira abſorbet eos. Rhamnus genus quoddam eſt ſpinarũ, quæ poſtquam creſcunt, ſunt velut acutiſsimæ acus & cũ ſanctus Dauid ait, quod antequam tenera ſpina indureſcat eam furor Domini conſumet & abſorbet, perinde eſt ac ſi diceret, Deum plurimis ſceleratis vitam eſſe breuiaturum, ne deteriores fiant. Hoc etiam aperte S. Iob ait de peccatore loquens: Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius areſcẽt, ideſt, opera & machinæ ipſius in nihilum redigentur, & morte eius areſcent. Et in contextu Græco atq; in paraphraſi Chaldaica habetur: Et ramus eius. Et in tranſlatione Syriaca legitur: Areſcet, ideſt, omnis pompa & pulchritudo eius immature areſcet) quamuis inquam Deus cum impijs ſic agat, tamen alios, qui puri & ſynceri ſunt, antequã macula inficiantur & inquinentur à rebus mundanis, ad ſe per mortem attrahit: ſicut cùm quis vineam aliquam iuxta iter habet, fructus eius nondum maturos colligit, ne viatores, qui illinc tranſeunt, vuas ipſius furentur, & ipſe, cum ſit dominus, eas penitus amittant. Atq; ita de iuuene iuſto in ſapientia dicitur: Viuens inter peccatores tranſlatus eſt raptus eſt, nè malitia mutaret intellectum eius, aut nè fictio deciperet animam illius, placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Ille, qui noctu amicum ſuũ ludentem videt, ſcieus, ſi ludus in longũ differretur, illum omnes ſuas diuitias ac numos eſſe amiſſurum ingens in eum beneficium conferret, ſi candelam extingueret, ne vltra ludus progrederetur, & ſuam dilectus amicus pecuniã amitteret. Sic, quia Deus eſt noſter fidelis amicus, & ſcit, quòd ſi aliquorum dies in longius tempus differantur, animas ſuas facillime amittent innumerabilia peccata committentes, ſolet lucernam vitæ eorum, nè penitus deſtruantur, extinguere. Qua propter, tu Pater ſeu mater, qui filium amiſiſti, noli flere, ſcilicet, numis, ſiquidem Deus illum à te, vt in bonum ipſius redundaret

Titelma. ſuper pſal. 57.

Iob. 15.

Simile.

Sapien. 4.

Simile.

40 41 42

43 daret, auferre dignatus eſt. Solet etiam Dominus parentes filijs priuare, vt, videlicet, ipſi magis expediti ſint ad ipſius Dei ſeruitium, ſicut hortulanus ſolet fruticationem arboris & ſuperflua eius, vt ipſa magis creſcat, & vberiores fructus proferat, ab ſcindere. B. Hieronymus refert, quandam piam & deuotam fœminam, cùm vna die vir eius & duo filij ex vita migraſſent magno animi feruore dixiſſe: Scio Chriſte quid quæras, quæris totum meum amorem. O fœlix mulier, quæ ſic illa ſancta conſideratione ex laboribus commodum & vtilitatem ſciuit educere. Facite & vos ſic fratres mei, & hanc prudentem fœminam imitari contendite, cũ vos filijs orbatos videritis, omnem veſtrum amorem in eo, qui illum meretur, videlicet, in Deo collocate.

Simile.

B. Hierony.

Igitur poſt conſolatoria verba *Acceſsit Chriſtus Dominus & tetigit loculum.* Vbi B. Cyrilus ait: Non ſolum verbo peragit miraculum, ſed & pheretrum tangit, vt agnoſcas efficax eſſe Chriſti corpus ad humanam ſalutem: eſt enim caro verbi omnipotentis cuius habet virtutem. Sicut enim ferrum adiunctum igni perficit opus ignis: ſic poſtquam caro vnita eſt verbo, quod viuificat omnia, ipſa caro facta eſt viuificatiua & mortis expulſiua. O appoſitiſsimam ſimilitudinem & annotatione dignam. Mira res. Non vt Helias aut Eliſeus ſuper corpus mortuũ incubuit, nec vt Petrus pro Thabita ſuſcitanda orauit, ſed tãquam Dominus omnipotens vocauit adoleſcentem delatum ad ſepeliendum dicens: *Adoleſcens tibi dico, Surge. Et reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ:* Siquidem propter eius amorem illũ ſuſcitauerat. Ex quo patet, lacrymas & orationes proborũ parentum erga filios plurimum coram diuino conſpectu valere, ſicuti è contra improborum parentum ſcelera filijs multorũ laborum cauſa eſſe ſolẽt. D. Auguſtinus & B. Thomas inquiũt filios nunquam puniri pœna ſpirituali pro parentibus, niſi cõmunicent in culpa, vel per originem vt peccatũ originale: quia (vt dicitur in Ezechiele propheta) Filius non portabit iniquitatem patris. Pœna autem corporali interdum iudicio diuino vel humano filij pro parentibus puniuntur, in quantum, ſcilicet, ſunt aliquid patrum ſecundum corpus. Et alibi idem S. Doctor aliam diſtinctionem adhibet, dicens, quòd pœna conſideratur bifariam, primò pro ratione pœnæ, ſecundò ſub ratione medicinæ peccati. Pœna primo modo ſumpta non debetur niſi peccato,

Simile.

D. Auguſt. in epiſt. ad Auitum.

B. Tho. 1. 2 q. 81. art. 2. ad. 1.

Ezech. 18.

B. Tho. 1. 2 q. 87. art. 8.

cato, quoniam per pœnam reparatur æqualitas iustitiæ, & hac 46
pœna non punitur nisi peccator. Pœna autem secundo modo
sumpta, pro vt est medicina, irrogatur aliquibus absque culpa
propria sed non absq; causa: & hoc solum in bonis tẽporalibus,
non in spiritualibus & æternis. Et resedit, qui erat mortuus, ad
vnum tantum verbum, quod Dominus locutus est. Tu autem
ò miser peccator non vis à culpa suscitari, Deo ipso te quã plu-
rimis vocibus, diuinis inspirationibus, ac suis prædicatoribus
admonente.

Accepit autem omnes timor. Cur, quæso, timor? Quia in effectu
causam cognouerunt, hoc est, in hoc diuinitatis opere, diuinita
tis omnipotentiam & gloriam præsentem adesse senserunt. Ea
enim est diuinæ maiestatis amplitudo, vt cùm ea aliquo signo
manifeste proditur, non possit humana infirmitas non præ eius 47
admiratione obstupescere atque trepidare. Ex hoc fratres licet
deducere, quale erit irati iudicis in die illa tremenda vultum ex
pectare, quis pauor, quis mæror, quis horror, quæ trepidatio, cũ
reprobi homines scissuras petrarũ & saxorũ cauernas requirãt
ne vultũ iudicis iratum cernant. Si modo accepit homines ti-
mor, cùm Dei omnipotentis gloriam in mortui huius excitatio
ne viderunt, quid facient, cùm eundem non mortuos ad vitam
reuocantem, sed viuentes sempiterna morte mulctantem vide-
rint? Nunc autem fratres in potestate nostra est, vt in illo die nõ
iratũ sed placidũ iudicẽ ad cœleste regnũ inuitantem cernere va
leamus. Fœlix, qui hoc semper animo agitat. Fœlix & verè pru
dens, qui sic vitam instituit, vt se semper ad illum diem præpa-
ret: hac enim præparatione diuinam gratiam adquiret, qua com 48
paratur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amẽ.

AD LECTOREM.

PRo hac Dominica decimaquinta duas conciones inuenies
in Quadragesimali nostro in feria quinta post quartam
Dominicam Quadragesimæ.

DOMI-

DOMINICA XVI.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA.

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbatho manducare panem, & ipsi observabant eum. Lucæ. 14.



IN sacro Deuteronomij volumine Sãctus Moyses nomine Dei populum Israeliticũ sic allocutus est: Si audieris in vna vr- *Deuter. 13.*
2 bium tuarum dicentes aliquos: Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterũt habitatores vrbis tuę, & dixerunt: Eamus & seruiamus Dijs alienis, quære solicite, & diligenter rei veritate perspecta si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaque, quæ in illa sunt vsq; ad pecora. Quidquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas, non ædificabitur amplius. Quid quæso fratres hac
3 lege seuerius? Quid agis Domine? quid hac lege præcipis? Quænam huius legis æquitas & iustitia est? Satis enim esse videbatur, vt rei criminis huius ferro atque igne interirent. Quid pueri infantes commeruerunt? Quid varia domus supellex? Quid pecora? Quid parietes domorum & mœnia ciuitatis, vt ea destruere, solo æquare, & comburere iubeas? Quod si iudicia Domini vera sunt & iustificata in semetipsa, quis hanc adeò seueram legem iustificabit? Sed quæro à te, quis illã contra primũ parentem latam sententiã iustificabit, per quã omnis eius posteritas æternę pœnæ damnata fuit propter vnã duntaxat rem tam facilem, qualis fuit ex vno pomo vetito mãducare? Ecqs etiã obsecro legẽ iustificabit, quę iubet,

vt pro-

vt propter vnum tantum modo peccatū mortale, quod breuissimo tēporis spatio cōmittitur, ille, qui illud perpetrat, in æternis inferni cruciatibus patiatur? Nullus profecto eam, nisi infinita & immensa Dei bonitas iustificat. Quæ etiā hanc legem iustificat, vt videlicet non solū peccator, sed quidquid suis manibus tetigit, & quidquid ei inseruiuit, penitus destruatur. Ex quo patet, quam immēsa sit Dei bonitas, siquidē qui eū offendit, tanta pœna dignus est. Hinc etiam infertur, quantum malum sit peccatū, & quod si vnū peccatū totā vnam vrbem, quin imo & totū mundū Deo odibilem reddit, (sicuti peccatū Adę primi parētis fecit) quanto magis quodlibet opus licet bonū sit, si cū peccato coniūgitur, odibile reddet? Hoc D. Paulus mirabiliter ad
1. Corin. 10. Corinthios scribēs docet. Nolo inquit, vos ignorare fratres, quoniā Patres nostri omnes sub nube fuerūt, & omnes mare transierūt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandē escam spiritualem manducauerūt. Ideſt, omnes sancto Moysi, crediderūt & obtemperarunt, omnesq; verbis eius cōfidentes per mediū maris transierūt, ac doctrinæ ipsius pasti fuerūt, eamq; secuti sunt, sed nō in pluribus eorū beneplacitū est Deo. Hoc est: Quamuis hæc bona opera egerunt, tamē Deo nō placuerūt, quoniā cū illis bonis operibus quā plurima scelera miscuerūt. Quæ quidē statim sanctus Apostolus incipit recē sere dicēs: Hæc autē in figura facta sunt nostri, vt nō simus concupiscētes malorū, sicut illi cōcupierūt, nec idololatræ efficiamini, sicut quidā ex ipsis, nec fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt &c. Ecce igitur qualiter peccatū venenū est, quod opera, licet de se studiosa sint, inficit.

Excellens profectò opus erat, Christū Redemptorē nostrū ad manducandū inuitare, sed peccato deprauatę intētionis hoc opus corruptū & vitiatū est, siquidem sacrosanctū hodiernum Euangeliū inquit: *Ipsi obseruabant eum*, Quasi dicat, Princeps Pharisæorū, qui Dominū inuitauerat, alios etiam Pharisæos sibi similes in malitia inuitauit, vt omnes simul attente inspicerent, in quo eum calumniantes notare possent. Hæc est mūdi perditio: nullus suis peccatis & sceleribus contentus est, sed omnes in ipsis volunt sociari, sicut huic improbo Pharisæo contigit. Leo,
Iudic. 14. quem Sanson interfecit, in ore mel habuisse, viscera verò & reliquum corpus corruptum fuisse, legitur. Sic hi miseri Pharisæi

in ore

7 in ore mel habebant, hoc est, dulcia verba, quibus Dominũ inuitabant: at viscera & corda eorũ inuidia & malitia penitus corrupta & inquinata erant. Isti cum populi concionatores essent, dissecabantur cordibus suis, videntes summi prædicatoris Iesu Christi acceptationẽ, & ferre non poterant, vt populus ipsis relictis eum sequerentur. Cain & Abel fratres erant, & credere dignum est, illos initio maxima familiaritate & amicitia coniunctos fuisse, sed cum ambo sacrificium offerre, & idem munus exercere cœperunt, statim in altero videlicet, Cain inuidia regnare cœpit, & fratrem suum Abel tanto odio prosecutus est, vt, quousq; eum interfecit, non quieuerit. Ideò in prouerbio dicitur. Quis es tuus inimicus? Ille qui idem munus exercet Hispanè, *Quien es tu enemigo el hombre de tu officio*. Propterea Pharisæi *Gene. 4.*

8 adeò aduersarij erant immaculato agno Iesu Christo, quia, scilicet, prædicationis munus etiam exercebant, & ideo, *Obseruabãt eum*. Vtinam hoc malum in Pharisæis tantum remaneret, nec vlterius progrederetur. Sed proh dolor siquidẽ tot hodie in populo Christiano insidiatores suorum proximorum inueniũtur, super quos, si ipsi se non corrigunt, incidet illa Prophetæ Haba- *Habacuc. 2*
cuc maledictio: Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius. Fel est malitia, inuidia, & odium, quo improbus ac sceleratus conatur proximi sui defectus detegere, de eo iniuste male suspicans. Auertite fratres inuidias & malitias de cordibus vestris, si ab hac maledictione liberi esse vultis, & diuinam misericordiam consequi desideratis. Nam S. Isaias ait: Anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria *Isai. 58.*

9 Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet, Adsum. Si abstuleris de medio tui cathenã, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. Longè certè admirabilia sunt hæc dona & alia, quæ hic nomine Dei sanctus Propheta pollicetur tibi ò homo, si cathenas, quibus anima tua ligatur, idest, scelera ac peccata alijs sceleribus coniũcta, abstuleris atq; exolueris: ex malitia enim inuidia oritur, & ex inuidia odium, & ex odio suspicio, proditio, homicidium, atq; alia quam plurima scelera nascuntur. Et si desieris extendere digitum. Quando aliquis digitum erigit, signum est, quo pollicetur se promissa adimpleturum. Atq; ita dicere soletis promittẽti aliquid: Eleua digitum tanquam fidelis homo & sic res confir- *Simile.*

mata

mata remanet. Iccirco, Si desieris extendere digitū, perinde est 10
ac si diceretur, si te in malo non confirmas. Vel secundū sanctū
B. Hiero. Hieronymū, Si desieris extendere digitum, hoc est, si desieris
ostendere digito proximum tuū de eo male iudicans & dicens
illum digito ostendens, Ecce ille talis aut talis est, vel, sine dubio
ille ad aliquod scelus perpetrandum pergit. Igitur frater charis-
sime hæc mala depone, & tantorū malorum particeps non essi
cieris. Et implebit Dominus splendoribus animam tuam, & eris
quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficiēt
aquæ, sicut statim inferius promittitur. Disce bona opera san-
D. August. cta intentione patrare, nam (vt ait D. Augustinus) non solū bo-
sup. Ioan. nus est, qui bonum facit, sed qui propter bonum facit. Magnus
peccator fuit Saul, & magnus peccator Rex Dauid, & vterq; de
suis sceleribus pœnituit & ea publice confessus est. Saul enim 11
dixit: Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini Da-
1. Reg. 15. uid autem, Peccaui inquit, Domino. Deus verò pœnitentiam
2. Reg. 12. Regis Dauid admisit eo quod sancta intentione facta fuit, pœni
tentiam autem Saulis, quoniam eam debita intentione non egit
abiecit. Similiter infœlix Iudas & B. Petrus ambo Christū Dei
filium prælatum habuerunt, ambo in eodem collegio commili
tones fuerunt, ambo peccatores, ambo proditores suo magi-
stro, siquidem alter semel illum vendidit, alter ipsum ter nega-
uit: ambo dixerunt, Peccaui: sed Iudas reprobatus fuit, quoniā
illud sancta intentione & fiduciæ plena nō dixit: at Diuo Petro
condonatum est peccatū, quia bona intentione dixit, Peccaui.
Ex his stupendis exemplis patet deprauatam intentionem ipsa
bona opera mala facere: intentionem vero rectam eadem bona 12
opera diuinæ maiestati grata & accepta reddere. Sed dicet ali-
quis, si Dominus deprauatū illorū Pharisæorum cognoscebat
animū & intentionē, quare cū illis voluit manducare? Ad hoc
B. Cyri. sup. B. Cyrilus respondet dicens: Quāuis Dominus malitiam Phari
hunc loc. sæorū cognosceret, in eorū tamē aderat cōuiuijs, vt prodesset
præsentibus per verba & miracula. In quo diuinus magister nos
docuit animū, quē ergaillos, qui nos odio prosequūtur, habere
Simile. debemus. Si esset imago quædā Christi crucifixi, quē ipsemet
Christus Filius Dei depinxisset, qua reuerētia & honore habe-
retur? Et si hæc imago cadēs caput tuū percuteret, & postquā ce
cidit, in luto remaneret, forsan deuotionē & reuerētiā, quā erga

illam

illã habebas, ob id amitteres? Minime pfecto, quin potiꝰ diligẽ
ter eã à luto educeres, & ipſam omni ſedulitate mũdares. Quis
enim eſſet adeò inſanus & mẽte alienus, vt, quia imago cadẽs eũ
percuſsit, de ipſa vltionẽ ſumere volẽs, eã frangeret, & in fruſta
redderet? Deus nos à tãta inſania eripiat, qui enim tale facinus
perpetraret, crudeli ſupplicio dignus eſſet. O vtinã fratres mei
hinc intelligatis obligationẽ, qua aſtricti eſtis, vt proximis, qui
vobis nocẽt, benefaciatis, & intelligatis etiã crimẽ, quod cõmit
titis malũ pro malo reddentes. Optimè ſcitis proximũ veſtrũ
eſſe quandã Dei imaginẽ ipſius proprijs manibus depictam &
fabricatã. Si igitur ob malitiam ſuam imago hæc incidit, & ali-
quem veſtrũ vexat & dolore afficit, atq; hoc modo cadens ipſa
in luto culpæ remanet, propter reuerentiam & amorem immen
ſi Dei, qui eã ſuis manibus pinxit & fabricauit, ad ſuiq; imagi- non reddendum malum pro malo
nẽ fecit, obligatione aſtricti eſtis, damnũ & nocumentũ, quod
vobis ſuo caſu intulit, perferre, ipſamq; è luto, in quod incidit,
omni cũ diligẽtia extrahere. Si autẽ dicitis: Qualiter illã à luto
extrahemus? B. Apoſtolũ audite, qui modũ egregie oſtendit di- Rom. 12.
cẽs: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illũ, ſi ſitit, potum da illi: hoc
enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. Excellẽs
profecto hoc artificiũ eſt ad extrahendũ impiũ & ſceleratũ ab
ira, inuidia, & malitia ſua, ipſumq; in amore & charitate inſiam
mandũ, videlicet, bonis operibus eũ afficere. Sed, proh dolor,
quã pauci ſunt, qui ſic Deũ diligãt, vt hoc modo proximos ſuos
à peccato auertere atq; extrahere cõtendãt. Quin potius velut
canes rabidi imagines Dei in luto iacẽtes aggrediũtur, ipſaſq; cõ
fringũt eis omnibus, quibus poſſunt, modis damnũ inferentes.
O infernales belluæ, quã aperte oſtẽditis nullo amore illũ ſum
mũ Deũ proſequi, à quo tot beneficia accepiſtis, & accepturos
vos eſſe ſperatis. Nã (vt ait B. Ioãnes) Qui non diligit fratrẽ ſuũ 1. Ioan. 4.
quem videt, Deum, quem nõ videt, quomodo poteſt diligere?
Pertimeſcite fratres ſeueriſsima Dei ſupplicia, quibus ob huiuſ
modi impatientiam, & propter crudelitates, quas erga proxi-
mos veſtros exercetis, dignos vos eſſe reputamini. Oculos in il
lo cœleſti magiſtro collocate: attẽdite quo amore velut agnꝰ mã
ſuetus ſe ſe inter dẽtes illorũ voraciũ luporũ dilacerandũ inie-
cerit, vt eorũ inſanam rabiem, quæ vſq; ad ipſorum corda pene
trauerat, ſanaret. Quanto magis illorum ſceleratorum malitia

& vene-

& venenum augebatur, tanto magis bonus Iesus ipsos ad se cō- 16
uertere & attrahere contendebat. Calamum quassatum non cō
Isai. 42. teret & linum fumigans non extinguet, inquit S. Isaias de ipso
Christo Saluatore mundi ad literam loquēs: atq; ita hanc autho
Matth. 17. ritatem Beatus Matthæus citauit. Quo aliquis pluribus la-
queis irretitur & illaqueatur, eò Dominus plura ei media & iti-
nera ad ipsum ad se attrahendum patefacit. Quamuis Prophe-
3. Reg. 18. ta Helias plurimam aquam in holocaustum proiecit, non ideo
ignis, qui è cœlo descendit, ipsum totum holocaustum destitit
incendere & consumere. In quo significatum est, quod licet ho
mines madefiant & immerganturin aquis plurimorū peccato
rū, nō ideo ignis diuini amoris nō descēdit ad ipsos inuitandos
& ad veram pœnitentiam commouendos, ita vt, velut prunę in
censæ, sic ipsi charitate inflammati remaneant. 17

Domino igitur manducante, *Ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.* Si aliquis ab hoc hydropico quæreret, & ei diceret, Nonnè æquum esset frater & rationi cōsentaneum, vt parumper expectares, quousq; prandio finis imponeretur, & tunc opportuniori tempore te veniisse diceremus? Respondere posset: Numquid cum dominis huius sæculi à misericordia & pietate alienis mihi agendum est, quos humana superbia pernicioſe docuit, vt pauper licet septies & octies ipsos adeat, vix eorum conspectū captare possit, & eos vno verbo alloqui? Prius enim quā ad eos ventum sit, sunt ianitores, custodes, & pædagogi, qui aditum non aliter intercludūt, quam si esset arx fortissima seu mœnia publica, vbi nobiles ob aliquod scelus includuntur. Non mihi agendum est cum ijs crudelibus & inflatis principibus, Re- 18
gem clementiæ & principem bonitatis ac fontem misericordiæ adire contendo, in cuius piissimi Domini ædibus nullus est, qui dicat: Non est modo hora alloquendi Principem nostrū, reuertere posteà, quia ipse prādet, reuertere quia dormit meridianū tempus: ipse enim ianua & ianitor est, ipse qui nos vocat, & ipse, qui nobis ad ingrediendū aperit. Quomodo ianuas suas occlusas habebit, qui ad ostia animæ meę cōtinuo pulsat? Quomodo à sua mensa vacuū aliquē abire iubebit ille, qui in cruce pendens tot locupletauit? Erga hunc Dominum nulla hora est extra horam: nec tempus extra tempus: nec locus vbi non sit locus nec occasio vbi non sit adpostulandum occasio, & vt ab illo maxima

proxima dona ac beneficia obtineãtur. Ah fratres, vbi charitas est & amoris signis, semper hora est benefaciendi & semper occasio ac ianua est manifesta. Mihi credite fratres, impietas & crudelitas, quam dæmon in hominũ cordibus seminauit, in causa est quod pauperibus famuli dicere solent: Dominus meus dormit, manducat, aut in alia re est occupatus: illum nũc minimè alloqui poteritis. Erat Patriacha Abraham in conualle Mambre sedens in ostio tabernaculi sui, expectans transeuntes pauperes & peregrinos, vt eos inuitaret, atq; hospitio acciperet, tunc vidit tres viatores ad se venientes, cũ quibus singulari pietate vsus est. Et quo tahora id contigit? In ipso (ait sacer textus) feruore diei. Nunquid Patriarcha iam̃ hoc tempus non postulat, vt in interiori tabernaculi te cõtegas & includas, vbi à solis calore minime oppraimaris, & non meridiano soli & æstui, quando maiorem vim habet, te esse expositum? Minimè profectò: quoniam seruis Dei nec frigus nec calor nec cibus nec potus nec somnus nec aliquid aliud impedimento esse debet, quominus proximorum necessitatibus absq; vlla mora non subueniant. Audiens S. Tobias, iugulatum iacere in platea statim exiliens de accubitu suo & relinquens prandium ieiunus pertenit ad corpus, & postquam illud sepeliuit, manducauit panem cum luctu. Omnia tempus habẽt, (inquit Ecclesiastes) Tempus nascendi, tempus moriendi, tempus plantandi, tempus euellendi, quod plantatum est &c. Omnibus rebus sapiens tempus signauit, præterquam ad diligendum Deũ, & ad subueniendũ egeno proximo: hæc enim duo quolibet tempore fieri possunt, & quæ cũq; oblata occasione illa exercere debemus. Die mihi frater, si domi tuæ, quæ pro carcere in quodam crimine tibi data fuisset detentus esses, & cum tu mensę accumberes, quidam tibi diceret: Quid mihi Domine dabis, & ego ab hoc infortunio te eripiam, ecce adsunt testes in tui fauorem, tu nè forsan responderes, & diceres, Abite hinc tu & testes tui: ego enim nunc manduco & ad id opportunius aliud se se tẽpus offeret? Profectò hoc absq; dubio minimè diceres, quin potius statim scribam vocari iuberes, vt illorum testiũ dicta in album reciperet, & cibus, qui coram te appositi erant, auferri & obseruari imperares. O humanam miseriam dignam: quæ lacrymis sanguineis deploretur. An nescis, ò homo animam multò maioris valoris esse quam corpus, & spiritualia vincula deterio

Gene. 18.

Tobiæ. 2.

Eccles. 3.

Simile.

ra esse quam corporalia, & cùm in peccato sis, ad gehēnæ furcā 12
damnari? Quid autem sunt pupillus & vidua, pauper & egenus,
qui à te eleemosynam postulant, nisi testes, qui te in seuerissimo
die iudicij erepturi sunt, & patroni, pro quibus Deus te dispo-
sturus est, vt modò ab iis peccatorum vinculis exire & liberari
valeas? Quomodo ergò eis dicere audes. Ite & à me recedite, qa
per tempus nunc vobis subuenire non vacat, cū illos apertis bra
chijs excipere deberes dicens, Benè veniatis fratres, siquidē ad
eripiendum me à furca venitis? Deus te, ò frater, illuminet, vt
hoc intelligas, & post hac illud adimplere studeas.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Optimum sibi pau
per hic remediū quæsiuit ad salutem & misericordiam conse-
quendam, videlicet, cum se corā Domino posuit: efficax enim
valde est alienę necessitatis visus, vt viscera videntis compassio- 23
ne commoueantur, & vt humanū cor cōpellatur ad succurren-
dū egenti. Si Iudex proprijs oculis carcerem videret, dines
hospitalia, nobilis viduam debilem & pauperem iacentem in
humo hyberno tempore, ò quot remedia miseris pauperibus
adhiberent, sed cùm illos proprijs oculis non aspiciant, ipsis ne
Tobi. 4. quaquam compatiuntur. Beatus senex Tobias filio suo dicebat:
Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet, quòd
nec facies Domini auertatur à te. Attendite qualiter iustus se-
nex iubeat filio suo oculos in pauperibus figere, si enim ipsos
contemplatur, visus suo munere fungetur, videlicet, corpræte-
neritudine emolliet, & manus soluet, ipsasq; liberales reddet.
Gene. 47. Postquam AEgyptij omnia, quæ habebāt, consumpserunt, ad
Patriarcham Ioseph dixerunt: Quare morimur coram te? Ac 24
si dicerent: Si non videres nos quam plurimam penuriam ac mi
seriam patientes, non mirum esset, si nobis minime compatere-
ris, sed videns tuis proprijs oculis egestatem nostram, qualiter
commiseratione ductus nobis non subuenis? Iccirco supernus
Matth. 25. Iudex Iesus Christus die iudicij impijs dicet: Infirmus eram
& in carcere, & non venistis ad me. O pijssime Domine, si-
quidem per illud, Me, intelligis pauperem, quid obsecro cō
modi aut vtilitatis egeno prouenit, ex eo, quod ego ipsum in-
uisam, si necessaria ei non suppeto? Et ei, qui in carcere est, quid
meus visus prodest, si eius debitum non soluo, ac eius remediū
non inquiro? Ah fratres mei hinc poteritis vos visus efficaciam

collige-

colligere. Iubet Dominus, vt ægrotum & eum, qui in vinculis est, proprijs oculis aspiciatis, quoniam si hoc facitis, adeò naturale est, ex visu pietatem quandam & compassionem oriri, vt non possitis non illis totis viribus vestris opem ferre & auxiliari. Iccircò id, de quo magis bonus Iesus conqueretur, est. *Quia non venistis ad me.* Hoc verbum, Ad me, nos docet, debere pauperibus remedium quærere, non propter humanos respectus sed quia in nomine Iesu Christi postulant. Olim cùm Iudæi nimis angusto corde essent, eos Propheta Isaias ad misericordiam persuadens sic est allocutus: Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam nè despexeris. Vbi alius vertit, & domesticos seminis tui nè despexeris. Hebræi vix sciebant misericordia vti, nisi erga consanguineos suos: nunc autem, vt pietas sit meritoria, pauperibus opem ferre debemus, non tantū quia consanguinei nostri sunt, sed consanguineis & non consanguineis egenis subuenire debemus, ipsi enim loco Christi Redemptoris nostri in terris sunt. *Isai. 58.*

Et respondens Iesus ad impias cogitationes astantium dixit ad legis peritos & ad Pharisæos: Si licet sabbatho curare? Vt intelligamus quorsum Dominus hanc quæstionem proposuit, notandum est id, quod in Exodo dicitur, scilicet: Memento vt diem sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis, septimo autem die sabbathū Domini Dei tui est, non facies omne opus in eo tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas. Vbi valde perpendendum est Dominū huic duntaxat præcepto illam particulam, Memento, addidisse. Non dixit, Memento, vt diligas Deum, Memento, quòd non assumas nomen Dei tui in vanum, sed memento, vt diem sabbathi sanctifices, quod quidem non sine magno mysterio additum fuit. Alexander Alensis inquit, nouem præcepta Decalogi esse à rationis dictamine indita, in humanis cordibus seminata, hoc verò tertium per inspirationem Spiritus sancti fuisse edoctum. Sicut enim certa tempora necessitatibus corporalibus, scilicet, ad comedendum, dormiendum, & familiam nostrā gubernandā cōstituimus, sic certū tempus ad vacandū rebus diuinis & ad reformanda corda nostra, atq; ad reparādas ex quotidianis stragibus aīas nostras destinare necesse erat. Deus autē particulariter ad hoc diem sabbathi signauit. Et cùm *Exod. 20.* *Alex. Alē. 3. par. q. 22. memb. 3. artic. 1.* *Simile.*

hoc præceptum de die sabbatho seruando non sit à dictamine ra- 8
tionis, sed ab inspiratione & imperio Dei, ideò hic doctor ait,
Dominum huic præcepto addidisse, Memento. Alia singularis
ratio huius verbi, Memento hæc est, scilicet, voluisse Deum in
adimpletione huius præcepti modũ tribuere adimpletionẽ alio
rum omniũ. Qui enim festiuis diebus, vt æquum est, Deo vacat,
ipsosq; sanctificat sese in sanctis exercitijs & cogitationibus
exercens, atq; in memoriam reuocans accepta à Deo benefi-
cia, & ipsum Deũ, qui illa sibi contulit, apud se cum animi tene
ritudine redamans (hoc enim verè est sabbathum sanctificare:
otium nanq; pietate & ratione vacuũ adeo nihil confert, vt etiã
Eccle. 33. de eo scriptum sit, Multã malitiam docuit otiositas: & ideò sab-
bathi otium tanta religione obseruandũ Deus sanxerat, vt ho-
mo curis & negotijs sæcularibus vacuus, eo die rebus diuinis at- 29
que animæ suæ saluti operam daret) ijs rebus ad obseruationem
aliorum præceptorum facillime disponitur. Iccirco Dominus
hic adiecit, Memento vt diem sabbathi sanctifices, ad significã
dum quantum huius præcepti obseruatio ad aliorũ impletionẽ
conducat. Hic etiam valde notandũ est S. Moysen in nullo alio
rum præceptorũ præter quam in hoc rationem reddidisse eius,
B. Chrysost. quod Dominus imperauerat: Sicut etiã hoc B. Chrysostomus
animaduertit causam assignans, quia cætera omnia præcepta à
dictamine sunt rationis, & ipsa naturalis ratio ea nos docet. Et
Psal. 118. ob hanc rẽ S. Dauid dixit: Præuaricãtes reputaui omnes pecca
tores terræ. Præuaricator est, qui aliquam legem soluit: ergo illi,
qui legem non acceperunt, neq; eis prædicata fuit, qualiter à san
cto Dauid legis præuaricatores appellari possunt? Respõdetur 30
illos legem naturalem confregisse. Ideò quoniam præcepta le-
gis naturæ ipse homo per se scire potest Deus rationem non red
didit, propter quam illa imperabat, cum autem ad hoc præcep-
tũ deuenit, adiectũ est. Sex enim diebus fecit Deus cœlũ & ter-
ram & mare & omnia, quæ in eis sunt, & requieuit die septima,
iccirco benedixit Dominus diei sabbathi & sanctificauit eum.
Et cùm particulariter præcipere hunc diem obseruare non esset
à rationis dictamine, ideo causam assignat obseruationis, videli-
cet, creationis beneficium, quasi admonens, vt parenti & cõdito
ri rerũ omniũ peculiariter in illo die homines gratias agerẽt, eũ
que obtam admirandã fabricam feruida prædicatione celebra-
rent.

31 rent. At post creationem Deus hominibus aliud longe maius beneficiũ cõtulit, videlicet, beneficiũ reparationis & redẽptionis. Quid enim prodesset, Deũ nos creasse, si infectã & quodãmodo deletã imaginẽ animæ nostræ, ipse non reformasset, & suo sacratissimo sanguine illustrasset? Ideò cũ Christus Redẽptor noster die dominico à mortuis resurrexerit, sabbathũ, quod olim propter creationis beneficiũ, vt festiuũ celebrabatur, ppter beneficiũ redẽptionis in diẽ dominicũ trasslatũ est. Hanc autẽ cõmutationẽ tẽporib⁹ Apostolorũ inceptã fuisse existimo. Fuit etiã dies Dominica alijs mirabilibus operibus, quæ Deus in ea operatus est, summopere adornata. Nã primus dies fuit, in quo Deꝰ cœlum ac terram creauit, & eodem die arca Noe in montibus Armenię quieuit: in hoc Dominus populũ Hebręorũ ab AEgy
32 ptiorum seruitute eduxit, in hoc cœpit manna è cœlo effluere, in hoc Christus Redemptor noster ex purissima Virgine matre sua nasci dignatus est: in hoc sanguinem suum in circuncisione primò profudit: in hoc resurrexit, & sua sanctissima resurrectione omnia nostræ redemptionis mysteria confirmata reman serunt: in hoc deniq; die Dominico Dominus Spiritum sanctũ in suos sacros discipulos misit. Quo circa meritò sancta Ecclesia hisaltissimis mysterijs adducta sanctificationẽ sabbathi in diẽ Dominicam commutauit. Quanuis autem verũ sit, quod propter creationis, & conseruationis beneficiũ Deo gratias agere debeamus tamẽ multo magis propter redẽptionis beneficiũ obligatione astringimur, & debemus creatorem ac Redemptorem nostrum laudare & glorificare. Ad hoc enim nos sancta Ecclesia in quotidiano sacrosancto missæ sacrificio voce sacerdotis
33 hortatur, cùm ait: Gratias agamus Domino Deo nostro. Et postea ad Deum orationem conuertens inquit: Vere dignum & iustũ est, æquũ & salutare, nos tibi semper & vbiq; gratias agere. Obseruate obsecro, quomodo nullis verbis poterat magis hoc officiũ commendari, quam, vt semper & vbiq; fieret, hoc est, vt omni loco & omni tempore Deo gratias ageremus, ita vt ipsa vita nostra nihil aliud quã perpetua gratiarũ actio & vox laudis esset. Quid enim iustius quã vt semper illũ cogitemus qui semper nobis adest, semper vitam inspirat, semper in conseruandis, tuendis, & alendis nobis ita occupatus est, vt si vel tantillum prouidentiæ suæ oculos à nobis auerteret, in nihilum prorsus, vn-

Simile. de cōditi sumus, recideremus? Mos apud mercatores est, vt di- 34
uersis in locis positi mutuas sibi operas præstēt, vt ille mea, ego
cōtra illius negotia curem: cū enim ego sim Salmanticæ, ille Cæ
saraugustæ, dum ille Cæsaraugustæ agit, quæ mea sunt, ego
Salmanticæ diligenter, quæ illius sunt, exequor. Cur ergo non
præstem ego Deo quod homini præsto? Si in cœlo residens in
defessa cura & prouidentia salutis meæ curam gerit, cur ego, qui
in hoc inferiori mundo vitam ago, non illius cultus & honoris
rationē habebo? Et si propter dona corporalia hoc facere debeo
quanto maiori obligatione hoc propter spiritualia beneficia fa-
ciam quæ ille sua acerbissima morte mihi lucratus est? Insen-
Isai. 44. sibiles creaturas S. Isaias inuitat dicens: Laudate cœli, quoniam
misericordiam fecit Dominus: & in paraphrasi Chaldaica ha-
betur, Laudate cœli, quoniam salutem populo suo fecit Domi- 35
nus. Vbi apparet, quod dum dicitur, Misericordia, absolutè mū
di redemptio per Antonomasiam intelligitur. Dum autem
sanctus Propheta cœlos inuitat, vt propter illam Dominum col
laudent, perinde est, ac si significaretur, beneficium redemptio
nis adeò magnum fuisse, vt etiam creaturæ insensibiles, & quæ
gaudij minime sunt capaces obligatione (si ita dici potest) ad ip
sum Dominum propter illud collaudandū astringuntur. Quod
profecto, est magna exaggeratio vt hinc homines ratione præ-
diti, & in quorum vtilitatem illud collatum fuit, summam obli-
gationem, quam ad hoc habemus, intelligamus. Quanuis autem
magna sit ingratitudo nos continuo in diuinis laudibus & vbi-
que non occupari, multò tamen maior est, nos diebus solenni-
bus, qui ad hoc peculiariter destinati sunt, ab operibus cessantes 36
diuinis colloquijs & contemplationi minimè vacare, quin po-
tius illos in mille nenijs & vanitatibus cōsumimus adeò illius su
perni benefactoris nostri obliti, ac si nihil ex ijs, quæ fides nos do
Exod. 1. cet crederemus. In sacro Exodi volumine legitur, quod mor-
tuo Ioseph, surrexit rex nouus, qui filios Israel crudeliter cœ-
pit odio prosequi. Merito illum, regem nouum appellat, quippè
qui adeò erat ingenio differens ab eo, qui regni sceptrum tene-
bat eo tēpore, quo Israel in AEgyptū ingressus est: ille enim ex
traneos iustos regno suo benigne excepit, hic eosdē iustos, quī
in terra ipsius incolæ erant tyrannide persecutus est: iccirco illi
omnia ex animi sententia ac prospere eueniebāt, huic vero mil

le ca-

37 le casus & infortunia contigere, ita vt ipse cũ suo exercitu in mari summersus fuerit. Horum autem infortuniorum causa fuit, quoniam ignorabat Ioseph, id est, immemor erat beneficiorũ, quæ in AEgyptũ ipse sanctus Ioseph contulerat, cũ illa in eius memoria continuo deberent residere. Fecerat enim sanctus Ioseph, vt omnis AEgyptus quintam suorũ bonorũ partem Regi persolueret: atq; ita si tam potẽs erat rex ille, ipse sanctus Ioseph in causa fuerat. Et quoniam horũ omniũ non est recordatus eò dementiæ venit, vt multas tyrannides, quibus & se & regnũ suũ perdidit, exercere non dubitauerit. Ecce igitur fratres mei omniũ malorum nostrorum fontem & originem, illa enim ex eo profluunt & dimanant, quia verum Ioseph Iesum Christum salua-
38 torem nostrum, & eorum, quæ ipse pro nobis fecit, ac beneficiorum, quæ in nos contulit, obliuiscimur: atq; ita horũ omniũ immemores tanquam ingratis eum omni tempore & maxime illis diebus, qui ad Deo seruiendũ & ipsum glorificandum dedicati sunt, impudentissime offendimus.

His præhabitis oportet vos scire, apud Iudæos nefas esse non quidem ex diuina religione, sed ex eorum superstitiosa obseruatione in die sabbatho ægrotos curare, iccirco Domino insidiabantur, vtrũ hydropicum, quem ante oculos habebat, eo die sanaret. Tanta enim erat Domini misericordia, vt ipse etiam aduersarij hoc sibi de ea pollicerentur, atque ita pro certo habebant ipsum posse ab eis accusari, eò quod diẽ festũ nõ seruabat.

Cum ergo saluator consilia eorum intelligeret, quærit ab eis: *Si licet sabbatho curare?* At illi tacuerunt, ne, videlicet, respon-
39 sione sua aditum insidijs suis præcluderent: cogitabant enim intra se: Si dixerimus, licet, non poterimus illum testimonio nostro damnare, quin & nos ipsos damnemus, qui factũ ante probauimus. Si vero dixerimus: Non licet, fortasse nostri metu à curando ægroto desisteret, atque ita consilia nostra, quibus eum illaquerare conamur, irrita erunt. At pijssimus Dominus praua malignantiũ consilia & odia despiciens apprehensum sacratissima manu sua hydropicum subita sanitate donauit. Qua in re immensa Christi Dñi misericordia apparet, qui sæpe etiã nõ rogatus misericordiam miseris impendit: sic enim hydropicum hũc nihil rogantẽ, nihil petentem sanauit. Cum ergo cœlestis medicus hydropicum sanasset, Pharisæos etiam, qui grauio-

ris superstitionis & cæcitatis morbo laborabant, sanare curauit, eos docens diē festū nō frangi, dum quis erga egenos proximos in eo misericordiæ opera siue spiritualia siue corporalia exerceat: hoc enim magis Deo placet, quā sacrificia legis veteris illi placuerūt. Et in hoc significatur id quod Dominus apud D. Matthæū dixit, scilicet: Misericordiam volo & non sacrificium. Nūquid Domine sacrificiū non vis? Quare ergo in toto Leuitici libro iubes, vt tibi vituli, arietes, tauri, atq; alia animalia in sacrificijs offerrentur. Respondetur, hæc verba esse quandam diuinā exaggerationem ad significandū quanti Deus opera misericordiæ quæ erga proximos fiunt, æstimet: ideò inquit, se nolle sacrificia, quanuis vere & realiter illa velit. Quanuis (vt ait B. Augustinus) sacrificiū est, quidquid Deo ad eius honorē impēditur, vt placetur. Igitur ad significandū se illa sacrificia veteris legis tā ti non æstimare, quanti opera misericordiæ, ideo dixit, Misericordiam volo &c. sicut cū etiam ait: Scindite corda vestra & nō vestimenta vestra, idest, opera exteriora non curo sed interiora. O Deus infinitæ maiestatis, nūquid exteriora opera tibi grata non sunt? Maxime profecto, imò & qui contrariū diceret, pessimè erraret. Quarè ergò inquis, tibi non placere? Hoc dicit ad significandū se pluris facere interiora opera quā exteriora, quinimo & exterius opus ab interiori valorem accipit. Rursus, Misericordiā volo & nō sacrificiū, perinde est ac si diceret, quando duo concurrūt, quorū alterū tantūmodò adimpleri potest, nolo sacrificiū, sed misericordiā, plus enim volo vt ęgrotū cures & egeno necessaria impertiaris, quā vt rē sacram audias: tunc enim hoc sacrificiū nolo, sed potius illud mihi placet. Quemadmodū si tibi duo vasa ad eligendū proponerentur, quorū alterum aureum, & alterū argenteū esset, & diceretur tibi, Ex his duobus vnū elige: ambo enim tibi dari minime possunt, diceres, vas aureū volo, siquidem ambo accipere nō possum: sic Dominus ait, Si duobus mihi seruitijs simul possetis inseruire, ambo illa libenter acceptarem, at si fieri nequeunt, Misericordiam volo & non sacrificium.

Matth. 9.

Ioel. 2.

Simile.

40

41

42

Vt autem hoc eos diuinus Magister doceret, eis hāc quæstionem proposuit. *Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadit, & non extrahet illū continuo in die sabbathi? Et non poterant ad hæc respondere.* Quid enim respondere possent, si boui quidem periclitanti succurren

43 currendũ esse in sabbatho dicerent, homini verò ægrotanti ne-
garent, cũ non homo propter bouem, sed boues & oues & pecora campi hominis gratia condita sint? En fratres, quomodo sapiẽtia vincit malitiam. Sed quid, quæso, homines in lege atq; Prophetis eruditos in tantum errorem impulit, vt boui periclitanti in sabbatho subueniendũ esse crederent, homini vero ægrotanti minime? Non aliud certè, quã quòd bouem suum magis quam proximũ amarent, ideoq; pluris apud eos bouis, quã hominis periculũ erat: cùm tamen vera charitas nõ quæ sua sunt, sed aliorum quærat. Quisquis autem se ipsum nimis amat & huic errori & pluribus alijs obnoxius erit. Quò enim vehemens aliquis affectus propendet, eò secum trahit intellectum, qui facile rationes inuenit, quibus affectui suo morem gerat: magnus enim erroris magister est affectus corruptus, ex hac enim radice omnes pe
44 ne mortaliũ errores egrediuntur. Sic frequenter iniquum iudicẽ vel immodicus amor, vel etiam odium erga litigantes à recto deducit, iniustãq; innocentis damnationẽ iustam esse sibi persuadet. Sic lucri cupiditas facit, vt aduocatus rationes inueniat, quibus vel dubiam vel iniustam causam litigantis iustam esse discernat: similiq; affectu litigantes ipsi decipiuntur, dum iustam esse litẽ credunt, quę vere iniusta est & sic de alijs. Ac deniq; nunquã his, qui animi ægritudine laborant, ficta ratio deerit, qua seipsos decipiant, atq; errorem suum tueantur. Ideo sapiens ait: Pec
Similia.

Eccle. 32.

cator homo vitabit correptionem, & secundum voluntatẽ suã inueniet comparationem, hoc est, aliquam apparentem rationẽ qua sibi imponat, & mendacium pro veritate amplectatur, ne-
45 mo tamen hac ignoratione errorem suum apud æquissimum iudicem defendere posse arbitretur. Quapropter oportet nos in nostris negotijs nobis ipsis minime confidere, quoniam (vt ait D. Bernardus) Amor & odium nesciunt iudicium veritatis: & ideo in exterioribus iudicijs non admittuntur iudices aut testes, qui contrariæ partis sunt amici, quanto igitur minus erit bonus iudex quilibet in propria causa, siquidem sui ipsius adeò amicus est? Vnde fit consequens, vt homo sibi suspectus sit, atq; alieno consilio & iudicio vtatur, diuinam clementiam exorans, vt ipsum sua diuina illuminet luce & gratia, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

D. Ber. de gradib. humilit.

In eadem Dominica XVI. Post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum Sabbatho manducare panem, & ipsi observabant eum. Luc. 14.

PHrasis & modus loquendi est Hebraicæ linguæ quē cunq; cibum panem appellare, vt patet in primo Regum volumine. Vbi Rex Saul edictum in hunc modum legitur iussisse proferri: Maledictus vir, qui comederit panem hodie: & quoniam Ionathas filius eius fauum mellis manducauit, eum tanquam edicti regij trangressorem punire volebat, quoniam sub nomine panis quicunq; alius cibus intelligebatur. Et alibi: Accersito Dauid Miphiboseth filio Ionathæ dixit ei: Ne timeas, quia ego faciam misericordiam in te, tu comedes panem in mensa mea semper. At in regali mensa non solum panis sed alia cibaria apponebantur. Et rursus, quærenti Regi Israel ab Eliseo, an famulos regis Syriæ, qui ad ipsum capiendum venerant, interficeret, ipse respōdit: Non percuties, sed pone panem & aquam coram eis, vt comedant & bibant, & vadant ad Dominum suum. Et sequitur statim: Appositaq; est eis ciborum magna præparatio. Vnde in oratione: quam Saluator noster nobis edidit, quotidie precamur Dominum, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, hoc est, Da nobis hodie necessariam sustentationem. Ex hoc infertur hic, vbi sanctus Euangelista inquit, Dominum in ædes cuiusdam principis Phariseorum ingressum fuisse ad manducandum panem, nomine panis alios etiam cibos intellexisse vel dicere possumus, quod licet hoc conuiuium splendidum fuerit, sacer Euangelista noluit abundantiam ciborum referre, qua princeps ille Pharisæorum Domi-

1. Reg. 14.

2. Reg. 9.

4. Reg. 6.

Luc. 11. Matth. 6.

num

4 num inuitauit, ſed potius modeſtiam & temperantiam, qua bo
nus Ieſus ibi manducauit, voluit recenſere. Ideò ait: Cum
intraret Ieſus ſabbatho manducare panem. Nam adeo parum
fuit, quod manducauit, vt nihil præter panem eum manducaſ-
ſe dicere poſsimus. Ab hoc cœleſti magiſtro ſeraphicus no-
ſter Pater Diuus Franciſcus ſobrietatem didicit, qui licet
aliquando Cardinalium menſis accumberet, tamen fruſtis pa-
nis oſtiatim emendicatis veſcebatur, & pretioſos cibos, qui ip-
ſi ab illis principibus apponebantur, minimè curabat. Hoc
Eccleſiaſticus conſulit dicens: Noli auidus eſſe in omni epula *Eccle. 37.*
tione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim
eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad cho-
leram. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinēs
5 eſt, adijciet vitam. Vbi obſeruandum eſt, poſſe hic per infir
mitatem & per mortem, infirmitatem & mortem corporalem
& ſpiritualem etiam intelligi: hæc enim omnia ſecum intem- *Simile.*
perantia affert. Nam ſicut ex humida terra exhalationes &
vapores ſolem perturbantes, ne illuminet, aſcendunt, ſic ex
corpore ciborum pleno vapores rationem obſcurantes aſcen-
dunt: quod quidem occaſio eſt homini ad multa ſcelera com-
mittenda. Vbi etiam cum hic dicitur, Qui autem abſtinens
eſt, adijciet vitam, vita ſpiritualis intelligi poteſt. Sicut enim
aquila ablato pullis ſuis cibo eſt in cauſa, vt ipſi à nidis exeant, *Simile.*
& volare diſcant ad vitam ſuſtentandam: ſimiliter & auceps cum
accipitrem cibo priuat, ipſam in altum ad ſectandam prædam *Aliud.*
6 aſcendere facit: ſic corpus à cibis priuatum & fame oppreſſum
& vexatum cogitur, voluptatum ac deliciarum nidum relinque
re, & animam non impedire, vt prædam, videlicet, Deum ſuum
inſequatur. Socrates Philoſophus legitur homines docuiſſe, vt
à ſapidis epulis & appetitū excitantibus abſtinerent, dicebatq;
nullum aliud eſſe melius obſonium & condimentum quā famē:
hæc etenim omnia dulcia reddit, & ipſa nihili ſtat. Cum autem
quidam eius amicus ei diceret, Quare tam paucam diligentiā ad
accipiendū hoſpitio quoſdā nobiles hoſpites adhibuerit, lepide
& perdocte reſpōdit: Si boni ſunt, hoc ſufficit, ſi vero mali, hoc
ſupereſt. In quo innuit, probū ſemper debere paruo eſſe cōtētū
improbū verò nulli rei dignū eſſe. O admirabilē ſentētiā & in
maiorē cōfuſionē noſtrā ab ore Ethnici, qui æternis nūc inferni

tormen-

formentis cruciatur, prolatam. Nos autem, qui in cœlum ascendere contendimus tantum ab eius sobrietate & doctrina absumus. Et quanuis hoc in omnibus reprehensione dignum sit, multò magis est in sacerdotibus & Euangelij concionatoribus, quos vere imitatores sobrietatis & paupertatis Iesu Christi esse oportet, vt sic expediti possint facilius (vt ait B. Thomas) orationi & prædicationi instare. Atq; ita B. Hieronymus inquit: Delicatus magister est, qui pleno ventre disputat de ieiunijs, sacerdotis lingua, mens, manusq; concordent. 7

B. Tho. 3. p. q. 40. art. 3.
B. Hiero. ad Nepotia.

Et ipsi obseruabant eum. O vala me la *beatissima Trinidad*, Et quã variæ ac diuersæ sunt proborum & improborum intentiones. Bonus enim si alicui benefacit, est propter bonum eius, si vero male ei facit illum reprehendens aut increpans, id etiam propter bonum eius facit. At improbus si alicui malefacit, id propter malum eius facit: si autem benefacit, id etiam propter malum facit: itaque finis eius semper prauus est. Vnusquisq; stylum sui capitis imitatur: scelerati omnes vnum corpus efficiũt, cuius caput est diabolus, probi vero omnes etiam vnum corpus efficiunt, cuius caput est Christus Iesus: quodlibet autem corpus ingenium & conditionem sui capitis insequitur. Conditio Dei hæc est, si tibi diuitias, honorem, atque alia bona elargitur, id in tuum commodum & vtilitatem facit vt, videlicet, his beneficijs magis in eius diuino amore inflammeris, si vero te corrigit atq; ægritudine seu paupertate opprimit, & hoc modo tibi malefacit, id etiam perpetuum bonum facit, vt, scilicet, ad ipsum, si peccasti, conuertaris, aut si non peccasti, cum patientia aliquid merearis. Hoc optime S. Iob intellexit, cum dixit: Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineamus? Quod perinde est, ac si diceret: Siquidem cum bonis, quæ Deus nobis contulit, gauisi sumus, quare patienter mala non sustinebimus? Siquidem Deus vtrumque eodem fine facit. Econtra verò dæmon, si mentitur, vel si verum tibi dicit, ideò est, vt te decipiat, si conatur, vt temporalia bona possideas, hoc ideò efficit, vt tu cum illis in plurima peccata incidas: si contendit, vt alij te persequantur, hoc etiam ideò est vt tu in patientia tenteris: deniq; siue bene siue male tibi faciat, omnia, vt tibi noceat, efficit. Hoc idem ingenium & conditionem improbi habent, sicuti & boni Dei conditionẽ sequũtur. Animaduertite hos Pharisæos 8

Iob. 2. 9

toriſæos Sathanæ membra, qui Chriſtum filiũ Dei ideo inuitabãt vt ipſi nocerent, & ideò maxima cũ attentione attendentes, in quo illũ calumniari poſſent, obſeruabant eum. Bonum opus, quale erat, Dominum inuitare, deprauata intentione fœdabant. Deus nos ò fratres, à tanta malitia & peruerſitate eripiat, vt opera noſtra bona mala aliqua intentione inficiamus. Artifex, ſiue ſit pictor, ſiue faber, ſiue aurifex, ſemper in memoria retinet voluntatem eius, qui opus ſibi commendauit, illudq; iuxta eius intentionem, & non ſecundũ propriam fabricare contendit, & ſi hoc non obſeruaret, diceret ille, Nolo opus tuũ, ſiquidem in eo conficiendo non meam, ſed tuam obſeruaſti voluntatem: atque ita inanis eſſet eius labor. Sic nos ſemper, quantum poſsibile fuerit, Dei volũtatẽ ante oculos ponere debemus, & quidquid egerimus, iuxta eius imperiũ facere debemus, ſicuti S. Dauid faciebat, qui ſic ait. Prouidebã Dominũ in conſpectu meo ſemper. Id vero quod in noſtris operibus dominus à nobis præcipue poſtulat, eſt conſcientiæ puritas & recta ac ſana intentio. Oportet etiam ſuper hũc locũ adnotare, quod cũ ſponſus ſponſam laudaret, eam in hũc modũ alloquitur: Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora. Quibus verbis docuit, quod, vt anima ei placeat, non debet virtutes cũ peccatis coniungere. Nam (vt ait D. Auguſtinus) Forma & pulchritudo corporalis in proportione conueniẽti partiũ ad inuicem conſiſtit. Si enim quis conforme os habeat, nares verò disformes, & ſi oculos pulchros, frontem verò rugatã, & maxillas rubicũdas, dentes verò nigros ac putridos, pulcher minimè dici poteſt. Ad hoc enim, vt pulcher & decorus habeatur, omnes corporis eius partes conuenienti proportione debent cõponi. Idem in ſpirituali poſſumus dicere. Nam qui in intellectu plurimam ſcientiam habet, in voluntate autem nullum amorem, eius mens pulchra nequaquam dici poteſt. Qui eleemoſynas erogat, & luxurioſus eſt, aut qui caſtitatem colit, & eleemoſynas facit, ſed ſuperbus eſt, eius anima minime pulchra appellabitur. Itaq; omnes virtutes anima iuſta habere debet, vt coram diuino conſpectu pulchra & decora reputetur. Hæc eſt querela, quam Deus aduerſus epiſcopum Epheſinũ habebat, cui in Apocalypſi dixit: Scio opera tua & laborem & patientiam tuã & quia non potes ſuſtinere malos, ſed habeo aduerſum te pauca quod charitatem tuam primam reliquiſti: memor eſto itaq; vnde ex-

Simile.

11 *Pſal. 15.*

Cant. 6.

D. Auguſ.

Simile.

12

Apoc. 2.

de excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac. Attendite obsecro quot virtutibus prælatus ille insignitus erat, & nihilominus Deo non placebat, quoniam suam priorem charitatẽ reliquerat. Quo circa fratres nè ita securi sitis, nec aliquibus vestris bonis operibus decipiamini, si illa alijs deprauatis operibus fœdatis, sicut illi Pharisæi agebant, qui eleemosynas, orationes, & sacrificia malitia superbia, atq; inuidia polluebant. 13

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Mirificum certè est artificium, quo improbi & scelerati homines in sceleribus & malitijs suis exercendis euigilant, propter quod Dominus apud S. Euangelistam dixit: Filij huius sæculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Hoc sanguineis lacrymis nobis deplorandũ erat, si verè res ac negotia diuina sentiremus. Nam eò dementiæ totus mundus peruenit, vt cùm in omnibus artibus & mechanicis officijs singulares inuentiones quotidie reperiãtur videlicet, in mercaturis, in vestiũ cultu, in picturis, in modis loquendi, in excellentijs, in murmurationibus, in proditionibus &c, in his deniq; omnibus sunt valde singulares artifices, & qui in arte sua primas tenere se iactant, at in seruiendo Deo nunquã mũdus adeo tardus, incultus & agrestis, sicut nunc, extitit. Videbitis puerum vix duodecim annos natum, qui tanta dexteritate patris sui officiũ exercet, vt quemlibet in admirationem rapiat: & si filius mercatoris est, iã mille technis & fraudibus vti scit. Si ab eo quæratis qualiter crimina sua confiteri, & quomodo preces Deo fundere, ipsumq; pro venia peccatorum deprecari debeat, nec penitus vnum verbum loquetur. Scit famulus licet paruus maxima ingenij acie seruatis mundi primoribus fœminã ex nomine Domini sui alloqui, folia lusoria voluere mirifica arte, atque alia huiusmodi scelera committere, & vix orationem dominicam aut rationem animæ suæ habere scit. Itaque cùm in rebus mundi isti pueri acutissimi appareant, in diuinis sunt velut bruta animantia. Si impios Pharisæos in magistros haberetis (qui in malitia adeò periti erant, vt coram Domino hydropicum posuerint ad ipsum vel ad impatiẽtiam prouocandũ illa ægritudinis corruptione, atq; ita ipsum de crudelitate calũniari possent, vel ad misericordiam incitandum, vt, videlicet, illum die sabbatho curaret, & ita Dominum de festo non obseruando accusare possent, alias vero adeo rudes & stulti erant, vt cogita- 14 15

Lucæ 16.

16 cogitarent solennitatem sabbathi quodam tantæ pietatis opere, quale erat, infirmos curare, violandam esse) si hos, inquam Pharisæos in magistros haberetis, non admirarer, si adeò viuidi & expediti ad res mundi & tam hebetes ac tardi ad res diuinas essetis. Sed cùm tot euangelici viri sint, qui suo exemplo & religioso ac sancto viuendi modo suaque cœlesti doctrina vos doceant omnia huius sæculi contemnere, & vere cœlestia inquirere, vos nihilominus adeò fitis imperfecti, hoc magis mirandum & deplorandum est.

Subijciunt ergo oculis Domini hydropicum, Existimantes vno aut alio modo occasionem esse offerendam, qua illum possint destruere & euertere. At possumus hic dicere, quod sanctus Dauid ait: In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est *Psalm. 9.*
17 pes eorum, cognoscetur Dominus iudicia faciens. Recte enim S. Iob dixit de hoc superno Domino loquens: Qui apprehendit sapientes in astutia sua. O insignem benignitatem & stupen- *Iob. 5.*
dam Christi Iesu mansuetudinem. Qui quamuis intelligeret, qua intentione lupi illi ipsum ad conuiuium vocarent, ea tamen animi synceritate & candore vsus est, vt quasi nihil horum intelligeret, & conuiuium eorum minime repudiaret, quia hydropicum sanare & eos à cæcitatis & superstitionis suæ morbo libera re volebat. Vbi ergo Christi pietas tanta est, vt mentes liuidas non horreat, quin etiam & persecutoribus & æmulis suis per verba & miracula prodesse intendit, oportet vt nos fideles illius vestigia sectemur. Ita D. Paulus de hoc etiam nos admonet, cùm ait: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Ig-
18 nis alio igne non extinguitur, quin potius magis incenditur, si *Rom. 12.*
ergò illum extinguere velis, oportet super ipsum aquam infundere, quæ ad illum extinguendum efficax est. Sic si proximus tuus ira & odio aduersus te inflammatur, & tu contra ip- *Simile.*
sum velut ignis ad ipsum te confers, plus illum incendis, & peruertis, si vero benignus & mansuetus eum alloqueris, atque in ipsum beneficia confers, hoc velut aqua est, qua ignem, quem in corde suo retinet, facillimè extingues. Oportet etiam fratres hic animaduertere, qualiter hydropicus iste ante oculos clementissimi Iesu positus integram & perfectam sanitatem est consecutus. In quo docemur debere nos ad hoc vniuersale refugium in omnibus nostris angustijs, &

afflí-

afflictionibus confugere, ac cum Propheta Daniele sic dicere: 19
Dan. 9. Propter temetipsum inclina Deus meus aurem tuã & audi, aperi oculos tuos & vide desolationem nostram. Si addiscimus fratres charissimi nos ipsos ante oculos pijssimi Dei nostri proponere, ipse non solum ægritudines nostras curabit, sed etiam animas nostras donis suis cœlestibus exornabit. Quis Patriarchæ Iacob animum tribuit, vt coram fratre suo Esau apparere auderet? Antea cùm frater eius pauper & inops erat, ab eo fugit, cùm autem potens ac diues erat, & postquam ei minatus fuerat,
Gene. 32. cum ipso congreditur: vnde ei tanta fortitudo? Ipse in sacro Geneſis volumine ait: Vidi Dñm facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea. Coram Deo se se posuit, & cum eo lacrymis & suspirijs luctatus est, & inde illum animum & fortitudinem acquisiuit. Et tu S. Dauid, qualiter à potentissimo Rege Saule in suo 20
Psalm. 24. regno & magno exercitu stipato cùm esses pauper & sine potentia te defendisti? Ipse respondet dicens: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos: ipse est fons fortitudinis & totius virtutis refugium. Heliotropiũ
Plin. lib. 18. cap. 27. Dioscor. lib. 4. cap. 203. seu herba solaris, vulgo, *Tornasol*, solis ortum (vt ait Plinius) manè expectat, & eius iter vsq; ad occasum ipsius insequitur, & satis manifestè apparet, illam ab ipso sole multas influentias accipere: in ea enim producitur rosa quædam adeò pulchra, vt solẽ ipsum cum suis radijs rubicundis in figuræ orbicularis modum præseferre videatur. O anima Christiana attende, vbi Dominus sol iustitiæ effectus, quos producere solet in illis, qui eum animi affectione in diuino ipsius conspectu perseuerare sciunt, 21
sapientissime effinxit. Consuesce igitur te coram hoc lucidissimo sole proponere, & in anima tua pulcherrimam quandam sui ipsius effigiem transformabit. O sancte Moyses, vnde venis tantis splendoribus circundatus, qui à facie tua tanquam radij oriuntur? Non enim solent homines talem splendorem exsemittere? Nè miremini, quoniam ex monte Sinai, vbi cum Dño
Exod. 34. egi, descendi. Atq; ita inquit sacer textus: Ignorabat, quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. O fratres mei, & quæ luces atq; splendores bonorũ exemplorũ à nobis dimanarent, si frequenter ad orationis & contemplationis montẽ ascenderemus. Qua propter vos aduturo & obtecro, (id quod sæpè feciſſe memini & in posterum faciam, nõ enim defeciscar)

vt

22 vt saltim aliquam diei & noctis partem in hoc sancto exercitio impendatis.

Respondens autem Iesus dixit ad legis peritos & Pharisæos, si licet sabbatho curare? Nemine interrogante respõdit, nam abscondita cordis prorsus agnoscit. Vnde verba eius sunt illa Ieremiæ, scilicet, Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans corda, & probans renes. Iccirco cogitationibus illorum, qui eũ malitiose interrogabant hac etiam quæstione, Si licet sabbatho curare? diuinitus respondit. O Christe summa Patris sapientia: videris Domine in hoc interrogare, an liceat charitatis opera exercere, ac si facultatem ad id faciendũ postularet? Is videtur esse mundi stylus. Nunc in more positum est, vt multi opus habeant facultatẽ petendi ad bona opera exe-
23 quenda, ad opera autem vanitatis minime, libere enim illa exercere possunt. Vultis hoc experientia videre? Ite ad rectores & gubernatores cuiusque vrbis & dicite illis: Domini, hospitale quoddam ruinam minatur, & pauperes, qui ibi recipiuntur, magnam patiuntur necessitatem: tale pium opus in hac Republica necessarium est: tale monasterium incensum & combustum est, his, obsecro, necessitatibus, siquidem vobis per facultates licet, prouidete & consulite. Respondebunt ipsi: Oportet ad hæc bona opera Regem consulamus, & ab eo copiam impetremus. Si autem volunt tauros agitare, aut æquatis hastis certamen habere, aut alios profanos ludos exercere, ad hęc omnia nulla opus est facultate, libere illa agunt magnos sumptus ex ærario publico facientes atq; ita ad malum licentiam habent, ad bonum ve-
24 rò minime. Fateor quidem aliquas iustas esse causas, ob quas ciuitatum gubernatores facultatem postulent ad pietatis opera, exercenda, sed eædem causæ & multo plures extant, vt ipsi ad impendendum numos in operibus vanis licentiam peterent, nè libertatem haberent, vt pro libito ærarium publicum in profanitatibus consumerent, Dico igitur. Dominũm in præsentiarũ non postulasse facultatem ad opera pietatis exercenda, sed interrogasse, vtrum liceret die sabbatho ægrotos curare. Quisquis veteris testamenti volumina paulo diligentius euoluerit, non satis mirari poterit, quanta cura Dominus sabbathi religionem cõmendauerit, maxime in sacro Exodi libro: vbi sic ait: Videte, vt sabbathum meũ custodiatis, quia signum est inter me & vos. Exod. 13.

Ieremi. 7.

Hoc est, publico signo volo, vt ab omnibus nationibus religio- 25
nis meæ cultores, cæteriſq; hominibus diſsimiles agnoſcamini.
Atq; ita hoc præceptum in cordibus quorundam religioſorũ
Iudęorum impreſſum eſt, vt ne arma quidem, quibus ſe ab inua
ſoribus tuerentur, die ſabbathi capere auderent, priuſq; ab ho-
1. Mach. 2. ſtibus trucidari, quam ſabbathum violare mallent, quod ex ſa-
Ioan. 4. cra ſcriptura manifeſte patet. Cæterum cùm Chriſtus Domi-
nus ait: Deus ſpiritus eſt, ſpiritualium etiam præcipue virtutum
hoc eſt, charitatis, benignitatis, iuſtitiæ, miſericordiæ, & humi-
litatis, cæterarumq; ſimilium virtutum eſt amator, cur ergo ex-
ternam ſeruilium operum ceſſationem in die feſto commenda
uit? Ad hoc reſpondemus hanc ceſſationem & otium non admo
dum Deo gratam eſſe, ſed illud tamen officium eſſe illi gratiſsi-
mum, quod ſine aliorum vacatione commode exerceri non po- 26
teſt. Hoc autem eſt mentis in Deum ſalutis & vitæ noſtræ au-
torem eleuatio, quæ animum requirit vacantem, liberum tran-
quillum, & ab omnibus non modo curis ſed etiam externis occu
Pſal. 45. pationibus expeditum. Ideò ipſe Dominus ait: Vacate & vide
te, quoniam ego ſum Deus. Ad hoc ergò dies feſti diuina & hu
mana autoritate ſanciti & conſecrati ſunt, vt contractas cæteris
diebus peccatorum ſordes in illis expiemus. Sed væ, væ & mil-
lies væ vſq; adeò enim vulgus Chriſtianorum Dei & eccleſiæ
Pſal. 118. præceptum inuertit, vt nullo die licentius viuat. Vnde meritò
cum ſancto Dauid clamare poſſumus: Tempus faciendi Domi
ne diſsipauerunt legem tuam, vbi alij tranſtulerunt: Tempus fa
ciendi Domino: & ſic eſt in contextu Græco: & ſic etiam legũt
S. Auguſt. B. Auguſtinus & B. Hilarius. Et iuxta hanc tranſlationem in præ-
S. Hilarius. ſentiarum ſignificatur, quod homines tempus Dei ſeruitio pecu 27
liariter dedicatum, & quando ipſi ſe ſe in eius laudibus atq; alijs
ipſius diuini amoris actibus exercere debebant, fruſtra conſu-
munt, eum offendentes & diuinam eius legem diſsipantes. Hoc
enim tempus ad epulas, ad conuiuia, & ad ludos præſtolantur
in quibus ſanè ludis rixæ & contentiones & iuramenta & perin
ria & interdum etiã horrendæ blaſphemiæ in Deum ſanctoſq;
iactantur. Die etiam ſacro feſti puellæ ſe diligentius comunt &
ornant variiſq; pigmentis naturæ colorem adulterant, vt formo
ſus diabolilaqueus efficiãtur, cũ ſcriptũ ſit in ſacro Eccleſiaſtici
Eccle. 9. libro: Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc con-
cupi-

28 cupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Hoc die adoleſcentulorũ gre-
ges vrbem inambulantes turpiſsima interſe colloquia miſcent,
& laſciuos oculos percuncta eius loca circuducunt, quibus cor-
rupto ſaltem affectu prauiſq; deſiderijs animas ſuas polluant.
Quis verò iuſtis lacrymis innumerabilũ aliorũ hominum abu-
ſum deflere queat, qui toto tempore, quo diuinũ ſacrificiu feſtis
diebus celebratur, à ſæcularibus colloquijs non ceſſant, quiq̃ue
dum Dei verbũ populo annuntiatur, quo animæ ſuæ morbis &
ſaluti conſulere deberent, ſimili modo garrire, ridere, & nugari
cum magna totius populi offenſione minime deſiſtunt? O gentẽ
peruerſam, ò animos tenebris & denſiſsima cæcitate oppreſſos:
quæ obſecro vobis ſalutis ſpes reliqua erit, ſi quo tempore Dei
verbo mala veſtra curare deberetis, nõ modo non curatis, ſed
29 nouis etiam abominationibus cumulatis? O quam iuſte nobis
Dominus nũc dicere poteſt, quod per Prophetam Iſaiam olim *Iſai. 1.*
dixit, ſcilicet: Neomeniam & ſabbathum & feſtiuitates alias nõ
feram, iniqui ſunt cætus veſtri: calendas veſtras & ſolennitates
veſtras odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſti
nens. Per immẽſam igitur ſummi Dei charitatem fratres chariſ-
ſimi vos obſecro, ne id, quod ad animarum veſtrarum ſalutem in
ſtitutum fuit, hoc modo peruertere ſeu deprauare velitis. Me-
mẽtote, aliter Hebræos dies feſtos obſeruaſſe, nos autem non ſic,
ſed alio modo eos colere debere: illis nanq; tanquam hominibus
multis voluptatibus deditis in huc modum ſanctus Moyſes di-
xit. Epulaberis in omnibus bonis, quæ dederit tibi Dominus *Deut. 26.*
Deus tuus, tu & filius tuus & ancilla tua. Nunc tamen, quia nox
30 præceſſit, dies appropinquauit, (inquit B. Apoſtolus) non *Rom. 13.*
in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudi
citijs, ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curã
ne feceritis in deſiderijs (ſcilicet eius adimplendis.) Quapro-
pter feſta ſanctis exercitijs ſpiritualibus & operibus corporali-
bus pietatis obſeruate, ægrotos pauperes viſitantes & eis me-
dicinam adhibentes, ſiquidem creditis opus ſeruile non eſſe, ſi-
cut iſti cæci Phariſæi credebant. Deus enim adeò amicus
eſt hominis, vt nolit feſta ſua nec in minima re neceſsitati
& remedio eius præiudicare. In memoria reuocate id, quod
Beatus Apoſtolus ad Theſſalonicenſes ſcribens ait: Ve- *2. Theſſ. 2.*
niet Antichriſtus in omni virtute, & ſignis, & prodigijs

mẽdacibus, & in omni seductione iniquitatis his, qui pereunt, eò 31
quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Quid obsecrò his verbis formidabilius illis, qui duro & incompassiuo sunt corde? Siquidem S. Apostolus inquit, illum execrandum & maledictum hominem decepturum esse illos, qui charitatis doctrinam & amorem proximi minime receperunt. Notate quæso, quod nomen hic sacrosancto Euangelio imponi tur. Animaduertite, quomodo illud doctrinam charitatis & amoris erga proximum S. Apostolus appellet, aitque Dominum in illos, qui illud cum animi affectione non acceperunt, & diligenter obseruarunt, sed impij & crudeles erga proximos suos extiterunt, esse animaduersurum, permittẽdo ipsos ab Antichristo decipi, & in quam plurimos errores atq; hæreses incidere. Vere locus hic efficacissimus est, vt per illum intelliga- 32
mus, quantum malum sit charitatis defectus erga egenos proximos. Quoniam vero apud Pharisæos immane sacrilegium erat,, ægrotos in sabbatho curare, ideò Dominus eis hanc quæstionem proposuit. *At illi tacuerunt.* Vterant crudeles & absque charitate nec verbis quidem huic pauperi infirmo fauere voluerunt. Qui pius est pauperes verbis & operibus tuetur & adiuuat, quod si operibus non potest, saltim suauibus verbis consolatur: sicuti sanctus Elisæus fecisse legitur, qui cum tem-
4. Reg. 4. poralibus bonis careret, hospitæ suæ dixit: Nunquid habes negotium, & vis, vt loquar regi siue principi militiæ? Siquidem illi operibus opem ferre non poterat, saltim sermonibus ei auxiliari volebat. Sic serui Dei facere debent, qui ijs, quæ potuerint, pauperes & eorum causas tueri debent, pro ipsis coram Regibus 33
2. Cor. 6. & magnatibus intercedentes. Et hoc est, quod D. Paulus ad Corinthios scribens testatur dicens: Sicut egentes multos autem locupletantes. Si egentes sunt qualiter alios ditare possunt? Postulantes, deprecantes, atque intercedentes pro illis coram potentibus.

Beda sup. hunc locum. Isti autem Pharisæi, quoniam nullum charitatis vestigium habebant, tacuerunt. De quibus venerabilis Beda sic ait: Tacuerunt, quia quidquid dixissent, contra se dictum fuisset. Si enim quæstioni annuissent, posset eis obijci: Ergo quare obseruatis? Si autem renuissent, tunc hoc efficacissimo argumento possent conuinci: *Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadit, &*

non

34 *non continuò extrahet illum die sabbathi?* Et quidem sine dubio con uicti fuerunt, cùm Dominus ipsis tacentibus hoc proposuit. Atque ita statim in sacro textu sequitur. *Et non poterant ad hæc respondere.* Animaduertite ad quantam isti miserrimi homines in pœnam suorum delictorum deuenere cæcitatem. Cum enim constet, charitatis legem ab omnipotenti Deo non ad brutorum, sed ad hominum salutem latam fuisse, isti ita obcæcati erant, vt eam erga pecudes non autem erga homines seruandam esse discernerent, siquidem periclitantes boues cum summo labore in sabbatho curandos, homines verò negligendos esse iudicabant. Quo quid dementius, quid à pietate humana magis alienum esse poterat? Sed, proh dolor, proh dolor, in quot Christianis hodie alia longè maior cæcitas reperitur. Quam multi
35 enim sunt, qui maiorem iumentorum suorum, quam animarum suarum curam gerunt. Iccirco B. Bernardus hanc calamitatem deplorans sic ait: Cadit asinus, & est qui subleuet, perit anima, & non est qui recogitet. D. Augustinus explicans illa Geneseos verba, Vallis syluestris habebat multos puteos bituminis, inquit: Per hanc vallem mundus significatur, in quo sunt multi bituminis putei, qui sunt vitia, quæ peccatores ita apprehendunt, & alligant, vt sicut bos si in puteum cadit inde per se exire non potest, nisi adiuuetur, ita peccator per se à suo scelere exire minime queat: est q; infœlix adeò erga se crudelis, vt boui remediũ diligenter inquirens sibi illud nequaquam procurat. Deplora igitur frater, & cum Regio Propheta dicito: Saluum me fac
36 Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam: infixus sum in limo profundi & non est substantia. Animaduerte, quomodo in limo peccati infixus sis, & quomodo in te non est præcipua substantia, videlicet, diuina gratia, quæ animam tuam sustentabat: instanter à Domino postula, vt te à luto peccati separet & euellat, ac tibi cœlestem illam substantiam, qua reuiuiscas, communicet.

B. Bernar.

D. *Augus. sup. Gen. 40*

Simile.

Psal. 68.

Videns igitur clementissimus Dominus quæstioni suæ Pharisæos non respondere, *Apprehensum*, (scilicet hydropicum) *sanauit, ac dimisit eum.* O immensam Dei pietatem: quis adeo lapideus est, qui eam considerans ipsius Dei amore non liquescat? Cibum dimisit bonus Iesus, à mensa surrexit, & ægrotum apprehendit, atq; sanauit. Quis nostrum somnum aut mensam

relinquit, vt infirmis pauperibus inseruiat? O ignauia nostra, quantum & quam amplum sibi vendicauit imperium. Ob oculos habeamus, obsecro, vbiq; exemplum hoc præclarum, quod nobis reliquit diuinus saluator, & verbi illius minime obliuisca mur dicentis: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Alios cœlestis medicus non tantum suo verbo curabat, verum etiam sui vestimenti tactu sanos reddebat, hunc autem dextera apprehendit. In quo insinuauit, hunc morbum magnum ac difficilem esse, siquidem ad illum curandum manu vsus fuit. Nec hoc admiremini, vt enim Christus verus saluator mundi verbum diuinum erat, etiam tacens loquebatur & docebat: & quoniam hic hydropicus auarum significabat, ipsi non verbis, sed manibus remedium adhibet, non quod verba eius ad hanc ægritudinem expellendam, sicut ad cæteras tam potentia non essent, (illis enim mortuos suscitabat) sed ad significandum quã difficulter cor ab auaritia & cupiditate semel ligatum curetur. Cum aliquis magno & incurabili morbo laborat, dicere soles: Magna profectò ægritudo hæc est, si Deus manum suam ei non adhibet, ægrotum hunc mortuum reputare possumus. Ideo S. Dauid, ad significandum ingens mundi malum, dicebat: Emitte manum tuam de alto. Quasi diceret: Si tu Domine manũ tuã non admoues, mundus funditus peribit. O execranda & maledicta auaritia, quas strages in mũdo facis, postquam semel alicuius animum occupasti, ita vt si Deus manum suam nõ adhibeat, frustra profecto laboretur. Omnes autem tui possessores, qui nõ pauci sunt, merito hydropici vocantur, quandoquidem flagrãtissima diuitiarum siti opprimuntur, Quid, obsecro, diceretis de illo, qui iter faciens æstu fatigatus, defessus, & sitibundus, videns alium viatorem sudantem ad eum anhelans & maxima cum anxietate accederet sudorem vultus eius bibere volens? O quam vehementem sitim huiusmodi homo pateretur, siquidem alterius viatoris sudorem bibere non dubitat. Non nè vides hũc sudorem tibi nocere posse, & forsan mortis causam futurũ esse? Non aliud, inquit, facere possum, siquidem ingenti siti moribũdus opprimor. In hunc modum auari tanta siti diuitiarum & cupiditate vexantur, vt pauperum sudores bibere non dubitent. Quantum miser agricola per totum integrum annum in sudore vultus sui comparauit, id ipsum tu, ò auare vna fraude & versutia

Matth. 25. 37

Psal. 68. 38

Simile. 39

potia atq; vno die bibis. Diximus, quam plurimos eſſe auaros, quoniam ita S. Ieremias teſtatur dicens: Omnes à maiori vſq; ad minorem auaritiæ ſtudent: à propheta vſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Omnes, inquit, hanc inexplebilem ſitim habẽt, de qua Ariſtoteles ait: Appetitus diuitiarũ appetit in infinitũ. Hoc non carent aliqui religioſi, quorũ nunquam deſideriũ expletur optandi plurimas ſuis monaſterijs diuitias, & id ſanctum eſſe exiſtimant. Iſti velut hydropici bibunt aquam mulſam, videlicet, liquorem aqua & melle confectũ, Hiſpanè, Aloja. Et ſicut aqua melli coniuncta, quanuis deguſtetur, non ſentitur, ſic iſti auaritiam non ſentiunt, & ipſam quodam modo contegunt dicentes, ſe illa omnia ad monaſterium ſuũ atq; ſeruitium Dei deſiderare. Quibus illud Prophetæ Habacuc dici poteſt: Væ qui congregant auaritiam malam domui ſuæ. Auaritia religioſorum peculiariter improba & deteſtanda appellari poteſt, quoniam ſub ſpecie boni exercetur, atque ita difficilius agnoſcitur, & difficillime curatur. Hydropici etiam ſunt aliqui ſacerdotes, qui nunquam multitudine beneficiorum, præbendarum ac dignitatum ſaturantur. Iſti velut tartari ſanguinem bibunt, quoniam inſatiabilem ſitim ſuam beneficijs eccleſiaſticis, quæ in ſanguine Chriſti fundãtur, extinguere cõtẽdunt. Quibus etiam illud Prophetę Habacuc exprobrare poſſumus: Væ ei, qui multiplicat non ſua. Hydropici etiam ſunt quam plurimi nobiles ac potentes huius ſæculi, qui cum ſubditis ſuis crudeliter agentes ipſorum diuitias tyrannicè vſurpant. Super quos maledictio illa Deuteronomij cadet, vbi dicitur: Maledictus qui tranſgreditur terminos alienos, & omnis populus dicat, Amen. Iſti vinum, quod inebriat, videlicet, põpam & gloriam mundanam bibũt, quæ illos amentes & inſanos reddit. De quibus S. Iſaias ait: Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum. Hydropici etiam ſunt aduocati, cum quibus & ſcribæ & procuratores atq; alij iuſtitiæ miniſtri numerantur. In horũ officio ac munere vnũ ſatis periculoſum & etiam diabolicum experimur, ſcilicet, quod quanuis cauſa, lis, ſeu contentio iniuſta ſit, ſi pecunia adſit, nunquam ei aduocatus deficiet. Ah Deus vos ab officio auertat, quod homines deſiderare facit, vt in Republica non ſit pax, quod profecto ingens malum eſt. In Prouerbijs enim dicitur; Sex ſunt, quæ odit Dominus

Ieremi. 6. *Ariſt. 3. Ethicor.* *Simile.* *Habacuc. 2.* *Habac. 2.* *Deute. 27.* *Iſai. 5.* *Prou. 6.*

minus,& septimum detestatur anima eius, scilicet,eum,quise- 43
minat inter fratres discordias: & idem de eo dicendum est, qui eas desiderat,quique ipsis obuiam ire potest,litigantem admonens de iniustitia ipsarum, & id non facit. Quid amplius de hoc dicam? Hoc vnum pro compertohabete, nunquam in sanctorum calendario aliquem aduocatum fuisse repertum,nisi solum vnum,qui pauperum causas egit.Et hic Iesus Christus est,
1.Ioan. 2. de quo D. Ioannes inquit: Aduocatum habemus apud patrem, Dominum nostrum Iesum Christum,quem plurimi existis aduocatis non imitantur, qui lites ita differunt & prorogant, vt quanuis miser litigator ius obtineat, omne tamen commodum & emolumentum in ipsorum, atque scribarum domibus remanet:plus nam q; ipse litigans cum illis consumpsit, quam fuit vtilitas & commodum, quod ex lite præter suum laborem repor- 44
tauit. Isti hydropici iusculum auro conditum bibunt Hispanè,*Caldo esforçado con oro*. Si enim eorum manus numis aureis non imples, statim animo cadunt, & à lite deficiunt. Quibus
Prouer. 22. etiam illud Prouerbiorum dici potest: Qui calumniantur pauperem, vt augeãt diuitias suas. Nam hoc animo atque intentione multi eorum literis operam dant,& rationes quærunt, vt miserum pauperem facultatibus & peculio spolient. Hydropici etiam sunt medici. Isti aquam stillatiuam bibũt, marsupia enim pauperum ægrotorum exhauriunt:dico pauperum,quoniam di
Prouer. 1. uites eis contribuere,rationi consentaneum est. De his illud Prouerbiorum dici potest: Semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt. Vitas à pauperibus eripiunt, siquidem ab eis substantiam,videlicet,numos,quibus in ægritudine sustentan- 45
di erant,tyrannice extorquent. Hydropici etiam sunt mercatores,quimẽdacijs,technis,versutijs,versuris,fraudib⁹, &(quod peius est)diabolicis vsuris diuites fiunt. Isti liquorem quendam quem vocant musculum, vulgo,*clarea*,bibunt,nam clare & manifeste furantur, & clare etiam in infernum proficiscuntur. In aliquibus locis etiam nobiles vsuras committunt,sed non in hac vrbe,quoniam,proh dolor,ne obulum quidem habent. Omnia
Eccle. 10. enim in ludis atq; alijs vanitatibus consumunt. De his vsurarijs illud Ecclesiastici dici potest: Auaro nihil est scelestius,nihil est iniquius,quam amare pecuniam:hic enim & animam suam venalem habet. Quod igitur his hydropicis medicamentum adhibebi-

46 hibebimus? Hoc ipsum certe, quod nobis hic hydropicus Euã
gelij ostendit, cum se ante verum animarum atq; morborum
omnium medicum præsentem exhibuit. Hic enim ab eo non
quidem verbis sed miseriæ suæ ostensione & vehementi desi-
derio salutem petebat: quod genus petitionis (vt docet B. Tho- D. Tho. 2.
mas) Deo gratissimum est. Sic igitur vos ipsos fratres huius 2. q. 83. arti
hydropici exemplo ante cœlestem medicum constituite, vt tot cul. 12.
mala animarum vestrarum curare dignetur. Vbi ergo Dominus
superstitionis morbum, quo Pharisæi laborabant adhibita ra-
tione sanare aggressus est, aliud multo grauius ambitionis malũ
quo ægrotabant proposita quadam parabola curare voluit.

Ait ergo: *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo*
loco, & cætera, quæ sequuntur vsq; *Quia omnis qui se exaltat, hu-*
47 *miliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Super hoc notandum est,
cœlestem magistrum vrbanitatem & sedilium ordinem, qui in
congregationibus seruari solet, non hic prohibere, quia vrba-
nitas, hæc quamcunque Rempublicam seu congregationem
summopere illustrat, qua deficiente omnia Babylon & confu-
sio sunt. Ratio enim postulat vt ordo sit, & principalia sedilia at-
que loca principalioribus, & qui dignitate præeminent, tribuã-
tur: nec aliud iustitia distributiua permittit. Et D. Paulus ad Ro
manos scribens sic ait: Reddite omnibus debita, cui honorem, Rom. 13.
honorem, cui tributum, tributum. Et in Ecclesiastici volumi- Eccle. 37.
ne dicitur: Sapiens in populo hæreditabit honorem. Quẽad
modum contra ius & æquitatem est, Regi tributum non sol-
48 uere, ita contra ius & æquitatem est honorem & primum lo-
cum ab eo, cui debetur, auferri. Nam inter Angelos in cœlo-
rum regno ordo reperitur: de inferno autem inquit S. Iob: Vbi Iob. 10.
nullus ordo. Ex quo fit, illas Respublicas, in quibus omnes
æquales esse volunt, nullamque rationem senectutis, literarum
ac nobilitatis habere, inferni esse viua exemplaria. Quæ enim
sunt à Deo ordinata sunt, inquit Beatus Apostolus. Ex eo ve
ro quod hic ordo atque vrbanitas non seruatur, plurimæ discor
diæ & contentiones vbique oriuntur. Inter ea autem quæ Rom. 13.
in hac re Dominus persuadere contendit vnum est, quod no-
biles vrbaniter alios inuitare velint, *Vsando con ellos de cumpli-*
miento, de buena criança, Vrbanitas nanque amoris causa est. At-
que ita Diuus Paulus ait; Charitatem fraternitatis inuicem di- Rom. 12.

ligentes, honore inuicem præuenientes. Hac enim inuitatione, ideſt, *comedimiento*, quanuis alius oblatum locum non ſit acceptaturus, eo fauore, tanta lætitia afficietur, vt in poſterum maiori te amore proſequatur. Valde etiam hic notandum eſt, non dixiſſe dominum: Qui exaltatur, humiliabitur, ſed: Qui ſe exaltat. Nam qui dignitatem abſque aliqua negotiatione, ſed duntaxat per obedientiam accipit, ſi ea dignus eſt, non malum, quin potius meritorium eſſe reputatur. Dicimus abſque negotiatione eius, quoniam eo ipſo quod ad illam adquirendam ambitionibus vtitur, ſe ipſum exaltat, dicente philoſopho: Honor eſt præmium virtutis & per conſequens non debetur ambitioſis. In huius rei ſignum Auguſtinus narrat potētes Romanos duo templa coniuncta ædificaſſe, quorum alterū Deæ virtutis, alterum verò Deæ honoris conſecratum erat, ita vt ad templum Deæ honoris ingredi non liceret, niſi per templum virtutis. In quo ſignificabant, eum, qui virtutem non habet, honore aut dignitate minime dignum eſſe. Vnde idem B. Auguſtinus ait: Superior locus, ſine quo communitas regi non poteſt, & ſi adminiſtretur, vt decet, indecenter tamen appetitur. Et B. Thomas egregie docet, ſatis periculoſum eſſe actum epiſcopalem deſiderare, eò quod ei annexa eſt dignitas. Hinc vehementer aurea verba eiuſdem D. Auguſtini notanda ſunt. Otium, inquit, ſanctum quærit charitas veritatis, negotiū iuſtū ſuſcipit neceſsitas charitatis: quā ſi carinā nullā imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati: ſi autem imponitur ſuſtinenda eſt propter charitatis neceſsitatem. Et cum hoc merebitur quis diuinā gratiam qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius.

Amen.

Ariſt. 3. Ethico.

D. Auguſt. lib. 4. de ciuitate Dei.

49

50

51

P. Auguſt. ſup. c. 9.

D. Tho. 2. 2. q. 185. artic. 1.

B. Auguſt. lib. 19. de ciuitate Dei. cap. 19.

DOMI.

DOMINICA XVII.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA.

Accesserunt ad Iesum Pharisæi, & interrogauit vnus exeis legis doctor tentans eum. Matth. 22.



Doctores & sapientes absque virtute & amore Dei sacrosanctæ Ecclesiæ maximè nociui & pernicioſi sunt, vt egregie Beatus Paulus docet, de quibusdam Iudęis ad fidem nouiter conuersis loquens, qui se sapientes esse iactabant, & iuxta sapientiam suam non operabantur, sed de se ipsis alijs malum exemplum præbebant: gentiles autem videntes Christianos non operantes iuxta ea, quæ docebant, magis in infidelitate sua confirmabantur, ac sacrosanctum Euangelium mendacium esse reputabant, & ita sanctiſsimum Dei nomen blaſphemabant. Iccirco in eos ſic inuehitur: Si autem tu Iudæus cognominaris, (ideſt, ſi te iactas ex tribu Iuda originem trahere, ex qua Iesus Christus Filius Dei secundum carnem ortum duxit) quieſcis in lege, (hoc eſt, in tam ſancta lege & ab omni errore tam immuni, qualis eſt lex euangelica viuis) & gloriaris in Deo, (ideſt, ſummæ tibi gloriæ ducis, habere veram Dei cognitionem, qualiter ipſe Deus ſit honorandus ac diligendus) & noſti voluntatem eius, & probas vtiliora inſtructus per legem, (hoc eſt, tanta ſapientia polles, vt illa, quæ in lege magis aut minus obligent, & quæ plus aut minus meritoria ſunt, diſcernere ſcias) & confidis te ipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium habentem formã ſcięti̇ę & veritatis in lege, (hoc eſt, & cùm gloriaris te eſſe ducem, lumen, magiſtrum, & doctorem infidelium atq; ignorantium

Roma. 2.

rantium, & gloriaris etiam te habere formam scientiæ & veritatis, (hoc est, perfectionem scientię in docendo veritatem) & iuxta ea, quæ doces, non operaris, magna profecto confusio tua est, cũ tot rationes habeas, quæ te ad bonitatem moueant, tu ipse im probus sis, & aliter doceas, quã operaris. Qui ergo aliũ doces, te ipsum non doces? Qui prædicas nõ furandũ, furaris? Qui dicis nõ mœchandũ, mœcharis? Qui in lege Dñi gloriaris, per præuaricationẽ legis Deũ inhonoras? O verba terribilia. O asperrimã reprehensionem in prælatos, magistros, & prædicatores, qui per præuaricationem Deũ inhonorant. Nam peccare est, propriam volũtatẽ, Dei volũtati anteponere, sicut & seruire est, voluntatẽ Dei propriæ præferre. Deo autem magna in hoc fit iniuria, hinc enim oritur id, quod statim sequitur, scilicet, Nomẽ Dei per vos blasphematur inter gentes. Sed dicet aliquis: Miror maxime, q cum homines prudentes sint, suos deprauatos appetitus sequantur, & tentationes suas non vincant: sapientia enim homines potentes facit. Atq; ita vbi nos legimus: Elige viros sapientes, alij

Exod. 18. transtulerunt: Elige viros potentes, & sic est in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Vbi significatur, idem esse dicere sapientes, quod potentes. Qualiter ergò multi sapientes ita se superari sinunt, & tantam fragilitatem in suo viuendi modo ostendunt? Ad hoc respondeo, vitam sapientiæ & id, quod ei vigorem tribuit, esse diuinam gratiam, sine qua sapientia mor

1. Cor. 15. *Philip.* 4. tua est. Iccirco D. Paulus ad Corinthios scribens dixit: Gratia Dei sum id quod sum: & alibi: Omnia (inquit) possum in eo,

D. Tho. 3. *p. q.* 70. *art.* 4. *in Cor.* & 1. 2. *q.* 111. *art.* 3. *in cor.* qui me confortat. Vnde perquam docte ait D. Thomas, minimam gratiã posse cuilibet concupisc ẽtiæ resistere, & omne peccatum mortale, quod committitur in transgressione mandatorũ Dei, vitare. Hinc intelligetis, quare sacra scriptura sæpenumerò victoriam, quam Christus Redemptor noster de dæmone ac de peccatis reportauit, exaggerat, vt cũ in Apocalypsi ait: Vicit

Apoc. 5. & 17. *Ioan.* 16. leo de tribu Iuda. Et ibidem, Agnus vincet illos, quoniam Dñs dominorũ est, & Rex regum. Et alibi idem Dominus inquit, Cõfidite, ego vici mundũ. Prima enim facie vile & abiectum esse videbatur, filiũ Dei de hoc laudari, cum eius potestas omnium dæmonũ vires ac fortitudinem longe superet. Sed tamen quia omnis hæc superni ducis Iesu Christi victoria in viribus & gratia, quã ipsemet nobis meruit, nititur, vt nos etiam victoriam

conse-

7 conſequeremur, hoc mirabile eſt, ſcilicet, in membris debili carne & oſsibus compactis tantam eſſe fortitudinẽ, vt omnia, quæ natura renuit, facile contemnat & aſperneturatq; ità omnes victoriæ Ieſu Chriſto totius gratiæ fonti præcipue tribuuntur. Quoniam autem peccatores licet ſcientia polleant, gratiam tamen non habent, iccirco debiles ſunt, & miſerrime ſuperantur. De huiuſmodi inquit S. Ieremias: Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua. O incommutabilis Deus, quid eſt hoc? Nunquid albedine homo niger efficitur, & calore frigeſcit, hoc eſt, ſcientia imprudens redditur? Ita ſane, quoniam ſapiens ſine Deo ab ipſa ſapientia occaſionem ſumit, vt ſuperbus ſiat tyrannus ac malitioſus, & vt proximis ſuis fraudulenter noceat, quod quidẽ maxima inſania eſt. Nonnè vobis inſanus videtur ille, qui ex re *Ierem.10.*

8 tam excellenti tamq; præclara, qualis eſt ſapientia, gladium acutum efficit quo ſe atq; alios interimat? In hanc miſeriam deuenit infœlix ille legis doctor, de quo ſacroſanctum Euangelium in præſentiarum agit: cuius occaſione hæc omnia diximus. Iſte cuiuſdam turmæ Phariſæorum dux factus cum illis velut lupis ad manſuetiſsimum agnum Ieſum Chriſtum mordendum acceſſerunt. Deus nos, fratres mei, à tanto malo eripiat. Qui literis operam datis, Dominũ obſecrate, & ab eo ſummis precibus contendite, vt vos veros ſapientes efficiat, veſtramque ſcientiam ſua diuina gratia viuificet, vos autem quantum in vobis fuerit, ad hoc vos ipſos diſponite, in duobus libris, quos ego dicam, continuo legentes. Alter eſt propria cõſcientia, cuius tria folia præcipuè lectitabitis, attẽte quilibet veſtrum conſiderans,

9 quis fuerit, quis eſt, & quis erit. O quantum vtilitatis & commodi ex vera ſapientia perciperes, ſi ſæpenumero tibi in mentem veniret, quam male præteritum tempus conſumpſiſti, & quoties in eo creatorem tuum offendiſti, atq; amaritudine cordis hoc deplorares: quo perlecto folio ſecundum aggredereris, animo euoluens quam imperfectus & miſerijs plenus nunc es: tandem tertium euolueres maximo timore dicens: Heu mihi, quid in poſterum de me erit? Si plurimi, qui cũ ſanctitate inceperũt infœliciter vitam ſuam finierunt, ego, qui tam improbe cœpi, & tam parum in virtute profeci, quo perueniam? Deus te ô frater, illuminet, vt huius libri hæc tria folia ſcias perſcrutari, àqua lectione ſingulare tuo ſpiritui commodum reſultabit. Al

ter

ter liber est Iesus Christus Dei filius cruci affixus & in omnibus membris suis cruciatus, liber inquam duorum foliorum humanitatis, videlicet, ac diuinitatis. Prius in eius sacratissima humanitate legere debes, contemplans paupertatem in qua natus est, & vsq; ad mortem vixit, obedientiam, humilitatem, charitatem atque alias singulares virtutes, quæ in eo clarissime enituerunt, contemplans etiam quanta liberalitate amantissimus ille tuus sponsus omnem sanguinem suum pro te effudit, & nunc, si ad salutē cuiusq; animæ opus esset iterū lbētissime effunderet. Post quam vero hoc folium euolueris, aliud, videlicet, diuinitatem eius diligentissimè peruoluta, cōsiderās, eū, qui hæc omnia pro te passus est, Deum infinitæ gloriæ esse atq; maiestatis. O fœlicem illū ac nimiū fœlicem, qui partē diei ac noctis scit in his vtilissimis lectionibus cōsumere, superās cōtinuo impij Sathanæ 11
1. Reg. 2. cōtradictiones, qui omnibus vijs ac medis hæc sancta exercitia impedire contēdit. Quidā crudelis tyrānus nomine Naas (vt sacra refert historia) inimicis suis sic dixisse legitur: In hoc feriā vobiscū fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros. Hoc etiam infestissimus Sathanas intendit. Nam cùm interior homo duos oculos habeat, alterum, quo cœlestia contemplatur, alterū vero quo corporalia intuetur, ipse dęmonita eum peruertere conatur, vt solū oculos habeat ad terrena inspicienda, ad cœlestia autem penitus sit ipsis oculis priuatus. Ideò
Isaiæ. 32. S. Isaias inquit: Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem. Id est: Excute hos terrenos affectus, & erigere, atq; a rebus terrenis erectus sede in rerum æternalium contemplatione, & ita in amore earum inflamaberis, & tandem veram sapientiam consequeris. 12

Antequāiisti Pharisæi ad Dominum accederent, iam prius Sadducæi, *Qui dicunt, non esse resurrectionem*, Ad ipsum accesserant, quæstionem proponentes de muliere, quæ septem viris nupserat, & interrogabant eum, cuius vxor ex illis septem in vniuersali resurrectione futura erat, Quibus ipse Dominus respondit: *Erratis nescientes scripturas, nec virtutem Dei. In resurrectione enim nec nubent, nec nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo.* O rem admirandam. Ecce qualiter ille, de quo
Psal. 48. S. Dauid inquit: Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, in cœlo sicut angelus futurus est. Non inquit: Comparatus est iumento, sed iumentis, quoniam omnes ferarum

13 rũ & brutorũ beſtialitates in miſero homine incluſæ eſſe videtur videlicet, leonis crudelitas, lupi voracitas, vrſi turpitudo, vulpiũ aſſutiæ atq; calliditates &c. Quapropter merito D. Paulus inquit: Fratres debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem vi uamus, ſi enim ſecundum carnem vixeritis moriemini. Quaſi diceret: Neſcio quomodo ita enigilatis in carne veſtra delicijs ac voluptatibus affucienda, etenim parum admodum ei debetis, & ſi viuitis eius appetitibus ſatisfacientes, in æternum moriemini, ſicut illi, de quibus regius Prophetadixit: Tranſierunt in affectum cordis, ideſt, in bruta animantia conuerſi ſunt: Nam ſe ſe à paſsionis impetu & non à ratione duci & gubernari permiſerunt. Quocirca ſi angelis in cœlo ſimiles eſſe cupimus, totis viribus contendamus à carnis paſsionibus minime gubernari: illa enim etiam in iuſtis ac pijs viris, qui eam opprimere & domare 14 conantur, rebellis & immunda eſſe ſolet. Cum nobilis eques pretioſum equum & furibundum habet, ipſum quotidie ſuis famulis ſtringere & mundare iubet, & cum ei placet, illum pretioſo ſtragulo inſternere, & fræno, tintinnabulis argenteis, atque alijs phaleris adornari imperat, & in ipſum aſcendit, & dum coram illa, cuius amore flagrat, incipit ſpaciari, ecce equus in cõſpectu chariſsimæ immunditias è corpore ſuo mittit. Videte, obſecro, quò peruenit equi compoſitio, & ornatus? Deniq; fecit, vt iumẽtum rationis expers. In hunc modum caro veſtra eſt, quæ, cùm magis domitam & ſpiritui ſubiectã, ac bonis moribus plus adornatam eſſe exiſtimatis, tempore, quo orationi vacatis, aut ſacerdos rem ſacram facere, vel quis ſacrã euchariſtiam ſumere vult, 15 tunc ipſa ſtimulos quoſdam immundos ac turpiſsimos ex ſe producit, quos & vos fateri coram ſacerdote, & ipſe eos audire erubeſcitis. Iccirco merito diuinus Pſalmographus ait: Filia Babylonis miſera, beatus, qui retribuit tibi retributionem, quam retribuiſti nobis. Quæ verba miſeræ carni filiæ confuſionis applicari poſſunt: eſt enim phraſis Hebræa, rem illam, in qua maxima confuſio eſt, filiam Babylonis appellare.

Rom. 8.

Simile.

Pſal. 72.

Pſal. 136.

Phariſæi autem audientes, quod ſilentium impoſuiſſet (ſcilicet Dominus) *Sadducæis, conuenerunt in vnum*, Vt omnes ſimul in eum irruerent. Super quod B. Hierony. inquit: Phariſæi & Sadducæi, qui inter ſe pugnabãt, ad tentandũ Chriſtum pariter conſentiũt. Hoc idẽ ad pedem (vt aiunt) literæ, his infauſtis tẽporibus apud impios

B. Hier. ſup. hunc locum.

impios hæreticos contingit, qui licet interse ob diuersitatem he- 16
resum contrarij sint, (eo enim miseriæ isti deuenerunt, vt in eadem domo patres diuersas à filijs hæreses sequantur, & frater aliam ab alio fratre sectam amplectatur) tamen omnes vnanimiter sacrosanctam Dei Ecclesiam persequuntur. In quo illud
Isai. 9. Prophetæ Isaiæ adimpletur. Succensa est (inquit) quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in densitate saltus, & cõuoluetur superbia fumi. In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo nõ parcet. Vnusquisque carnem brachij sui vorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam. O immense Deus, & qualiter hoc in plurimis regnis, quæ ab hinc paucis temporibus catholicam amplectebantur fidem, adimpletum videmus. At quoniam spinæ & tribuli erant regna 17
ista, ob innumera & horrenda scelera, quæ perpetrabant, ignis tantæ impietatis & tot hæresum ea ita apprehendit & incendit vt propter diuersitatem hæresum ipsi parentes filios, & fratres ad inuicem seipsos corrodant, dilacerent, ac deuorent: & ipsi simul contra Iudam, videlicet, contra Iesum Christũ, qui ex tribu Iuda secundum carnem ortus est. Faxit Deus optimus maximus, vt ad hoc tam necessarium negotium, fratres mei, aduertatis, & intelligatis, quod, quia homines vepres & spinæ sunt, succensa est in eis quasi ignis impietas, hoc est, in pœnam suorum horribilium scelerum se ipsos peruerterunt, & hæretici facti sunt: cognita autem causa, vnde tantum malũ oritur, vestras cõscientias, nè in illud incidatis, emundare & abstergere laboretis.
Simile. Si esset pestis, & causam eius intelligeretis, omni cura & vigilan- 18
tia ab illa vos ipsos auertere contenderetis. Iccirco, siquidẽ hæc spiritualis pestis à superbia, ambitione, luxuria, & cupiditate &c. oritur, multo maiori cura & solicitudine oportet vos hæc omnia mala omninò deponere: & siquidem hæretici contra Iesum Christum & eius sacrosanctam sponsam Ecclesiam vnanimes siũt, nos etiã singulari amore, spiritu, & efficacia ad eius honorem defendendum & pro eo propugnandum simul conuenia-
Simile. mus. Quãdo duo canes rabido impetu inter se rixantur, & adinuicem se se mordent, si, cum in hoc conflictu sunt, lupum in ore ouem portantem transire vident, statim pugnam relinquunt, & ipsum vno animo, vt prædam deponat, infectantur. Sic his tẽ-

poribus

poribus, si quidem videmus infernalem lupum regna Germaniæ, Vngariæ, Angliæ, & Flandriæ, & magnam Galliæ partem in ore portantem, oportet nos lites, contentiones, factiones, atque alia huiusmodi relinquere: & omnes vno animo & voluntate hunc crudelissimũ lupum lacrymis, suspirijs, ieiunijs, cilicijs, atque orationibus, nè tantum illis miseris animabus damnũ inferat, persequamur. Nam hæc sunt præcipua arma, quibus nos ab illis infestissimis hæreticorum regnis, qui tanta rabie sacrosanctam Ecclesiam euertere conantur, tueri ac defendere valebimus.

Cũ filij Israel (vt sacra refert historia) à Philisthæis in quodã prælio superarentur, iterum cum illis bellum committere decreuerunt, secum arcam Domini, vt ipsos defenderet, portantes: sed factum est, vt iterum vincerentur capta Domini arca & interfectis sacerdotibus. Videns autem ingentem stragem, quam Philisthijm in Hebræis fecerant, ait Samuel ad vniuersam domum Israel, (inquit sacer textus) si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, & præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthijm. Ipsi autem dictis Prophetæ obtemperauerũt, & deos alienos à se abiecerunt, hauseruntq; aquã & effuderunt in conspectu Domini, in signum quòd quemadmodum aquam ex illis vasis effundebant, ita à cordibus suis iniquitatem expellebant. Et ieiunauerunt in die illa, atq; dixerũt: Tibi peccauimus Domine: quibus peractis statim victoriam reportauerunt. Antequam peccata à se expellerent, & veram pœnitentiam agerent, nihil eis profuit, arcam testamenti secum portasse. Sic nunc fratres mei plurimas supplicationes, seu litanias facimus, sacrosanctum altaris sacramentum à sacrarijs, educimus, & illud in ecclesijs ad suscitandum deuotionem nostram publicè reponimus, & nihilominus ferè semper vincimur, hæretici vero & infideles barbari de nobis victoriam cum opprobrio nostro consequũtur. Huius autem rei causa est, quoniam malitiam & iniquitatem à cordibus nostris per veram pœnitentiam non auertimus, quin potius cõtinuo in nostris idololatrijs perseueramus, detestanda vitia sicut Deos adorantes. Conuertimini igitur vere ad Dominum, fratres mei & veram omnium peccatorum vestrorum pœnitentiam agite, & hoc modo supplicatio

1. Reg. 4.

1. Reg. 7.

nes, quas facimus, & sanctæ cæremoniæ, quibus vtimur, nobis cõ-
proderunt ad iram Dei optimi maximi placandam, ac ne hostiũ
nostrorum infidelium contradictiones nobis nocere valeant.

Accesserunt ergo ad Iesum Pharisæi. Et sceleratus doctor velut malitiæ dux quæstionem pro omnibus proposuit. *Et tentans eum dixit: Magister, quod est mandatum magnum in lege?* At illi Iesus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua. Hæc est maximum & primum mandatum.* Dominus in hoc præcepto tot conditiones apposuit, vt aliqui dixerint, ipsum Deum illud dedisse, vt in alio mundo adimpleretur: in hoc enim impossibile videtur, posse adimpleri eò quod tot tantasq; conditiones in se includit, & nos adeò id malũ proni & procliues sumus. Sed hoc falsum est, & à veritate alienum, nam in gloria iusti aliqua lege nequaquam astringẽtur. Vbi primum enim iustus in cœlũ ingreditur, illicò intellectus eius quo dã mirabili artificio, quod lumen gloriæ dicitur, eleuatur, vt ita eleuatus possit Deum, sicuti est in sua essentia & existentia, videre atq; intelligere: quem postquam idẽ intellectus percipit, adeò efficaciter ipsum volũtas apprehendit, vt nullo modo retrocedere queat: quoniã in Deo nullũ defectũ inuenit. Et cùm eum necessario voluntas diligat, (vt egregie docet D. Thomas) statim necessariò sequitur possessio. Et cũ memoria illũ possideat, necessario ipse possidens delectatur. Et cũ per fruitionem delectatur, necessariò cor quiescit. Et cũ quiescit, per satisfactionẽ & adimpletionem omnium desideriorũ, necessario anima beatificatur: eò quod ipsa coram omnibus bonis est, & ab omnibus malis abest. Et vbi tam fœlix necessitas futura est, præcepto non opus erit, nec etiam necessarium erit, Dominum beato iubere vt ipsum toto corde diligat. Et siquidem ipse beatus toto corde & animo in Dei amore absorptus erit, illi non imperabitur vt tota anima & mente diligat: non solum enim ipsa anima, sed etiam corpus in modum spiritus factum in eius amore transformabitur. Nec iubebit Dominus ibi ex omni mente à beatis diligi, quoniam intellectus voluntas, ac memoria eorum se se omnino huic sancto operi dicabunt. Fateor equidem hoc præceptum (licet in hac mortali vita, dum nihil contra charitatem operamur, pro modulo nostro (vt docet B. Thomas) illud expleam⁹) in patria tamen à beatis perfecte adimpleri: sed hoc non erit tan

D. Tho. 2. 2. q. 5. ar. 4.

23

24

B. Tho. 2. 2 q. 44.

quam

25 quam præceptum, ſed tanquam meritorum præmium. Præmium enim ſeu remuneratio gloriæ eſt, quod omnia iuſtorum deſideria ibi expleantur: inter quæ vnum magis efficax, quod in hoc mundo habent, eſt, vt Deum perfectè diligant. Quod quidem deſiderium hic perfectè adimpleri non poteſt propter miſerias & pœnalitates, quibus circundati ſumus: in gloria verò Deus hoc deſiderium beatis in præmium ſuorum meritorum adimplebit. Reſtat ergo fratres nos pro comperto habere, Deũ hoc præceptum dediſſe, vt illud meliori modo, quo poſsimus, in hac vita adimpleamus. Sed dicet aliquis: Si hoc præceptum in hac vita perfectè adimpleri non poteſt, quorſum Dominus illud dedit? Ad hoc ſacri doctores reſpondent, Dei voluntatem eſſe, vt continuo vnuſquiſq; ſe ipſum humiliet, & ſui ipſius
26 verecũdetur & pudore afficiatur. Ideirco nobis hoc præceptũ propoſuit, quod quidem ſemper nos antecedit: licet enim plurimum in eo adimplendo elaboremus, ſemper inueniemus plurimũ, ex quo pudore conficiamur. At ſicut viator, qui iter viginti millia leucarum conficiendũ haberet, quanuis quingentas, aut ſexcentas iam ambulaſſet, exiſtimaret nihilominus ſe parum aut nihil confectum habere reſpectu plurimarum paraſangarũ, quæ eiad ambulandum reſtabant, & oculos conſiderationis in illis, quæ ſupererant ad ambulandum poneret: ita Dominus vult vt Chriſtiani licèt plurimum dilexerint: ſemper cogitent ipſos parum dilexiſſe reſpectu plurimi, quod ad diligendum eis reſtat: atque ita humiliter viuent & cum B. Paulo dicentes. Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero, quæ ſunt priora, extendens
27 me ipſum, magis ad currendum per amoris curſum feſtinabunt. Poterit etiam quis dicere: Aliquem amare eſt ei bonum velle, ergo Deum amare eſt ei bonum velle: ſed Deus eſt ſummum bonum, cui aliud addi non poteſt, ergo Deum non poſſumus diligere, quoniam non poſſumus ei bonum velle. Ad hoc reſpondetur, duplicem eſſe amorem, deſiderij, ſcilicet, & complacentiæ. Amor deſiderij eſt, quando alicui deſideramus bonũ, quod ipſe non habet, & tunc eſt verus & perfectus amor deſiderij, cũ nos omnibus viribus & tota animi cõtẽtione ſtudemus, vt ipſe bonũ, quod ei deeſt, conſequatur. Amor verò cõplacẽtię eſt, quãdo cõſideratis bonis, quę aliquis habet, ego lętitia afficior, & mihi cõplaceo, eo q; ipſe ea habeat. Quoniã autẽ

Simile.

Philip. 3.

proximi nostri omnia bona necessaria non habent, ipsos amore desiderij diligere debemus: quanuis enim gratiam & virtutes habeant, possunt tamen plures acquirere, eisq; præcipuum, videlicet, gloria deest. Et quoniam Dominus infinita bona habet, eũ non possumus amore desiderij, sed amore complacentiæ diligere, lætantes & nobis ipsis complacentes, quod ipse bona, quæ habet, quibus plura esse nequeunt, possideat. Hoc amore B. Augustinus inflammabatur, cu dicebat: Si qualiter ego sum Augustinus essem Deus, & tu Domine vniuersæ creaturæ Augustinus esses, ego me verterem in Augustinum, vt tu esses Deus meus omnipotens. O admirabilem charitatis inflammationem. Hanc phrasim & loquendi modũ frigidi atq; amore carentes non intelligunt, iccirco idem S. Doctor aiebat. Da amantem, & sentiet quod dico. Da desiderantem, da feruentem, da in ista solitudine peregrinantem, atq; sitientem, & ad fontem æternæ patriæ suspirantem, da talem, & sciet quid dicam. Res plane certissima est, eum, qui non diligit, nequaquam posse intelligere, qualiter homo ad tantum tamq; efficacem amorem peruenerit, vt diceret, quòd si ipse esset Deus deponeret deitatem, vt Deus esset Deus. Hinc etiam intelligetis, fratres, quantum plerique homines huius sæculi decipiantur, qui plurimos dies consumunt absq; memoria bonorum Dei atq; excellentiarum eius. Nam si Deus amore complacentiæ diligendus est, qualiter de bonitate infinita, de ineffabili pulchritudine, de immensa misericordia, de incomprehensibili sapientia, de innumerabilibus perfectionibus eius lætabitur & complacebit sibi ille, qui nunquã in his cogitat? O miseros vos & quam cæcos vos diabolus reddidit. Resipiscite fratres & aliquot diei & noctis horas in consideratione admirabilium excellentiarum Dei consumite: atq; ita eius amore flagrabitis, & maxime gaudebitis, quod ipse ea bona possideat, & hoc erit, illum amore complacentiæ diligere. Vt autem magis hoc diuino amore inflammemini cum B. Augustino dicite: O ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris. O amor, qui semper vris & nunquam tepescis, accende me & accendar: accendar in quam, vt totus diligam te solum, minus enim te amat, qui tecum aliquid amat. Ob defectum harũ considerationũ tam frigidi tãq; tepidi in amore Dei viuimus, ac si voluntatem non haberemus. O ingentem confusionem & ignominiam hominũ qui,

S. Augustinus in Ioan.

D. Augustinus in soliloq. capit. 18.

31 qui se Christianos esse iactant. Non nè, ò homo, magna miseria est, te amorem & affectionem erga vineam, erga domum, erga equũ, erga palliũ, & etiam erga calceum habere, & erga illum Deũ qui gloriæ infinitæ atq; immensæ bonitatis est, nullam affectionem in te sentire? O cœli, ò terra super tanta ingratitudine obstupescite. Pudeat vos fratres mei in vobis ipsis tantũ amoris defectum sentire erga illũ, cui tantum debetis, & eius amorẽ sanctis exercitijs suspirijs, lacrymis, & orationibus acquirere cõtendite. Et scitote, tantã excellentiam inter alias virtutes amorem habere, vt aliæ vos homines efficiant, hæc vero deos. Sine temperantia enim sine castitate, sine prudentia, sine misericordia, quid aliud estis quam bruta animantia, & his virtutibus homines efficimini. At verò amor vos ad altiorem dignitatis gra-
32 dum euehit: nam per illum Dij facti estis, sicut B. Apostolus te- 1. Cor. 6.
statur dicens: Qui autem adhęret Domino vnus spiritus est, scilicet, cum eo.

Diliges ergo Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Super hoc B. Augustinus perpendit, ex parte Dei non esse modum, quo *B. Augst. sup. hũc. loc.*
ipsum diligamus. Si enim aliquis cogitat, Deum velut patrẽ esse diligendum, profectò multo magis diligendus est, qui non solum te totum condidit sed & modo etiam conditum seruat, sine quo neq; esse, neq; viuere, neq; spirare, neq; loco moueri posses. Hac ratione Daniel Propheta Regis Assyriorum impietatem amplificauit, quod illum ad iracundiam prouocaret, qui flatum ipsius haberet in manu sua. Si autem cogitas, Deum sicut filium diligendum esse, certè multò magis diligendus est: si tanquam
33 vxorem tuam, multò magis: si sicut tuum fratrem, aut amicum, multò magis. Deniq; multo magis te ipso & omnibus creaturis eum diligere debes. Quo circa ex parte Dei non potest exponi, qualiter à nobis diligendus sit, ex parte vero nostra hic nobis declaratur, cùm dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Ait, Dominum Deum tuum, vt sic te ad amorem inuitaret, si quidem Deus ita tuus est, vt nemo illum à te si nolueris, auferre possit. Michas (vt refert sacra scriptura) plorãs seque batur filios Dan. Qui cum respexissent, dixerunt ad eum: Quid *Iudic. 18.*
tibi vis? Quid clamas? Qui respondit: Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem & omnia, quæ habeo, & dicitis: Quid tibi est? O Micha, Micha si tu Deum, qui te fecit & creauit, ha

beres, nemo illum à te inuito auferret, sed quoniam fiduciã tuã & amorem in Deo, quem manibus tuis conflasti, posuisti, ideò contra voluntatem tuam ipse surreptus & sublatus est. Dilige ergo, ò homo hoc summũ bonum, siquidem ita tuum est, illudq; ex toto corde tuo amore prosequere. Deus ex alijs, quæ cor nõ sunt, partem postulat: postulat, inquã partẽ diuitiarũ: Quod super est, date eleemosynam: postulat partem frugum, videlicet, decimas: postulat partem temporis, dies, scilicet, festos: at verò ex corde non partem sed totum integrum exigit. Nec mirandum est, Deum, cùm sit infinitæ maiestatis & magnitudinis, non nisi toto corde, tota anima, tota mẽte, ac deniq; toto homine esse contentum, siquidem homo cũ sit vilissimus terræ vermiculus non nisi cum toto Deo contentus est. Cum S. Dauid ad huc pauper & abiectus pastor esset, Dominus illi vires ad superandos vrsos ac leones tribuit: & postea dedit illi animum ac fortitudinẽ ad vincendũ Gigantem Goliath: tandem ipsum exercitibus Israel præfecit: postremo eum regem populi. Hebræorũ constituit: ac non solum eum magnũ bonis temporalibus fecit, verũ etiam ipsum gratijs & donis spiritualibus ditauit. Atq; ità ipse animam suam inuitat dicens: Benedic anima mea Domino, & noli obliuiscì omnes retributiones eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, hoc est, qui te circuit & suis supernis donis exornat. Si tunc ab eo aliquis quæreret: Rex sancte, nunquid contentus es? responderet vtiq; id quod in Psalmo inquit: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Non satiabor, quo vsq; totum Deum habeam, hoc est, quousque Deum simul per gratiam & gloriam possideam: & hoc voco, totum Deum habere: nam ipsum duntaxat per gratiam habere, est cum ex parte possidere: Atq; ita D. Paulus dixit: Cùm venerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Si igitur homo non nisi cum toto Deo (vt supra explicuimus) contentus est, (& ita B. Augustinus inquit: Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniamus ad te) non est mirandum, Deum non nisi cùm toto homine esse contentum. Quo circa, ò frater dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, animo euolue quantũ Deus meretur, & cõsidera parũ, quod tu ei potes offer-

Luc. 11. 34 35 Psal. 102. Psal. 16. 36 1. Cor. 13. B. August. in confessio.

re,

37 re, & id parum diuidere noli, quin potius illud integrum ei liben
tissimè tribue. Cor tuum adeò paruum est, vt ipsum quilibet
passer in suo rostello portare valeat, & tu illud diuidere inten-
dis, & partem Deo, partem verò mundo, & partem diabolo vis
tribuere? Magnam profecto illi summo Deo, qui ipsum totum
integrum vult, & ei iure optimo debetur, iniuriam irrogas. Ani
maduerte, Dominum de Hebræis per Oseam prophetam di- *Oseæ. 10*
xisse: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Sic tu peribis,
si cor tuum diuidere constituis. Vsq; quò claudicatis in duas *3. Reg. 18.*
partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal,
sequimini illum, dixit S. Elias Hebræorum populo. Qui volue *Simile.*
rit vno pede per locum excelsum, & altero per locum infimum
incedere, certum est ipsum tortum & inæqualem & vtroq; pe-
38 de claudicātē ambulaturum. Talis est, qui Deum & mundum
simul diligere cōtendit. Pedes namq; animæ sunt affectiones &
amores, Deus autem infinitæ altitudinis est, mundus vero infi-
mæ profundatis: atque ita fiet omnino, vt ille, qui affectiones
suas in rebus tam inæqualibus collocat, claudicet & facile à re-
cto deuiet. Siquidem ergo, ò homo, soli Deo tuum amorem
debes, illi soli cor integrum & omnia, quæ in te sunt, tribue: *B. Ansel. su*
sicuti B. Anselmus tribuebat, quando dicebat: Veni Domine, *per hoc.*
veni, ò bone Iesu, iam enim pedes meos nolo, nisi vt te quæ-
ram: nolo manus meas, nisi, vt tibi seruiam: nolo genua, nisi
vt te adorem: nolo linguam, nisi vt te laudem: nolo denique cor
nisi vt te amantissime diligam. Iustū namq; atq; æquum est,
vt me totum integrum tibi tradam, siquidem tu te ipsum inte-
39 grum mihi tribuendum seruas: atq; ita tanta familiaritate me di
ligis, acsi quem diligeres præter me alium non haberes. Si igitur
ego præter te alium non habeo, quare te solum amantissime nō
diligam? O dulcissime Redemptor, quam vere nos Christiani
dicere possumus, nos à te singulari amore diligi: siquidem illis *Ioan. 15.*
verbis, Iam non dicā vos seruos, docuisti, nos à te de crudeli cap
tiuitate redemptos fuisse, nè iam amplius serui essemus: illis au- *Ibidem.*
tem verbis, vos amici mei estis, ostendisti, qualiter nos amicos
elegeris: & illis, Ascendo ad patrem meū & patrem vestrū, ma- *Ioan. 20.*
nifestasti, qualiter nos, vt fratres elegisti: & illis, Ascēdo ad Deū
meū & Deū vestrum, nos docuisti, qualiter nos tuos socios & co *Ibidem.*
hæredes fecisti, vt simul tecū tui ipsi regno fruerēmur. Qui ergo

nos tantis beneficijs auxit, æquum est, vt in eo duntaxat totum 40
cor nostrum collocemus. Sed heu, heu, heu, & quam aliter ferè
omnes faciunt, si quidē vbi primum ad rationis vsum perueniūt,
cor suum, quo Dominus diligi vult, ab ipso auertūt, & alienant
Osea. 7. illud vitijs & voluptatibus tradentes: atq; ita erga res diuinas
adeò sine corde viuunt, vt de eis illud quod Propheta Oseas de
alijs tam nefarijs sicut ipsis inquit, dici posset, scilicet, Ephraim
quasi colūba seducta non habens cor. O miseri homines, qui rē
tam pretiosam, qualis est cor, pro vilibus & caducis rebus hui⁹
sæculi commutastis. Redite præua icatores ad cor sicut S. Isaias
Isai. 46. hortatur, hoc est, cor vestrum inquirite, nec quiescatis donec il-
lud inueniatis, & à misera, in qua est, seruitute, ipsum redimatis,
vt totū in Dei amore impēdere possitis. Postquam autem redē
ptum fuerit, vnusquisq; id, quod sapiens consulit, amplecti stu- 41
Prouer. 4. deat, scilicet, Omni custodia serua cor tuum, quoniam ab ipso
vita procedit. Si enim colubertam astute caput suum obseruat,
illud omni corpore protegens (ab ipso nanq; capite vita in alia
Simile. membra procedit.) Et si natura arborum radices sub terra absco
Simile. dit, quoniam ex illis rami, & folia vegetantur, floresq; ac fru-
ctus producuntur, vt ita latentes, à nulla re lædantur, ne sic ar-
bor ipsa arescat & pereat: quantò maiori iure tu cor tuum seruā
re debes, quippe quod pars præcipua est, qua Deus vult diligi,
Simile. atq; ita ex eo aliquo modo vita oritur. Et sicut impossibile est
vas quod manibus alicuius tenetur, perfectè adimpleri, si tremēs
est & non quiescit: sic impossibile est, humanum cor perfectè
Deum diligere, & amore charitatis adimpleri, si inquietum est
Hebr. 13. & mutabile. Iccircò sapiens ait: Omni custodia serua cor tuum. 42
Et B. Paulus inquit: Bonum est gratia stabilire cor. Satis hoc te
terrimus Sathanas intelligit, & ideò omni cura & solicitudine
nos à quiete & tranquillitate semouere conatur. Atque ita vbi
Psal. 10. nos legimus: In Domino confido, quomodo dicitis animæ meę,
Transmigra in montem sicut passer? alia translatio habet, Quo-
modo dicitis animæ meæ, Transmigra in montes sicut passer: &
B. Hieron. sic est in contextu Græco, & sic legunt etiam B. Hieronymus,
B. Augusti. & B. Augustinus. Vbi significatur, quod inter ea, quæ diabolus
magnopere contendit, vnum est hoc, videlicet, vt inquieti &
instabiles reddamur, ex monte in montem, & ex vno negotio
in alia negotia, & ex vna voluptate in aliā voluptatem transeū

tes,

43 tes, vt ita cor noſtrum Dei amore nequaquam valeat adimpleri. Quidam pater eremita à Domino continuo poſtulaſſe legitur, vt eum doceret, in quo magis ad æternam ſalutem conſequẽdam ipſi placere poſſet. Ad quem diabolus in angelum lucis trãſformatus venit, eumq; ſic allocutus eſt: Oratio tua exaudita eſt, ego à Domino miſſus ſum, vt te docerem, ſi ſaluus eſſe vis, tria facere oportere, & illa pro peccatis tuis offerre, ſcilicet, lunam nouam & ſolis circulum & quartam rotæ partem, & ſi hæc tria coniungis, & ipſa Deo offers, ſaluus eris. Quibus dictis amplius non apparuit. Eremita autem hæc impoſsibilia reputans cœpit de ſalute ſua deſperare. At vero Deus miſericordia commotus angelum lucis ad eum miſit, qui ei ſic dixit: Ille qui antea tibi apparuit, diabolus erat, qui te ipſum in fraudem & ad deſperatio-
44 nem adducere volens illa, quæ humano videri impoſsibilia videbantur, licet non ſint, ſi rectè intelligantur, tibi propoſuit. Per lunam nouam hanc literam, C, quæ figuram lunæ præ ſe fert, intellexit: per ſolis circulum, intellexit literam, O, per quartam deniq; partem rotæ hanc literam, R, ſignificauit: hæc enim eſt primaliter a huius nominis, Rota, quod quatuor characteribus conſtat. Iũge ergo has tres literas, C, O, R, & ex illis hæc dictio, Cor reſultabit, & ſi id, quod ipſa ſignificat videlicet cor Deo amore plenum obtuleris, ſaluus eris, ſi vero minus damnaberis. Offeramus ergo fratres hanc tam acceptam ſuperno creatori noſtro oblationem eum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, hoc eſt, omnibus viribus & poſsibilitate noſtra diligentes. Nam (vt ait B. Auguſtinus) Immenſus eſt, & ſine menſura debet ama
45 ri. In omnibus virtutibus ſaltim cardinalibus requiritur terminus amandi. Summa enim iuſtitia crudelitas eſt, & ſumma miſericordia mertia, & ſumma prudentia curioſitas, & ſumma fortitudo ferocitas: amor verò quanto magis extenditur, tanto magis excellentior eſt. In eo enim terminum aut menſuram nequaquã ponere debemus: ſed quanto magis potuerimus, tanto magis diligere debemus: & ſic maiorem gratiam merebimur, & maiorẽ gloriam, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius,

Amen.

B. Auguſt. lib. de contẽpla. Chriſt. cap. 17.

In eadem Dominica XVII. post pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Accesserunt ad Iesum Pharisæi &c. Matth. 22.

Simile.

Simile.

Simile.

Aliud.

Cant. 4.

SIquis aliquam tabulam singulari manu depictam cõ spiciat, licet eã sæpenumero intueatur, semper aliquid denuo in ea considerandum inuenit, & attente ipsam contẽplans aliquid peculiàre, quod alias nõ attenderat, discernit. Qui etiam in hortum odoriferis rosis & pulcherrimis floribus refertum ingreditur, licet sæpenumero per illum transeat, semper aliqui flores, quos antea non viderat, se se ad aspiciendum offerunt. Arbores quotannis nouos fructus & nouos flores proferunt: & præcedentis anni fertilitas abundantiam sequentis non aufert. Sacrosancta euangelia & cœlestis doctrina Christi reparatoris nostri sunt quædam tabulæ diuersis ac excellentibus imaginibus depictæ, & sunt quidam horti ac topiaria plurimis floribus rosisque pulcherrimis referta: sunt etiam quædam arbores fructibus admirabilibus oneratæ: iccirco quanuis sæpenumero, & à tot prædicatoribus prædicentur, semper in illis noua quædam tractanda & consideranda reperiuntur: & quanuis superioribus annis quam plurima dicta fuerint, non ideo præsentibus ac sequentibus quid dicendum sit, deficiet. Hoc verba illa Canticorum significant. Fauus distillans labia tua, hoc est, doctrina tua. O sacratissima humanitas diuini verbi sponsa: velut fauus sunt quæ semper dulcissima mysteria distillant labia tua, idest, doctrina tua, & nunquam exhaurientur.

Hæc dicta sunt, quoniam huius sacri Euangelij materia, in qua de amoris præcepto agitur, non solum singulis annis, sed vno quoque anno sæpenumero prædicatur, & semper in eo admira-

admirabilia de nouo aduertenda & considerandaſe ſe offerunt.
4 Vtautem expoſitionem eius aggrediamur, ex ſupra dictis in eodem ſacro textu notandum eſt, ſanctum Euangeliſtam dicere, quòd ante quam Phariſæi quæſtionem ſuam proponerent, Sadducæi ad ſupernum mundi Saluatorem alia quæſtione tentandum acceſſerant, quæ de mortuorum reſurrectione, quam ipſi negabant, agebat.

Phariſæi autem audientes, quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eum, Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? Quanuis Phariſæi Sadducæis contrarij erant, & alterius ſectæ, (nam illi reſurrectionem fore aſſerebant, quod ſatis rudes Sadducæi negabant) veruntamen, vt Chriſtum perſequerentur, amici facti ſunt. Sed quæro, cùm conſtet, Chriſtum Ieſum perfectiſsimum virtutum omnium exemplar fuiſſe, & ita inter homines verſatum eſſe, vt merito dicere potuerit, Quis ex vobis arguet me de peccato, quare iſti ſic eum perſecuti ſunt? Ad hoc breuiter reſpondemus dicentes quod Propheta Amos multis retro ſæculis diuino afflatus ſpiritu loquens de eo dixit: Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfectè abominati ſunt. Saluator noſter, fratres, veluti in porta ſtans phariſæos ſuperbiæ & inuidiæ necnon auaritiæ (ſicuti in plærisque Euangelij locis conſpicuum eſt) arguebat. Et ſicut qui in porta alicuius domus ſtat, partim foris, partim verò in tus ſtare videtur: ſic Chriſtus Ieſus ſimul viator & comprehen ſor erat: anima enim eius ſacratiſsima verbo diuino fruebatur, quanuis ſacrum illius corpus fami & ſiti & morti obnoxium erat. Vel in porta eos arguebat, qui palam eorum ſceleribus exprobrabat, adeò vt diaboli filios illos appellaret, nec non hypocritas benemerito eſſe indicaret, idque non ſemel ſed ſæpe. Quam ob rem odio eum habuerunt, ita vt grauis eſſet eis etiam ad videndum, iccirco eum tentare, & multimodis quæſtionibus illum adoriri moliebantur. Semper in hoc miſerabili ſæculo non tantum reprehenſio, verum etiam ipſe reprehenſor odio habitus eſt. Iccirco ſicuti pauci ſunt Dei gloriam & proximorum bonum zelantes, & qui virtute fortitudinis adornati ſint: ſic etiam pauci reperiuntur, qui

Ioan. 8.

5

Amos. 5.

Simile.

6

Ioan. 8.

libere

libere peccatores audeant corripere, eorumq; vitia grauiter in crepare. O miserrimam vitæ humanæ infœlicitatem. Ferri ne potest, vt propter ignauiam & pusillanimitatem mundus re tã necessaria ac tam meritoria, qualis est reprehensio, careat? Sicuti hac appositissima similitudine intelligi potest. *En el juego de los birlos a cada mano se derriban muchos dellos con las bolas, por lo qual es necessario que aya quien tenga cuydado de leuantarlos y aunque se lo paguen porque de otra manera no se podra conseruar el juego. Este mundo es vn juego de birlos, porque assi como en aquel juego vno vale diez y otro veynte, y en quanto dura el juego, y acabado el los echan todos juntos en vn rincon sin hazer mas caso del que valio veynte, que del que valio diez*: sic in hoc mundo alij sunt magni & plurimi valoris, alij parui & minimi valoris: finito vero ludo huius vitæ omnes æqualiter in sepulturam conijciuntur, & à terræ vermibus ita consumuntur, vt nullum sit discrimen inter corpus potentissimi imperatoris & corpus infimi & abiecti agricolę. *A estos birlos arroja el demonio en quanto dura el juego de la presente vida, las bolas, que son las tentaciones, y con ellas los derriba en culpas y peccados, y assi como dando la bola en vn birlo, y derriban dolo aquel haze caer a otro y a otros*: sic victus & superatus à tentatione peccator & per malitiam cadens efficit suo malo exemplo & nefarijs persuasionibus alium atque alios cadere. Maximè ergo necessarium est, esse aliquos, qui hos cadentes in plurima scelera suis sanctis admonitionibus & prudentibus ac feruidis reprehensionibus erigant, & magnopere confidant, se ipsos, si tam pium opus exercent, à Domino magnis muneribus afficiendos esse atque augendos. Sicut Beatus Iacobus testatur dicens: Fratres mei, siquis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Vbi, qui conuerterit peccatorem, perinde est ac si diceretur: Qui ex parte sua omnia, quæ opus sunt, ad peccatorem conuertendum, præstauerit, tantum merebitur ac si verè & realiter illum conuertisset. Oportet autem in correptione & reprehensione seruare modum, quo Dominus increpans episcopum Ephesi vsus est, quem in Apocalypsi sic alloquitur: Scio opera tua & laborem & patientiam

7

Simile.

8

9

Iac. 5.

Apocal. 2.

tuam

totuam, & quia non potes ſuſtinere malos, ſed habeo aduerſum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquiſti. Singularis profecto hic reprehendendi modus eſt: prius eum de virtutibus laudat, & poſtea ipſum de culpa, in quam inciderat, reprehendit. Super quod Abbas Caſsianus ſic ait: Quemadmodum chirurgus in ſua arte peritus membrum putridum, vel ſauciatum ſine læſione aliorum membrorum curat: ſic prudens prælatus debet corrigere in ſubdito id quod corruptum inuenerit ea lege & cõditione, vt id, quod in eo boni eſt, minime annihilet vel inficiat. Ex quo infertur quam perditi & deprauati erant Phariſæi illi, ſiquidem Dominus vix aliquid laude dignum in eis inuenit præter quam quòd ſinapis & aliarum ſimilium rerum decimas ſoluebant. Atque ita eis dixit: Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminũ, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Et quanto minorem virtutem habebant, tanto magis reprehenſionibus ſe exaſperabant, & in Dominum, qui eos increpabat, indignabantur eo animo, vt ſi poſſent, ipſum penitus euertere. Et quanuis Sadducæos confuſos & ſuperatos phariſæi viderunt, cogitabant inuicem & dicebant: Sadducæi ignari ſunt, quid mirum ſi Chriſtum non vicerint? nos vero ſagaci ingenio & ſcripturarum ſcientia præditi eum ſuperare poterimus. Propterea in vnum conuenerunt, vt multitudine vincerent, quem ratione anteà vincere nequiuerũt. O vtinam inter fideles hoc malum non eſſet inuentum. Dolendum quippe eſt, quam multi conueniunt, vt Chriſtum Ieſum perſequantur vt vindictam de proximo ſumant, vt in ſpectaculis & puellarum choris laſciuiæ ſuæ indulgeãt, nec non vt in ludis periurantes omnipotentem Deum offendant. Satis vſitatum ſemper hoc malum in mũdo fuit. Atq; ita Dominus Hebræis per Iſaiam Prophetam dixit: Iniqui ſunt cætus veſtri. Et in pſalmo, vbi nos ligimus, Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent in corda inimicorum Regis, alij tranſtulerunt, incorde in inimicorum Regis, & ſic eſt in contextu Græco, & ſic legit etiam B. Auguſtinus. In quo inſinuatur, quod omnes improbi & ſcelerati ad malum operandũ vnum cor habent, & omnes in miſerabili quadam concordia viuunt,

Caſsian. ſup. Apoc. Simile.

Matth. 23.

Iſai. 1.

Pſal. 44.

D. Auguſt.

viuunt, quæ quidem pax neutiquam potest appellari. Nam 13
(vt ait B. Augustinus, & D. Thomas docet) Pax est ordinata
concordia. Atque ita S. Isaias dixit: Non est pax impijs. Hæc
autem maledicta & execranda concordia eos constantiores in
suis sceleribus facit. Et hoc significat id, quod sanctus Iob de
Sathana loquens inquit: Corpus illius quasi scuta fusilia, compa
ctum squamis se prementibus, vna vni coniungitur. Corpus dia
boli est malorum & impiorum congregatio, qui sunt velut scu-
ta fusilia, & velut squamæ aliæ alijs compactæ, quæ difficilli-
me penetrari possunt. Sed nullus iccirco à suo remedio diffidat,
quoniam sagittæ superni venatoris Iesu Christi (vt ait S. Dauid)
acutissimæ sunt, & operationem facient in corde inimicorum
regis, idest, peccatorum: atque ita populi eadent sub eodem
Saluatore Iesu Christo, in eius obedientia viuentes. Ergo, ò pecca 14
tores, venite venite ad diuinos sermones audiēdos, quanuis enim
corde durissimi huc cōueniatis, huius superni venatoris sagittis
percussi absque dubio exibitis. Sed hoc varijs modis contin-
gere solet. Sicut enim cum venator sagittam in ceruum emittit,
si eius cor penetrat, statim incidit absque eò quòd vltra progre-
diatur, & ore incipit vomere, quo vsq; vitam finit: rursus sagittā
in alium ceruum emittit, & quamuis illum percutiat, ipse ta-
mē fugit, & tandem longe inde cadit: atq; ita venator illum ali-
quo alio labore comparat: tertiam deniq; sagittam emittit, &
quanuis ceruum fixit, ipse tamen longissime inter rupes & præ
cipitia cecidit, vbi nullam ab eo vtilitatem ipse venator aut ali-
quis alius potuit educere, sed à coruis & alijs auibus ibi comedi-
tur: sic Deus per ora prædicatorum sagittas suas, videlicet, diui- 15
na verba emittit, & aliquando cor peccatoris, qui velut brutum
animal per montes in vitijs & sceleribus pascebatur, ita transfi-
git, vt ipse statim ad pedes confessoris cadat, & ibi velut ceruus
iniquitates suas incipiat euomere, quo vsq; ipse à culpa moritur.
O peccator, qui tanquā ceruus liber & expeditus per mōtes &
prata voluptatū ac deliciarū humanarū pascebas, qs te huc aspor
tauit? Diuinū verbū quod instar sagittæ acutissimæ cor meum
percussit, & me hoc modo succūbere & summittere fecit. In aliū
quoque peccatorem Deus sagittam dirigit, & ipsum etiam per-
cutit, sed non statim in eo sagitta operatur, pergit velut ceruus,
& nihilominus per vitia & peccata currit, & tandē procul inde
cadit.

S. August. lib. 19. de ciui. Dei. c. 13. D. Tho. 2. 2. q. 29. art. 1. Isaiæ. 59. Iob. 41.

Similc.

16 cadit. Nam Deus illũ ægritudine quadam, aut alio labore oppri
mit, & cùm ſe ita afflictum & omni gaudio priuatũ videt, in ſe re
uertitur & ait: Væ mihi peccatori, hoc & hoc in tali die à tali
prædicatore audiui, qui cor meũ percuſsit, & propoſui me ip-
ſum in meliorem viuendi modum vitam meam commutare.
Heu mihi qualiter illud nunquã opere cõpleui. O ingens malũ:
& quomodo infernorum cruciatibus dignus ſum. Nũc vere id,
quod tunc non egi, facere volo: & ita ad cõfeſsionariũ cadit, vbi
peccata ſua euomit, & mundo per pœnitẽtiã moritur. Ecce qua
liter diuinus ſermo illũ percuſsit: & quamuis ſtatim non cecidit,
tamen adhuc tẽpore & loco opportuno cecidit & eius caſus vti
lis & fructuoſus fuit. Alios quam plurimos Deus percutit, ſed
longiſsimè inter rupes & præcipitia cadũt, & ita ab eis nulla vti-
17 litas educi poteſt, ſed à coruis comeduntur. Hi ſunt peccatores
adeò indurati, vt quamuis eos diuinum verbum percuſſerit, ipſi
tamen non reſipiſcunt, quo vſq; ab hac vita migrarũt, cũ iam in
inferno cruciantur. Tunc ad ſe redeunt, & in memoriã reuocãt,
quoties cum venia & miſericordia à Domino per concionato-
res inuitati fuerunt. Et tunc (vt in libro ſapientiæ dicitur) viden- *Sapien. 5.*
tes turbabuntur timore horribili, & præ anguſtia ſpiritus dicẽt:
Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen nõ luxit nobis, & ſol
intelligentiæ non eſt ortus nobis. Et paulò inferius ait ſapiens:
Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt. O infœlices vos,
nunc loquimini? nunc ſapitis, quando iam nullum habetis reme
dium? Nunc, cum in rupes, præcipitia, & fauces infernales ceci-
diſtis? Ibi vos comedent corui, & ibi in æternum cruciabi-
18 mini.

Per immenſam igitur Dei charitatem vos, fratres, obſecro,
vt nunc id, quod vobis prædicamus, animaduertatis, vt pœni-
tentia veſtra fructuoſa ſit, & non rabida & ſicut damnatorũ inu
tilis: omnes vnanimes & vno corde ad Dei ſeruitium & non ad
offenſionem eius effici contendite.

Ait ergo legis doctor: Quod eſt mandatum magnum in lege? Super
hoc B. Chryſoſtomus ſic inquit: De magno præcepto interro-
gat, qui nec minimũ obſeruabat. Ille debet interrogare de maio
ri iuſtitia, qui iam minora compleuit. Hic defectus hodie in quã
plurimis Chriſtianis regnat, qui ſtatim initio ſuæ conuer-

B. *Chryſoſ. ſup. hunc. loc.*

ſionis,

sionis, cùm nequidem duo spatia peractiuam vitam fecerint, im- 9
prudenter de vita vnitiua, purgatiua, & illuminatiua agunt. Ve-
rum est tamen quod sicut aranea cùm videt ruptam telam suam
Simile. eam à medio incipit reficere: ita oportet peccatorem vitæ suæ
ruptæ ac deprauatæ remedium adhibere, incipiens à medio, vi-
delicet, à corde, ipsum sanctis considerationibus reformans, &
ad donum contritionis disponens. Tamen ad hoc maxime con
ducunt pœnalia vitæ actiuæ exercitia, quibus sensualitas morti-
ficatur, & in libertatem spiritus iter dirigitur, qua mens ipsa in
alta ac profunda vitæ contemplatiuæ mysteria disponitur. S. Pa
Gene. 29. triarcha Iacob (vt sacra scriptura refert) ingrediens domum so-
ceri sui Laban statim ab eo pulcherrimam Rachelem vxorem
sibi postulauit, ipse autem ei Liam, quæ erat deformis & lippis
oculis, tradidit dicens: Non est in loco nostro consuetudinis, vt 20
minores antea tradamus ad nuptias. Sic plurimi Christiani vix
Iesu Christo seruire cœperunt, cum iam pulcherrimæ Racheli,
videlicet, vitæ contemplatiuæ gaudijs spiritualibus & consola
tionibus plenæ nubere volunt. Sed non ea est domus Dei con-
suetudo: prius enim oportet cũ deformi ac lipposa Lia nubere,
quæ est vita actiua, informis, & ad sensualitatem insipida pro-
pter continuas lacrymas & cordis amaritudinem, propter pec
cata contra diuinam maiestatem commissa, propter ieiunia,
cilicia, flagella, atque alia pœnalia exercitia, qualia sunt, ægro-
tos curare, carceres inuisere, mortuos sepelire &c. & cum
per hæc minora ingressus fueris ad maiora posteà ascen-
des. Aliter enim magna fraus est & fallacia. Atque ita Diuus
Colossen. 2. Paulus ad Colossenses scribẽs dicebat: Hoc autem dico, vt ne- 21
mo vos decipiat in sublimitate sermonum, nam & si corpore ab
sens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens, & vidẽs ordinem
vestrum, & firmamentum eius, quæ in Christo est, fidei vestræ.
Et paulo inferius: Nemo vos seducat volens in humilitate & re-
ligione Angelorum, quæ non vidit ambulans frustra inflatus sen
su carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per ne-
xus & coniunctiones subministratum & constructum crescit
in augmentum Dei. O mirifica verba. Dominus nobis spiritum
suum conferat, vt ea, sicut oportet, intelligamus, & ab eis vti-
litatem educere sciamus.

Primum

22 Primum igitur, quod in præsentiarum vellem notetis, est quantum B. Apostolus cupiebat, ne Christiani ab aliquibus vanis & superbia inflatis magistris deciperentur, qui in animum credentium inducebant, vt statim initio suæ conuersionis res profundas & altissimas addiscerent, atque ita vitæ spiritualis ordinem peruerterent. Secundò animaduertite, qualiter Sanctus vir magnam capiebat voluptatem videns ordinem credentium & in fide Iesu Christi firmamentum. Quiquidem ordo consistit in hoc, quod omnes initio conuersionis suæ à vita actiua incipiãt tenentes caput, quod est Christus, ex quo totum corpus vitæ spiritualis per nexus & coniunctiones submini stratum & coniunctum crescit: quod nequaquàm docebant illi ambulantes frustra inflati sensu carnis suæ, & sic non Christum caput tenebant. Ecce qua
23 liter B. Apostolus vitam spiritualem corpus appellat, quod per nexus & coniunctiones paulatim crescit, quo vsque ad perfectionem deueniat, hoc est, vt à minoribus exercitijs ad maiora & perfectiora ascendatur.

Sed notandum est, quòd quemadmodum Patriarcha Iacob quanuis postquàm Liam vxorem duxit, & Rachelem obtinuit, non ideò Liam deseruit, quinimò vtriusque coniux fuit, & maritus gratissimus: sic oportet nos licèt ad contemplatiuam vitam perueniamus non ideo actiuam relinquere, sed in vtraq; pro temporis opportunitate nos ipsos exercere. Nam si in exterioribus vitæ actiuæ exercitijs nos prudenter gubernare scimus, optimè etiam vita cõtemplatiua vtemur. Cùm enim in corporalibus operibus exercemur, oportet animum & cor nostrum expeditum
24 ad cogitandum in Deo relinquere, ad instar auium, quæ mare volando transmeant, & (vt aiunt naturales) cùm defecisc untur, in aquam descendunt, & alteram alarum sub se ponunt, alteram verò in altum porrigunt, quæ sit velut linteum (id est, *Vela*) Ac dux suæ nauigationis, & ne omnes earum plumæ madefiant. Si enim hoc eis contingeret, posteà aduolare non possent. Sic qui per mare huius mundi in gloriæ portum nauigamus, postquàm defessi fuerimus volantes per contemplationem descendere debemus in mare vitæ actiuæ insipidæ atque amarissimæ, sed non omnino: oportet enim semper alam desiderij in cælum erectam dirigere. Ala est plumarum congregatio, & sicut aues duplicem alam habent, ita nos duas etiam habemus: quarum altera est con *Simile.*

gregatio potentiarum animæ, altera verò est etiam sensuum 25
corporis congregatio. Et ita alam sensuum corporalium in
mare vitæ actiuæ summergere debemus, vt alam potentia-
rum spiritualium in altum, hoc est, in diuinam contemplatio-
nem erigamus, ne omnis pluma nostra madefiat: quod si ita
fecerimus, remis & velis nauigabimus.

Interrogauit itaque legis doctor: *Quod est mandatum magnum in lege?* At mitissimus agnus, qui è cælo in terram venerat, vt non solùm hominum Redemptor, sed etiam iustitiæ doctor esset, quanuis non ignoraret, qua mente atque consilio Pharisæi hanc illi quæstionem proposuissent, nihilominus tamen docendi officium nec hac quidem occasione intermisisset, vt si illis minus prodesset, nos tamen (quibus præcipuè consultum esse volebat) hac responsione erudiret; & vt etiam scien- 26
tes quale esset maius præceptum, maiorem curam in eius obser-
uatione adhiberemus.

Atque ita ei, qui interrogabat, respondit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum.* Vbi maximè no-
tandum est, Beatum Marcum, cùm hanc sacram historiam
referret, dixisse, quòd postquàm diuinus magister hanc re-
Marc. 12. sponsionem dedit, dixit illi Scriba: Bene magister in veritate
dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum, & vt
diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota ani-
ma, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquàm se
ipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Et
sequitur statim: Iesus autem videns, quòd sapienter respon- 27
disset, dixit illi: Non es longè à regno Dei. Super quod Bea-
B. Aug. de cõcord. euã gel. tus Augustinus sic ait: Fortasse quanuis tentator insidians ac-
cesisit, audiens Christi Iesu verba conuersus est, & ideo re-
sponsionem Saluatoris vehementer laudauit. Allusio est ad il-
lud, quod legimus apud Diuum Ioannem, quosdam voluisse
ipsum Redemptorem capere, audientes verò illius mirifica
verba admiratione rapti, & mira virtute verbi Dei capti dixe-
Ioan. 7. runt, Nunquàm sic locutus est homo. Ex hoc intelligere po-
teritis, quam vtilis ac necessaria res sit, cum Iesu Christo age-
re & conuersari. Etenim si hic deprauata intentione ad ipsum
Domi-

28 Dominum accedens tantam ex hoc acceſſu vtilitatem eduxit, vt ei ſumma veritas dixerit, Non longè es à regno Dei, qualiter, obſecro, commodum non reportabit ille, qui ſana ac recta intentione ad hunc cæleſtem Dominum acceſſerit? Si is, qui ad audiendam concionem eo animo ad eccleſiam conuenit, vt eam, quam turpiter amat ibi videat, ſolet aliquando confuſus & contritus remanere, quomodo ille, qui ſancta intentione venit, vtilitatem non eliciet? Vos ergo fratres, per ſalutem veſtram obſecro, vt aſſiduè & maxima cum affectione ad hunc diuinum magiſtrum accedere contendatis. Animaduertite id, quod in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Qui timent Deum, præparabunt corda ſua, & in *Eccleſ.2.*
29 conſpectu eius animas ſuas ſanctificabunt. In eo enim velut in clariſsimo ſpeculo defectus ſuos contemplantur, & ab ipſo fauorem accipiunt, quo ipſis remedium adhibeant. Et non exiſtimetis conuerſationem eius amaram eſſe, aut inſipidam. De eo nanque dicitur: Non habet amaritudinem *Sapien.8.*
conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium. O fœlices, ac perbeati illi, qui tantum tamque ſingulare bonum ſciunt apprehendere: nam ex hac vita æternam illam in animabus ſuis incipiunt ſentire beatitudinem, cuius dulcedine, ac ſuauitate capti & allecti ab ipſo Domino nec per temporis momentum diſcedere ſciunt. Quando Iudæi ſcandalizati fuerunt, ex eo quod Dominus eis dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſangui- *Ioan.6.*
nem, in me manet, & ego in illo, eo relicto abierunt, cæleſtis
30 magiſter duodecim diſcipulos ſuos ſic allocutus eſt, Nunquid & vos vultis abire? Cui Beatus Petrus reſpondit: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei. Vbi alia tranſlatio habet, Et nos credidimus, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, & ſic eſt in cõtextu Græco, & ſic legit etiam B. Auguſtinus. In quo ſignificatur illorum Apoſtolicorum virorum perſeuerantia, qui & crediderant, & ab ipſa fide non defecerant, licet plurimos etiam ex ijs, qui peculiares Domini erant diſcipuli, defeciſſe viderant. Manſuetudo, qua innocentiſsimus agnus huic legis doctori reſpondit, fortaſsè fuit in cauſa, vt ipſe conuertere- *B. Auguſt.*

tur,& odium, quo ipsum prosequebatur, deponeret: hæc enim 31
virtus corda ira inflammata mitigare solet, vt apertè in sacro
Iudic. 8. Iudicum libro conspicitur. Vbi legitur qualiter Sanctus Gedeon eos, qui ex tribu Beniamin erant, in ipsum indignantes humilitate & mansuetudine placauerit, dicens: Non ne melior est racemus vindemijs Abiezer? Id est, Meliores sunt illi, qui ex tribu tua, quàm qui ex mea originem trahunt. Quod cùm
Prou. 15. locutus esset, requieuit spiritus eorum, qui tumebant contra eum; nam (vt in Prouerbijs dicitur) Responsio mollis frangit iram. O quot iras proximorum nostrorum mitigaremus, & quot offensiones in Deum vetaremus, si cum eis leniter, blandè, & mansuetè loqueremur.

Ait ergo Dominus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Inquit: Deum tuum, vt te ad ipsum diligendum in- 32
uitet, siquidem ille qui summum bonum est, & qui te maximo amore prosequitur, tuus est. Hoc sponsam docuit, vt ipsa fatetur, dicens: Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordi-
Canti. 2. nauit in me charitatem: & alia translatio habet: Introduxit me Rex in cellam vinariam, cuius vexillum erga me charitas. Quod perinde est acsi diceret: Ostendit mihi Dominus viscera sua, & in eis charitatem eius sicut vexillum pro me extensum, & quodammodo me inuitans aspexi. Et quem-
Simile. admodum cùm in arce vexillum Regis Castellæ, aut Regis Galliæ apparere videtis, intelligitis, arcem illam esse illius Regis, cuius est vexillum: sic ego videns in visceribus Dei vexillum positum pro me, intellexi viscera Dei mea esse. O admirabilem excellentiam piæ ac iustæ animæ, quæ visceribus 33
Dei dominatur. Quis ergo non diliget illum, qui sic amat, vt cor suum & viscera infiniti valoris diligentibus tribuere non dubitet? Hoc igitur summum bonum, ô homo dilige, quippe qui Dominus Deus tuus est. Volens Deus præcepta decalo-
Exodi. 20. gi Hebræis ferre, vt populi animum ad obseruantiam eorum inclinaret, incepit dicens: Ego sum Dominus Deus tuus. Vbi valde notandum est omnes excellentias ac perfectiones infinitas in hoc nomine, Deus, includi, qui (vt aliquibus placet) dicitur à, Dando. At verò secundum alios dicitur Deus, quia ei nihil deest: alij denique putant, dici à verbo Græco, quod significat, speculari: quoniam Deus omnia videt & contemplatur.

34 platur. Et non ait, Ego dicor Deus, ſed, Ego ſum Deus, eo quòd ſuapte natura infinitas perfectiones eſſentialiter habet. At ne homines curioſe eius diuinam eſſentiam ſcrutari vellent, adiecit: Qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis, vt, videlicet, eos ab hac cogitatione auerteret, & in ſuorum operum conſiderationem duceret; nam ipſe per illa in hoc mundo vult cognoſci. Atque ita ibi per illa opera, quæ tunc recentiora erant, ſe nominauit, cum anteà Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob appellatus fuiſſet. Quaſi diceret; Non ſolum ſum Deus, qui creaui omnia, ſed ſum Deus, qui homines iuſtos facio, quod opus admirabile eſt. Nunc autem (vt ait Beatus Apoſtolus) vocatur Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt magis nos ad amorem inuitet, ex admirabili re- *Epheſ. 1.*

35 demptionis beneficio nomen accipiens. Vnde ſequitur, nullam diligendi rationem eſſe, quæ non acres nobis ad eum diligendum ſtimulos addat. Si enim iuſtitiæ debitum attendas, nulli magis amor noſter, quam illi debetur. Si beneficia ſpectes, nullius beneficia maiora ſunt. Si amicitiæ rationem habeas, nullius amicitiæ ſigna euidentiora vnquam extiterunt. Si autem eximia bonitatis & pulchritudinis ſpecies amorem promeretur, quis immenſam illius pulchritudinem, & immenſas bonitatis eius opes mente & cogitatione comprehendere queat? Rurſum, ſi amor pretio emitur, quis maius pro illo pretium impendit, quàm qui vitam æternam pollicetur? Si verò gratis donandus eſt, cui, quæſo, dignius poſſit exhiberi? Si verò non donandus, ſed extorquendus eſt, quis il-

36 lo potentius extorquere poſſit? Qui velut euaginato gladio illum poſtulat, & fulmen excommunicationis æternæ aduerſus ingratos per Apoſtolum iaculatur, cùm ait. Si quis non *1. Cor. 16.* amat Dominum Ieſum, ſit anathema, maranatha, ideſt, quando Dominus noſter aduenier. Quod ſi ita eſt, quid ſupereſt fratres, niſi, vt dicamus cum Beato Auguſtino: Quis ego ſum *B. Auguſt.* Domine, vt te à me amari iubeas, & niſi id fecero, minaris mihi ingentes miſerias? Parua ne eſt hæc ipſa miſeria, ſi non amem te? In confuſionem populi rebellis, eò quòd Deum offendebat, dixit illi Moyſes: Generatio praua atque peruerſa, hæccine reddis Domino populo ſtulte & inſipiens? Non- *Deut. 32.*

ne ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creault te? 37
Quod perinde est ac si diceret: Si adeò naturæ consentaneum est, vt filij parentes diligant, & venerentur, à quibus existendi principium & vitam acceperunt, quanto iustius erit, vt homo Deum, quem parentem agnoscit, multo maiori ardore diligat & obseruet? Parentes enim corporis tantùm mei autores extiterunt. Deus autem animam immortalem meam solus creauit. Quid igitur erit, si cum hoc gratuitum esse, quod nobis donauit,
Simile. coniungimus? Partus viperæ inter omnes difficilior, & laboriosior est, vt enim filij in lucem prodeant, ipsi matris viscera corrodunt, & locum quo exeant, aperiunt, & sic matrem interficiunt. O Deus infinitæ bonitatis, hic Domine tuus est partus; non ne peccatores geniimina sunt viperarum? Ita profectò eos
Luc. 3. Beatus Lucas, & Diuus Ioannes appellarunt. Hos igitur Domi- 38
ne ad regenerandum, & pariendum venisti, sicut per Beatum Lu
Luc. 15. cam Euangelistam dicis; Non veni vocare iustos, sed peccatores. Isti te interfecerunt ac comederunt, & nunc in Sanctissimo altaris Sacramento comedunt. Quem ergo amorem tibi pro tanto tamq; singulari beneficio debent? O duri & ingrati, qui tanto beneficio & amori ingrati sunt.

B. Chryso. *Diliges Dominum Deum tuum.* Super hoc Beatus Chrysostomus ait, Non dixit, Timeas Dominum Deum tuum, quia diligere magis est quàm timere. Timere enim ad seruos attinet, amare verò
1. Ioan. 4. ad filios. Vnde scriptum est, Perfecta charitas foras mittit timo-
Simile. rem. Ad coniungendum & cõsuendum duos pannos filo & acu opus est. Acus præcedit, & locum aperit, per quem filum ingrediatur, remanente autem ibi filo, quod pannum iungit, acus ipsa 39
Isaiæ. 19. foras exilit. Apud Sanctum Prophetam Isaiam dicitur: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Filum, quod nos cum Domino iterum consuit & coniungit, est amor, acus verò est timor, qui præcedit, & iter, quo hic amor intromittatur, pa-
Eccles. 1. tefacit, quia initium sapientiæ timor Domini; & ingrediente filo, quod est amor, acus, videlicet, timor foras exit, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Non ergo vult Deus optimus maxi-
B. Chryso. mus (ait Beatus Chrysostomus) vt timeatur ab hominibus seruiliter, sed vt diligatur quasi pater, qui adoptionis spiritum eis donauit, vt eum toto corde diligant. Diligere autem ex toto corde

Deum,

40 Deum, eſt vt cor tuum non ſit inclinatum ad alterius rei quàm ad Dei amorem & dilectionem. Diligere ex tota anima, eſt certum habere animum in veritate, & firmum eſſe in fide. Diligere ex tota mente, eſt vt omnes ſenſus Deo vacent. Itaque cuius intellectus Deo miniſtrat, cuius ſapientia circa Deum eſt, cuius cogitatio ea, quæ Dei ſunt, tractat, cuius memoria, quæ bona ſunt, recordatur, is tota mente Deum diligit. Hæc Beatus Chryſoſtomus. Ex quo infertur, quòd quemadmodum non ſolùm quæ intra templum, ſed etiam quidquid in porticu erat omnia auro cooperta erant, vt ex ſacra Regum hiſtoria colligitur: ſic nihil in templo animæ noſtræ nec in porticu templi, videlicet, in corpore eſſe debet, quod non ſit amoris auro contectum. Beatus Auguſtinus hic ait: Ad quid ex toto corde præciperis Deum dili-
41 gere? Vt omnes cogitationes ex tota anima, vt omnem viam tuam ex tota mente, vt omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea, quæ confers. Nullam ergo vitæ noſtræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quaſi locum dare, vt alia re frui velis, ſed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit, tunc enim optimus eſt homo, cùm tota vita ſua in incommutabile bonum pergit. Gloſſa verò ſic ait: Ex toto corde, id eſt, ex toto intellectu; Ex tota anima, id eſt, ex tota voluntate; Ex tota mente, id eſt, ex tota memoria. Adeò vt nihil ei contrarium velis, ſentias, aut recorderis. Huc pertinet, quod Dominus in Prouerbijs inquit, ſcilicet: Fili præbe mihi cor tuum. O verba quouis igne ardentiora! Quid hæc eloquia ſunt fratres, niſi fa-
42 ces quædam accenſæ, quibus pectora noſtra gelida in ſummi numinis dilectione incaleſcant? Fili præbe mihi cor tuum, hoc eſt, gratis da quod gratis accepiſti, Nec vendas, quanuis ego in te plurima beneficia contulerim [*Y lo tengo bien comprado.*] Nec accommodes illud mihi, ſicut quam plurimi faciunt, qui quadrageſimali tempore conuertuntur, & peccata ſua confitentur, ipſo autem tranſeunte ad illa redeunt, quoniam cor ſuum mihi non præbuerunt, ſed accommodarunt. Quapropter tu illud omnino mihi trade, vt nunquàm amplius ipſum à me auferas. Hoc eſt, in amore meo perſeuera, ſicut faciebat ſponſa, quæ in Canticis ait: Num quem diligit anima

3, *Reg. 6.* *B. Aug. lib. de doctrin. chriſt.* *Prou. 23.* *Cant. 3.*

anima mea vidistis ? Vbi alia translatio habes, Num quem 43
dilexit anima mea vidistis : & sic est etiam in contextu Græco. Et paulò inferius, vbi nos legimus , Inueni quem diligit anima mea, alia translatio habet, Inueni quem dilexit anima mea, & sic est etiam in contextu Græco. Vbi sanctæ sponsæ perseuerantia manifestè ostenditur , siquidem ait , quod dilexit & diligebat. Quando rex Babyloniæ Hierosolymam euertit , quis dubitat , potuisse sacerdotes plurima absconde-
2. Mac. 1. re , sed (vt sacra Machabæorum historia refert) ignem tantummodo absconderunt . Sic iustorum præcipua cura , licèt tyranni illos persequantur, & quidquid possident , ab eis auferant , debet esse in conseruando amoris ignem. Rapiatur aurum , comburatur domus, destruantur prædia, & omnia temporalia amittantur , siquidem tam parum valent, & ignis cha 44
ritatis non amittatur , hic maxima cum vigilantia obseruetur . Præbe mihi , inquam, cor tuum , non mundo fallaci, non Sathanæ cruento , non honoribus futilibus , nec fœtidæ carnis oblectamentis . Quid tibi vis in via Ægypti , vt
Ierem. 2. bibas aquam turbidam (inquit Sanctus Ieremias) & quid tibi cum via Assyriorum , vt bibas aquam fluminis ? Depone , depone, fili , hæc omnia , & ab eis cor tuum aufer , & illud mihi , qui vita tua & omne bonum sum, præbe. O fœlix & nimium fœlix ille , qui suo cæleſti patri in hoc obtemperat , & ei cor suum ita præbet, vt quidquid agit, propter eius diuinum amorem faciat . Hæc omnia visibilia Deus ad hominis seruitium & vtilitatem creauit , atque ita ipso homine deficiente illa in quatuor elementa resoluentur , nec pi- 45
sces erunt , nec aues , nec animalia , nec plantæ , nec herbæ, nec denique cæli mouebuntur. Nam cum hæc omnia ad hominem ordinentur , ipso deficiente omnia deficient . Iustum est ergo , vt siquidem Deus hæc cuncta propter hominem fecit , ipse homo omnia , quæ egerit, propter Deum faciat, & ipse amor eum mouebit ad facienda opera munda & ab omni peccati macula aliena : hæc enim est vna ex rationibus, ob quam amor morti comparatur , cum dicitur : Fortis est , vt
Cant. 8. mors dilectio. Nam sicut , qui aliquo vitio ita captus est , vt
Simile. nullus sit , qui eum ab eo auertat, mors potens est ad ipsum

ab eo

46 ab eo ſeparandum, nec prædicatores, nec increpationes, ſed
ſola mors eum à peccato auertere potuerunt: ſic ergo (ait Spi-
ritus Sanctus) in homine amor operabitur illud, quod mors
factura erat: Fortis eſt enim vt mors dilectio. Itaque tu, qui
per mortem à ſceleribus & peccatis auertendus eras, nunc per
amorem, qui potens eſt, ad id in tuo corde operandum fa-
cere contende. Atque ita dicere poſſumus amorem eſſe velut
ignem comburentem & inflammantem. Dominus (vt in ſa-
cro Exodi libro dicitur) Moyſi apparuit in flamma ignis de *Exodi. 3.*
medio rubi, & videbat quòd rubus arderet, & non combu-
reretur. Hoc fuit quoddam cæleſtis gloriæ exemplar, vbi qui-
libet iuſtorum eſt velut rubus in amoris igne ardens, ſed ipſe
ignis, qui eum inflammat, illum non conſumet, ibi enim ni-
47 hil eſt imperfectum, quod conſumi aut purificari poſsit. In
hoc mundo iuſti etiam ſunt tanquam rubi amoris igne incen-
ſi, ſed is ignis inflammat & conſumit; quibuſdam nanque vi-
tam conſumit. Quis enim tot martyres impulit, vt tam ter-
ribilia tamque atrocia tormenta paterentur, & tandem vitam
ſuam amitterent? Amor, qui ignis eſt hic ardens & combu-
rens. Vidiſtis aliquando iuuenem pulcherrimum diuino amo- *Simile.*
re captum, qui cum aſperrimam pœnitentiam agere incipe-
ret, adeò macilentus & prauo colore affectus apparet, vt vix
dignoſci poſsit. Quis huius pulchritudinem conſumpſit? Amor,
qui ignis eſt vrens & conſumens. Alijs autem diuitias, ac li-
bertatem ipſe amor conſumit. Quam multi in hoc ſeculo di-
uites ac liberi fuerunt, qui ipſis diuitijs, ac libertate relicta ſe
48 ſanctis religionibus dicarunt, vbi in paupertate & ſubiectio-
ne vitam degunt? Quis hoc fecit? Amor qui ignis eſt vrens
& conſumens non ſolùm imperfectiones verumetiam alia, qui-
bus homines licitè vti poterant, vt ſic perfectiorem vitam a-
gant. Vt autem magis huius cæleſtis virtutis deſiderio inflam-
memini, oportet vos aliam eius longè admirabilem ſcire ex-
cellentiam, videlicet, quòd omnibus virtutibus (vt ait Bea-
tus Thomas) formam præbet. Et ratio eſt, quia in morali- *D. Th. 2. 2.*
bus forma actus attenditur principaliter ex fine. Principium *q. 23. ar. 8.*
autem moralium actuum eſt voluntas, cuius obiectum & qua-
ſi forma eſt finis: ſemper autem forma actus conſequitur for-

mam agentis. Vnde oportet, quòd in moralibus id, quod dat actui ordinem ad finem, det ei & formam. Et quia per charitatem omnes virtutes ordinantur in finem, ideò dicitur forma omnium virtutum. 49

Ex his, quæ diximus, oſtenditur quàm merito Dominus dixit, *Hoc eſt maximum & primum mandatum.* Et adiecit ſtatim. *Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Legis doctor tantum ab eo quæſiuit: *Quod eſt mandatum magnum in lege?* At Dominus tanto hominem amore proſequitur, vt illius rei, quæ ſibi gratiſsima eſt, qualis eſt, ab hominibus diligi ipſum participem eſſe velit, vt ipſe ea fruatur. Aduertendum tamen eſt, quomodo diligendus ſit proximus. Sicut te ipſum, ait, non ex toto corde, anima, & mente, ſicut ipſe Deus, nempe, quia in Deo eſt ratio & me 50
ritum abſque menſura, quoniam infinita bonitas eſt, & infinito amore dignus, quem planè ei omnes angeli & homines ſimul dare nequeunt: ſed ipſe duntaxat ſe ſe diligit, vti diligendus eſt. Ideò Beatus Bernardus ait: Modus diligendi Deum, eſt eum diligere ſine modo. Quapropter in hac re exceſſus inueniri non poteſt, ſed quanto plus attingitur regula, tanto melius eſt, vt egregie Beatus Thomas docet. At homo menſurabilem habet bonitatem, & ideo menſuratur eius dilectio, ſcilicet, ſicut te ipſum. O vtinam illum diligeres ſicut tuum equum, quem abundanter ſuſtentas, aut ſicut canem, quem fame perire non ſinis, aut ſicut parietes domus tuæ, quos pretioſis tapetibus contegis, aut ſicut calceum, quem à puluere & luto mundari iubes. O infer- 51
nalem crudelitatem: O monſtruum horrendum: O deteſtabilem nequitiam: O execrandum facinus ſempiterno ſupplicio ſempiternisque ignibus merito vindicandum. Ferendum ne eſt, vt tu homo erga bruta animantia maiori clementia vtaris, & maiorem rationem lapidum & aliarum creaturarum inſenſibilium, quàm proximi tui habeas, quem Deus ſicut te ipſum diligere iubet, & eum fame perire ſinas, & nudum, & omni humano auxilio deſtitutum videas, & ei non ſubuenias, eiuſque neceſsitatibus non miſererearis? Vix reperitur aliquis, qui proximo ſuo benefaciat, niſi cum ab eo vti-

B. Bernar. lib. de diligen. Deũ.

B Th 2.2. q.27.ar.6

52eo vtilitatem educere intendit : ſicut ille , qui ſuper humeros ſuos ſcalam imponit , licèt grauis ſit , cum illa opus habet ad aſcendendum in aliquem locum : poſtea verò illam in angulo deponit , & nunquàm eius amplius recordatur. Hæc omnia ex eo oriuntur , quoniam verus Dei amor in nobis deficit . Quando vitrum in fornace ardenti eſt , ipſi artifici nimis obediens eſt , & tractabile , ita vt vno flatu ex eo quidquid vult , efficiat , vno flatu magna , & capacia atque pulcherrima vaſa conflat : at verò poſtquàm ex fornace ipſum vitrum extrahitur , adeò fragile eſt , vt minimo ictu digiti frangatur . Sic dum homines in igne diuini amoris ſunt Deus, vno flatu,& vna inſpiratione ex eis quid quid vult , facit , eorum corda dilatans , & ipſos varijs ſer- 53uitutibus proximo ſuo ſeruire faciens , abſque eo, quod ipſi per impatientiam deficiant , vel frangantur . Quis Diuum Paulum ita ampliauit , vt ipſe diceret , Omnibus omnia factus ſum ? Charitas profecto . O admirabilem apoſtolici cordis amplitudinem ! Hic Sanctus vir de omnibus rebus proximis ſuis ſeruiebat : orphanorum erat pater , viduarum refugium , triſtantium conſolator , & ignorantium magiſter. Si in hac fornace eſſemus fratres mei incluſi ſufficeret certe, Deum illud nobis iuſsiſſe , vt corda noſtra ita ampliarentur, vt proximos noſtros capere poſſent , & neceſsitates eorum noſtras reputaremus , ipſiſque remedium diligentiſsimè quæreremus . Sed quia in hac fornace non ſumus , inde oritur , vt in viſceribus noſtris tanta ſit erga proximos noſtros fri- 54giditas . Denique , quod poſtremo hic ſe ſe notandum offert , eſt , quòd cùm homines maiori obligatione aſtringantur ad Deum diligendum, quàm proximum,nihilominus Deus Optimus Maximus , hominibus tria tantum præcepta erga ſe poſuit , at verò erga proximum ſeptem . In quo voluit ſignificare quantum ſibi placeat , vt homines ſe ſe adinuicem diligant , non ſe mutuo interficiant , nec alter alterius bona furetur , nec denique alij alijs noceant , ſiue in mente, ſiue in honore, aut denique in facultatibus . Atque ita quando aliquis in Deum peccat , nihil habet , quod reſtituat. Si enim eum non diligit , ſi iurauit , aut blaſphemauit , aut feſta

Simile.

Simile.

1. Cor. 9.

eius

eius non ſeruauit, ſolùm de quolibet horum pœnitere debet, & 55
illud cum animo & firmo propoſito ſeſe in meliorem frugem recipiendi confiteri: at verò ſi contra proximum peccat, hoc non ſufficit, quinimo tenetur damnum proximo ſuo illatum reſarcire: vel enim ab eo opes vel famam aut aliud aliquod bonum abſtulit, quod quidem ei ſatisfacere debet.

In his duobus mandatis (inquit cæleſtis magiſter) *Vniuerſa lex pendet & prophetæ*. O Chriſte ſuperne cæli ac terræ imperator, qui, cum immenſus eſſes, intra puriſsima viſcera Sanctiſsimæ Virginis Mariæ matris tuæ claudi dignatus es, & verbum abbreuiatum feciſti ſuper terram. Curas abbreuiaſti, cùm dixiſti: Porrò vnum eſt neceſſarium. Abbreuiaſti conſilia, cum iuſsiſti, vt homo relictis omnibus, & ſe ipſum negans te cum cruce ſua ſequeretur. Abbreuiaſti cæremonias & innumera legis ve- 56
teris ſacrificia, & ea in ſeptem Sacramenta reduxiſti. Abbreuiaſti ſexcenta & tredecim præcepta illius grauiſsimæ legis in hæc tantummodo duo ſuauiſsima. Abbreuia obſecro paſsiones noſtras; abbreuia vires & appetitum noſtræ ſenſualitatis, & auge vires ſpirituales noſtrarum animarum, vt hæc perfectiſsimè obſeruemus, & obſeruantia illorum mereamur plurimam gratiam, vt poſtea fruamur ingenti gloria. Amen.

* *
*

DOMI-

DOMINICA DE CIMAOCTAVA, POST Pentecoſten,

CONCIO PRIMA.

Aſcendens Ieſus in nauiculam transfretauit & venit in ciuitatem ſuam. Matth. 9.

1 2 CElebratiſsima veritas eſt in ſacra Scriptura, quòd licèt Chriſtiana charitas in omnes extendi debeat, multò magis tamen erga propinquos, vicinos & amicos ipſa exercenda eſt: ad hoc enim non ſolum charitas, gratia, & fides nos inuitat, ſed etiam ipſa natura ſic à Domino inſtituta. Quapropter B. Ambro- *B. Ambro.*
ſius explicans illa Canticorum verba, Introduxit me Rex in cellam vinariam ordinauit in me charitatem, ſic ait: Scire quid *Cant. 2.*
facias & ordinem ignorare, non perfecta ſcientia eſt, ergo ad perfectam ſcientiam pertinet, modum in rebus tenere. Atque ita Diuus Paulus licèt omnium improborum maximè dolebat perditionem, multo tamen magis Iſraelitarum, à quibus ipſe origi-
3 nem trahebat, vt apertè ex ijs colligitur, quæ ipſe ad Roma- *Roma. 8.*
nos ſcribit. Vbi ſic ait: Veritatem dico in Chriſto Ieſu, non mentior, quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo: optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ. Et quanuis pro omnibus peccatoribus orabat, multo magis pro Iſraelitis peculiariter deprecabatur. Et ita in eadem epiſtola inquit: Voluntas quidem cordis mei & obſecratio ad Deum fit pro illis in ſalutem. Et ad Galatas ſcribens, Nolite, ait, errare, Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit ho- *Galat. 6.*
mo, hæc & metet. Et paulò inferius concludit, dicens: Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes maximè ad do-

ad domesticos fidei. Quam ob causam cum Christus filius Dei quàm peculiariter Hebræos dilexerit, & honore affecerit, ex eis carnem assumens, & ad ipsis prædicandum personaliter veniens (& ita dixit, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel) cùm inquam eos sic dilexerit, vnaquæque ciuitas Hebræorum posset ciuitas Iesu Christi appellari: sed nulla hoc titulo insignita est præter Capharnaum, vt in sacra hodierni Euangelij lectione apparet, vbi sic dicitur. *Venit Iesus in ciuitatem suam.* Non dicitur, sua, eo quòd ipse in ea natus fuerit vel educatus: constat enim, In Bethlehem natum fuisse, & multo suæ vitæ tempore in Nazareth conuersatum: sed dicitur ciuitas sua, quoniam incolæ eius doctrinam ipsius, ac sermones magna cum deuotione audierunt, eumque maxima cum animi promptitudine, & affectione secuti sunt. Vrbes ac populos, in quibus hoc fit, Dominus suos appellare vult, non autem rebelles & inobedientes. Atque ita quando Hebræi debitam amicitiam diuinæ Maiestati seruabant, populi Dei vocabantur, vt patet in sacro Exodi volumine, vbi ipse Dominus sic ait: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto. Et in sancto Isaia, Sedebit, inquit, populus meus in pulchritudine pacis, & alibi, In Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi. Denique nunquam finem faceremus commemorandi, quoties in sacra Scriptura gens illa populus Dei appellatus fuit. Sed postquam in deserto per adorationem vituli peccauit; Dominus ad Moysem dixit: Vade descende de loco isto tu, & populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti. Quare Domine Hebræos populum Moysi vocas? Quoniam peccarunt, & ideo nolo, vt populus meus vocentur, siquidem mihi non obtemperarunt. Et prophetæ Oseæ etiam dixit: Voca nomen eius, non populus meus, quia vos non populus meus, & ego non ero vester Deus. O terribilem comminationem: quomodo peccatores tam seueram sententiam contra se audientes non perhorrescunt? Vultis, fratres mei, scire cuius estis, attendite cui seruiatis, si Deo an diabolo, & illius certè serui estis. Si quando se se offert iniustum lucrum, aut iniuriarum vltio, aut turpis voluptas, &c. & ipse Sathanas vos ad hæc inuitat, & vos illum auditis & sequimini, res quidem certissima est, vos popu-

4

Matth.15.

5

Exodi.3.

Isaiæ.32.

Isaiæ.52.

Exod.33.

6

Osee.1.

lum

7 lum eius esse. At si ipsum contemnentes magna cum animi affectione diuina colloquia auditis, & illis libenter obtemperatis, euidens argumentum est, vos esse Dei populum: nam summa veritas inquit, Qui ex Deo est, verba Dei audit. Atque ita nos illa benedictio psalmi comprehendet: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Vt autem hoc modo audiatis diuina verba, oportet vos ad concionem præparatos accedere. Cùm quis ignem incendere vult, silicem ferro percutit, & ex venis ipsius silicis candentes scintillas prodire videt, & cùm fomitem, ideſt (*La yesca*) Adhibuerit, admiratur qualiter ignem non concipit, & tandem causam esse reperit, quia fomes ipse humidus & madefactus erat. O patres prædicatores, quoties lapides percutitis, id est, [*Quantos golpes days.*] Et quot
8 scintillæ micantes ab oribus vestris exeunt, quot rationes, quot modos ad seruiendum Deo, quot reprehensiones, & quot documenta præbetis, & nunquàm ignis incenditur, tam frigidi in fine concionis, & etiam in fine quadragesimæ auditores remanent sicut in principio. Et huius rei causa est, quoniam fomes, videlicet, voluntas multis affectionibus carnalibus, multis cupiditatibus, ac multis inordinatis desiderijs madida est. Exiccate, exiccate fratres fomitem, exprimite voluntatem ex aquis deprauatorum desideriorum. Id est (*Dessecad hermanos essa yesca, exprimid essa voluntad de las aguas de los malos desseos*) Et statim in ea scintillæ incendentur, & simul etiam cum illis in eadem voluntate ignis diuini amoris inflammabitur, atque ita digni eritis, qui populus Dei vocemini. Vt autem magis in hu-
9 ius magni Dei amore inflammemini, notate quòd Deus non solùm magni facit esse Dominum alicuius populi boni, sed etiam alicuius animæ iustæ. Atque ita cum iussit Moyses, vt iret in Ægyptum ad redimendos Hebræos ipse Moyses ei dixit: Domine si interrogatus fuero, Quis me misit, quid dicam eis? Respondit Dominus, hæc dices filijs Israel: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione in generationem. O Deus infinitæ maiestatis, quare non inquis, Dominus Indorum, Africæ, Asiæ, & Europæ, & Dominus cæli & terræ me mittit ad vos? Ad hoc nobis respondere potest: Quoniam pluris facio esse Deum, ac Dominum

Ioan. 8.

Psal. 143.

Simile.

Exodi. 3.

Abraham

Abraham & Isaac atque alicuius animæ iustæ, quàm esse Domi- 10
nũ totius cæli & terræ, & ideo hoc mihi nomen est in æternum
& hoc memoriale meum in generatione in generationem. O be-
nedictus & glorificatus sit talis Deus, te omnes cælestes hierar-
chiæ Domine collaudent pro tam ineffabili clemenria, qua erga
homines vteris. Magnificite obsecro fratres hunc supernum Do
minum, ipsum super omnia diligite, & ab eo summis precibus
postulate, vt hoc in cordibus vestris operetur, sicut ipsum regius
Psal. 107. propheta deprecabatur dicens: Exaltare super cælos Deus & su
per omnem terram gloria tua. Quid postulas Rex sancte? Nun-
quid gloria Dei non est exaltata super cælos ac terram, licet tu
id à Domino non petas! Ita profecto: sed ego deprecor vt in pe
ctore meo & in anima mea gloria Dei omnibus, quæ in cælo &
in terra sunt, ita præferatur, vt vitam & quidquid in ea mihi pre- 11
tiosum est, cum animæ promptitudine pro eius seruitio offe-
ram. Hoc autem, quod Sanctus vir postulabat, apertè ostendit
se ab ipso Domino obtinuisse, quando Sauli, qui ipsum perse-
quebatur, dixit: Quam ob causam Dominus meus persequi-
1. Reg. 26. tur seruum suum? Nunc ergo audi Domine mi Rex verba ser-
ui tui, Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrifi-
cio. Id est, Si Dominus vult, vt ego moriar, libenter pro gloria
eius & pro obedientia me ipsum morti offeram, & diuina maie-
stas accipiat odorem sacrificij mortis meæ. Nam vbi melius vi-
tam meam & quidquid habeo expendere potero, quàm in eius
seruitio & obedientia? Petamus ergo instanter à Domino, &
ipsum fratres mei obsecremus, vt hanc promptam obedien-
tiam & spiritus summissionem, sicut huic Sancto viro dedit, no 12
bis conferat.

Et venit in ciuitatem suam. Ciuitas, quam concionator suam reputare debet, est illa, in qua prædicans fructus facit, & ab auditoribus attentè ac deuotè auditur. Ob cuius rei defectum tam parum proficimus; non enim attendimus, in quo loco cum maiori animarum profectu audiemur, sed attendimus locum, qui magis ad nostrum commodum aut honorem, vel delicias condu
Philip. 2. cit: quærimus enim nostra & non Christi.

Et, *Ecce* (inquit Euangelista) *offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, &c.* Res planè notatu digna est in præsentiarum, quòd aliena fides huic homini ad salu-

tem

13 tem animæ & corporis profuit, in quo articulus fidei enitet, quē quotidie confitemur dicentes, Credo Sanctorum cōmunionem & remissionem peccatorum.

Est communio inter nos & Christum Saluatorem nostrum, sicut inter corpus & caput eius: habemus enim communionem cum sacratissimo Iesu Christi sanguine, cum meritis ac sacramentis eius, & cum Euangelio, doctrina, atque exemplo ipsius. Prima communio est inter Christum & Ecclesiam, sicut communio membrorum cum capite. De hac communione inquit Beatus Apostolus: Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. Et apud Diuum Ioannem dicitur: Vita manifestata est, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Christo. 1. Cor. 1. 1. Ioan. 1.

14 De hac communione fusius agit Alexander Alensis, & Beatus Augustinus exponens illa verba: Particeps ego sum omnium timentium te. Alia est communio inter Sanctos & Ecclesiam triumphantem, & inter Ecclesiam militantem, quoniam omnes illæ beatæ mentes nobis suis orationibus coram diuino conspectu fauent. Atque ita Diuus Ioannes dixit, se vidisse viginti & quatuor seniores, qui ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Cum igitur sancti non opus habent pro se deprecari, consequens est, vt preces & orationes, quas Domino fundunt, pro nobis sint: quod quidem contra miserabiles huius tempestatis hæreticos efficacissimum est argumentum. Alia est communio inter Sanctos respectu bonorum operum: Alexā. 4. p. q. 33. de officio miss. B. Aug. super psalm. 118. Apocal. 5.

15 nullus enim vir Sanctus sibi soli, sed toti mystico corpori bonum opus operatur, ad instar corporis naturalis, cuius oculus cùm videt, non sibi soli videt, & lingua non sibi soli loquitur, & pes non sibi soli ambulat, sed ad totius corporis vtilitatem. Sic in corpore mystico vnito eodem spiritu nullus iustorum sibi soli operatur. Atque ita non inquit, Pater mi, qui es in cælis, sed Pater noster, & panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, &c. Hoc in virtute charitatis fundatur, & ideo nos Diuus Paulus admonet, vt simus soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, cuius rationem reddit, Quia vnum corpus & vnus spiritus, scilicet, estis, Simile. Luca. 11. Ephes. 4.

sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Non solùm 16
autem probis societas sanctorum vtilis est & fructuosa, sed etiam
Alexã. vbi supra. improbis. Atque ita Alexander Alensis vbi suprà inquit, quòd
in communione & societate sanctorum fit remissio peccatorum.
Idcirco mysteriosè Simon Chananæus Apostolus hunc articu-
lum pronunciauit his verbis: Credo sanctorum communionem
remissionem peccatorum. Quod in hunc modum est intelligen-
dum: Licet remissio peccatorum & iustificatio fiat gratis à Chri
sto Iesu, quia si gratia ex meritis non est gratia, tamen à tota so-
cietate Sanctorum adiuuatur peccator, vt resurgat. Et ideo
post quàm dixit, Credo sanctorum communionem addidit sta
tim, Remissionem peccatorum. Maximè tamen oportet, quòd
vt fides, ac merita aliena peccatori prosint, ipse ex parte sua
se disponat, vt iustificetur. Atque ita verbum hoc: *Videns* 17
Iesus fidem illorum, ad fidem eiusdem paralytici etiam referen-
dum est, quoniam si fidem non haberet, se à Domino sanan-
dum fore, non se tantis laboribus, ac periculis exponeret, vt
D. Chryso. super hunc locum. egregiè Beatus Chrysostomus super hunc locum adnotauit.
Est etiam notandum, quòd licèt Christus Redemptor noster
hoc verbo, Fides, omnium fidem comprehenderit, non inde
sequitur, fidem in eis omnibus fuisse æqualem & eiusdem va-
Origen. super Nume. 2. loris. Nam (vt Origenes inquit) sicut facies à facie differt,
sic magnum discrimen est inter corda & voluntates, & inter
virtutes, quæ cum ipsis exercentur. Atque ita fides & quæ-
cunque alia virtus, quæ in vno est, habet nescio quid, in quo
differt ab alia, quæ in alio est: explicat ipse hoc per quandam
Simile. similitudinem. Literæ, inquit, Alphabeti viginti quatuor sunt, 18
(quod in lingua Græca reperitur, de qua ipse loquebatur) &
omnes quotquot sunt scribæ, his characteribus Alphabeti scri-
bunt, non enim aliæ sunt, sed vnusquisque diuerso modo ab
alio scribit; omnes quidem scribunt, A, B, C, D. &c. sed vix
vnquam reperies characteres ab vno scriptos, qui omnino cum
characteribus alterius similes in omnibus existant. Sic, ait, vir-
tutes Sanctorum septem sunt, tres Theologicæ, & quatuor
cardinæ, at virtutes vnius quasdam (vt ita dicam) pecu-
liaritates habent, per quas ab alijs aliorum differunt. Sed quo-
niam in huius ægroti, & multorum aliorum curatione Do-

minus

minus fidei virtuti edita miracula tribuit, quænam hæc fides
fit, differere opportet, constat enim variam esse ac multiplicem huius vocis significationem. Et quidem his in locis non
debet fides accipi simpliciter pro credulitate firmoque assensu eorum, quæ de Deo & Christo credenda sunt. Nec rursum accipi debet, vt idem sit quod fiducia, quæ à spe nihil
aut parum differt, quomodo multi in multis locis exponunt,
& quomodo videtur accipi, cùm Saluator ait: Si habueritis *Matt. 17.*
fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi, &c.
Et alibi, Si fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum *Luc. 12.*
mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei?
Nam cùm dicitur de Centurione, Non inueni tantam fidem *Matth. 8.*
in Israel, fides Centurioni tribuitur, non tam propter fidu-
ciam, quam habuit, quàm propter opinionem, & æstimationem, quam habuit de Christo filio Dei, credens illum tantæ esse virtutis, vt absens ægrum sanare posset. Sic & postea cùm apud eundem Euangelistam duobus cæcis dixisset, *Matth. 9.*
Creditis, quia hoc possum facere vobis? Et deinde illis dicentibus, vtique Domine, responderet, Secundum fidem vestram fiat vobis, manifestum est nomine fidei credulitatem, & firmam persuasionem potentiæ Christi Iesu significari: non enim fiduciæ, quæ ad voluntatem pertinet, est credere quòd Christus posset cæcos illuminare, sed credulitatis, quæ ad rationem & intellectum attinet. Proinde rectissimè, vt apparet, dicetur nomine fidei in Euangelijs sacris, cùm ei tribuitur salus, aut consecutio omnium, quæ volumus, com-
plecti vtrumque, nempe, & assensum illum firmum in credendis de Deo, ac Christo Iesu, & fiduciam ex illius omnipotenti bonitate conceptam: quamuis in quibusdam locis magis videatur haberi ratio ad credulitatem, & assensum illum mentis, in quibusdam verò ad ipsam fiduciam. Ita enim duo hæc adinuicem cohærent, vt nec fiducia esse possit sine credulitate, nec credulitas sine fiducia quidquam impetret à Deo, vtque fiduciæ magnitudo ex credulitatis perfectione nascatur. Equidem dum dicimus: Confido huic
verbo Dei, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, *Ioan. 20.*
in verbo illo, Confido, duo illa simul comprehendi viden-

tur. Est enim sensus, Adeò persuasus sum, illud esse verum, 22
vt inde etiam mihi certo sperem per sacerdotes remissionem
peccatorum. Sic ergo & hoc loco fides accipitur, cùm dicitur
Dominus vidisse eorum fidem. Magnam de Christi potentia
simul & bonitate conceperant opinionem, atque ex hac opi-
nione firmaque credulitate magnam etiam fiduciam, & spem
consequendæ salutis, quam desiderabant: quam de Christo opi-
nionem & fiduciam declarabant, dum tantùm laboris & mole-
stiæ subire non dubitarent, vt ægrum Christo Domino præsen-
Marci. 2. tem exhiberent. Etenim (vt sacri narrant Euangelistæ) Cùm
Lucæ. 5. præturba per ostium domus, vbi erat Saluator ingredi, non va-
lerent, sublatis tegulis paralyticum submittentes coram Do-
mino posuerunt. O quàm operosa est fides charitati adiun-
cta. Sanè nihil est quod ei obsistere possit. Ideo Beatus Pau- 23
Hebr. 11. lus ad Hebræos scribens ait: Sancti per fidem vicerunt regna,
operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauer-
unt ora leonum, extinxerunt impetum ignis. En trophæa sa-
cræ fidei quàm sint miranda & stupenda. Huius cælestis virtu-
tis, quæ cæterarum est fundamentum, nimis cupidi esse, eaque
D. Th. 2.2 diutes fieri totis viribus contendere debemus. Nam (vt Di-
q. 2. art. 3. uus Thomas, & Theologi testantur) ad hoc quod homo per-
Theologi ueniat ad perfectam visionem Dei, vbi eius fœlicitas sita est,
in 3. d. 24 præexigitur, quòd credat Deo tanquam discipulus magistro
docenti. Sed fides hæc oportet, quòd sit operosa, similis ei,
quam isti homines habuerunt, qui tanta pietate erga illum æ-
grotum vsi sunt. Et hæc ita Domino placuit, vt sacer Euange-
lista dicat, *Videns Iesus fidem illorum dixit*, &c. Quænam erat illa 24.
Galat. 5. fides? equidem charitati coniuncta, de qua Beatus Apostolus
inquit: Fides, quæ per dilectionem operatur. Estote fratres
charitate pleni, & erga proximos egenos misericordes, quo-
niam Dominus defectum huius virtutis seueriſsimè punire so-
let; cuius rei nobis exemplum esse potest synagoga, de qua
Oseæ. 1. Propheta Oseas inquit: Ablactauit eam, quæ erat absque mi-
sericordia. Vbera Dei sunt diuina eius beneficia, quibus ipse
immisericordes priuat. O tremendam vltionem. Cùm Do-
minus à te pectora sua aufert, videlicet, quòd cùm sis mona-
chus vitam monachalem perinde deguſtes, acsi esses Turca,

aut

25 aut infidelis : & cùm ſis ſacerdos, res diuinas & rem ſacram facere perinde guſtes, ac ſi eſſes barbarus : & cùm ſis Chriſtianus, de lege Ieſu Chriſti perinde ſentias, ac ſi eſſes paganus : & cùm ad concionem venias, nullam inde vtilitatem percipias ; & cùm te concionator increpet, & tibi gehennam minetur, vel cum gloria inuitet, nihil horum tibi proſit, nec tu ex eis commodum aliquod elicias : hoc eſt ablactare eam, quæ erat abſque miſericordia. Quamobrem de crudelibus peculiariter in Prouerbijs dicitur : Abominantur impij eos, qui in recta ſunt via. Pro quo in contextu Græco habetur : Abominantur impij viam rectam. Impij omnia, quæ recta ſunt, odio habent, virtutem & virtutis ſtudioſos, qui ipſos increpant vel docent, abhorrent, & in pœnam ſuæ immanitatis inteſtino odio proſe- *Prouer. 29*

26 quuntur. Quis ergo adeo lapideus eſt, qui tam magna tamque nociua ſupplicia non pertimeſcat, & miſericors eſſe totis viribus non contendat ? Econtra verò animaduertite, quid de miſericordæ ſacra ſcriptura dicat : Qui miſeretur pauperi, beatus erit. Et paulò inferiùs : Miſericordia & veritas præparant bona. Et poſtea, Honorat eum (ſcilicet Deus) qui miſeretur pauperis. *O Sancta Maria Señora*, & quàm ſingularia bona Spiritus Sanctus in præſentiarum viro miſericordi pollicetur. Quis ergo, vt tanta mala fugiat, & tot bona conſequatur, hanc virtutem ex integra animi & cordis affectione non diliget? *Prouer. 14*

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. O infinita filij Dei clementia, Benedicta ſit lingua tua, & benedictum os tuum dulciſsimum, ó Chriſte mundi Saluator, quo tam ſancta tam-

27 que glorioſa verba locutus es. Attendite, fratres, qualiter bonus Ieſus pauperculum pertractat : euoluite Sacroſancta Euangelia, & non reperietis eum peculiariter aliquem Apoſtolorum filium nuncupaſſe, ſicut hunc paralyticum filium appellat ; vt planè videatis, quantum ipſe Dominus pauperibus faueat, ſiquidem ſimilem huic fauorem nec regibus, nec imperatoribus dedit. Benedicta ſit paupertas & ægritudo, quæ patienter tolerantur, quandoquidem coram diuinis oculis tantum valent.

Remittuntur (ait) *tibi peccata tua.* Quid Domine ? homo iſte non à te modo poſtulat ſuorum peccatorum veniam, ſed quod

à te exigit, est vt corporis ipsius remedium adhibeas. Quor- 28
sum ergo ei dicis, *Remittuntur tibi peccata tua?* O ineffabilem im-
mensi Dei liberalitatem, qui sicuti plus quàm promittit, do-
nat, ita plus quàm ab eo petitur præbere solet. Promisit Eze-
chiæ Regi, nullum Assyriorum in vrbem Hierusalem emissu-
Isaiæ. 37. rum esse sagittam aliquam: at non solùm hoc præstitit, sed
per manum Angeli centum octoginta quinque millia mili-
Isaiæ. 55. tum in castris Assyriorum interfecit. Item apud eundem Pro-
phetam sic ait: Omnes sitientes venite ad aquas; & paulò in-
ferius adiecit, Comedite bonum, & delectabitur in crassitudi-
ne anima vestra; diabolus verò multa pollicetur, & nihil dat,
nisi crudelissima tormenta & nihilominus illum homines tan-
quàm cæci sequuntur. O si nunc resurgerent cadauera mor-
tuorum, qui in hoc templo sepulti sunt, qui illum in vita secu- 29
ti fuerunt, & nobis dicerent, quid præmij pro eius sequela re-
portarunt, qualem nobis ipsorum tormenta audientibus ter-
rorem incuterent? Relinquite ergo fratres mei, relinquite dæ-
monium, qui vos decipit, & liberalissimum Dominum Ie-
sum Christum sequimini, qui non solùm plus quàm promit-
tit, sed etiam plus quàm ab eo postulatur, elargitur. Petebat
Centurio à Domino salutem seruo suo, ipse autem salutem &
Matth. 8. diuinum conspectum suum ei promittit dicens: Ego veniam
& curabo eum. Petebat Chananæa, vt è corpore filiæ suæ dæ-
Matt. 25. monium expelleret, & non tantùm benignissimus Dominus
id ei concessit, verùm ipse hospes animæ eius remansit. Pete-
bat denique paralyticus iste corpori suo salutem, & ipse Do-
minus illam ei in anima præbet, & postea in corpore. Super 30
B. August. quod Beatus Augustinus ait: More periti medici causam mor-
bi prius expellit. Solet enim aliquando Deus corporalibus mor-
bis atque alijs quàm plurimis laboribus homines ob ipsorum
Iona. 1. peccata punire. Et hoc nautæ illi, qui cum Propheta Iona na-
uigabant, intellexerunt. Cùm enim essent Gentiles, & nihil eo-
rum, quæ in diuinis literis continebantur, intelligerent, credi-
derunt nauigantium scelera tempestatis illius causam fuisse: at-
que ita sortibus scire conati sunt, quis tantæ turbationis reus
esset, vt ab eis puniretur. Nos autem Christiani, cùm tot vn-
diq́ue Turcis, tot hæreticis, tot pestilentijs, tot ægritudinibus,
tot ste-

31 tot ſterilitatibus, tot infortunijs, ac tot laboribus circundati ſimus, adeò ſtulti ſumus, vt hæc omnia caſu euenire exiſtimemus. Ægrotat quis per quatuor menſium ſpatium, & cum medicis ac medicamentis quidquid poſsidet, diſpendit, & quotidie ægritudo eius in deterius procedit, ipſe verò crimina ſua confiteri minimè recordatur, nec cogitat morbum illum ei ob multa ſcelera ſua ſuperueniſſe, & forſan ſi animæ ſuæ ſalutem quæreret, illam etiam corpori ſuo inueniret. Ideo meritò Innocentius Papa iubet, vt medicus ægrotum viſitans ante omnia ipſum hortetur, vt ſcelera ſua ſpirituali medico confiteatur. Quæ lex ſi obſeruaretur ægroti non terrerentur, cum peccata ſua confiteri iubentur. Ad hoc medici reſpondere ſolent dicentes: Galeni, & Auicennæ ſententiam eſſe, ne ægrotis triſtia nuntiētur, ego verò vo-
32 bis domini mei dico, Galenum, & Auicennam nunc in inferno ardere, & vos, ſi illos in hoc ſequimini, & quod debetis non facitis, eaſdem pœnas & ſupplicia eſſe ſubituros. Vos autem ægroti ne incuria tepeſcatis circa hoc negotium, licèt medici vos ad id faciendum non admoneant. Sit vobis corporalis ægritudo occaſio ad animæ ſalutem conſequendam, hoc enim Dominus intendit, cùm propter peccata homines ægritudinibus vexat, quā uis præſciti nullam ex eis ſciunt vtilitatem educere. Plinius naturalis Philoſophus inquit, ex eadem terra, ex qua argentum depromitur, ſi in cacabo aqua ebulliente igni apponatur, plumbum etiam educi hoc modo: nam ipſa terra in aqua decocta partim ſurſum aſcendit, & in ſuperficie ipſius aquæ enatat, & ex hac argentum efficitur, partim verò deorſum deſcendit, & ex hac plū
33 bum conflatur. Omnes homines eiuſdem naturæ ſumus, ex luto nanq; ſeu ex terra nos fecit Deus. Atque ita Sanctus Iob inquit, Ecce & me ſicut & te fecit Deus: & de eodem luto ego quoq; formatus ſum. Princeps, Rex, Imperator, & ruſticus ac paſtor de eodem luto formati ſunt. At propriùs lutum & terra dicimur, cùm in peccato ſumus ad terrena & immūda proclines & inordinata affectione propenſi. Ideo S. Iſaias ait: Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere nō poteſt, & redūdant fluctus eius in cōculcationem & lutum. Venuſtiſsima ſimilitudo comparare hominē impium cū maris inquietudine: nihil enim eo ſimilius mari, cùm vir impius ſit amarus contentionibus: nihil in eo dulce reperi-

Simile.

Cap. cū infirmitas de pœn. & remiſsio.

Plin. natu. hiſt. lib. 32

Iob. 33.

Iſaiæ. 57.

tur, nec vnum bonum verbum, tumidus superbia, liuidus inui- 34
dia, spumidus libidine, mutabilis inconstantia, turbulentus, fluctuosus, & aliarum maris qualitatum imitator. Et hunc, inquit Sanctus Propheta, ignominia & contemptu tanquam immundum lutum dignum esse. Hanc ergo terram & lutum Deus in cacabum & ignem ægritudinis & tribulationis includit, & ibi pars huius terræ in ima descendit tanquàm plumbum, hi sunt præsciti, qui infirmitatibus, laboribus, ac tribulationibus magis peruertuntur, & tanquàm graue plumbum efficiuntur. De qui-
Exodi. 15. bus illud Exodi dici potest: Summersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. At verò prædestinati cum à Domino in tribulationes includuntur, statim se se erigunt, & ex luto in pulcherrimum argentum conuertuntur. O admirabile Dei artificium, qui dolores & ægritudines tanquàm voces & reprehen- 35
Iob. 33. siones suas hominibus mittit. Atque ita in Sancto Iob dicitur: Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. Fœlices illi, qui dolores morbi sui tanquàm voces & reprehensiones Dei acceperunt, & per illas à suis sceleribus se se
Ezec. 33. auerterunt. Nam Spiritus Sanctus per Prophetam Ezechielem inquit: Sonum buccinæ audiuit, si autem se custodierit, animam suam saluabit. Vbi alia translatio habet, Animam suam saluauit; & sic est etiam in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. In quo significatur eius saluatio adeò certa esse, acsi iam accepta fuisset, quod quidem admirabilis est amplificatio.

Cælestis igitur medicus paralytico dixit, *Confide fili.* Super hoc vobis rem quandam dicere volo, quæ in hominibus pijs magnam generat tristitiam, & vtinam vos ex ea tantum fru- 36
ctum percipiatis, quantum ego ipse desidero. Ingens profecto scelus est vt homines malum ad alia mala exequenda vt medium assumant, sed non valde illud admiror. Et quòd ex creaturis, quas Dominus fecit, vt homines ipsum laudarent, retia ad scelera sua ipsi efficiant, & quòd ex eis, quæ Dominus fecit tanquam quædam calcaria, quibus homines celerius ad ipsum vias suas per cognitionem, & amorem diligerent, ex his (inquàm) ipsi homines fræna efficiant, ne ad ipsum Deum accedant: hoc maius malum est, sed nec hoc multum admiror. Quod autem me in magnam rapit admirationem, & in

genti

37 genti ſtupore afficit, eſt, quod ex ea re, quam Dominus fecit, vt peccata noſtra condonarentur, homines adeò peruerſi, & nefarij ſint, vt ordinem, quem Deus inſtituit, ſubuertentes, illa longè aliter vtantur, ne, videlicet, peccata eorum remittantur, ô diabolicam abominationem. Ferendum ne eſt, vt medicinam, quæ ad ſanandum, & ad præbendum vitam ordinata eſt, vos ipſi eam ad accipiendam mortem applicetis?

Ait Dominus huic paralytico, *Confide fili*. Et paulò inferius dixit cuidam mulieri, *Confide filia*. Quorſum Dominus ad ſananda, & dimittenda peccata hanc fiduciam poſtulat? Vult Dominus, vt quanuis peccator ſis confidas tamen te ſanandum eſſe: impoſsibile eſt enim peccatorem ſanari, niſi fiduciam habeat, ſe ſalutem fore conſecuturum. Nam licèt à 38 corporali ſalute homines ſæpenumero diffidant, & poſteà ſanitatem conſequantur, tamen in ſalute animæ longè aliter ſe res habet: nunquam enim peccator ſpiritualiter ſanitatem comparabit, niſi in Domino confidat, ſe illam eſſe conſequuturum. Quod autem hac fiducia homines ita abutantur, vt plæraque peccata, quæ committunt, ideo perpetrent, quoniam confidunt magnam eſſe Dei miſericordiam, qui facilè ea omnia condonabit: hæc eſt infernalis peruerſitas. Proijcis te, ô peccator, in abyſſum ſcelerum, & in voraginem iniquitatum te immergis, atque diu in illis te eſſe finis: & poſteà dicis bonus Deus, qui ea omnia mihi parcet. O proditor, proditor, qui medicinam in venenum conuertis, & ex fiducia occaſionem ſumis, vt deterior fias. O cæli, ô terra, ô creaturæ inſenſibiles 39 tranſgredimini naturæ veſtræ limites, & ſimul nobiſcum tam horrendum facinus ſentite & deplorate. O fratres in Chriſto Ieſu chariſsimi, aperite, obſecro mentis oculos, & perpendite qua pœna, eo quòd re tam excellenti tamque præclara veluti eſt fiducia abutimini, digni ſitis. Vtimini igitur hac cæleſti virtute ad animarum veſtrarum ſalutem, & non ad ipſarum damnationem, Sicuti Sanctus Dauid faciebat, cùm dicebat: In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. In te non in me, non in virtute noſtra, & in nomine tuo, id eſt, potentia tua, ſpernemus inſurgentes in nobis. Vbi alia tranſlatio habet ſpernemus inſurgentes in nos: & ſic eſt in paraphraſi Chaldaica, & ſic legit *Pſalm.* 43.

B. Augst. etiam Beatus Augustinus. Vnde, Surgentes in nobis, referri po- 40
teſt ad paſsiones, quæ in nobis oriuntur; Surgentes verò in nos,
ad dæmones eorumque miniſtros: & hos omnes aduerſarios. In
te ventilabimus cornu & in nomine tuo ſpernemus, in te enim
eſt Domine, mirabilis ad omnia fortitudo ac potentia. In hac e-
Pſal. 41. tiam fortitudine ſuam ſanctus vir collocabat fiduciam, quando
aiebat, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Vbi alij tran-
ſtulerint, Ad Deum fortem; & ſic eſt in cõtextu Græco & in pa-
raphraſi Chaldaica. O ſingularem tam Sancti viri fiduciam, non
vt à peccatis ſe ſuperari fineret, ſed potius, vt ea diuino auxilio ac
fauore adiutus vinceret & penitus euerteret: Hac etiam virtute
Pſal. 53. ipſe erat munitus, cùm dicebat: Auerte mala (ſcilicet contra me
concitata) ab inimicis meis, vbi alia trãſlatio habet: Auertet mala
ab inimicis meis; & ſic eſt in contextu Græco & in paraphraſi 41
Chaldaica. In quo ſignificatur fiduciа, quam ſanctus Rex habe-
bat, Deum ſibi conceſſurum, quòd ab eo poſtulabat. Idem inſi-
Pſal. 54. nuauit, dum alibi poſtea dixit: Ego autem ad Dominum clama-
ui, & Dominus ſaluabit me: & in cõtextu Græco ac in alia trãſla
tione denotatur, ſatis Dauid perſuaſum eſſe, Deum animum ha-
ctenus paratiſsimum habere, & deinceps ſemper habiturum om
nibus ſubueniendi: ait enim, Et Dominus ſaluauit me: atque ita
eſt ſenſus illius verbi, Dominus ſaluauit me, & ſaluabit me.

Quæ hactenus à me inducta ſunt, fratres, vehementer nobis
fiduciæ virtutem commendant: & vt ea bene vtamur, quam vt
commendatiorem vobis faciam, quàm ſit diffidẽtiæ vitium Deo
deteſtabile, propoſito ex diuinis voluminibus inſigni exemplo
Num. 13. demonſtrabo. Inciderunt enim in hoc crimen filij Iſrael, quando 42
ab exploratoribus audierunt ingentes difficultates, quas, vt in
terram promiſsionis ingrederentur, paſſuri erant: qui vehemen-
ter exterriti, ſeque terram illam expugnare poſſe diffiſi, de redi-
tu in Ægyptum tractare cœperunt. Quæ vis autem orationis
explicare queat, quantus Domini furor ob huius diffidentiæ
Num. 14. crimen aduerſus populum fuerit concitatus? Vſquequo (ait
Dominus ad Moyſem) detrahet mihi populus iſte? Quo vſ-
que non credent mihi in cunctis mirabilibus, quæ feci co-
ram eis? Feriam ergo eos peſtilentia atque conſumam, te au-
tem faciam principem ſuper gentem magnam, atque fortio-

rem,

43 rem, quàm hæc eſt. Cumque multis precibus longaque oratione iram Domini lenire conaretur, atque inter alia diceret, Dimitte obſecro peccatum populi huius ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut propitius fuiſti egredientibus de Ægypto vſque ad locum iſtum, reſpondit Dominus: Dimiſi iuxta verbum tuum, attamen omnes homines, qui viderunt maieſtatem meam & ſigna, quæ feci in Ægypto & in ſolitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum, Viuo ego, ait Dominus: ſicut locuti eſtis audiente me ſic faciam vobis. Veſtra cadauera iacebunt in ſolitudine, filij veſtri vagi erunt in deſerto annis quadraginta, & ſcietis vltionem meam. Animaduertite quæſo fratres quam graue, quàm ingens pecca-
44 tum ſit diffidentia, ſiquidem Deus eam tantis tamque ſeueris ſupplicijs afficit. Si ergo magnum malum diffidentia eſt, quod eius pœnæ magnitudo declarat, neceſſe eſt, vt magnum bonum fiducia ſit, quæ nos à tanto malo liberat. Et ſi in illis diffidentia tanta pœna fuit digna tantaque ſeueritate punita, multo magis erit in nobis, qui à diuina liberalitate longè maiora accepimus beneficia: propter quod ſtrictiori obligatione aſtringimur, vt in ea fiduciam noſtram ſitam, ac poſitam noſtris in neceſsitatibus tam ſpiritualibus quàm corporalibus firmiſsimè habeamus.

Cùm igitur Dominus peccatorum remiſsionem paralytico donaſſet, Scribæ, qui tunc aderant, *Dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat*, quia quod Dei proprium eſt, ſcilicet peccata di-
45 mittere, ſibi arrogare vult. Deus enim per Sanctum Iſaiam ait: Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates propter me. At Dominus IESVS occultas cordium eorum cogitationes diuina virtute inſpiciens, dixit: *Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula?* Quod perinde eſt acſi diceret: Vos me blaſphemum iudicatis, quod hac remiſſione peccatorum mihi Dei vendicem poteſtatem, ſed veſtrum hîc requiritur iudicium, vtrùm horum minoris ſit poteſtatis verè ac ſeriò dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula? Non dubitem, quin vtrumque ſit æqua-

Iſaiæ 43.

lis imò

lis imò eiusdem potestatis, vt pote diuinæ, cùm solius Dei sit 46
quidquid voluerit solo verbo efficere. Cùm ergo videatis me modo hac tanta vti potestate, vt solo verbi imperio paralyticum hunc subitæ sanitati restituam, consequens est, vt qui hoc præstare potest, possit & peccata condonare, cùm vtrumque eiusdem sit potestatis. Hoc igitur firmissimo argumento se Dominus remittendi peccata potestatem habere facilè comprobauit. Ad eum ergo omnes confugiamus, vt peccata nostra remittat, & gratiam nobis largiatur, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat idem pijssimus Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica decima OCTAVA, POST Pentecosten,

CONCIO SECVNDA.

Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit & venit in ciuitatem suam. Matth. 9.

INTER NOTABILIA, QVÆ 2
Exodi. 22. Dominus in veteri testamento iussit, vnum est illud Exodi, scilicet: Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei; ipsum est enim solum; quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud, in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. Velim Domine te interrogare (siquidē hîc iubes, vt cùm alicui pauperi mutuarentur numi super aliquod pignus, quod vestis esset aut indumentum, cum quo dormiret & operiretur, ante solis occasum si redderetur; si enim ob defectum pignoris ipse pauper frigus

3 gus de nocte pateretur, & coram te de creditore conquereretur, te ipsum auditurum promittis, rationem assignans, Quoniam misericors es: in quo innuis, quod ex eo quòd tu misericors es, tibi prouenit, vt nobis necessitates proximorum nostrorum tantopere commendes.) Velim, inquam, te interrogare, quod misericordiæ genus sit, hominem punire, eo quòd pauperis necessitatibus, non succurrit, siquidem tu ipse eum in illis collocas, & illarum causa es? Si tantoperè pauperum necessitates doles, facilè eis remedium poteris adhibere; si autem cùm possis, eis remedium non adhibes, quare me supplicio afficis, eo quòd eis non succurram? Impone Domine huic aliud nomen, voca illud iustitiam, rigorem, iram, non autem misericordiam. O incomprehensibilia Dei mysteria.

4 Diuinus eius spiritus nos illuminet, vt aliquid illorum ad vtilitatem animarum nostrarum possimus intelligere. In hoc, quod hîc Dominus præcipit, duo nobis singularia manifestantur. Alterum est, Deum maxima misericordia erga diuites vti in hoc, quòd pauperes sint in mundo, erga quos ipsi etiam pietate vtantur. Alterum verò est, ingentia esse spiritualia bona, quæ Deus in anima tribulantis operatur, si quidem, cùm tam misericors sit, corpora paupertate, fame, & ægritudine opprimit. Qui enim ex eo quia misericors est, me punit eo, quod corporalibus proximi mei non subuenio laboribus, quorum ipsemet Deus est causa, sine dubio maxima futura sunt spiritualia bona, quæ per hoc medium ipse non solùm patientibus necessitates, sed etiam in illis fauen-

5 tibus facere vult. Hoc fratres mei, æquum est, vt quilibet vestrum, cum laboribus circundatus fuerit, considereat, & intra se dicat. Siquidem Deus adeò misericors est, vt non solùm illum, qui meis necessitatibus minimè fauet, puniat, sed etiam mecum tam seuere agat, magna absque dubio sunt bona, quæ ex his meis laboribus educere contendit. Vnde Sanctus Ieremias explanans causam, quare Moab nunquam à peccatis suis exierit, inquit: Fertilis fuit Moab ab adolescentia *Iere.* 48.
sua, & requieuit in fæcibus, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt: ideirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Id est, semper

popu-

populus ille in prosperitate fuit, nunquàm à patria sua exu- 6
lauit, nec captiuus, vt alij populi, extitit; & ideo in suis
peruersis moribus continuo permansit multis peccatis diffa-
matus. Et notandum est, quód cũm eis Dominus minaretur, se
ob scelera eorum Assyrios, qui eos euerterent, missurum esse, in
Hebræo habetur, Mittam euacuatores & euacuabunt eos: vbi
nos legimus, Mittam ordinatores. In quo loco Spiritus San-
ctus persecutores appellat euacuatores & ordinatores, signifi-
cans persecutiones & labores quantum ex se est efficere, vt ho-
Simile. mines ordinentur & peccata relinquant. Sæpenumero euenire
solet, vt cùm piscator arundine piscetur, hamo piscem magnum
apprehendat, & quoniam si magna violentia illum vellet ab a-
qua extrahere, ipsa linea piscatoria facilè frangeretur, & ita pisci
liber euaderet, ideo piscator illum per violentiam non extrahit, 7
quin potius lineam protrahit, quo vsque piscis defecisatur, &
sic lassatum ipsum ad ripam fluminis facilè apprehendit. O exi-
mie piscator Iesu Christe fili Dei, quot artificijs, vt peccatores
ad te attrahas, vteris. Hamus, quo illos piscaris, est tuus diuinus
amor, esca verò est præmium tuæ gloriæ, quam illis polliceris.
Quilibet Christianus hanc escam libenter deuorat & deglutit,
sed difficulter peccatum statim relinquit. Si repente Dominus
ipsum à suarum affectionum aqua in qua maximè immersus est,
educere vellet, ita hinc inde volutaretur, vt lineam facilè frange-
ret, & nullius esset vtilitatis: hoc est nullum emolumentum à di-
uinis inspirationibus educeret. Quilibet concubinarius, vsura-
rius, ambitiosus, vel alius id genus peccator, licèt hamo diuini
timoris capti sint, & gloriæ desiderio detenti difficilè tamen su- 8
bito sua scelera relinquunt. Quid igitur remedij? Defatigen-
tur & torqueantur prius multis laboribus & infortunijs, & hoc
modo facilè ad ripam trahentur, & ab aquis suorum peccato-
rum educentur, ac tandem in viridi littore gratiæ colloca-
buntur. Quanuis autem verum sit omnes labores vniuersa-
liter esse efficaces ad peccatores lassandos, peculiariter tamen
morbi corporales hunc effectum operantur. Nam alijs labori-
D. Th. 2. 2. q. 118. ar. 5. bus homo plerunque diuitias amittere solet; quæ quidem (vt
ait Diuus Thomas) inter bona exteriora vltimum locum ob-
tinent; at cum ægritudinibus homines vitam amittere, & se-

uerum

uerum Dei iudicium subire pertimescunt, & hic timor efficacior est ad peccatorum conuersionem omnibus alijs mundi infortunijs. Atque ita experientia videmus, quod emergente in mari tempestate vix ex omnibus, qui in naui portantur, cognosci potest, qui boni aut mali sint. Tunc enim omnes Deum inuocant, omnes misericordiam postulant, omnes, si confessor adest, crimina sua confitentur, & tunc difficulter deuoti, & honesti à dissolutis & inhonestis dignoscuntur: omnes nanque timore perterriti bona opera faciunt. Quod idem in magnis ægritudinibus contingere videmus, probi enim atque improbi tunc boni videntur: omnes Deum inuocant, omnes sanctissima Sacramenta accipiunt, & alia pietatis opera agunt, & vtinam omnes in sanctis propositis, quæ cùm aliquo graui morbo laborant, habent, postquam sanitatem consequuntur, perseuerarent. Sed proh dolor, & quam multi finita ægritudine, & salute obtenta retrocedunt ac peruertuntur. Rex Ezechias (vt refert Sanctus Isaias) luctum & lacrymas, quas, cùm ægrotabat, profudit, & quod tunc Domino promisit, his verbis enarrat: De mane vsque ad vesperam finies me. Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba, attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Et paulò inferius, Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie, pater filijs notam faciet veritatem tuam. Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini. Animaduertite obsecro ad quid ægrotus vitam desiderabat, videlicet, vt eum cunctis diebus vitæ suæ laudaret & glorificaret, & vt suos diuinam legem ac voluntatem doceret. At postea quàm sanitatem est consequutus, & ab illa ægritudine liber, quando nuntij Regis Babylonis ad eum venerunt (vt idem Sanctus Propheta refert) tùm deberet de diuinis laudibus, sicut in ægritudine proposuerat, coram ipsis agere, per vanitatem (quod peccatũ plerunq; Reges & etiam non reges cõmittunt) ostendit eis (inquit sacer textus) cellam aromatũ, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa, quæ inuenta sunt in thesauris eius. Quæ omnia ideò eis ostendit, vt magnus ac potentissimus Rex ab ipsis reputaretur: quod quidem euersionis Hierusalẽ fuit

Isaiæ. 38.

Isaiæ. 39.

causa.

causa. Ecce de quo huic regi recuperata salus profuit, atten- 12
dite, qualiter sanctas intentiones, quas in morbo habuit, con-
seruauit. Væ, væ, væ, & millies væ, & quot Ezechiæ hodie
in mundo sunt, qui eorum, quæ promiserunt, cùm ægro-
tabant, facilè obliuiscuntur, & ex ipsa salute obtenta ensem
efficiunt, quo Dominum, qui eam donauit, offendunt.

Omnem hanc vtilissimam doctrinam retulimus occasione
sumpta huius paralytici, cui infirmitas corporalis fuit medium
quoddam, vt à peccatis, in quibus erat, exiret, & spiritualem
salutem consequeretur, veniens ad cælestem medicum, qui il-
lam ipsi communicauit, ad quem forsan non veniret, nisi æ-
grotus & paralyticus esset.

Ait igitur sacer Euangelista, quòd vbi Dominus Gerase- 13
norum terram reliquisset, conscensa nauicula, *Transfretauit & venit in ciuitatem suam*, Scilicet, *Capharnaum. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.* Atque (vt ex Diuo Marco, & ex Diuo Luca apparet) cùm illi, qui eum portabant, propter confertissimam turbam, quæ domum circumsidebat, sistere illum ante Dominum minimè possent, tantus erat salutis amor, vt noua ratione excogitata scalis admotis supra tectum ascenderint, teguliisque, ac tabulis sublatis paralyticum in lecto iacentem magno labore ad supera loca sublatum funibus dimissum ante Dominum Iesum posuerint, nihil morantes Domini domus iniuriam, cuius tectum perfoderunt, nec eorum periculum, qui subtus erant, animaduerterunt, nec (quod erat grauius) concionantis Domini sermonem intercidere, atque impedire veriti sunt; hæc enim omnia impedimenta sla- 14
grans salutis amor superauit. O si tanto studio animæ suæ homines, quanto corporis salutem quærerent. Quid enim non faciunt, vt corporis saluti prospiciant? Quas opes non profundunt? Quibus se laboribus non addicunt? Et quid non tandem huius rei gratia patiuntur? Si ob hoc enim ad longinquas terras peregrinandum sit, peregrinantur. Si corpus diuturna inedia extenuandum, extenuant: si à solitis voluptatibus atque delicijs abstinendum, abstinent: si ferro & igne atque incisionibus opus sit, ferrum patiuntur, & ignem, vt corporis dispendio maius redimant eiusdem corporis dispendium.

Marci. 2. Luc. 5.

Quæ

15 Quæ igitur insania est, cum morituri corporis gratia tam multa facias, nihil propter immortalem animam pati? Cùm tam multis partibus anima corpori præstet, quæ dementia est, omnem curam & studium in tuenda corporis salute ponere, nullamq; omnino huius diuinæ partis rationem habere? Fateor nulla esse verba, nullam dicendi vim, quæ huius tantæ cæcitatis indignitatem, qua maxima generis humani pars laborat, pro meritis valeat explicare.

Videns ergò Dominus fidem illorum ait paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Vbi S. Hieronymus bene meritò exclamat, dicens: O mira humilitas, despectum & debilem ac totis membrorum compagibus dissolutum filium vocat; Mirabili lenitate peccatorem filiũ appellat, vt blandientis affectu eum alloquens cor eius emolliat, & in amorem Dei viscera eius incalescant, & absq; eo quòd veniam pecca- B. *Hiero. super hunc locum.*

16 torum postulet, ei dicit: *Remittuntur tibi peccata tua.* Hic manifestè ostẽditur, quantũ Dominus peccata detestetur, & quãtum gaudeat ipsorum veniam condonare, siquidem venia illorum non petita ipse ea condonat. O clementissime Domine, si hoc facis, quid obsecro facies, quando peccatores suorum scelerum veniam à te postulauerint, ipsa humiliter deplorantes, siquidem huic minime lugenti nec veniam postulanti dicis; *Remittuntur tibi peccata tua.* Qua propter confidenter Regius Propheta dicebat: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magna infirmitas, licèt ipsi ægroto nociua sit, est tamen medico curanti magnũ decus & gloria. Sic peccata grauia & horribilia, quanuis committentibus ipsa noxia sint, Deo tamẽ, qui illa condonat, honorifica sunt: in illis enim bonitas ac misericordia eius ostenditur. Iccircò peccator Dauid ingentem diuinam misericordiam implorabat ac si diceret: Domus tuæ magnæ misericordiæ

17 Domine omnes capit; & si aliqui extra sunt, sine dubio sunt illi, qui in eam ingredi nolunt. Si ego ob magnitudinem peccati mei diffidere volo, existimans, te mihi veniam non esse daturum, iniuriam certè tuæ infinitæ veritati facio, siquidem per Ezechielem prophetam inquis: Si impius egerit pœnitentiam, ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, vita viuet & non morietur, omnium iniquitatum eius, quas operatus est, (siue magnæ siue paruæ sint) non recordabor. Si verò cogito, te ipsa condonare non posse, magnam tuæ omnipotentiæ irrogo iniuriam: si deniq; cogito, te illa parcere nolle, tuam infinitam bonitatem grauiter offendo. Quarè ergò in te Domine non confidã, siquidem adeò singularis tuus erga nos amor est, vt non solùm pec- P*salm.* 50 *Simile.* E*zech.* 18

catorum nostrorum veniam concedere, sed etiam nobis gratificare velis, eo quod à te veniam postulamus? O immensam Dei liberalitatem. Perpendite quæso, qualiter Dominus se debitorem nostrum ostendat, eo quòd ab eo petimus debiti solutionem, siquidem non tantum vult peccata condonare, sed peccatoribus ipsis iam conuersis suam statim diuinam gratiam elargitur, & ex eo quod eis gratiam impartitur, ipsis, si in ea perseuerant, debitor est suæ gloriæ. 18

Prius Dominus huic ægroto salutem animæ, quàm corporis tri-
B. Chrys. buit. Hinc Beatus Chrysostomus egregiè asserit, nemini in corpore salutem Christum dedisse, quin simul eius animam sanaret, salutem verò spiritualem non dabat nisi habenti fidem atque dispositionem. Nàm vt egregie Diuus Thomas & theologi docent, ad iu-
D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 3. Theologi in 3. d. 24 stificationem peccatoris requiritur propria fides & propria dispositio, & ob hanc causam Dominus huic paralytico dixit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, Quasi actum fidei illius postulans, quia, 19
Hebr. 10. vt Apostolus ait, sine fide impossibile est placere Deo, vbi etiam notandum est, Dominum potuisse dicere: Confide fili, ego remitto tibi peccata tua, sed maluit modestius loqui dicens, remittuntur tibi peccata tua, nè æmuli, qui circumcirca erant, magis ira succenderentur. De quibus statim sequitur: *Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat.* Cùm peccatum iniuria quædam in
Psalm. 50 Deum sit, nemo præter eum illud delere potest. Hinc Sanctus Dauid inquit: Tibi soli peccaui & malũ coram te feci, ideſt, Tu solus, Domine, potes delicta mea dimittere, cuius legem ipse transgressus sum. Cęterum creaturã sibi arrogare, quod soli Deo peculiare est, ad blasphe-
B. Hieron. miam attinet. Consequenter ergò ait Beatus Hieronymus, quia scribæ tantum hominem putabant, & verba Dei nõ intelligebat, arguũt 20 eum vitio blasphemiæ, dicentes ipsum Dei potentiam vsurpare.

Et cùm vidisset Iesus cogitationes eorum dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Dum cogitationes eorum cognouit, se eis Deum
3. Reg. 8. verum esse ostendit. De Deo namque Salomon inquit: Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum. Ex hoc apparet, quanto errore inducantur illi, qui videntes siue audientes aliquid à proximis suis statim de ipsis præcipitanter malè iudicant. Olim licet Dominus permiserit hominibus, vt animalium carnibus vescerentur, sub gravibus tamen pœnis vetuit, nè sanguinem manducarent. Et rationem reddens inquit, ideò iussisse, quoniam ipse sibi sanguinem elegerat, quem in sacrificio homines pro patratis sceleribus offerrent,

21 offerrẽt: idcirco voluit, facinorosum esse eum, qui sanguine vescere-
tur. Ita cùm Dominus sibi soli reseruauerit cognitionem cordium
humanorum, munus Dei vsurpat ille, qui cogitationes atq; intentio-
nes proximorũ suorum iudicat. De illis quatuor mysterios animalibus sic ait Sanctus Ezechiel: Planta pedis eorum, quasi planta pedis *Ezech. 1.*
vituli. Vitulus animal est, quod grauiter figit pedem, & in hoc significatur, non debere seruus Dei, sese in cogitationibus suis præcipitare, sed omnia magna cum grauitate & consideratione facere debere. Nõ debet (inquam) male iudicare de proximis suis, siquidem eorum cogitationes & cordis interiora minimè potest cognoscere.

Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Eis dicit cordium scrutator. O quam multis hodie possumus hoc exprobrare, qui non sine magno animarum suarum dispẽdio nihil bonum in cordibus suis co-
22 gitare sciunt: vnde eis oritur vt quam plurima scelera & atrocia flagitia committant. Res quidem certissima est, quod cogitatio dilatata voluntatem inuitat, vt consentiat ijs, quæ intellectus cogitat. Atque ità cogitatio in malo extensa peccatum est, & tale qualis fuerit materia, in qua quis cum aduertentia detentus est. Itaque si materia est mortalis, peccatum erit mortale, & si venialis veniale, quoniam se periculo exponit, vt voluntas tali materiæ consentiat. Hanc dilationem & moram Sanctus Hieremias reprehendit dicens: vs- *Hiere. 4.*
que quò morabuntur in te cogitationes noxiæ? Non increpat, (inquit Beatus Gregorius) eò quod veniant, sed quia morentur; quo- B. *Grego.*
niam primus motus (ideſt, *La primera assomada*) Prauæ cogitatio- *lib. 27. mo*
nis non est in manu nostra, & si statim illam expellimus minimè *ral. c. 1.*
peccamus, quin potius meremur. Atque ità illa comminatio pro-
23 phetæ Michææ scilicet, Væ, qui cogitatis inutile, & operamini ma- *Mich. 2.*
lum in cubilibus vestris, de cogitationibus dilatatis intelligenda est. Quod aperte constat ex eo quia Sanctus Propheta cum illis loquitur, qui cogitationes impias ità protraxerunt, vt eas tandem opere complenerint. Et adiunxit statim; In luce matutina faciunt illud; nã deprauatæ cogitationes ità voluntatem inflammant, vt improbos ad improbe operandum ante lucem surgere faciant. O ingentem filiorum Adæ confusionem: qui cùm ad bonum exequendum tã pigri & ignaui sint, ad malum diligentissimi sunt. Fons & origo tanti mali est bonarum cogitationum defectus, & improbarum abundantia. Sicuti egregiè testatur Sapiens dicens: Qui confidit in cogitationi- *Prou. 12.*
bus suis, (scilicet pessimis) impie agit: & in contextu Græco habetur,

impie aget. Qui in cogitationibus suis confidit, signum est, quòd in 24
ipsis delectatur. Ex quo fit, vt non solum opera impia de præsenti
operetur, sed quòd etiam perseueranter illa in futurum operabitur.
Hoc etiam Beatus Apostolus erudit ad Romanos scribens. Vbi cum
Roma. 1. naturalibus philosophis loquens inquit: Qui cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Ecce qualiter Sanctus Apostolus ostendit, fontem & originem malorum omnium illis hominibus fuisse, se ipsos vanis ac pessimis cogitationibus tradidisse. Atque ità sicut cogitatio impia in scelere prolongata voluntati occasionem præbet, vt consentiat, ex quo alia
B. Isidor. plurima mala oriuntur (nam vt ait Beatus Isidorus cogitatio parit delectationem, delectatio consensum, consensus opus, opus consuetudinem, consuetudo legem) ità cogitatio sancta dilatata occa- 25
sionem præbet voluntati, vt illi se per affectionem adiungat, &
Psal. 118. illam desideret, atque opere compleat. Ideò ait Regius Propheta: Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi, & exercebar in iustificationibus tuis. Idest, ex meditatione diuinorum præceptorum me ipsum ad ipsorum obseruantiam incitaui. Idcircò postquam dixit San-
Deute. 6. ctus Moyses, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, subiecit protinus, Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, ambulans in itinere, dormiens atque consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur ante oculos tuos. Hinc ortum est, vt pharisæi (inquit Beatus Hieronymus
B. Hiero. super c. 23 Matthæi. super illa verba Matthæi, dilatant philacteria sua) decem præcepta legis in membranulis scribentes ea è manibus suspensa porta- 26
rent; & sicut in alijs errabant, in hoc etiam errore ducebantur. Deus enim his verbis significare voluit, vt homines continuo in memoria & cogitatione sua diuina præcepta portarent, vt ità ea opere adimplerent, non autem volebat, vt ea è manibus suspenderent. Quòd si tantam curam studiumq; res ista meretur fratres, quid quæso de his dicendum erit, qui vix vnquàm huius tantæ rei meminerunt, qui Dei suique ipsorum prorsus obliti more pecudum vitam degunt? Qui nec, quid Deus mereatur, quid ipsi debeant, quis eos maneat exitus, quę spes quę pœna, vnquam recordantur? Vt per hoc facile appareat, quot aculeis à propheta ad huius rei memoriam excitentur, totidē eos fraudibus à diabolo excæcari, & ad obliuionem tantarū rerū in

duci.

27 duci. Vos ergo obsecro fratres per viscera misericordiæ Dei nostri,
huic tantæ miseriæ & calamitati remedium adhibeatis. Auferte(vt in
quit Sanctus Isaias)malum cogitationum vestrarum de cordibus ve- *Isai. 1.*
stris:& resistite(vt ait Diuus Iacobus)diabolo,& fugiet à vobis. Et si- *D. Iac. 4.*
cut S.Abraham tempore sacrificij volatilia omni cura abigebat,nè in *Gene. 15.*
siderent carnibus Deo iam dicatis;ita & vos cogitatus nociuos à cordi
bus vestris Deo iã dicatis depellite.Et non solùm cogitationes impias
à cordibus vestris abigere curetis, sed etiam ipsa sanctis cõsideratione
bus adimplere contendite, vt ità ex anima cuiusq; vestrum illud dici
posit,quod sponsus sponsæ in Canticis dixit:Comæ capitis tui sicut *Cant. 7.*
purpura regis iũcta canalibus.Idest:cogitationes cordis tui sunt velut
purpura regia non trita,vel vsu consumpta,sed recenter tincta.Iuncta
canalibus,hoc est,(*Quando luego sale del tinte*)Viuissimum colorem ha
28 bens.Quod perindè est ac si diceret,cogitatus illius esse purissimos,il-
lustrissimos, & amore & charitate plenissimos Vbi Septuaginta in
terpretes transtulerunt; Comæ capitis tui sicut purpura regis ligati in
canalibus.Eadẽ ferè vtriusq; versionis sententia est, sed hęc modo ma
gis amatorio & verbis dulcioribus procedit,estque singularis exagge
ratio pulchritudinis cogitationum,quæ sunt veluti funiculi, quibus
rex regum ligatur.In canalibus,idest,in capillis, quos per similitudi-
nem canales nuncupat.Sicut enim aqua in canalibus diuiditur, quæ *Simile.*
per ipsos maximo cũ splendore,crispa & retorta præterlabitur,sic pul
chri capilli diuisi extensi & separati per humeros sponsæ velut cana
les oblongi & effusi crispantur.O admirabilem amplificationis mo-
dum. Si vidisse tis pulcherrimam virginem sparsis & effusis per hu-
meros capillis, & Regem potentissimum illis ligatũ,eò quòd ei mag-
29 nopere placebant,profectò hoc maximum signum pulchritudinis il-
lorum esset. Hoc igitur Spiritus sanctus animæ iustæ hîc ait:cogita-
tiones cordis tui adeò pulchræ sunt, vt rex æternus iuxta te illis liga-
tus sit:ipsi enim sunt velut funiculi,quibus ipse amore captus est.Fœ
lices animæ,quæ sic Deum redamare sciunt,& suis sanctis cogitatio-
nibus apprehendere.His certè non dicetur,*Vt quid cogitatis mala in cor
dibus vestris?* Peculiariter Dominus hoc scribis dixit, quoniã id quod
paralytico dixerat, ipsi sceleri tribuerunt, atque in malam partem
acceperunt.Super quod oportet vos considerare, quã impium erit,de
proximis vestris detrahere, & ipsos aliqua ignominiæ nota inurere,si
quidẽ de eis male cogitare non licet,quod longè aliter multi ex vobis
facere solent,qui ad refrænandum linguam nullã fere virtutẽ habetis.

D. Iac. 3. Iccirco B. Iacobus rem stupendã super hoc negotium inquit, scilicet; 30
Omnis natura bestiarum & volucrum & serpẽtium domatur, & domita sunt à natura humana, linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. O magnam hominum confusionem, siquidem propter malitiam nostram linguam domare non possumus, & illam velut ferum animal proximis nostris
Simile. mille damna inferre permittimus. Quãuis sartor imperitus sit, & quãuis pannus, ex quo vestem conficere vult, sit vilis, prius quã ipsum forcipe scindat, semel & iterũ eum metitur & sapone signat, nè aliquid illius deperdat: vos autẽ cùm fama proximi vestri sit velut pannus pretiosissimus nõ perpẽdentes malũ quod cõmittitis illã forcipe, hoc est, lingua vestra ità proscinditis, vt vix posteà scissura, quam in illa fecistis, aliquo modo cõsui aut reparari possit. Experiẽtia videmus, quod
Simile. ex duobus nodis, qui facilius efficitur, difficilius posteà soluitur. Hoc 31
manifestè apparet in funibus sparteis, in quibus si nodum efficiamus difficillimè illũ facimus propter ipsarũ funiũ asperitatẽ, postea verò ipsum facile dissoluimus: at è cõtra in filo serico facile nodus efficitur, difficillimè verò dissoluitur. Sic inter peccata peccatum linguæ facili ter cõmittitur, & difficilius soluitur, quia difficilis est famæ restitutio.
Simile. Nàm quemadmodũ si in albam papyrũ atramentũ siue litura incidit, licèt posteà diligenter radatur, semper tamen remanet signum seu macula: si enim papyrus ipsa multũ radatur, facilè rumpetur: sic infamia, quæ est litura quædam inficiens proximi tui famam, maxima cum difficultate raditur, & posteà semper remanet aliqua macula, quin imò sæpenumerò vt ei remedium adhibeatur, papyrus rumpitur, hoc est, fama eius magis rupta & infecta remanet.

Denique quanuis Dominus cogitatus eorum pessimos arguens se 32
Deum esse ostendit, tamen, vt eos euidentius conuinceret, statim addidit: *Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula?* Vt sciatis autèm quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico; *Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam: & surrexit & abyit in domum suã.* Placuit altissimo Dño per id quod visibile erat probare quod erat inuisibile: remissio nãq; peccatorũ ab hominibus videri nõ potest, paralyti cum autem sanum à lecto surgere videri potuit. Et in hoc egregio miraculo clarissimè se Deum omnipotentẽ indicauit eo, quod non orã-
B. *Th.* 3. *p.* *q.* 43. *ar.* 4. do, vt patres antiqui & Apostoli miracula operabatur, sed tanquã ex propria virtute imperãdo paralysi, vt rectè docet B. Thomas. Annota

tu

33 tu etiàm hîc dignum eſt; quòd ſaluator quatenus Deus propria poteſtate miracula faciebat, vt autèm homo erat, poteſtate excellentiæ id faciebat, vt idem etiã Sanctus Thomas docet. Atque ità quæſtioni in præſentiarum à cœleſti magiſtro propoſitæ, ſcilicèt, *Quid eſt facilius dicere, Remittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula?* Reſpondetur, quòd ex parte Dei tam facile eſt vnum ſicut & alterum, ex parte verò ipſius rei, inquit Beatus Auguſtinus, magis eſt impium pium facere, quàm cœlum & terram creare. Si autem quis obijciat dicens, Contrarium omninò verius eſſe, nàm iuſtificare impium, eſt gratiam in eius anima creare, at cœlum & terram creare, eſt etiam aliquid ex nihilo facere; ergò non maius eſt vnum quam alterum; reſpondetur maius eſſe peccatorem iuſtificare, ſi ad ipſum opus & ad modum, quo efficitur, attendamus. Quemadmodum ſiquis in aliqua

34 vrbe terrenam domum nemine contradicente ædificaret, & erigeret etiam atq; conſtrueret arcẽ fortiſsimam, ipſa eadẽ vrbe renuente: hoc ſecundũ eſſet abſq; dubio maius tùm ex parte operis (plus enim arx inexpugnabilis, quã domus lutea valet) tũ etiã ex parte contradictionis: ſic dicimus, eſſe maius opus peccatorẽ iuſtificare, quã mundũ creare, primò, quia gratia cœlos ac terrã multis antecellit. De illa enim in Sapiẽtia dicitur; Prępoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illius, neq; comparaui illi lapidem pretioſum, quoniam omne aurum in comparatione illius, arena eſt exigua. De indè maius opus eſt, peccatorem iuſtificare propter modum, quo fit: nàm in hac iuſtificatione obſtaculum eſt & contradictio, quæ in cœli creatione non fuit. Si autem quæritis, Quis huic operi obſtat, illudq; impedit? fortaſſe peccatoris voluntas? de hoc obſtaculo non loquor,

35 quoniàm ſi peccatoris volũtas cõtradiceret, nunquã Deus ipſum iuſtificaret. Nã (vt inquit B. Auguſtinus) Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. Obſtaculum autèm, de quo hîc agimus, eſt peccatum mortale, quod in anima reſidet, & hoc, licet ipſe peccator ad Dominũ ſe cõuertere velit, & ad iuſtificationem diſponatur, obſtaculum & impedimentum eſt. Mirabile profectò, quod cùm peccatũ nihil ſit, (vt idem B. Auguſtinus teſtatur ſuper illa verba D. Ioannis, Sine ipſo factum eſt nihil, ideſt peccatũ) hoc nihil dicatur impedire & obſtare peccatoris iuſtificationem. Ex quo apparet, quàm perniciоſum ſit id nihil. Dicite mihi, obſecro, nox quid eſt? Eſt tenebræ. Et tenebræ quid? Eſt priuatio lucis. Non eſt quid poſitiuum nec habens eſſe, ſed eſt nihil. At nox eſt quoddam nihil, quod impedit artificem &

B. Tho. 3. p. q. 64. art. 3.

B. Augu.

Simile.

Sapien. 7.

B. Augu.

D. Augu. ſuper Ioa. c. 1.

Simile.

quemcunque alium laborantem ac cunctis terrorem incutit. Sic pec- 36
catū mortale, quod in anima sistit est quædā nox, quædā tenebræ, &
quoddā nihil, quod Angelos terret, sanctis timorem injcit, & diuinā
potentiam impedit, nè iustificationem operetur, & propter hanc con
tradictionem est etiam maius iustificare peccatorem, quā cœlum &
terram creare. Ex parte verò hominum quoniam ab ipsis iustificatio
non conspicitur, magis in admirationem raperētur, cùm viderent ali-
quid corporale creari, & paralyticum repente sanitatē consequi, quā
cùm audirent Dominum dicentem, *Remittuntur tibi peccata*, Vt verè
in huius paralytici miraculo contigit.

Ideò sequitur, *Videntes autem turbæ, timuerunt & glorificauerunt Deum qui dedit potestatem talem hominibus.* Hic est vnus ex præcipuis fructibus, qui percipiendus est ex visione operū Dei admirabilium,
Psal. 76. videlicèt, propter illa ipsum glorificare & collaudare. Ità Sāctus Dauid 37
faciebat, sicut ipse fatetur dicens: Memor fui operum Domine, quia
memor ero ab initio mirabilium tuorum, & meditabor in operibus
tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor. Deus in sancto via tua.
Quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabi-
lia. Notā feciſtis in populis virtutē tuam. O feruida verba & grati cor
dis atq; in igne diuini amoris succensi signum indicantia. Omnia illa
maxima pōderatione digna sunt: sed præcipuè hęc, Deus in sancto via
tua, ideſt, via, quæ nos ad te, ô Deus perducit, est in sancto tuo, ideſt,
Christo, qui suis admirabilibus operibus nos illuminauit, mouit & in
B. Augi. lib. de Vtil. creden. c. 17. amorem suum attraxit. Atque ita inquit B. Augustinus, Multitudo
credētium miraculis saluatoris congregata est. Admirabilis certè fuit
Dei prouidentia, & singulare beneficium in nos contulit, cum in diui
nis literis prodigia, quæ à principio mundi operatus est, nobis reuela- 38
uit: hæc enim reuelatio magna diuinarum laudū materia est. Nimis
durus ac lapideus homo est, qui admiranda creationis mundi & ineſ-
fabilia redemptionis nostræ mysteria, atq; miracula, quæ tunc Domi
nus edidit, contemplans, cœlesti quodam amore non inflammatur
cum Sancto Propheta dicens: Repleatur os meum laude, vt cantē glo
riam tuam, tota die magnitudinem tuam. Nec cogitare debetis hęc ad
mirabilia opera vsq; ad finem sæculi defutura, nàm quotiescunq; ne-
cessitas postulauerit, Dominus suę sanctę Ecclesię cū illis fauebit. Ait
1. Cor. 12 enim D. Paulus: Diuisiones gratiarū sunt, alij gratia sanitatū, alij ope-
ratio virtutū, id est, miraculorū. Vbi illud verbum, sunt, quod præsens
tēpus significat, maximè perpendendū est, quoniam in sancta Eccle-

sia

39 sia semper sunt gratiarum diuisiones, & Christus Redemptor noster dixit: Qui credit in me opera, quæ ego facio (ideſt miraculoſa) faciet, & maiora horũ faciet: quia ego ad Patrem vado, ideſt, propter meã absentiam corporalem nomine meo miniſtros meos operatores miraculorũ in Eccleſia relinquo. Vel aliter, quia ad patrẽ vado, vbi mea præſentia fidelibus meis, vt miracula poſsint facere, vſq; ad ſæculi conſummationẽ impetrabo: atq; ità noui credentes ſemper ad Dominũ glorificandum & collaudandũ incitabuntur. Oportet autẽ fratres mei, vt hæ laudes corã diuina maieſtate ſint acceptæ, à pura conſcientia procedant. Gloſſa ordinaria perpendit, quod primus, qui nomen Dei nominauit, fuit diabolus, qui (vt patet ex diuinis literis) mulieri dixit: Cur præcepit vobis Deus &c. Et primus, qui Chriſtũ Redemptorem noſtrũ Ieſum Nazarenum nuncupauit, fuit etiã diabolus, (vt patet apud 40 D. Lucam) vbi dicitur: Erat homo habens dęmoniũ immundũ, & exclamauit voce magna dicẽs: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veni ſti perdere nos. Sed Domino non placuit, vt Res tàm improba, immũda, atq; execrãda, qualis eſt diabolus, ipſum nominaret. Quapropter Sanctiſsimum nomen Dei, atq; eius diuinas laudes non ſicut diabolus corde immundo pronunciare ſtudeamus, ſed illud corde mundo & amoris pleno nominemus: hęc enim eſt laus, quę illi placet, & quę animam laudatoris lętificat. Atq; ità vbi nos legimus; Lauda ſterilis & quæ non paris, alia tranſlatio habet, lætare ſterilis & quæ non paris: & ſic eſt etiam in contextu Græco. Vbi ſignificatur, quòd laus animam lætificat, ſed hoc intelligitur, dum modò anima ipſa mũda ſit, & amoris plena. Ex ijs autẽ, ob quæ maximo cum gaudio Deum glorificare debemus vnum eſt, quia talem poteſtatem, ſcilicet, dimittendi peccata dedit hominibus. Magnas Deus amicis ſuis olim cõmunicauit 41 poteſtates. Prophetis myſterioſas reuelationes futurorũ dedit, & aliquibus hominibus poteſtatem ſuſcitandi mortuos & alia miracula faciẽdi tribuit; ſed nemini ante legem gratiæ dimittendi peccata, quouſq; ipſe venit in mundum, conceſsit poteſtatẽ, quam ſacerdotibus tribuere dignatus eſt dicens: Accipite Spiritum ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Quæ quidem poteſtas (vt docet B. Thomas) miniſterialiter eis data eſt à Chriſto Ieſu, & nuſquam Angelis collata. Sed obſerua, quòd licet bona ſit definitio peccati, quam tradit Diuus Auguſtinus dicens, Peccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitũ contra legem Dei, quæ definitio confirmatur ex illis verbis Eccleſiaſtici: Væ duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefacienti-

Gene. 3. *Luc. 4.* *Iſai. 54.* *Ioan. 20.* *D. Tho. 3. p. q. 64.* *D. Augu. li. 2. cõtra Fauſtum.* *Eccle. 2.*

bus, vbi apertè Spiritus sanctus docet esse peccatum cordis & linguæ 42
& prauorum operum, sed tamen non omne dictum, vel factum, vel
concupitum contra legem Dei est peccatum mortale; quoniam sæpe
numero propter materiæ paruitatem multa dicta vel facta vel concu
pita contra legem Dei sunt peccata venialia, ad quæ in sacrosancta
D. *Tho.* 3. Ecclesia præter confessionem alia multa remedia collata sunt. Et D.
p. q. 67. Thomas ad idem tria adhibet. Primum est, quacunq; gratia, quã Do-
art. 3. minus animæ tribuit, peccatum veniale dimittitur: verbi gratia, cum
quis mortalia confitetur, ei gratia tribuitur, & ibi eius venialia condo
nantur. Secundum remediũ est interior cordis dolor. Exempli gratia,
audis rem sacram & cùm recordaris tuorum peccatorum, ex intimo
corde suspiria trahis eò quod Deum offendisti, ob hoc venialia tibi di
mittuntur. Tertium deniq; remedium est propter quamcunq; reuerẽ
tiam Deo & sacris Ecclesiæ rebus adhibitam, aut propter aquam be- 43
nedictam, aut propter cinerem prima feria quarta Quadragesimæ
Christianis impositum, aut propter benedictionem episcopalem, &
his exceptis propter quemcunq; laborẽ aut afflictionẽ, quã quis pro
Dei amore patitur. Hoc aperte constat in ijs, qui in purgatorio sunt,
vbi peccata venialia purgantur, & pœna, quæ in hoc mundo pro mor
talibus non est purgata, licèt isti contra voluntatem suam patiantur;
mallent enim in gloria, quàm ibi esse. Igitur fratres mei omni purita-
te, affectione, & amore altissimum misericordiarum patrem glorifice
mus, qui tot remedia ad peccata nostra nobis contulit: & his laudibus
merebimur abundãtiam gratiæ, qua comparatur gloria, ad quam nos
perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

DOMINICA. XIX.

post Pentecosten.

CONCIO PRIMA.

Loquebatur Iesus principibus Sacerdotũ & Pharisæis in parabolis dicens: Simile factum est regnum cælorũ homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Matth. 22.

Dicatur tota parabola vsq;, Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Occa-

2 OCCASIONE Vltimorum horum verborum vobis rem quandam maximæ consolationis dicere volo scilicèt, quòd licet D. Paulus ad Ephesios scribens de diuina electione & prædestinatione loquens, agat de illa per verbum de præterito dicens; Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus (ideſt, vt bona cœlestia suauissimæ gloriæ consequeremur) in Christo: (id est, per merita Christi) sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. Vbi verbum illud, Elegit, &, prædestinauit, non ad præteritum tempus, sed ad æternitatem referendum est, vt sit sen- 3 sus, Elegit nos & prædestinauit nos in æternitate sua, in qua omnia sunt præsentia, & in ea nihil præteritum aut futurum est. Ideò plurimi (vt inquit Scotus) decipiuntur, quoniàm de diuina prædestinatione tanquam de re præterita loquuntur, existimantes ipsam iam præteritam esse, & tanquam rem præteritam non posse non esse. Idcircò dicunt isti, si Deus nos prædestinauit, securus est campus, dormire possumus tranquillè & quietè; si autèm nos reprobauit, quid nobis prodest laborare, siquidem infallibiliter in æternas gehennæ flammas ituri sumus? Si Deus ità constitutum habet, non mutabitur, quia inuariabilis est, apud quem (vt ait Diuus Iacobus) non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Falsa opinione ducimini, fratres, & nimis decepti viuitis, metiêtes Deũ ad modum creaturarum. Cogitatis nè, quòd sicut ea, quæ feciſtis, iam tran- 4 sierunt, & id quod præteritum est, de necessitate præteritum est, sic etiam diuina electio, vel reprobatio est iam præterita, & siquidèm præterita est, quòd de necessitate vos saluabimini aut condemnabimini? Non ità est, vt existimatis: hoc enim opus Dei tempore non metitur sed æternitate, & ideò non habet futurum, aut præteritũ. Atq; ità inquit ibi Scotus, Deũ tàm liberè modò nos eligere ac si nunquã volũtatem suam ad aliquã partium determinatam haberet. Quo circa fratres mei sancti & immaculati esse contendite, in charitate & in omni virtute perseuerantes, & eritis electi ac prædestinati, & post hanc vitã illis cœlestibus perennis gloriæ nuptijs fruemini. Qui enim in illa triũphãte Ecclesia habitaturi sunt, oportet vt prius se disponãt, & in hoc mũdo illa addiscãt, in quib⁹ posteà corã diuino cõspectu se exerce re de-

Ephes. 1.

Scotus. in. 1. d. 40. ad. 1.

D. Iacob. 1

re debẽt, videlicẽt, in cognitione & dilectione altissimę maiestatis eius 5
& proximorũ sicut se ipsos, ꝓpter ipsius Dei amorẽ. Narrãt diuinę lite
Daniel. 1. rę Nabuchodonosor præpolito domus suę iussisse, vt inter filios Israel
eligeret pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & erudi-
tos omni sapientia, qui per triũ annorum spatium in regis palatio es-
sent, & ibi literas & sapientiam Chaldæorum docerentur. Et intereà
dùm hæc addiscebant, constituit eis Rex annonam per singulos dies
de cibis suis & de vino vnde bibebat ipse, vt enutriti tribus annis
postea starent in conspectu eius. Itaque non licebat eis coram Rege
apparere, quousque linguam & scientiam Chaldæorum perdiscerẽt.
Ità decretum & constitutum est à Deo, vt nullus in Regium glorię pa
latium ingrediatur, quin prius in legibus & lingua cœlesti doctus &
exercitatus sit. Et dũ hęc addiscimus, ipse nobis cibũ de mensa sua, vi-
delicet, diuinam essentiam prębet, quam in ineffabili Eucharistiæ sa- 6
cramento sumimus, in quo Christus verus Deus & verus homo conti
netur. Quôd si hîc hanc cœlestem scientiam non addiscimus, nunquã
corã superno Rege apparere posse, aut in domo eius ingressuros nos
Apoc. 21 esse expectemus. De illa namq; in Apocalypsi dicitur: Nõ intrabit in
eã aliquid coinquinatũ aut abominationẽ faciens & mendaciũ. Si ve
rè fratres mei in illis fœliciſsimis nuptijs vos ipsos videre cupitis, hæc
omnia deponite, quę vos à spiritualibus studijs, in quibus Deus vult,
B. Augu. vt vos hîc exerceatis, auertere & semouere possunt. Nàm (vt ait B. Au
in confes. gustinus (Ille cœlestem hæreditatẽ verè & ex animo desiderat, qui eã
ijs, quę in terra præstantissima habentur, facilè anteponit; & potius
vult omnia huius mundi quam illã amittere. Sed quàm parum huius
desiderij: in hominibus sit, ex eo apparet, quòd ipsi miseri homines
quæcunq; caduca huius sęculi ei præferunt, & vt ipsa nõ amittant, vo 7
lunt potius cœlum amittere. Quoties enim, ô frater, lethaliter peccas,
eam amittis. Attende ergò ob quæ delinquere non metuis, & apertè
videbis ob quę ipsam amittas. Quo circà primus passus ad illã est quę
Origen su dã terrenarũ rerũ abnegatio. Atq; ita Origenes definiens hoc nomen,
per Leuit. Sanctitas, quod in sacra scriptura toties reperitur, recurrit ad nominis
Græci etymologiã, quòd significat, rẽ absq; terra. Et ità id quod B. Pau
lus dixit, Elegit nos, vt essemus sancti, vult secundum Origenem sig-
nificare, vt essemus sine affectione rerũ terrenarum. Et ex hoc sequi-
tur, quod statim dicit scilicet, Et immaculati in charitate: ex eo enim
quod homo desideria sua à terrenis rebus auertit, oritur, vt immacula
tus & cum charitate viuat. Notãter dixit D. Augustinus, Ille cœlestẽ

hære-

8 hæreditatem verè & ex animo desiderat. Nam multi aut ferè omnes eam desiderant, sed perpauci verè & ex animo: pauci enim volunt suscipere onus, quod ipsa secum affert.

In Deuteronomio iussit Deus hoc scilicet, Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semẽ fratris sui: & iuxta hanc legem dixit Booz propinquiori consanguineo viri Ruth iam defuncti: Partem agri vendidit Noemi, quæ reuersa est de regione Moabitide, si vis possidere iure propinquitatis, eme & posside, si autẽ displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, vt sciã quid facere de beam: nullus enim est propinquus excepto te qui prior es, & me qui secundus sum. At ille respondet, Ego agrum emam; cui dixit Booz, quãdo emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoq; Moabitidẽ, quæ
9 vxor defuncti fuit, debes accipere, vt suscites nomen propinqui tui in hęreditate sua. Qui respondit: Cedo iuri propinquitatis. Volebat ille hæreditatẽ sed nõ cum onere, quod secum importabat; rẽ enim grauẽ existimabat, Ruth vxorẽ ducere. In hunc modũ si à plurimis quæras, an gloriam velint, dicent, Maximè profecto, imò nihil aliud se desiderare asserẽt. Sic inquit B. Augustinus, omnes naturaliter volumus esse beati. Deus est obiectũ, scopus, meta, & tranquillitas nostræ volũtatis, sicut color & lux sunt obiectum visus, vnde oculi delectantur, cũ lapides pretiosos vident, quoniã in illis est viuacitas coloris & splẽdor atque claritas. Sed quanuis visus ipsis delectetur, nullus tamen ei per se solum satisfacit, quia nullus solus omniũ lapidũ perfectiones habet. At si esset aliquis lapillus, qui omnes colores, splẽdores atq; perfectiones omnium gemmarum haberet, ille profectò integrum oculis tri-
10 bueret delectamentum. Cùm Deus sit infinita bonitas qui in se omnes perfectiones continet, ipso solummodo humana corda satisfiũt; iccircò, Inquietum (ait Beatus Augustinus) est cor nostrum, donec veniamus ad te. Si igitur illam supernam hæreditatem optatis, & illam consequi cupitis, vos ipsos diuina lege velut per matrimonium coniungere debetis. Quid autem est cum illa vos coniungere, nisi in obseruatione eius viuere & onera ipsius humeris vestris imponere ac tandẽ ab illa gubernari? Propter hanc relinquet homo patrem & matrem sicut illi facinnt, qui habitũ alicuius sanctæ religionis suscipiũt. Hinc intelligetis mysterium, ob quod cùm Christus redẽptor noster in cruce penderet, suam sacratissimam matrem dulcissimo matris nomine non appellauit, sed eam mulierem vocauit. O Christe humanæ

Deut. 25.

Ruth. 4.

B. Augu.

B. Augu.

næ vitæ reparator, superne nostrarum animarum magister, quare lo- 11
Luca. 23 quens in cruce cum æterno patre ei dixisti, Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et posteà dixisti etiam, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, at vero loquens cum sanctissima matre tua inquis; Mulier ecce filius tuus? Quare illam matrem non vocas, sicut & patrem tuum vocasti? Hoc fecit, vt nos doceret, quod postquam in cruce religionis positi fuerimus, nec patrem, nec matrem si fieri posset nominare deberemus, & quod nec pater nec mater nec affines nos à quiete & tranquillitate ipsius religionis semouere debent: quin potius Deum instanter obsecrare debemus, vt à nobis amorem ipsorum auferat, quo eos non plus quam alios proximos diligamus atque ita maiori cum libertate spiritus dicere possimus, Pater noster qui es in cælis. Qui autem religiosi non estis etiam propter amorem diuinæ legis, quæ est propria mulier, cum qua vsque ad mor- 12
tem vobis est viuendum, debetis in eo quod vobis fuerit impedimento ad eius obseruantiam, patrem & matrem libentissimè relin-
Prouer. 5. quere. Hæc est mulier illa, de qua in Prouerbijs dicitur, scilicet: Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ; vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris, fili mi, ab aliena, & foueris in sinu alterius? Respicit Dominus viam hominis & omnes gressus eius considerat. O verba perenni memoria digna, quæ si attento animo euoluantur, nimis efficacia sunt, vt quodcunque cor, licet durum & lapideum sit, emolliant & effringant: foelix ille, qui mundanas & caducas voluptates fugit, & se à terrenis & impertinentibus expediens à prima sua ætate diuinam legem maximo cum delectamento & amore amplectitur, & dulcia eius pectora
suggit, hoc est, altissima ipsius mysteria intelligere conatur, vt sic 13
in diuino amore absorptus & inebriatus remaneat. Et hoc est, non seduci ab aliena permittere, & non foueri in sinu alterius. Ad hæc autem omnia ei magnopere fauet, perpendere quod respicit Dominus viam hominis, & omnes gressus eius considerat.

Vultis ergò, fratres mei, siquidem gloriæ hæreditatem cupitis, hanc mulierem ducere? Quid respondetis? Sed quid mea verborum vestrorum? Parum refert vos dicere, sic, si opera vestra, negocia, ac mores vestri respondent, vos sicut Hebræum illum Domini hære-
Prouer. 13. ditatem velle, sed diuinæ legi coiungi nolle. Vult & non vult piger, ait Salomon. Vult hæreditatem, & non vult onus hæreditatis. Vnusquisque in se oculos figat, & hoc verissimum esse inueniet. O quam

pau-ci

14 pauci sunt sicut Booz, qui hæreditatem & mulierem voluit, existimantes & reputantes rem grauem esse diuinæ legis obseruantiam, seque vires non habere ad tantum onus subeundum, & ad voluptates deponendas. Hanc ignauiam & timorem Beatus Augustinus ante conuersionem suam habebat, cui impossibile videbatur concubinam, cum qua diu vixerat, posse relinquere, sicut ipse in suis confessionibus humiliter fatetur. O quam multi adolescentes dicunt, Ego castitatem seruare volebam, sed me continere non potero, & hac diffidentia in continuo peccato sunt miseri cogitantes, se hoc opus per se solos facturos esse ac si non esset Deus, qui peculiari suo auxilio eis faueret. *B. Aug. in confess.*

Inter ea, ob quæ Dominus de Hebræis maximè conquestus est, vnum fuit, quoniam fortissimos terræ promissionis Gigantes se supe
15 rare non posse diffiderunt, ac si ipsum Deum adiutorem non haberēt. Et ità Diuus Paulus inquit: Propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nè cogites homo, te solum difficultates, quæ in obseruatione legis diuinæ sunt, posse superare, confide te diuino fauore ipsas licèt magni Gigantes sint, victurum esse. Caleb qui (vt in Numerorum volumine dicitur) fidelis terræ promissionis explorator, & etiam fidelis contemplator mysterij, quod significabat, videlicet, gloriæ extitit, voce sonora cunctis audientibus clamare cœpit, dicens: Ascendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. Ità oportet nos ad inuicem animari dicentes: Ascendamus per diuinæ legis obseruantiam: bonum enim Deum habemus, qui nobis fauebit, in spem mutuò prouocemur, & fortes reddamur, nos aliquando hæreditatem illam fore possessuros. Quantò enim plures sunt cau
16 sæ ad aliquem effectum consequendum, quam ad illum amittendū, tantò maior debet esse spes ad ipsum obtinēdum. Vna duntaxat causa est, quę timorem damnationis inferni generat, & hæc est peccatum cōmissum, aut quod committi potest. Christianus autem prudens magis pertimescit damnationem propter peccata futura, quam propter peccata præterita. Nàm pro præteritis medicinā diuinorū sacramentorum cum rationabili præparatione accepit, sed pro peccatis futuris, in quæ ob fragilitatem suam incidere metuit, (licèt de præsenti firmissimum propositum habeat non peccandi) pertimescit etiam, nè in pœnam suæ ingratitudinis Deus ipsum in illis vitam finire permittat. Hoc verebatur Sāctus Dauid, cùm dicebat; Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque. Hoc est, licèt modo *Num. 13.* *Ephes. 5.* *Psal. 118.*

firmis-

sumissimum propositum habeam continuò tua diuina præcepta ob- 17
seruandi, si tamen propter fragilitatem & miseriam ego cecidero, si à
potenti manu tua dimissus fuero, non me propter infinitam clemen-
tiam tuam Domine in æternũ sic permanere sinas, statim ad te fac vt
reuertar, & non me derelinquas vsquequaq;. O singularem humi-
lis cordis orationem, quod firmitati & stabilitati suæ non confidebat.
Si ergo rex Dauid tam Sanctis propositis & intentionibus dius ti-
mebat, quis non timebit & dicet, Non me derelin quas vsquequaq;?
Habemus ergò fratres charissimi quod timor ex vna duntaxat causa
oritur, spes verò consequendi gloriam ex multis nascitur, in primis
ex infinitis meritis Christi Redemptoris nostri & ex eius sacratissima
Hebr.9 morte atq; efficacissima oratione, quia (vt ait Apostolus) Introuit in
ipsum cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis, & ex medicina san-
ctorum Sacramentorum & ex pœnitentia atque orationibus iusto- 18
rum, & ex bonis operibus, & ex tota sacrosancta Ecclesia, ac denique
(quod omnium fundamentum est) ex infinita Dei misericordia.
Tot igitur sunt causæ, quę nos ad expectandum mouent vt confiden
ter & animose dicere possimus. Ascẽdamus ad terram illam, quia po-
Heb.10. terimus illam obtinere. Hoc nos D. Paul. erudit dicens: Habentes ita-
que, fratres, fiduciam in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam
nouam & viuẽtem, accedamus cum vero corde in pletniudine fidei as
persi corda (id est, habentes corda aspersa) à conscientia mala, teneamus
spei nostræ confessionem indeclinabilem: fidelis enim est, qui repro-
misit, & consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bono
rum operum. Quodlibet horum verborum maxima põderatione di-
gnum est. Illis omnibus S. Apostolus nos docet, vt pleni fiducia ad in
uicem nos ipsos excitemus, & mutuo prouocemus in charitate funda- 19
ti, cum puritate conscientiæ in meritis Iesu Christi & eius æterni pa-
tris promissionibus firmissimè expectãtes: fidelis est enim, qui repro-
misit. Magnopere etiã nos ad hanc spẽ & fiduciã confirmat, id quod
Psal. 120 S. Dauid inquit: Dominus custodit te, pro quo in cõtextu Græco ha-
betur Dominus custodit te, & sic est etiam in paraphrasi Chaldaica. Et
vbi in eodẽ psalmo nos legimus Dominus custodit te ab omni ma-
lo, alia translatio habet, Dominus custodiet te ab omni malo, & sic
est etiam in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Et rursus vbi
inferius nos legimus, Dominus custodiat introitum tuum & exi-
tum tuum, etiam in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica ha-
betur, Dominus custodiet introitum & exitum tuum ex hoc nunc

& vsque

20 & vsque in sæculum. In quo ostenditur singularis Dei constantia, qui nos seruat & vsque in æternum absque eo quod aliquando defeciscatur, obseruabit.

Ait ergo sanctum Euangelium: *Simile factum est regnum cælorũ homini Regi. &c.* Regni cælorum nomine quo frequentissime Saluator in euangelica doctrina vtitur, non modo ipsum regnũ, quò omnium fidelium vota aspirant, sed omnia etiam, quæ ad hoc regnum consequendum pertinent, intelligimus. Regnum autem cælorum, de quo in præsenti Euangelio agitur, Ecclesia est, Rex verò Deus pater. Sed quæro, non sufficeret dicere: Regi qui fecit nuptias? Quorsum Saluator addidit, Homini Regi, si quidem pater non factus est homo, quia solum verbum caro factum est, & habitauit in nobis? Fuit enim conueniens, vt filius *Ioan. 1.*

21 tantum homo fieret, quia sapientia patris est, in quo omnia pater condidit. Et artifex per formam artis conceptam, qua artificiatum condidit, ipsum si collapsum fuerit, restaurat, vt egregie D. Thomas docet. Si de regibus terræ loqueretur, necessarium esset, expresse nomini Regis hominem addere. Nam cum Rex terræ magnitudinem status sui considerat, videtur quodammodo obliuisci se esse hominem: & ideo oportet, vt in memoriam eius reuocetur ipsum esse hominem. Atque ita B. Hieronymus in quadam epistola refert, quòd cum olim Romæ propter victoriam partam alicui imperatori dabatur triumphus, tempore maioris gloriæ, & laudum ipsius populi, quidam voce magna clamabat ad eum dicens. Recordare te esse hominem, recordare te esse hominem: quando populus eum honore afficiebat, tunc homo *D. Tho. 3. p. q. 3. ar. 8.* *B. Hieron.*

22 ille ei in memoriam reuocabat, ipsum esse mortalem, nè videlicet, honores ac laudes iudicium eius peruerterent. Et siquidem modo cum per Dei infinitam misericordiã Christiani simus, nullus est, qui hoc regibus & principibus mundi dicere audeat, ipsi vt pote Deum timentes, & suæ saluationis cupidi illud sæpenumero deberent memoria euoluere. At siquidem Christus summa sapientia loquitur de patre omnipotenti Rege, qui nõ est homo, quorsum illum hominem appellat? Ad hoc respondeo, non ab re hoc dictum esse. Primo, quia pater amantissimus hominis est, ideo nomine amici sui gaudet nuncupari. O quam nos vnice amat, qui instar hominis dolore intrinsecus tactus quondam dixit: Delebo hominem, quem creaui à facie terræ. Quem amo- *Gene. 6.*

Ioan. 3 rem etiam summa veritas explicuit dicens: Sic Deus dilexit mun- 23
dum, vt filium suum vnigenitum daret. O nos miseros, si tantam
tamque preciosam gratiam neglexerimus creaturas magis quam
creatorem tam benemeritum amantes. Qui ergo tantopere ho-
mines adamauit, iure optimo homo vocatur. Secundò dicitur ho
mo ab officio, quod quotidiè exercet, quandoquidem solo ver-
bo cœlos omnes, & elementa cuncta effecit Deus, nec nō mirabili
virtute sua omnes spiritus in cœlo empyreo creauit, ita vt nullū
posthac creabit vnquam. At ipsemet Deus sic amator hominum
est, vt quotidie imò quauis hora animas hominum creet, easq; cor
poribus puerorum in vtero matrum suarū existentium infundat.
Psalm. 11. Ideò ait S. Dauid: Secūdum altitudinē tuā multiplicasti filios ho
minum. Quid est, secundum altitudinem tuam, nisi secundū exi
miā charitatem & potentiam tuam, sic decreuisti homines non vt 24
Angelos verbo vno creare sed quasi in manibus tuis eos tenēs sem
per alias & alias denuo animas hominum creas, creādoq; singulis
Simile. corporibus singulas infundis? Verum si pictorem eum iure appel
lamus, qui imagines depingit, cur non Deum patrem hominē di
cemus, quia semper est hominum creator? Ad hæc homo, Rex, pa
ter dicitur, quia pius & benignus suapte natura extat. In sacris
enim literis humanū dicitur, quod lene & blandum est. Vnde B.
Roman. 6. Paul. ait. Humanū dico propter infirmitatē carnis vestræ. Quod
perinde est ac si dicat. Rem satis suauē & facilem vobis persuadeo,
Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniqui-
tati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iu-
stitiæ in sanctificationem. Equidem cum hominem dicimus, piū
misericordem, & clementia præditum significamus. En igitur 25
quid causæ est quod Pater, homo, & rex vocatur. Hic fecit nup-
tias filio suo, quādo verbum inexplicabili ratione humanam na
turam in vnitate personæ ita sibi coniunxit, vt in duplici natura
vna tantum persona consisteret.

Et misit seruos suos vocare invitatos ad nuptias. Vocari ad has nuptias,
nihil aliud est, quam ad bonorum omnium communionē, quę fi-
lij Dei incarnatio in mūdū attulit, inuitari. Quidquid enim gratia
rum Sacra illa humanitas recepit, in salutem hominum redunda
Iob. 31. uit. Christo nāq; seruatori vox illa Sancti Iob maximè conuenit.
Si comedi buccellā meā solus, & alius non comedit ex ea. Quid
hoc est? Nimirum quod Apostolus breui oratione explicauit, cū

nos

26nos & Christi participes effectos & Christum induisse ait: Hic igitur fratres (vt vno verbo dicam) harum cœlestium nuptiarũ & apparatus & fructus est. Itaq; in hac sancta Ecclesia sub Dei obedientia & obseruatione eius diuinæ legis cum vsu diuinorũ Sacramentorum viuere, est adesse regijs nuptijs, vbi maxima satietas, gaudiũ & voluptas reperitur. Nã si de iusto, qui legem illã graue & difficilem obseruabat, in Prouerbijs dicitur, Prouerb. 15 Secura mens quasi iuge conuiuiũ, quantò maiori cum ratione hoc de iusto dici potest qui legem gratiæ suauem & non difficilẽ obseruat? O nos fœlices qui si tales, quales esse debemus, sumus, per vnam Paradisum ad fruẽdũ multo maioribus voluptatibus in aliã ibimus. Hæ nuptiæ per totũ mundũ prædicatæ & annũciatę fuerũt. Atq; ita in Apocalyp. dicitur: Et audiui vocẽ quasi vocẽ tubæ magnæ, & sicut vo- Apocal. 19.
27cem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorũ dicẽtium; Gaudeamus & exultemus & demus gloriam Deo, quia venerũt nuptiæ agni & vxor eius, scilicet, sancta Ecclesia, præparauit se, & datũ est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido: byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. His verbis apertè conspicitur, quod per mulierem in præsentiarum Spiritus Sanctus Ecclesiam intelligit. Prima vox tanquam vox tubę (prima inquam in dignitate) fuit vox ęterni patris, cum dixit: Hic Matth. 17.
est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Alia vox tanquam aquarum multarum fuit vox omnium prophetarum, de qua in actibus Apostolorum dicitur: Huic omnes Actu. 10.
Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eũ. Et alia vox sicut
28tonitruorum magnorum fuit vox sacrorũ Apostolorum, de qua alibi dicitur: Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Ie- Actuum. 4.
su Christi Domini nostri, & apud B. Marcum: Illi autem prædi- Marci vlti.
cauerunt vbique. Quod autem hic dicitur, *Misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias*, de sanctis prophetis intelligendum est, qui suis sanctis vaticinijs Hebræos ad sanctam Iesu Christi Saluatoris mũdi obedientiam vocarunt.

Et nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens: *Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt & omnia parata, venite ad nuptias*. Vt quid Domine tauros occisos & aues mortuas esse, dicis, Omnia parata sunt? Nũquid inuitati hos tauros & hæc altilia cruda mãducaturi sunt? Apud nos cũ inuitati Simile.

vocantur, & dicitur, Omnia parata sunt, tunc est, cum iam epu- 29
læ conditæ, & præparatæ sunt, cum aues assæ, & caro animalium cocta, & omnia paratissima. Hic autem animalia, & aues mortuas esse tantum modo dicitur, Omnia parata sunt. Respondeo, Omnem præparationem harũ nuptiarum fuisse Iesu Christi mortem, & cum morte sua virtutem sacramentis, quæ instituit, dedisse, & postea resurrexisse, & sua resurrectione euangelium quod docuit confirmasse: & hoc est, Omnia parata sunt. Idcirco primi nuntij, qui Prophetæ fuerunt, non dixerunt: *Tauri & altilia occisa sunt, & omnia parata.* Sed tantum Hebræos suis prophetijs ad nuptias vocarunt. Secũdis autem nuntijs, qui fuerunt Apostoli, non solum iussum fuit, vt inuitatos vocarent, sed vt eis annuntiarent, Omnia parata esse, videlicet, Messiam, quem ipsi expectabant iam venisse, & cruci affixum ac mor- 30
tuum fuisse, & resurrexisse, ac deniq́ue omnia, quæ ad salutem humani generis necessaria erant, paratissima esse, & nihil ad faciendum ex parte ipsius reparatoris restare, ideo, Debere illos ad nuptias, id est, ad fidem Iesu Christi, & ad eius obedientiam venire.

Omnia parata sunt, venite ad nuptias. O ineffabilẽ pijssimi Dei bonitatem, & qualiter hic ostẽditur desiderium, quod supernus hic
Simile. Dominus habet, vt eius nuptijs perfruamur. Sicut cùm amicus tuus te inuitat, & tu teipsum excusas dicens te non posse ire, & ipse cupidus te conuiuam habendi inquit, Domine hoc nõ ideo facias, quia ego te obsecro, sed quia expensæ factæ sunt, & non æquum est vt amittantur: ita Dominus ait, Iam expensas infinitas factas esse, videlicet, mortem filij mei Iesu Christi, & si hę ex 31
pensæ Angelis fierent, nõ esset tam grauis, ò homines, vestra ingratitudo. Cùm igitur tantæ expẽsæ vobis factæ sint, ab ipsis vtilitatem educite, & illas amittere non finatis.

Sed quid inuitati ad hæc respondeant, expendamus. O deplorandam hominum cæcitatem atque dementiam. *Neglexerunt* (inquit) *& abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suã.* Mirabile profecto hoc fuit. Si isti ad laborãdum vocati fuissent, non mirum esset, si renuerent: homines enim suapte natura procliues sunt ad otium & inimici laboris: at cùm ad nuptias opulẽtissimas vocati essent, & ire noluissent, hoc nullo modo potest culpa vacare. O insania diris plectenda supplicijs. Vocat Sathanas

ad

32 ad labores quos velint nolint, ſuperbi perferunt in adipiſcendis honoribus, & homines currunt nullas trahẽtes moras: vocat mũdus fallax ad atroces cruciatus, quos vltro ſubeunt auari, maria transfretantes, variaque terrarum climata perluſtrantes, & ſponte obediunt: vocat autem Deus ſummæ bonitatis ad gaudium nuptiarum filij ſui: & cæci homines tantum bonum negligunt. Saul vt filijs Iſrael perſuaderet, ne Dauid in Regem acciperent, eis dixit: Audite me nunc filij Iemini: Nunquid omnibus vobis 1. Reg. 22.
dabit filius Iſai agros & vineas, & vniuerſos vos faciet tribunos & centuriones, quia coniuraſtis omnes aduerſum me? Quaſi diceret: Quare hominem pauperem ſequimini, qui vos ditare minime valet? O Deus diuitiarum infinitarum ac potẽtiæ immenſæ, quàm merito de hominibus potes conqueri, & eis dicere: Qua
33 re ſequimini diabolum, qui præter tormenta æterna nihil habet quod vobis præbeat, me autẽ derelinquitis, qui vos ditare ac potentes facere in æternum poſſum? Hoc plane rebellionis veſtræ indignitatem auget.

Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Quis hunc tantũ perditorũ hominum furorẽ non miretur, nõ deteſtetur, non exhorreſcat? Ferendũ ne eſt, vt iſti morte afficerent illũ, qu eos ad æternam fœlicitatẽ vocabat? Satis antiqua & vſitata ſemper in mũdo fuit hęc infernalis abominatio. In quo infinita Dei miſericordia apertiſsime oſtenditur, qui hominũ peruerſitatem cognoſcens non ceſſauit mittere ſeruos ſuos ad vocandum
ipſos, cũ tanto vitæ eorum diſcrimine. Et hoc eſt quod per Oſeã Oſee. 6
prophetã his verbis inquit: Propter hoc dolaui in Prophetis, &
34 occidi eos in verbis oris mei, quia miſericordiã volui & non ſacrificiũ. Pulchra metaphora vtitur omnipotens cõparans ſe cũ lapicida lapides dolãte, nam eo verbo Iudæorũ duritiã detexit, quorum corda lapidea erãt, & pijs monitis reſiſtentia. Animi verò cõſtantiã & fortitudinẽ vatũ oſtendit, qui in fracto pectore in tũdendis Iudæis deſudarũt, quãuis tantus eorũ labor nõ profuerit. Quẽadmodũ nãq; lapicida ſeligit inſtrumẽta ferrea, cõflat, acuit, Simile.
& probat, ac poſt tantã operã contingere ſolet, vt dũ lapides colit: ictu ferrei inſtrumenti fruſtũ lapidis excidat, quo ſibi vulnus infligat, & caput cõterat: in eundem modũ ſancti vates à Iudæis ſunt affecti opprobrijs & cõtumelijs, ac tandẽ acerbiſsima morte dũ illis expoliẽdis dabant operã. Cùm ait in Prophetis ſignifica

uit, se illos pro instrumentis accepisse, nam præpositio, in, ratio- 35
nem habet instrumenti: vt dixerunt Apostoli, Si percutimus in
gladio, & alibi dicitur, Infunda in lapide. Et occidi eos in verbis
oris mei, dupliciter exponitur. Vno modo cũ dicimus, *Tengo mo-*
lidos los huessos a fulano con mis importunaciones, Sic & sanctos vates di
cat Deus à se occisos. Vel alio modo, occidi eos, quoniam vere,
& realiter permisit vt ipsi pro prædicatione verbi ipsius more-
rentur: & rationem assignat, Quia misericordiam volui, & non
sacrificiũ. Idest, cũ Deum nõ colimus per externa sacrificia, aut
D. Tho. 2. 2. q munera propter ipsum (vt perquã docte B. Thomas obseruat)
30. ar. 4 sed propter nos & propter proximos, nõ enim indiget sacrificijs
nostris, sed vult ea sibi offerri propter nostrã deuotionẽ & proxi
morũ vtilitatẽ: ideò misericordia, qua subuenitur defectibus alio
rum, est sacrificiũ Deo magis acceptũ, vtpotè propinquius vtili- 36
tatẽ proximorũ inducens. O patres cõcionatores per immẽsam
Dei charitatem vos obsecro, vt ad hæc attendatis, animaduertite
vos esse Dei instrumẽta, & debere esse velut ferreos, constantes,
fortes, & austeros ad lapides scindẽdos, quod si ipsi lapides prosi
luerint, & vos percusserint, ne miremini: ex lapidibus enim sæ-
penumero id oriri solet: vos autem peccatores qui velut lapides
estis, quare nõ emollimini & afficimini teneritudine audiẽtes cu
ram quam Dñs remedij vestri & cõmodi habet, & quod magis
vult misericordiã, qua erga vos ministri sui vruntur, quã aliqua
sacrificia, quæ ei offerri solent? Si vero hãc tantam misericordiã
contẽnitis, pertimescite huius altissimi Dñi iram super vos esse
venturã, sicut, venit super illos, de quibus in præsentiarũ ait.

Rex autem cũ audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit ho- 37
micidas illos, & ciuitatẽ illorum succendit. Hic euidenter Dñs Iudæo
rum populũ notat, qui Messiã suum & euangelicam gratiã reci-
pere noluerunt, aduersus quos diuina iustitia desæuit, dum eorũ
ciuitatẽ, atque rempublicam deleri permisit. Hic notandũ venit
quod vbi leniter Deus cũ hominibus agebat vocãs eos ad nuptias,
homo appellatur: nunc vero quãdo reos pœna cõmerita plectit,
Rex vocatur: & ira succẽsus depingitur. Æquum enim est, vt qui
Deũ piũ patrẽ habere nolũt, habeant iudicẽ iratum. Vbi etiã ad
uertendũ occurrit, quòd ira in Deo esse nõ potest, nisi trãslatiue:
tũc enim irasci dicitur, quãdo vltionẽ in iniquos exercet: & quia
effectus hominis irati est iniquos punire: ideò Deus irasci, & ex-

candes-

candescere in sactis literis discitur. Ira sane proprie dicit quandã
38 passionẽ: passio autẽ appetitus sensitiui ob id erit bona in quãtũ
ratione regulatur: si vero cum ea nõ reguletur, tunc erit mala, vt
optime suo more D. Thomas docet. Vnde Apostolus ad Ephe D. Tho. 2. 2.
sios clamat: Omnis indignatio & ira tollatur à vobis. Ira autẽ in q. 158. ar. 2.
Deo zelus sanctus est, quo improbos iuste punit, quæ nõ ira, sed Ephes. 4.
iudiciũ rectum dicitur, Sic enim scriptũ est: Tu autẽ dominator Sapi. 12.
virtutis cum trãquillitate iudicas. Et modum hunc irascendi nos
oportet pro modulo nostro imitari. Hinc perpulchrè, B. Chry- B. Chryso.
sostomus inquit, Qui cũ causa (scilicet, subest) nõ irascitur, peccat
patientia enim irrationabilis vitia seminat, negligentiam nutrit,
& non solum malos sed bonos inuitat ad malum. Nempe verba
hæc adnotatu digniſsima sunt, & potisime reipublicæ guberna
39 tores, prælatos, & patres familias tangunt.

Tũc ait Rex seruis suis, Nuptiæ quidẽ paratæ erant, sed qui inuitati erãt non fuerunt digni. Hoc realiter est, quod D. Paulus & Barnabas Iu
dæis constanter dixerunt: Vobis oportebat primũ loqui verbũ Act. 13.
Dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ
vitæ: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dñs,
maxime cum in hac parabola dixit. *Ite ergo ad exitus viarum, &c.*
vsque, *Intrauit autem Rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* Hanc nuptialem vestem omnes cha
ritatẽ esse interpretãtur. Dicitur autẽ vestis multis de causis. Et e
nim vt vestis corpus tegit, sic charitas tegit animæ nuditatẽ, ope
rit multitudinẽ peccatorũ, ornat mẽtẽ sicut splẽdida vestis, & pul
chriorẽ reddit, ac tandẽ tuetur à frigore huius gelidæ regionis, in
40 qua tantũ alget charitas, quantũ flagrat turpis cupiditas. Nuptia
lis vero dicitur, quoniã potisimũ ea indutus Dei filius venit, quã
do ad nuptias cũ humanitate nostra celebrãdas processit, quãuis
enim omniũ virtutũ fulgore ornatus fuerit, cũ ad has nuptias ve
nit, præcipue tamen in eo charitas emicuit, quæ illũ impulit, vt
humanã sibi naturã copularet. Hic maxime aduertẽdũ est, duo
genera hominũ in hac parabola designari, in quos diuina cenſu
ra desæuit, alterũ eorũ qui ad nuptias venire renuerunt, alterũ eo
rũ qui inuitati quidẽ venerũt, veste tamẽ nuptiali caruerũt. Prio
rũ nomine infideles accipimus, qui ad fidei conuiuiũ inuitati no
luerũt venire: posteriorũ vero nomine eos qui fidẽ quidẽ susce pe
runt charitate tamẽ fidei socia destituti erãt. Vtriq; tamẽ à Dño

damnantur, illi quia sine fide, isti quia sine charitate ex hac vita 41
decesserunt. Quod si ita est quid illi dicent qui de sola sibi fide
sine charitate blandiuntur, & dicunt, Ego fidelis sum Christum
colo & adoro. Id quidem bonum est, sed cum illo si charitatem
non habes, sine dubio æternam damnationem patieris. Homi-
simile. nes, qui obtusam aut debilem oculorum aciem sortiti sunt, con-
spicilijs vtuntur, quæ res maiores quàm sunt repræsentant. Ca-
su euenit, vt quis in naribus positis cõspicilijs, pontem traijciat,
qui ei amplior quàm est apparet: & ob hanc causam existimans
se pedes in ipso figere, extra illum eos collocat, & sic in profun-
dum pelagi delabitur, vbi miser suffocatur. Pons est Dei miseri
cordia, & qui per illum cum præsumptionis vanæ conspicilijs
transeunt existimantes se, quia Christiani sunt à Deo minime
damnandos esse, quin potius vno atque altero anno ab eodem 42
expectandos, quousque pœnitentiam agãt, & hac vana fiducia
pedes suarum affectionum ibi figunt vbi non oportet, quando
minus cogitant, à morte inopinate rapiuntur, & in æternas in-
ferni flammas miserrime labuntur. Idcirco in Ecclesiastico dici-
Eccle. 5. tur: Ne dicas, miseratio Domini magna est, peccatorum meorũ
miserebitur, misericordia enim, & ira ab illo cito proximãt. Pœ-
nitentiam age, & hac nuptiali veste te induere omni cura & vi-
gilantia studę: aliter enim vana est fiducia, quã habes in Dei mi
sericordia. Et si hoc credere nolueris: attende quid per Michæam
Michæa. 2. prophetã ipse licet obscure dicat: Ne alloquamini loquentes, di-
cit domus Iacob. Nunquid abbreuiatus est spiritus Dñi, aut tales
sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui
recte graditur? Vaticinabatur propheta Michæas Hebræis ingẽ 43
tia supplicia: & ipse propheta in persona populi rationes propo
nit, quibus Hebræi se ipsos consolabantur, & prophetiã Prophe
tæ repellebant dicentes, se optime nouisse Dei ingenium, qui mi
sericors erat, & antiquam pietatem nõ amiserat, & fieri non pos-
se, vt Deus tam pius pateretur, quòd cùm ipsi populi eius essent,
& fidem in ipso haberent, ab eo euerterentur. Et hanc vanam fi-
duciam Dominus increpat dicens. Nonne verba mea bona sunt
cum eo, qui recte graditur, ideſt, erratis toto cælo, si vobis persua
detis bonitatẽ meã sceleribus vestris esse futurã. Vere ego sum
talis ac tã bonus sicut vos dicitis, sed cum eo, qui recte graditur: at
cum proteruis, & impijs durus sum atq; asperrimus. Hoc satis in

44 præsentiarum apparuit siquidē hunc non vestitū veste nuptiali in ęterna infernorū supplicia mitti iussit. O incōmutabilis Deus nunquid possibile est, vt hoc in cordibus eorū, qui te infallibilis veritatis esse credunt nullā faciet impressionē? Quarè fratres mei totis artubus nō cōtremiscitis audiētes diuinę iustitię seueritatē? Quid ergo in cogitationibus vestris euoluitis? Quid apud vos cō stituitis? Vultisnè in vestris sceleribus sic perseuerare vt in medio ipsorū vos atrocissima mors rapiat, & in infernum perpetuó arsu ros detrudat? O Deus infinitę pietatis, illumina, obsecro, hos fra tres meos, & eorū corda efficaciter moue, vt per verā pœnitentiā ad te reuertātur, & ità adornati charitate & gratia paradisi gloriā obtinentes ibi te suauissimè perfruantur. Amen.

In eadē Dñica. XIX. post Pent.

CONCIO SECVNDA.

Loquebatur Iesus Principibus Sacerdotum & Pharisæis in parabolis dicēs, Simile factū est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Mat. 22

1 HAN Hac parabola sacri hodierni Euangelij nobis Dei bonitas apertissimè ostenditur, & quanta liberalitate sua ineffabilia dona nobis communicat, siquidem nō
2 expectat vt illa ab eo postulemus, quin potius ipse nos inuitat & ad ea vocat. In illa etiam ostenditur, quam iustè impij puniantur, quandoquidem tam singularia bona contemnunt. Conuiuium gloriæ merito appellari potest nuptiæ Regiæ quas supernus Rex alicui filio suo facit: ita enim immēsus Deus quolibet iusto gaudet, ac si alium præter illum non haberet, qui libet enim iustorum Deo vnicus & singularis est. Itaque nuptias esse, & nuptias Regales, quas magnus Rex non seruo suo, sed filio facit, circunstantiæ sunt, quæ gloriæ Cælestis magnitudinem ostendunt. Quapropter sicut, qui in hoc sæculo sumus, illud Psalmi dicere possumus, Circundederunt me mala, quorum non est numerus, multo maiori cum ratione quilibet beatorum *Psal. 39.*

dicere potest: Circunded erunt me bona, quorum non est nume 3
rus. Ex malis autem, quæ nos in hoc mundo circundant, maiora
sunt illa, quæ animæ nocent, & inter hæc maiora sunt peccata
mortalia, quibus diabolus corda nostra opprimit. Et ad hoc ap-
Prouer. 26. plicari possunt verba illa Prouerbiorum: Quando summiserit
vocem, hoc est, quando diabolus te tentauerit, ne credideris ei,
quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius: & ab his omnibus
malis in illis cœlestibus nuptijs liberi erimus. Hic nos superbia
& desiderium honoris affligit, in cœlo verò maiores esse non op-
tabimus: ibi enim tam magni sunt iusti, vt minor sit maior Diuo
Ioanne Baptista cum in terris commorabatur. Sicut Christus Re
demptor noster testatur: qui postquam ingentes laudes de illo
Matth. 11. cœlesti viro dixit, adiecit statim? Qui autem minor est in regno
cœlorum maior est illo. Hic nos cupiditas torquet, sed ibi nihil 4
erit quod desideretur: erunt enim ibi tot tantaque bona, quæ ac-
cipiemus, vt desideria nostra perfectissimè adimpleantur. Atq;
Psalm 16. ita regius propheta inquit: Satiabor cum apparuerit gloria tua.
Vbi alia translatio habet, satietas deliciarum erit cum vultu tuo.
Hic inter ea, quæ iustos magis opprimũt, est stimulorum carna
lium molestia, ibi verò omnino erũt ab hac peste libera corpora
Prouerb. 3. nostra. Adimplebitur enim quod in Prouerbijs dicitur: Sanitas
erit vmbilico tuo (id est sensualitati tuæ) & irrigatio ossium tuo-
rum, illa nanque erunt velut arundines, ex quibus sacharum de
promitur, vulgo (*Cañas de açucar*) & hoc voluptate, quæ ex ani-
mę gloria in corpus redundabit. Hic motiões iræ nos opprimũt,
Isaiæ 32. ibi omnes cessabunt: nam (vt apud S. Isaiam dicitur) Sedebit po-
pulus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fiduciæ & 5
in requie opulenta. Tabernacula fiduciæ erunt corpora glorifi-
cata. In hoc mundo corpora sunt tabernacula animarum, sed nõ
tabernacula fiduciæ, siquidem quotidie paulatim corrumpũtur.
Hodie nanque oculorum lumen amittimus, mane dẽtes, alia die
vires & corporalem pulchritudinem, quæ omnia in vniuersali
resurrectione restaurabuntur, vt non amplius amittantur. Hic
nos gula vexat, & ad desiderium multorum ciborum prouocat,
ibi verò diuina essentia erit cibus nostris appetitibus perfectissi-
mè satisfaciens. Atq; ita S. Dauid cœlestẽ illã Hierusalem inui-
Psalm. 140. tans, vt Dominum collaudaret, inquit: Lauda Hierusalem Domi
num, lauda Deum tuum Sion. Et inter ea, quæ ibi recensет, ob

quæ

6 quæ ipſum laudibus efferre debet, vnum eſt, Quia adipe frumenti ſatiat te. Granũ frumenti eſt Chriſtus, & adeps huius frumẽti eſt diuinitas, in qua fœlices illius Hieruſalẽ ciues beatificantur. Hic inuidia nos torquet, & cauſa eius eſſe ſolet, eo ꝙ vn⁹ poſsidet id quod alius exoptat, aut etiam quia alius vſurpat id, quo alius eget: in cælo vero nullus arripiet quod alij neceſſarium eſt, nec quia vnus multum poſsidet, ideo alijs quid poſsideant deficiet, omnes ibi manus pleniſsimas habebunt. O pelagus infinitæ clementiæ, quando in aquis tui diuini amoris natabimus? O mare infinitæ puritatis, quando in te immergemur? O abyſſe infinitæ dulcedinis, quando in te balneabimur. *Y nos ſumiremos en los gelfos ſuaniſsimos de tu gloria.* Ibi nihil quod deſiderari poſsit, deficiet: quoniã (vt ait D. Auguſtinus) Beatus eſt qui habet omnia quæ
7 vult, & nihil mali vult. At contra ad miſeriam huius ſæculi attinet, vt homo patiatur, quæ non vult, vt eleganter B. Thomas docet: & hinc oritur, vt ipſe inuideat ei, qui non patitur ea, quæ ipſe patitur. Certiſsimum eſt, quòd ſi plurimi ad fontem aliquem pergunt vaſa inæqualia portantes, cùm redierint, alius alij non inuidebit, eo quòd minus aquæ in ſuo vaſe, quã alius portet, ſed vnuſquiſq; cum aqua, quã fecit, contentus venier, ſi quidẽ omnes vaſa ſua plena deferunt. Sic iuſti ingredientes in illũ infinitæ lætitiæ fontẽ, qui eſt Deus, vaſa ſuorũ meritorũ adimplent: & ita omnes contenti remanent. Nunquid metretæ, quibus caupo vtitur ad vendendũ vinum, cõquerẽtur, eo quòd in vnãquanq; ipſarũ tantum vini quã in alias nõ immittatur? Minime profecto. Ità non conquerentur iuſti, eo quod vinũ gloriæ eis æqualiter Deus non
8 impartiatur. Æternus pater omnes ſeruos ſuos, qui ſũt beatę mẽtes in cælo induit, *De vna meſma pieça de brocado de tres altos*, videlicet, gloria, quę eſt tẽtio, viſio, & fruitio illi⁹ ſummi boni. Quãuis qui maiores ſunt merito maiorẽ gloriæ veſtẽ induũt minores vero minorẽ, *Y a todos les viene al talle*, Abſq; eo quod aliquis eorũ contentus nõ ſit, ſicut illi contẽti ſunt, qui cum ſint paruæ ſtaturæ vidẽt alios homines maiores ſtaturæ maioribus veſtibus indui. In hoc mortali corpore noſtro licet ipſum difficile ſatiatur, & quietatur, nunquã videmus vnũ mẽbrũ de alijs cõqueri: nõ enim pedes querũtur ꝙ maior honor capiti habeatur, nec quia brachia elegãti⁹ induta ſũt, Hoc igitur perfecti⁹ in corpore myſtico Ieſu Chri, quod perfectiſsimũ eſt, cũin cęlo fuerimus adimplerividebimus.

D. Auguſt. lib. 3. de ciui. Dei. cap. 5. & 8.

D. Tho. 2. 2. q. 30. ad. 1.

Simile.

Similes

simile.

Nam

Nam licet, vt Dominus ait, In domo patris mei mansiones multę 9
Ioan. 10. sunt, tamen alius sanctus habitaculum alterius non optabit, quia
si illud haberet, non melius quam suum ei quadraret. Sicut enim
Simile limax, vulgo, *Caracol*, In alio domicilio ab eo, quod natura ei de-
dit, non bene habet: sic nullus sanctorũ in alia mãsione melius se
haberet, quam in illa, quæ prius iuxta merita sua ei data est. Hic
etiam pigritia nobis amaritudinis & afflictionis causa est, ibi ve-
ro nulla pigritia aut tepiditas erit: atq; ita maximo impetu & sin
gulari charitatis feruore beati cõtinuo operãtur, & gaudio ineffa
bili perfruũtur, quoties aliquis ab hac lachrymarũ valle exit, vt
Simile. ibi ipsum Deũ simul cũ eis collaudet, & diligat. Cũ enim aliqui
opus conficiendum habent, ad quod multi operarij desiderantur
quò plures aduenerint, eò magis primi lætitia afficientur. Opus 10
infiniti exercitij, quod sancti in cælis habẽt, est diligere eum, qui
infinite bonus est, quiq; infinite ipsos diligit. Iusti ibi sunt velut
littus, qui ex diuino mari, scilicet, immenso Deo, vndas diuini
amoris recipiunt, & illas pro viribus suis ad eum iterũ mittere co
nãtur, ideo quo plures sunt, maiori lætitia perfunduntur. Plures
enim socios habent ad redamandũ illum, qui eos infinite diligit.
simile Quãto plures pisces in stagnũ aliquod intrãt, tanto magis aqua
ipsius augetur, sic quò plures sancti in cælũ ingrediuntur, eò ma
gis gaudium & voluptas ibi cõmorantium augetur. Vltra hæc si
Simile cut in nuptijs & conuiuijs regijs, qui circunstant non solum epu-
lis fruuntur, verum etiam vrbanitatem conuiuarũ videre gaudẽt:
sic in cælo præcipuũ, quo beati fruũtur, est diuina essentia quare 11
ficiuntur, & in qua omnes iusti beatificantur: sed tamen maxi-
mum gaudium erit videre tantam inuitatorum multitudinem,
qui omnes illustrissimi sunt, & singulari splendore adornati.
Simile Dicite mihi, si sol tam magnus esset, sicut totum stellatum cælum
& terra plana esset & speculis crystallinis clarissimis instrata,
cum sol ille in omnibus reuerberaret, qui obsecro, huius reflexio
nis splendor oriretur? O *sancta Maria Señora*, & quæ claritas ac
splendor est gloriæ, vbi Deus infinitus sol, & infiniti splen-
doris in illis innumerabilibus speculis crystallinis, videlicet,
iustis reflectitur. Et non solum vnusquisque eorum tãquam spe
culum crystallinum enitet, verũ etiam de omnibus Dñs dixit:
Matth. 13. Tunc fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorum. Quid autem
esset videre centum soles in cælo? Et quid cẽtum millia? Et quid
millia

12 millia millia? Quid ergo erit, videre tot millia millium iuſtorũ inſtar ſolis ſplendentium, quinimo: & plusquam ſol nitet optimo; atque ineffabili ordine in cælis micantium. Quod ſecũdum Scotum debet intelligi de proprio colore, qui clarificabitur: quia gloria non deſtruit, ſed perficit, ſicut enſis quando eſt politus eundem colorem habet, ſed prius obſcurum, & poſtea clarum & fulgidum. Sanguineus homo rubicundus eſt, flegmaticus albus, cholericus niger, & vnuſquiſq; in ſua natura ibi perficietur, ſicut enſis in manibus politoris. Vnde etiam in gloria nigri & Æthiopes futuri ſunt, ne ergo qui hunc colorem ſortiti eſtis, triſtitia afficiamini. De vobis enim ſi digni fueritis illud pſalmi dicere poſſumus: Ecce alienigenæ & populus Æthiopum hi fuerunt illic. Nigri erunt ibi ſicut carbones, qui licet nigri ſunt, ſi tamen eis
13 ignis applicetur, in candidas prunas conuertuntur: ſic illi in gloria incluſi erunt, velut prunæ, & tanto candidiores, quanto meliores in hac vita extitere Chriſtiani. Idcirco plurimi eorum ibi multos albos pulchritudine antecellent. Scriptũ eſt enim, Æthiopia præueniet manus eius Deo: id eſt, multi nigri & Æthiopes albos operibus ante ibunt: & ita etiam gloria illos ſuperabunt.

Scot. in. 4. diſtin. 49. q. 5

Pſal. 36.

Pſal. 67.

Hic etiam notandum eſt, D. Auguſtinum, & Alexandrum Alenſem quærere, vtrùm corpora martyrum cum vulneribus reſurrectura ſint. Et reſpondent affirmatiue, dicentes partes illas, quæ pluribus vulneribus fauciatæ, & vulneratæ fuerunt, maiori cum ſplendore ad oſtendendã animi virtutem reſurrecturas eſſe. Illa enim ſigna & cicatrices in corporibus glorioſis apparebunt velut pulcherrimæ aureæ roſæ, in pretioſa purpura, vulgo, (*Como*
14 *Alcachofas de oro en fino carmeſi.*) Quis ergo hæc audiens ex intimo corde ſuo ſuſpiria non trahit incenſus deſiderio videndi ſe in tanta fœlicitate, & gloria conſtitutum? Lætamini fratres, quoniam ad has regias nuptias vos Deus inuitat, & ſingulis momentis vos diuinis inſpirationibus vocat. Et non ait vos eſſe pro rata ſolutu ros, vulgo, *Pagar a eſcote.* Sicut apud homines fieri ſolet, *Que ya tienen por grangeria, ò por mejor dezir, por galloferia, hazer bodas para ſacar dinero.* Vbi ſi quis quatuor manducat, viginti pendere ſolet: at nuptiæ Dei gratioſæ ſunt. Sed quomodo gratioſæ? Nunquid Chriſtus Redemptor noſter apud D. Matthæum non dixit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata? Nonne hoc non eſt ſoluere? Ad hoc reſpondeo tantum eſſe illud gloriæ bonum, vt quid-

D. Aug. libro. 22. de ciui. Dei. c. 20. Alex. 4. p. diſ. 49. ar. 5. q. 4

Matth. 19.

quidquid Dominus petit, nihil vocari posit in comparatione il- 15
Esai. 55 lius, quod ipsa valet. Atq; ita inquit S. Isaias, Venite, emite absq;
argento & absque vlla cõmutatione vinum & lac. Dicitur etiam
gratis donari, quoniã Dominus ex operibus nostris nullam vti-
Luca. 17. litatem accipit. Et ideo apud D. Lucam ait, Cum feceritis omnia
quæ præcepta sunt vobis dicite, Serui inutiles sumus. O Christe
fons abũdantissime totius gratitudinis, vt quid Domine tam pa-
rum æstimas fidelium seruorum tuorum seruitia, vt eos inutiles
appelles? Nunquid martyrum tormẽta, & pia confessorum ope-
ra inutilia sunt? Ad hoc respondeo illa erga Deum esse inutilia,
Canti. 2 quamuis erga ipsos sint maxime fructuosa. De Sponsa in Canti-
cis ait Spõsus: Sicut lilium inter spinas, sic anima mea inter filias.
D. Bernar. Et quidem fuit hæc magna laus sponsæ, vt D. Bernardus egregie
homi. 45. in adnotauit. Nam sicut lilium inter spinas pulchrior videtur, sic iu 16
Cantica. stus inter pessimos diuinæ maiestati gratior est. Sponsa vero sta
tim sponsum suum laudans inquit: sicut malus inter ligna sylua
rum, sic dilectus meus inter filios, sub vmbra illius, quem desi-
deraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Attendite
Simile. differentiam laudis sponsi & sponsæ. Sponsus enim comparatur malo arbori quæ sapidissimum fructum pulcherrimum, atque vtilissimum ex se profert, quo omnes sensus recreantur, & qui fatigati sunt ardore solis vmbra illius proteguntur, & pomis ipsius fruentes nunquam inde discedere vellent: sic anima amo re percussa nescit à diuini sponsi conuersatione discedere. Spon sa autem comparatur lilio, quod quanuis illam exteriorem appa rentiam pulchram habeat, nullius tamen vtilitatis est, nec fructũ nec vmbram præbet. In hoc insinuatur, quod anima nullius vti- 17
litatis erga Deum est, Deus vero ipsi animæ maximum cõmo-
dum affert. O admirabilem considerationem, qua elatus spiri
tus humiliari debet, & superbiam vitare: quæ quidem homini-
bus, vsque adeò pernicioſa est, vt Deus multas inuentiones quæ
Iob. 33. rat ad ipsos ex ea eripiendos. Hoc in illis verbis sancti Iob osten
ditur, scilicet, Per somnium in visione nocturna, quando irruit
sopor super homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures
virorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem
ab ijs, quæ fecit, & liberet eum de superbia. His verbis innuitur,
qualiter bona opera, quæ homo operatur, ipsum capere, & in su-
perbia captiuare solet, & vt Dominus illum ab his, scilicet, bonis

operibus

18 operibus, quæ fecit, ne, videlicet, incidat in ſuperbiam ſomnijs horribilibus terrere ſolet, quando ille in lectulo ſuo dormit. Quanuis verum ſit quòd hîc vbi nos legimus, vt eripiat eum ab ijs quæ fecit, in paraphaſi Chaldaica habetur, vt eripiat eum ab opere malo, & contextus Græcus habet, liberet eum ab iniuſtitia. Et iuxta has tranſlationes vult dicere, quòd Deus horribilibus ſomnijs ſolet peccatorem ab iniuſtitia conuertere, & ſimul à ſuperbia liberare.

Singularis etiam medicina eſt ad hanc peſtiferã ægritudinem curandã conſiderare, & animo euoluere, Deum eſſe principalẽ noſtrarũ virtutũ, & bonorum operũ autorem, ſicuti D. Paulus ad Philippẽſes ſcribens admonet dicens: Deus eſt enim, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona ſua volũtate. Atq; ita *Philip. 2.*

19 vbi nos legimus, quod S. Dauid inquit, Manſuetudo mea multiplicauit me, alia tranſlatio habet, Manſuetudo tua multiplicauit me, & ſic eſt in cõtextu Græco, & in Paraphraſi Chaldaica. In quo Rex ſanctus ſignificauit, manſuetudinem ſuam eſſe donum Dei, qui eſt præcipuus illius author, & ipſe vix pluſquã bonum vſum liberi arbitrij ponit, & ideo nihil habet de quo glorietur. *2. Reg. 22.*

At inter omnia media, quæ ad curandã ſuperbiã conducũt, hoc vnicũ & ſingulare eſt, videlicet, q; ſi homo bona opera facit, exiſtimet ſe præcipuũ cõmodum & vtilitatẽ ex illis cõparare, at vero erga Deũ ſeruũ eſſe inutilẽ. Et ita merito dicimus, ipſum gratis nobis gloriã & gratiã donare. Quis ergo adeo ſui ipſius inimicus erit, vt tam ſupernũ bonũ contẽnat? Licet mille vitę nobis cõcederẽtur, & Dñs nobis præciperet, mille mortes ſubire ad illud

20 obtinendũ, omnes illas libẽtiſsime offerre debebamus, nedũ rẽtã facilẽ, qualis eſt decẽ pręceptorũ obſeruãtia, perfecte adimplere.

Quæro à vobis ò fratres, ſi vobis nuntiaretur, Chriſtũ redẽptorem noſtrũ ſimul cum ſacratiſsima virgine matre ſua forma viſibili, & glorioſa in vrbe Hieroſalẽ nũc eſſe, & vos illos videre poſſe, & alloqui, & cum eis conſolari, quis veſtrum licet debilis, claudus, & pauper eſſet, qui iter ſtatim libentiſsime non aggrederetur? Omnes labores & pericula ipſius itineris, atq; expenſas, quę neceſſariæ futuræ erãt, parui faceretis. Quã plenũ eſſet iter homĩnũ ac mulierũ multitudine? Qua diligẽtia omnes ambularetis, vt vno ſaltim die aut hora rẽtantã & tantæ conſolationis videretis? Si ergo tot labores ſubire non recuſaretis, vt glorioſas illas facies

cæleſtis

cælestis filij & sanctissimæ matris, vel vna dumtaxat hora con- 21
templaremini, quid obsecro æquum est, faciatis, vt in æternum
sanctissimã Trinitatem, & glorioſam eandẽ Iesu Christi humanitatem verbo diuino vnitã, & beatissimam matrem eius cũ tota
cælesti curia ipsa diuina essentia fruentes, intueamini? O pater luminum, & Deus infinitæ pietatis, illumina obsecro, & doce hos
fratres meos, vt hæc sicut oportet intelligant, & illa omni studio
& possibilitate adipisci contendant. Quanuis beatitudo vere regalis nuptiæ appellari possit, vt initio diximus, tamen hoc sacrum euangelium ad literam de illis nuptijs non loquitur, sed de
illis, quæ in hac militanti ecclesia celebratæ sunt & celebrantur.
B. Hieron. Hoc B. Hieronymus, & D. Chrysostomus hanc parabolam ex
D. Chrysost. plicantes tenuerunt, & affirmarunt.

Pro cuius intelligentia notandum est, fuisse ingens & ineffa- 22
bile beneficium, quod æternus pater Rex vniuersalis mundo impendit, cùm ei vnigenitum filium suum factum hominem dedit
& talem hominem, vt esset ecclesiæ sponsus. Hoc beneficiũ in
præsentiarum vocatur, nuptiæ, quæ duæ fuerunt: nam verbũ diuinum vniuit sibi, & coniunxit naturam humanam per vnionem
hypostaticã, & personalẽ, & statim in illo instanti anima illa sanctissima fuit effecta glorioſa, quia diuino verbo fruebatur, imo
D. T. ho. 3. p. (vt egregie D. Thomas ait) habuit scientiam beatorum, quæ in
q. 9. ar. 2. Dei visione consistit. Si autẽ alia sponsalia præter hoc nõ essent,
hæc licet nobis nimis honorifica essent, non tamen vtilia: si enim
quis regis cõsanguineus est, & ipse in eum nullũ beneficium con
Simile. fert, hoc certe honor est absq; vtilitate tamẽ. Ita si Christus Redẽptor noster ecclesiã sponsam non accepisset, & nobis merita sua 23
non cõmunicasset, licet fuisset magnus honor noster, esset tamen
honor sine cõmodo: at cum ecclesiam sponsam accepit, & ei diuitias suas, ac merita cõmunicauit, hoc fuit honor cũ vtilitate. Vt autem homines in cognitionem horum beneficiorum venirent, &
his nuptijs fruerentur, misit Deus seruos suos Patriarchas & Prophetas, qui aduentum Iesu Christi saluatoris mundi prædicarũt.
Act. 7. Atq; ita B. Stephanus de omnibus prophetis loquens dixit, Qui
prænuntiabant de aduentu iusti. Quid autem fecerunt? qua celeritate ad has nuptias properarunt? *Noluerunt* (inquit) *venire*. O stupendam hominum dementiam, ô detestandam humanæ mentis
cæcitatem. En fratres summa Dei nostri bonitas, & summa filio

rum

24 rum Adæ peruersitas. Deus homines inuitat, vt diuitijs filij sui perfruantur, & ipsi venire nolunt. Omnes huius mundi res nos inuitant, & ad se attrahere volunt, & nos omnia sequimur, & ad omnia præter quàm ad Deum confugimus, sicut ille qui ad forum pergit ad aliquid emendum, & vocatus ab vna officina seu taberna & ab alia atque ab alia ipse confusus nescit quò vadat, & tandem in eam se confert, vbi, deterius & carius emit. Sic nobis euenire solet, honor nanque nos inuitat, inuitat voluptas, inuitat lucrum, inuitat odium, inuitat denique quodcunq; scelus huius mundi. Et cùm Deus ad gloriã suam nos inuitet, plærique; homines deterius amplectuntur, & quod carius est, videlicet, res mundi, quæ tanto labore comparantur, emere volunt; Deum autem, qui infinitum bonum est, & gratis se præbet, derelinquunt. *Simile.*

De istis inuitatis, de quibus dicit facer textus, quòd venire nolue-
25 runt, Dominus postea agens inquit: *Qui inuitati erant, nõ fuerunt digni.* Hoc est, non meruerunt conuiuium illud. In hoc ostenditur, quòd vna ex præcipuis radicibus, vnde meritum nostrum oritur est voluntas. Quis enim meretur ad nuptias ire? Qui habet voluntatem efficacem quæ est titulus, quo disponitur, vt ipsis fruatur: cuius defectus quemlibet indignum facit. Atque ità Propheta Isaias inquit: Omnes sitientes venite ad aquas & qui non habetis argentũ, properate, emite & comedite, venite emite absq; argẽto. (*Valame la beatissima Trinidad*) Si non habent aurum nec argentum, aut numos, quo modo ement? Iam dixit, cum ait, Properate venite; nam voluntate efficaci volendi accedere, hoc summum bonum ement. O diuina clementia, & quàm manifestè in hoc te ostendis. Quid est dicere, venite, nisi explicare nobis se omnes velle & neminem cõtemnere? Si Dominus dixisset, Af-
26 ferte mihi pulchritudinem, & aperiam vobis cœlos, licèt in hoc iniustitiam non committeret, siquidẽ vnusquisq; de suis bonis pro libito disponere potest, tamẽ videretur deformes carentes pulchritudine. Et si Dominus dixisset, Afferte literas & ingenia omniũ examen subeãt, etiàm molestè ferret ille, qui obtusum ingenium sortitus est. Et si Dominus dixisset, Qui à nobiliori origine ortũ duxerit, & qui magis diues fuerit, nuptijs fruatur, ignobiles & pauperes etiam grauiter tristarentur. Vt igitur intelligamus, Deum neminem lædere velle, quin potius omnes ad se attrahere cupere, inquit; Omnes venite ad me, quia omnes volo. Pretium autem tantæ rei assigno id quod omnes habetis, quodq; magis in vestra manu est, & quod maiori facilitate potestis applicare, & hoc voluntas est. Benedictus & glorificatus sit *Isai. 55.*

Simile. talis Deus, qui vult vt tam facilè sibi ab hominibus seruiatur. Non 27
sic terreni Reges faciunt. Siquis enim eis seruire intendit, opus est
illi habere pretiosas vestes, equos pulcherrimos, & multos famu-
los ac redditus: (& ità dicere soletis, Solus filius noster, qui in curia
regia est, maiores expensas quàm nos & tota domus nostra facit)
at verò ad seruiendum Deo non sunt necessarij equi nec vestes,
Luce.14. nec famuli aut numi. Ideò ipse Dominus debiles, claudos, pau-
peres, ac cæcos vocari iussit; omnes enim efficacem voluntatem ad
ei seruiendum habere possunt. Nàm quid magis ad manum (vt aiunt)
Gene.4. hominis est, quam eius propria voluntas? Ideò Deus ad Cain dixit;
Nonnè si benè egeris recipies, si autem malè, statim in foribus pecca-
tum tuum aderit? Et subiungit ilico, sed sub te erit appetitus eius,
& tu dominaberis illius. Prius de merito atque demerito agit dicens,
si benè operatus fueris, cœlum mereberis, sin autem malè, peccatum 28
tuum in foribus erit, vt ab omnibus pœna dignus iudiceris: & statim
de voluntatis libertate agit. Quasi dicat, Ne dicas, ô Cain, Non possum
quod iubes facere, magnum enim pretium à me postulas, & facultas
non suppetit mihi, ideſt, (*No llega a aymi caudal*) ne, inquàm, dicas ta-
lia, mereri enim aut demereri, cœlum emere aut infernum in tua ma-
nu est, & à voluntate tua dependet. Verba hæc omnibus filijs Adæ
maximæ sunt consolationis. In illis docemur, quid nostra efficaci vo-
luntate obtinere possumus: id enim quod ex parte Dei est, nunquam
nobis deficiet, si nos ex nostra hoc, quod valemus, ponimus.

Ait igitur facer textus: *Et nolebāt venire.* Beatus Chrysostomus per
pendit eloquia prophetarum non fuisse antea suscepta, nisi post eo-
B. *Chrys. in opere imperfecto sup. Matt. 22. c. 220.* rum mortem. Itaque postquam mortui sunt Prophetę, tunc populus
Hebræus prophetias eorum magni fecit, & eas legere cœpit. Ingeniū 29
est filiorum huius sæculi deuotionem erga sanctos, qui mortui sunt,
habere; qui autem viuunt, & cum eis loquuntur, odio prosequi: viuen
tes enim sancti impios increpant & reprehendunt, mortui verò mini
mè. Quanuis autem prophetias eorum legebant, venire noluerunt, &
in scelere suo perseuerarunt. Quo tamen clementissimus Rex non ità
offensus fuit, vt ab hac pia inuitatione cessaret; sed alios iterùm seruos
destinauit, quibus dedit in mandatis, vt inuitatos in hunc modum allo
querentur. *Ecce prandiū meū paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & om
nia parata, venite ad nuptias.* His verbis Dominus sub splēdidissimi cōi-
uiuij metaphora omnes diuinę gratię opes, quas nobis incarnati verbi
mysterium attulit, hoc est, omnia salutis nostræ instrumenta & adiu-

men-

30 menta, quibus ad fælicitatem æternam adiuuamur, complexus eſt, & tunc harum nuptiarum lautiſsima fercula manducamus, cùm ſaluatoris doctrinam legimus, cùm varia eius beneficia atq; myſteria conſideramus, cùm eius ſacramenta frequentamus, cum in eius nomine à cœleſti patre diuinam opem & gratiam poſtulamus. O infœlices illos, qui tantorum bonorum nullam ſciunt vtilitatem educere Chriſti nãque doctrina mentem illuminat, beneficia autem voluntatem diuini amoris igne ſuccendunt; ſacramenta verò animarum morbos ſanant; oratio cœleſtem opẽ & gratiã impetrat; gratia deniq; virtutes omnes ſecum affert, quibus homo ad omnium virtutum officia excitatur. Et
a. his omnibus bonis, quę ampliſsima ſunt, miſeri carent, qui hoc lautiſsimo conuiuio frui nolunt. Hi ſecundi nuntij fuerunt ſacri Ieſu Chriſti diſcipuli, qui hæc omnia Hebræis prædicarunt.

31 *Illi autem neglexerunt &c.* vſque *& contumelijs affectos occiderunt.* Vereor maximè nos his temporibus, ſicut decet, ad populũ nõ concionari, ſiquidem totus mundus adeò perditus & corruptus eſt: nihilominus tamen nullus eſt, qui prædicatores perſequatur, omnes (vt aiunt) curſum ſuum in pace conficiũt, Hiſpanè (*Paſſan en paz ſu carrera*). Fortaſsè cauſa erit, quoniam vitia, vt debemus, non increpamus. In ſacro Ioſue volumine legitur, Achã filius Carmi ex ciuitate Iericho regulã *Ioſue. 7.* auream fuiſſe furatus, eamq; ad caſtra Hebræorũ portauiſſe, ob quod ab omni populo lapidatus fuit. Et vbi nos legimus, Regulam auream, in Hebræo habetur, linguam auream, quia lamina illa erat in linguę ſimilitudinem facta. Et ſicut ille Achã ab infidelibus in exercitu Hebræorum linguam auream furto ſublatam aſportauit; propter quod grauiter punitus fuit: ſic nunc quam plurimi prædicatores profana
32 Gentilium & inanium librorum verba ac modos loquendi furantur, & eos in ſanctã Eccleſiã afferunt Euangelicã doctrinã profanãtes, ob quod ſi ſe in meliorem frugem non receperint, grauiſsimè illos puniendos fore non dubito. Animaduertite obſecro patres concionatores id quod Sanctus Dauid ait: Eloquia Domini argentum igne exa- *Pſalm. 11.* minatũ, purgatum ſeptuplum, ideſt, multum. Nam in ſacra ſcriptura ſicut numerus dualis parum ſignificat, ità & ſeptenarius plurimum. De duali patet ex illo Euangeliſtæ Lucę, vbi dicitur; Vidit quandam *Luc. 21.* viduam pauperculam mittentem æra minuta duo, ideſt parum. Et in libro Regum vidua illa Prophetæ Eliæ dixit: En colligo duo ligna. Et apud Sanctum Iſaiam: Sicut excuſsio oleæ duarum vel trium *3. Reg. 17.* *Iſaiæ. 13.* oliuarum in ſummitate rami. In his omnibus locis, duo, ſignificat

1.Reg.2. ficat parum, sicuti & alibi, Septē, significat multum. Quale est illud in 33
oratione Annæ; in qua vbi nos legimus, Donec sterilis peperit plurimos, in Hebræo, habetur, Donec sterilis peperit septem, quod idē est. Sint igitur eloquia vestra nō plena floribus vanæ rhetoricę, sed purgata & ab omni errore ac vana curiositate aliena. Alij autē ex suggestis, in quibus concionantur, cathedras vniuersitatum efficiunt omne tempus consumentes in ventilandis quæstionibus scholasticis, atq; ità nulli eorum de moribus agunt, & vix est qui vitia quamuis grauissima audeat increpare nè auditores molestia afficiat. Ferè omnes, (*Disparamos los tiros sin pelota ni perdigones, sino solo con papeles viejos;*) Atque ità corda auditorum non percutimus, & solum strepitum inanem at-
Hiemi.48 que inutilem facimus. Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine, inquit Sanctus Hieremias. Hoc est, maledictus, qui auertit linguam suam à peccatorum reprehensione. Non ex horum nume-34
Actu.20. ro erat Diuus Paulus, qui in Actibus Apostolorum dicebat, Contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium: non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Perpendite obsecro qualiter Sanctus Apostolus inquit; Mundus sum à sanguine omnium. In quo innuit, peccata illorum omnium animam suam esse infectura, si ipse eos, vt decet non increpasset, veramque doctrinam non docuisset. Nullus timor sanctum virum terrebat, quominus à prædicatione veritatis desisteret. Et ità paulò ante dixerat: Vincula & tribulationes Hierosolymis me manent, sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quàm me, dummodo consumem cursum meum & ministerium verbi, quod accepi à Domino Iesu testificari euangelium
2.Tim.2. gratiæ Dei. Eandem animi constantiam alibi ostendit dicens: Me- 35
mor esto, Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi malè operans, sed verbum Dei non est alligatum. Et quoniam nos sicut Diuus Paulus non prædicamus nec vitia reprehēdere cum seueritate audemus, ideò à peccatoribus molestia non afficimur, nec persecutione vexamur. Beatus Ioannes in Apocalypsi inquit, se vidisse equi-
Apoc.19. tem sedentem in equo albo, oculis velut igne micantibus & vestibus sanguine aspersis, & vocabatur nomen eius verbum Dei. Quo insinuauit, eum, qui verbum diuinum cum spiritus feruore concionatus fuerit, sanguine consperſum ambulaturum esse. Atque ità Sanctus
Threno.3. Hieremias dixit: Aperuerunt super nos os suum omnes inimici

(id est

36 (ideſt peccatores) formido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio. Magnam profectò Deus ſumit de mundo vltionem, cum ei prædicatores robur & conſtantiam habentes in carpendis vitijs non præbet. Atque ità Prophetæ Ezechieli dixit, Adhærere faciam linguã palato tuo, & eris mutus & quaſi vir non obiurgans, quia domus exaſperans eſt. Ezech. 3.

Rex autem cum audiſſet iratus eſt, & miſsis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos & ciuitatem illorum ſuccendit. Rex hîc præcipuè ſuos exercitus ad puniendos homicidas miſit. Non tamen impunes abierunt illi, qui conuiuium contempſere, ſiquidem ait ſacer textus iratum Regem eos ipſos & eorum vrbem ſuccendiſſe. Ecce fratres mei cauſam & originem tot bellorum, peſtium, diſcordiarum, ſitiũ, famiũ tempeſtatum, atque infortuniorum, quot hodie & quotidie videmus:
37 omnia iſta ſunt vltiones quædam & ſupplicia Dei contra homines, eo quod tam paruam rationem concionum, quas audiunt, habent, & tam parum in Dei ſeruitio proficiunt. Iccirco Sanctus Dauid nos hortatur dicens: Apprehẽdite diſciplinã ne quãdo iraſcatur Dominus & pereatis devia iuſta. Vbi Fœlix ex Hebræo tranſtulit: Oſculamini filium, vel amplexamini & adorate filium, ne quando iraſcatur Dominus. Hoc eſt, ſi vultis à patris æterni ira liberari, reuerenter eius filium Ieſum Chriſtum colite, myſteria eius ſanctiſsimæ fidei amplectimini, doctrinam, quam vobis prædicatores eius concionantur maxima cũ affectione accipite, ſi nõ vultis in diuinam indignationem incidere & in hac vita varijs ac crudelibus flagellis vapulare. Quæ omnia ſi cum acerbiſsimis alterius vitæ tormentis comparentur, parũ aut nihil eſſe videbuntur; ſicut idẽ Dñs nobis per Sophoniã Prophetam minitatur his verbis: Væ prouocatrix & redẽpta ciuitas colũba, nõ audiuit vocẽ, & non ſuſcepit diſciplinam; ad Deũ ſuum nõ appropinquauit: principes eius in medio eius quaſi leones rugientes; iudices eius lupi veſperi, prophetæ eius vẽſani, viri infideles, ſacerdotes eius polluerũt ſanctum, iniuſtè egerunt cõtra legem; Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatem, mane mane iudicium ſuum dabit in luce & non abſcondetur. O terribilia verba digna, quæ æternæ memoriæ mandentur: omnia enim populo Chriſtiano comminari videntur. Ciuitas hæc Eccleſia catholica eſt ſacroſancto Ieſu Chriſti ſanguine redẽpta, quo ipſe eam candidã mundã, & ſicut columbã deargentatã fecit: nunc autem in multis ex membris ſuis eſt diuinæ iuſtitiæ prouocatrix. Non audiuit vocem eius & non ſuſcepit diſciplinam. In qua- Pſalm. 2. Sophon. 3.

cũq; ſtatus conditione plurimi mali reperiũtur. In principibus ſunt ali 39
qui velut leones tyrãni. In iudicibus ſunt quam plurimi velut lupi fa
melici. Prophetæ eius, ideſt, prædicatores. Nonnulli eorum inſani
ſunt; viri infideles, qui fidelitatẽ Deo debitam non obſeruant, eò quòd
magis proprium honorem quam Dei attendunt, & plurimi ex face
dotibus eius polluerunt ſanctum. Quid igitur de tantis ſceleribus ex
pectari poteſt, niſi id quod ibidem dicitur, ſcilicet, Mane mane iudi
cium ſuum dabit in luce & non abſcondetur, hoc eſt, quàm citiſsimè
ſuper eos ira Dei incidet, & iudicabuntur, atque in æternum dam
nabuntur.

Tunc ait Rex ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erãt,
non fuerũt digni, Ite ergò ad exitus viarum, & quoſcũq; inueneritis, vocate ad
Matt. vlt. *nuptias.* Hocidem Dominus ſuis ſacris diſcipulis apud Sanctum Mar
cum dixit: Ite in vniuerſum mundum & prædicate Euangeliũ omni 40
creaturę. Sed quid ſignificat, ite ad exitus viarum? Nõnè melius eſſet
Domine, vt eis diceres: Ite in plateas, in nundinas, in domos magna
tum, atque in alia loca, vbi magna eſt hominũ multitudo, quã eis dice
re, ite ad exitus viarũ? Minimè profecto, quoniã in his omnibus locis
homines quãplurimis diuerſorũ peccatorũ occaſionibus detẽti ſunt,
& inquietudine atq; tumultu ad audiẽdos diuinos ſermones impara
ti. Cùm Dominus concionatoribus inquit, Ite ad exitus viarum, perin
de eſt ac ſi eis diceret, vt de fine ac de morte ad populum concionen
tur. Quaſi dicat, eos ad finem perducite, dicite eis. Attendite res, quas
tanto ſtudio comparatis, finem eſſe habituras, id quod tanta vigilãtia
inquiritis, quem exitum habiturum putatis? Quid de vobis & ipſis re
bus erit? Omnes ante viginti annos, & forſan manè conſumemini. Cũ
dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, 41
1. Theſ. 5. inquit Beatus Paulus. Finis dat eſſe rebus, qualis enim finis eſt, ta
les ſunt res, quibus quiſque delectatur. Finis voluptatum eſt ęternum
ſuppliciũ, finis gulæ & voracitatis ſunt ægritudines, finis peccati mor
talis eſt infernus. Conſiderate ergò hæc omnia & non peccabitis.
Duo amici ſunt mors & vita, ſed vita amicus eſt infidelis, non be
nè conſulit. Quem enim peccator conſulit, quando peccare audet,
niſi vitam? Atque ità cogitatione longæ vitæ quamplurima ſcele
Eccleſ. 6. ra committit. Mors amicus eſt fidelis, de ea illud Eccleſiaſti dicere
poſſumus, Amico fideli nulla eſt comparatio, & tanquam amicus
fidelis bona conſilia præbet. Si igitur ò frater peccare non vis, in
Eccleſ. 7. omnibus tuis mortem conſule. Et hoc eſt, quod Eccleſiaſticus ait,

Meme-

42 Memorare nouissima tua & in æternum non peccabis. Prophetizans Sanctus Isaias Babyloniæ superbiam, quando Persæ & Medi vicos ipsius vrbis sanguine habitantium irrigarunt, inquit: Non posuisti hæc super cor tuum, nec recordata es nouissimi tui. Quibus verbis Sanctus Propheta calamitates Babyloniæ tribuit mortis obliuioni. Idem considerabat Sanctus Hieremias, cùm euersionem Hierusalem deplorans dixit: Sordes eius in pedibus eius, & non est recordata finis eius. Et in Deuteronomio Propheta Moyses de Hebræis sic ait, Gēs absque consilio & prudentia, vtinam saperent & intelligerent atque nouissima prouiderent. Ex his omnibus locis infertur, quàm efficax remedium sit, vt homines à peccatis auertantur, mortis assidua consideratio. Ite ergò, ò patres concionatores, ad exitus viarum, hoc est, hominibus de morte & de fine, quem habitura sunt illa, quæ inquiruntur, constantissimè prædicate; & ita eos ad Dominum conuertetis. Cæterum impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Quanuis singulis ætatibus impleantur nuptiæ secundum definitam à Deo plenitudinem illius temporis tamen vsque ad consummationem sæculi prædestinatorum numerus non implebitur.

Intrauit autem Rex, vt videret discumbētes, & vidit hominē nō vestitū veste nuptiali, & ait illi, Amice quomodo huc intrasti nō habēs vestē nuptiale? Intrat planè Deus in iudiciū qui foris manet tolerādo, intrat inquā singulos discutiendo, cū vel in morte visitat, aut in iudicio discutit merita cuiusuis morientis. In his Hispaniæ populis vix Dominus aliquē vili veste indutum inueniret, quoniam omnes pretiosis vestibus indui, totis viribus conantur: quod profectò grandis est insania ac dementia. Nonnè esset demens ille, qui à sancta inquisitione damnatus esset, vt habitum, quem Sambenitum vocamus, portaret si illum auro intextum aut sericum vel bombycinium portare vellet? Ità profectò. Sic vestes, quibus induimur, sunt velut (*Sambenitos*) nobis in scelerum nostrorum pœnam datæ. *El Sambenito, con que Dios hecho a nuestros Padres Adan, y Eua al cadahalso deste mundo, fue* (Vt dicitur in sacra scriptura) Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & statim eiecit eos de paradiso. Magna ergo insania est, *Querer traer Sambenitos tan preciosos y tan curiosamente guarnecidos*. Attendite fratres mei fabricam, quæ in vobis est, & videbitis margaritam pretiosam, videlicet, animam, quæ tanti valoris est, vt Deus ipse pro ea redimenda mori non dubitauerit. Cum igitur anima tanti voloris sit, vt si omnes simul Angeli vende-

Isai. 47.

Deute. 32.

Simile.

Gene 3.

rentur, non ſufficerent ad vnam tantummodo redimendam; & 45
hanc Dominus voluit tam vili & abiecta materia indui, qualis eſt caro, certè qui ità nos compoſuit, nolebat, vt corpora noſtra tam pretioſis veſtibus ornarentur, ſiquidem animam, quæ corporis Domina eſt, tã vili tegumento induit. In hunc errorem oportet iuſtos nõ incidere
Simile. ſequentes peccatorũ profanitatẽ. Magnũ enim diſcrimen verſatur inter vulpẽ & Phaſianum (*Vulgo fayſan*): nam plumæ Phaſiani parum aut nihil valent, caro verò eius pretioſiſsima eſt. Sic iuſti eſſe debent, qui exterius cilicijs & abiectis veſtibus indui debent, (niſi aliud dignitatis & ſtatus eorum conditio poſtulauerit) interius verò coram diui no conſpectu pretioſis virtutibus adornari. At verò improbi ſunt velut vulpes, quæ præter pellem nihil boni habent, ita vt eius caro non niſi canibus proſit. Sic peccatores exterius pretioſis veſtibus ſunt induti, interius verò corrupti, & canibus infernalibus tantummodò 46
proſunt. Licet autem in omnibus hoc malum reprehenſione dignum ſit, maximè tamen in fœminis & multòplus in virginibus. Nàm
Plutar. Plutarchus, cum eſſet gentilis, dixit; virgines nullo cultu melius ornatæ ſunt, quam ſimplici: ſericis enim & gemmis & auro magis de honeſtantur quam ornantur, eo quod veſtium luxus arguit animum parum ſobrium: decet enim virgo tota & vndique virgo ſit, nec vlla parte det corruptæ mentis ſignificationem. Sed quęro Domine, ſiquidem iuſsiſti tam diuites quam pauperes vocari, quare miraris, quòd vnus vilè & abiectè indutus ad nuptias accedat? Quinimo & pauperes licèt velint, nullomodo pretioſe indui poſſunt. In hoc Dominus innuit, ſe nequaquam de exteriori veſte loqui; melius eſt enim vt homines ea abiecta & vili vtantur, quàm pretioſa. Loquitur ergo Domi nus de charitate, quæ omnibus tam diuitibus quam pauperibus, ſa- 47
pientibus & inſipientibus poſsibilis eſt. Hunc autem, malè indutum nuptijs manducantem adeſſe, ſignificat, eum non ſolùm in domum conuiuij per fidem ingreſſum fuiſſe, ſed ad menſam etiã cum alijs cõuiuis acceſsiſſe ad diuina ſacramenta recipienda; & tamen quia hac veſte nuptiali caruit, nec fides illum nec percepta ſacramenta à tã acri Domini obiurgatione & ſententia eripuerunt. Iccircò contra hos qui
Hiere. 11. indignè diuina ſacramẽta ſuſcipiunt, merito propheticum illud iacta ri poteſt: Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?

Sed quid expoſtulanti Regi conuiua hic reſponderit, videamus. Nihil omnino reſpondit, ſed obmutuiſſe memoratur: iniquitas enim oppi-

48oppilauit os ſuum. Quod quidem verbum non vulgarem continet emphaſim; quod enim nihil habuerit, quod pro ſe reſponderet, quã ſit iuſta improborum damnatio tacite innuit. Duo enim illos acriter accuſabunt. Alterum gratiarum atq; donorum cœleſtiũ dignitas gratis à Deo oblata, quam contempſerunt; alterum rerũ vilitas & indignitas, propter quas tã magnifica dona deſpexerunt. Hæc autem accuſatio adeò illos in iudicio premet, vt omnes alię quanuis grauiſsimę ſint huius cõparatione ſileant. Quod iudex ipſe teſtatur, cum ait: Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Lux, inquit, venit in mundum hoc eſt, ſapientia, veritas, vita, iuſtitia, gratia, ſanctificatio, redemptio, peccatorum venia, cœlorum regnum, ac ipſe deniq; Dei filius venit in mundum. Peruerſi autem homines hæc tam ampla & magnifica dona cõ *Ioan. 3.*
49temnentes errorum & cupiditatum ſuarum tenebris obcæcati falſa bonorum ſimulacra cunctis eius donis & muneribus prætulerunt. Quò ergo maior gratia & miſericordia, maioraque ſalutis adiumenta, eis data ſunt, hoc minus habebunt, quòd cauſam ſuam apud ſuperum iudicem tueantur, in cuius rei argumentum infœlix conuiua ob mutuiſſe memoratur. Cùm ergò reus nihil haberet, quod pro ſe diceret, ſententia iudicis aduerſus eum pronuntiata eſt.

Ligatis (inquit) *manibus & pedibus mittite eũ in tenebras exteriores.* Ligantur manus reprobi, quibus homicidia, furta, aliaq; id genus mala patrauit, vt iam non ei ſit liberum quidquã boni operari. Pedes rurſus alligantur, vt nec affectum queat habere ad bonum. Ideo Sanctus Gregorius & Beatus Auguſtinus dicunt: Tunc ligabit pœna quod modò ad bona non patranda ligat culpa. Atqui tenebræ interiores *B. Greg. ſuper hunc lo. & S. Augu. lib. 11. de Trinit. Pſalm. 81 Simile.*
50cæcitas cordis eſt, iuxta illud Pſalmi, in tenebris ambulant, neſcierunt, neque intellexerunt; tenebræ verò exteriores externæ damnationis nox eſt. In his tenebris miſerrimus peccator ligatis manibus ac pedibus in æternum erit. Inter homines & bruta hoc diſcrimen eſt, quòd bruta animantia, quando parua ſunt, non ligantur, ſed liberè incedere permittuntur, poſtquam verò ſunt magna, capiſtris alligari ſolent: homines autem econtrà, cum parui ſunt & infantes faſcijs ac vittis inuoluuntur, at poſtquam creuerũt & ab illã infantia ac pueritia exierunt, liberi relinquuntur. Sic inter iuſtos & peccatores hęc differentia verſatur, quòd iuſti, dum in hac vita ſunt, quæ eſt pueritiæ & infantiæ ſtatus, diuinis præceptis vinciuntur, in alia autem liberi & ſoluti viuent, velut homines magni & perfecti. Peccatores verò inſtar

brutorum in hac vita liberi & soluti viuunt; in omnibus enim volun 51
tati suæ placere volunt, nec à diuinis mandatis se ligari aut guberna-
ri permittunt; in alia verò manibus & pedibus in æternum alliga-
buntur.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Metaphorico sermone hîc omnes pœnæ sensus describuntur: erit enim ibi fletus magnus ob cruciatum atrocem æterni ignis, stridor verò dentium, eo quòd transibunt dam nati ab aquis niuium ad calorem nimium. Verè equidem nescio quo modò hęc audientes non cõtremiscimus, & stupefacti, atq; attoniti re
Dan. 4. manemus? Quod quidẽ longè dissimili supplicio Danieli Prophetæ contigisse legimus. Vbi enim proposito Nabuchodonosoris somnio inauditum illud supplicium, quo rex ille plectendus erat, Deo reuelã te cognouit, & insignem illum orbis monarcham ab illa tanta celsitu dine deiectum inter bestias agri more pecudum septẽnio vitam actu 52
rum, & rore cæli tingendum esse intellexit, adeò perterrefactus est vt vnius horæ spatio attonitus & elinguis effectus, nec vnum quidem verbum ipsi Regi exigenti reddere potuerit. Quale autem hoc suppli cium est, si cum damnatorum hominũ supplicijs conferatur? Quantò enim grauius est inter Dæmones, quàm inter feras vitam agere? Quã tò atrocius flammis vltricibus cruciari, quam rore cæli tingi? Quantò acerbius in omni æternitate, quam septem annorum spatio torqueri? Si illud Prophetam tantopere perterrefecit, vt vnius horæ spatio mu tus & elinguis fuerit, quid homines facere debẽt, cùm in extremo iudi cij die tot mundi principes & monarchas ad nunquã finiendos crucia tus cum dæmonibus damnandos esse audierint? Sed heu, heu, quia li cèt hoc credimus, non tamẽ profundè illud animo euoluimus: & ideò in cordibus nostris sicut æquum erat, non operatur. 53

Concludit igitur diuinus magister parabolam dicens. *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* O Christe summa veritas, quomodò in-quis, Pauci electi? E contrà mihi videtur, siquidem in nuptijs vnũ dun taxat non indutum veste nuptiali expulisti & repudiasti. Ergò mul-ti sunt electi, siquidem vnum tantummodo reprehendis, eo quòd nõ vestitus fuerit nuptiali veste? Huius rei mysterium est, quòd omnes peccatores licèt innumerabiles sint, meritò vnius nomẽ obtinẽt, quo niam omnes necdum pro vno valent ad subueniendum proximo. Ad furandum, ad decipiendum, & ad nocendum, atque alia quam plurima scelera perpetrãda vnus pro multis valet; at verò ad bene ope randum multi pro vno non prosunt. Si auxilium quis ab improbo

postu

54 poſtulet, ſtatim reſpondet, ſe non poſſe, ſatiſque efficere ſi ſibi ipſi ſub
ueniat: itaque ad omnia bona opera ſe excuſat dicens, vix ſibi ſuffi-
cere necdum alijs. Iuſtus autem longè aliter procedit: eſt enim vnus
ſibi, erga proximum verò velut plurimi. Siquis ægrotat, eum liben-
ter vilitat; ſiquis eget, ei neceſſaria prouidet; ſiquis triſtitia affi-
citur, eum conſolatur: ſiquis ignorans eſt, eum docet. Atque ità
vnus duntaxat iuſtus pro multis & ad multa in Republica deſer-
uit, ità vt cum Diuo Paulo meritò dicere poſsit; Omnibus omnia fa
ctus ſum. Qua propter iure optimo hîc per vnum omnis improbo- 1. Cori. 9.
rum congregatio deſignatur, licèt ipſi re vera plurimi ſint, ſicuti ſum-
ma veritas in præſentiarum teſtatur dicens; *Multi ſunt vocati, pauci ve-*
rò electi. O terribile verbũ. Quis hoc tonitruũ audiens nõ ſtupeſcit: Si
vnus tantũ reprobandus eſſet, vnuſquiſq; apud ſe cogitare deberet di
55 cens; væ mihi ſi vnus ille ego ſum. At pauci ſunt, qui ad cœleſtem glo
riam eliguntur, multi qui in gehẽnam ignis deſcendunt; nos proh do
lor, ſomno indulgemus, ſtertimus, & voluptatibus frena laxamus. Ex
his verbis Domini infertur, quantus error ſit, quod communiter ab
aliquibus dici ſolet: qui conſulentes alijs eis dicunt, Relinquite
ſingularitates, & vitam communem & non vitam paucorum ſequi
mini, ſiquidem pauci ſunt electi. Communiter euenire ſolet, vt cum
aliqui homines ab aliquo de defectibus ſuis reprehenduntur, reſpon-
deant; Domine id de quo me increpas, omnes faciunt. Ita nè, multos
æmulari vis, certa ſine dubio erit damnatio tua; quia Eccleſiaſticus Eccleſ. 7.
nos ſic hortatur: Non pecces in multitudine ciuitatis, nec te mittas
in populum, id eſt, Quia multos peccare videas, non ideò tu pecces.
Quid enim tibi cum multis eſt? relinque illos & de ſalute tua omni
56 cum diligentia labora. Vſque in hodiernam diem non vidi virum iu-
ſtum, qui in ſe ipſo ſilum populi non frangeret; omnes ſingulares ex
titerunt, & quia à communi turba receſſerunt, ideò optimũ tibi viuen
di genus elegerunt, quoniam pauci ſunt electi. In die, quo Diuus Ber
nardus obijt, ab hac vita etiam quadraginta tria millia hominũ deceſ-
ſerunt, & ex eis tres tantũmodò ſalui facti ſunt. Ex exercitu Regis Sẽ
nacherib vna tantummodo nocte centum & octoginta quinque mil-
lia animarum in infernum deſcẽderunt. Quid de diluuio & de ciuita
tibus Sodoma & Gomorrha dicam, quot millia millium in gehennã
ingreſſa fuerunt: Rem admirandam reputamus vno die vndecim mil
le virgines in cælum introijſſe, & quidem huic diei quã pauciſſimi
dies ſimiles extiterunt. Hæc autem omnia credentes tam ſegniter
& ne-

& negligenter viuimus acſi illa nõ crederemus. Animo quæſo perpẽ 57
dite fratres mei, ſi nunc vos ſupernus rex vocaſſet, qua veſte vos indu
tos inueniret. Comperiret forſan aliquẽ epiſcopum, cui diceret; Amí-
ce quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Nonnè
Domine vides rochetum lintheum, perpolitum & ſerico intextum,
baculum etiam paſtoralem in manibus & mitram in capite? Hic igi-
tur meus habitus eſt: Rectè dicis, nam veſtis exterior interiorem ani-
mæ veſtem denotat. Rochetum enim conſcientiæ puritarem ſignifi-
cat, texturæ verò ipſius, ideſt, (*Los labores*,) Oſtendunt, te virtutum
exemplar eſſe debere, ex quo ſubditi tui addiſcant, tiara verò duo cor
nua habens inſinuat duorum teſtamentorum ſapientiam, qua pollè-
re debes, (*El baculo hecho a manera de eſcaruadientes*) Nam de diabolo
Iob. 14. Sanctus Iob inquit: Fœnum quaſi bos comedet. Et Sanctus Iſaias ait;
Iſaiæ. omnis caro fœnum. Ergò omnis homo carnalis & peccator eſt cibus 58
diaboli, & ipſe eum dentibus mandit. Baculus igitur ſignificat, (*Que
vuestro officio es eſcaruar los dientes del Demonio*) Et peccatores ab ipſis
extrahere, antequam in ſtomachũ ipſius, videlicet, in infernum ingre
diãtur. Et ſi omnia, quæ veſtis tua repræſentat, vere in te ſunt, benè ve
ſtitus es: ſi autem hanc veſtem nuptialẽ non habes, cũ multis in infer
num detruderis. Inueniret etiam Rex monachum aliquem cui dice-
ret, Quomodo huc intraſti &c. Nunquid Domine habitum meæ pro
feſsionis non affero? Planè quidẽ, ſed vide quòd cum ad modũ crucis
factus ſit interiorem mortificationem deſignat; & capilli raſi ſignifi-
cant, te ità Deo vnitum eſſe, vt nec cogitationibus ab eo auertaris. At
ſi hoc ità non eſt, etiam cum reliquis in exteriores tenebras detrudẽ-
Gen. 31. ris. Iccircò caue, nè ſis ſicut Rachel, quæ exiens è domo Labã patris ſui
tulit ſecum idola & abſcondit ea ſub clitella cameli: ſiquidem ergò à 59
mũdo exiſti, idola eius furtim ſublata ne ſub ſancto habitu abſcõdas.
Hoc eſt, ambitionẽ, ſuperbiã, integritatẽ voluntatis, affectionẽ carna-
lem, & odiũ, quæ ſunt idola quæ mundus veneratur, omni cura & ſo
licitudine depone; aliâs enim æternis ſuppliciorũ generibus cruciabe
ris. Nunquid erit aliquis clericus, cui dicere poſsit: Amice quomodo
hûc intraſti nõ habens veſtẽ nuptialẽ? Nõ nè Domine vides ſuperpel
liceum candidum, quo contegor? Id etiam animæ ſynceritatem deſig
nat; capilli autem raſi in corona inſinuant cogitationes vanas & curas
huius mundi penitus debere eſſe ex cordibus veſtris auulſas. Ideò in
Deuteronomio iuſsit Dñs, vt homines cultui diuino addicti nõ habe
rẽt hereditates aliquas ſeu poſſeſsiones, nè, videlicẽt, cũ ipſis diſtraherẽ

tur.

60 tur. Et adiecit ſtatim ſacer textus; Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum ſicut locutus eſt illis. Maior igitur puritas & tranquillitas ſpiritualis nunc in Euangelicis ſacerdotibus quam in illis requiritur. Et tu miniſter iuſtitiæ, quomodo huc intraſti &c? Nonnè Domine habitum affero, quem virga, quam manu porto, ſignificat? Ità planè, nam iuſtitia recta eſſe debet, nec in vnam, vel aliam partem flecti. Ideò olim iudices induebantur purpura, quæ eſt rubicunda & in pilis æqualis: iudex enim cum amore omnibus æqualitatem ſeruare debet. (*Y vos venis veſtido de friſado y traeys el coraçon con los pelos muy largos de la codicia. Y como la ropa friſada con los pelos largos encubre el polvo*) Ità pili cupiditatis tuæ puluerem, id eſt, culpam delinquentium propter oblata munera contegunt. Cùm Sanctus Moyſes (vt ſacra refert hiſtoria) virgam in terram proijceret, ipſa in ſer-
61 pentem vertebatur, & dum ipſam à terra erigeret, rurſus propriam formam virgæ ſumebat. Sic cum iudex virgam in terram proijcit, hoc eſt, id quod facit propter terrenum lucrum facit, tunc iuſtitia, quam exercet, in ſerpentem & peccatum vertitur, & ſi ipſam à terra erigit, fugiens omnia lucra & cupiditates, recta erit, vt oportet, hoc eſt, iuſtitiam ipſe iudex cum æqualitate exercebit. Quid autem de aduocatis, de ſcribis, de nobilibus, ac de reliquis de populo dicemus? Heu quam pauci ſunt, qui veſte nuptiali ſint induti. Vnuſquiſque in ſe oculos conſiderationis figat, & videat, ſi Deus ipſum modò ad nuptias vocaſſet, qualis eſſet. Quapropter ſiquidem nec horam vnam certitudinis vitæ habemus, omni ſtudio contendamus nuditati noſtræ remedium adhibere per veram pœnitentiam, qua induti gratia tandem fruamur gloria. Amen.

Deut. 18.

Simile.

Exod. 4.

1

DOMINICA. XX.

poſt Pentecoſten.

CONCIO PRIMA.

Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Ioannis. 4.

In-

INTER Peccata, quæ Diuina maiestas magnoperè odit, vnum est superbia, de qua in Ecclesiastico dicitur, Initium omnis peccati est superbia. Dicitur superbia esse initium omnis peccati, non solum quoniam peccatum Angeli, quod primum fuit peccatum superbiæ extitit, sed etiam quia in omni peccato principium eius est superbia: in quolibet namque peccato sunt duo actus, alter auersio à Deo, alter verò conuersio ad creaturam. Primus actus, qui est auersio à Deò, est principium peccati, & hic est superbia. Atque ità Dominus per Hieremiam Prophetam loquens cum Hebræo populo inquit: A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam. Hoc nolle obedire, quod est superbia, est principium omnis peccati. Ex quo infertur superbiam omnibus peccatis fauere, vt, videlicèt, ab hominibus perpetrentur, & ideò Deo magis odibilis est. Cum habes aliquem inimicum, & ipse mutuo ab alio numos petit ea intentione, vt tibi molestiam inferat, si alius libenter inimico tuo numos mutuat, potiori iure posses de eo quàm de tuo proprio inimico conqueri. Sic munus & officium superbiæ est omnibus peccatis numos mutuare, vt, videlicèt, Deus offendatur. Atque ita, licèt verum sit, quòd vitia bellum cum virtutibus sibi contrarijs habent (scilicet, luxuria, cum castitate, gula cum temperantia &c.) tamen superbia aduersus omnes virtutes bellum gerit. Diffinitio autem superbiæ est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ. Ex quo deducitur, quot radices hodiè peccatum hoc in mundo egerit, siquidem in omnibus ferè hominibus hic effrænatus appetitus regnat, quo diu noctuque euigilant, vt ab omnibus magni æstimentur. Dum viuunt, maximè laborant, vt magni fiant, & de eorum laudibus, si quæ sunt, nulla etiam post mortem memoria conticescat. Cùm generatio Noe post diluuium (vt sacræ literę referūt) in terra Senaar esset, dixit alter ad proximum suum; Venite faciamus turrim, cuius culmē pertingat ad cœlum & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras: Magna profectò superbia hæc fuit, & ob illam isti in suis linguis fuerunt à diuina sapientia confusi, sed multò maior est hodie multorum hominum superbia. Illi enim opus ædificare volebant, vt memoria totius eius congregationis & communitatis in sæculo remaneret, at nūc quilibet hominum per se opus instruere vult, quo vuiuscuiusque etiam memoria perennis & æterna sit, & cuncti modos atque inuentiones

Eccle. 10. *Hierem. 2* *Simile.* *Gene. 11.*

1 2 3 4

5 tiones quærunt, quibus in terris immortales efficiantur, ipsis fortasse in æternum apud inferos morientibus. Cùm aliquis eorum duos (vt ità dicam) teruntios vel obolos comparat, statim grandia ædificia erigere incipit, in quibus depicta scuta signo superbiæ suæ figunt. Hebræis Dominus dixit; Quomodo potestis credere, qui gloriam ad inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis? Nobis autem meritò dici potest; Quomodo potestis esse boni Christiani, siquidem in omnibus vestris operibus non Dei gloriã sed vestram quæritis? Non solum autem istorum superbia excedit superbiam eorum, qui turrim Babyloniæ ædificabant, sed etiam superbiam Lucifer aliquomodo superare videtur. Nàm maledictus ille Angelus dixit: Ascendam super altitudinẽ nubium, similis ero altissimo, superbia verò humana plus etiam vult ascendere. Lucifer sedile suum tantum-
6 modo iuxta Dei sedile ponere voluit: homo verò altius illud collocare vult: vult enim plusquam Deum obediri, & quòd mandata sua magis quam Dei obseruentur. Nunquam Dominus imperauit nec imperabit rem impossibilem, homo autem impossibilia iubet. Rex Babyloniæ somnium, quod somniauerat volebat, vt sapientes sui sub pœna mortis sibi indicarent: & de scribis & Pharisæis Dominus dixit; Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum. Superbia itaque quibusdam ex genere nobilitatis suæ oritur. De ijs Oseas Propheta inquit: Gloria eorum à partu, ab vtero, & à conceptu. Hæc est vanitas quædam absque fundamento, maximè quando verã maiorũ nobilitatem, quę est virtus, minores nõ imitantur. Etenim si pater tuus per virtutem nobilis extitit, tu verò peccator es, hæc non gloria est, sed confusio tua.
7 Quid prodest esse filium alicuius nobilis, si ipse per se impius est? Si pomum est putridum, quid valet licèt ab arbore bona productum sit? Cum alieno oleo volebant fatuæ virgines lampades suas accendere, sed non eis profuit, quin potius ab sponso expulsæ fuerunt. Duo filij Aaron, quoniam alieno igne thura redolebant, statim miraculosè combusti fuerunt. Nullus igitur in aliena virtute aut nobilitate confidat: ipsam propriam habere contendat, nè ei contingat, quod virginibus fatuis & sacerdotibus illis euênit. Quam plurimæ sunt arbores, quæ spinas habent, & pulcherrimos fructus à se proferunt, nullaque ipsis ignominia est, à talibus arboribus ortos esse, nec ideò ipsos contemnere solemus, sicut odorem rosarum, quæ ex spinosis arboribus oriuntur, non parui facimus; & tandem à

Ioann. 5. *Isai. 14.* *Danie. 2.* *Matth. 23* *Osee. 9.* *Simile.* *Matth. 25* *Luc. 10.* *Simile.* *simile.*

terra

terra oritur aurum, sed non ideò ab hominibus parui penditur. Sic il- 8
li, qui ab improbis atque infidelibus parentibus oriuntur, si ipsi per se
boni sunt, nequaquam contemni debent; licèt enim quis genere nobi
lis non sit, sufficit tamen eum nobilem esse per virtutem, quæ est ve-
lut sapo, quo maculæ ignobilitatis extrahuntur. Quando Rex Da-
uid dixit se pugnam & certamen cum Gigante subire velle, quo-
niam in alijs multò maioribus expertus erat, qualia erant, vrsos ac leo
nes dilacerare, & ei ad pugnam subeundam data est facultas, post-
quam reportata victoria & mortuo Gigante reuersus est, Rex Saul
1. Reg. 17 ipsum interrogauit; Qua progenie es, ò adolescens, ac si vrsos leones-
que interficere, & Gigantem superare, ei pater eius dedisset. A paren
tibus hæc solum modò debilia corpora & mille miserijs plena accipi-
mus, Deus autem animas creat, vnde ipsis corporibus bonum, quod
habent, oritur & procedit. Non inficior tamen generis nobilitatem 9
Simile. esse rem excellentem, sed non, si sola est & absque virtute. Nam sicut
aurum & argentum metalla sunt nimis apta, vt in ipsis melius quam
in ferro aut in plumbo lapides pretiosi cælentur & sculpantur; sic no-
bilitas metallum est minis aptum, vt in ipsa quæcunque virtus cæ-
M. Tulli. letur. Marcus Tullius nobilitatem ceræ molli comparauit, quæ ad
recipiendum in se quascunque sigilli figuras dispositа est; sic nobi-
litas habet quandam dispositionem vt in ea quæcunque virtus im-
primatur. Ex eò autem quod homo nobilitatem absque virtute ha-
bet, oritur, vt ipse miserrimam vitam agat: inde enim pompæ in
anes & multitudo famulorum ac superflui sumptus, quibus se quo-
dammodo pignerat, oriuntur: si verò virtutem haberet, sumptus
iuxta possibilitatem suam metiretur, & sic dulcem ac suauem vi-
Marci. 15. tam ageret. De Sancto Ioseph sic ait Beatus Marcus: Ioseph ab Ari- 10
mathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, &
audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Cum quis no-
bilis est & simul cum hoc regnum Dei expectat multa præclara ope
ra edet. Quam plurimi nobiles ciues erant in vrbe Hierusalem, & nul
lus eorum præter hunc commotus est vt sacratissimum Iesu Christi
corpus postularet, quoniam nullus forte erat præter Sanctum Ioseph,
qui ita regnum Dei expectaret. Vidistis aliquando amatorem, qui
per totam integram noctem frigori & aquæ expositus stans inde-
fessè suo ensi incumbit, at verò domi suæ in lectulo non nisi qua-
tuor aut quinque culcitris & totidem ceruicalibus quiescere potest,
illuc verò omnes noctis ac temporis iniurias patienter perfert, limeq;

domus

11 domus suæ charissimæ suauissimam culcitram reputat. Quid huius rei causa est? Amor. O anima Christiana, si cælestem amorẽ haberes, si diligeres, & expectares æternam vitam, sicut ipsa meretur, quomodo omnes labores, & difficultates huius mundi libenter subires, & audacter perferres. Quoniam S. Iacob benedictionem Angeli expectabat, non multum sensit per totam integram noctem cum illo luctari. O vtinam tu, ò homo firma spe benedictionẽ Dei expectasses, qualiter cum vitijs luctareris, & te per totam noctem huius vitæ sanctis exercitationibus cõmitteres, audereſque cum angelis de sanctitate contendere. Ideo, S. Ioseph ausus est sanctissimum Christi corpus à Pilato petere. Qui hoc modo nobilis est, cum ipsa nobilitate non mouetur, vt superbiat, sed vt in republica virtutis sit exemplum. Alijs autem
12 superbia à dignitate, in qua cõstituti sunt, oritur. Nam sicut qui in locis altis ambulant, licet à nemine impellantur, ipsamet altitudo in causa est, vt euanescant, & sic incidant: ita sublimes dignitates homines prouocant, vt euanescant, & in superbiam incidant. Idcirco optime nobis Ecclesiasticus consulit dicens: Noli quærere ab homine ducatum, nec à Rege cathedrã honoris. Qui igitur in dignitatibus & honoribus sunt collocati oportet magno pere attendant, ne euanescant, & in superbiam cadant, & ex illa in infernum. Saul vir iustus fuit, & ita vt de eo dicat sacra scriptura: Erat Saul electus & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo. Postquam autem Rex factus est, superbus, inobediens, ac tyrannus extitit, & innocentẽ Dauid iniustè persequutus est. Dauid etiam, dum pauper fuit, & ab ipso Saule odio habitus, bo-
13 nus extitit, tantamque patiẽtiam habuit, vt cum ipsum Saul inimicum suum interficere posset, id facere noluerit: at postquam regnum obtinuit, & in prosperitate erat, Vriam seruum suum fidelissimum vita priuari iussit. Cùm pauper erat ei, qui morte dignus fuit, pepercit, in prosperitate vero eum, qui vitam optime merebatur, tyrannide necauit. Natura nostra adeo debilis & fragilis est, vt cum fauoribus, & etiã Dei sæpenumero deterior fiat, ipsis fauoribus abutens. Laudauit Christus Redẽptor noster beatum Petrum dicens: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus, qui in cælis est. Sed forsan hoc fuit illi motiuum, vt postea passionem saluatoris mundi voluisset impedire dicens: Absit à te Domine, nõ erit tibi hoc: ob

Simile.

Eccles. 7.

1. Reg. 9.

2. Reg. 11.

Matth. 16.

Matth. 16.

quod meritò à Domino grauiter teprehenſus fuit. Si ergo fauo- 14
ribus Dei tam male vtimur quid in nobis mũdi fauores efficiẽt?
Simile, Si coram imagine recẽter depicta fax incenſa ponatur, figuram taliter amittere videtur, vt minime videri poſsit an ſit imago nec ne: perfectio enim pennicilli, & colorum varietates nequaquam dignoſcuntur. Idem contingit homini, in quo Deus imaginem ſuam effinxit. Cùm enim ei ſplendor gloriæ mũdi ab ipſo Deo donetur, ille nitorem, gratiam, ac pulchritudinem amittere ſolet, vt vix imago Dei appareat, & ipſe homo ſe ipſum non cognoſcat. Quapropter quidam deuotus vir, curiali ſeu aulico homini dixit: Attende frater quôd non ſemper in curia vno vento naui gabis, aliquãdo enim à principe faueberis, aliquando vero mini me: cũ fauoris ventus flauerit, tu teipſum non cognoſces, & omnes te cognoſcere curabũt, at flante aduerſo fortunæ vento tu te 15
ipſum agnoſces: alij autẽ, nec notitiam tui habuiſſe videbũtur: vt
Chryſoſto. ſuper Ioan. plane videas quantũ alterũ alteri excedat. Idcirco B. Chryſoſtomus inquit: Superbia in nobis exiſtẽte omnis vita noſtra immũda fit, & ſi ſobrietatẽ, & ſi virginitatẽ, & ſi ieiuniũ, & ſi orationes, & ſi eleemoſynã, & ſi quodcũq; aliud perficiamus, omnes iſti colores pulchritudinem amittunt in animæ imagine, quãdo ſplendor fauoris humani in ea ſuperbiã generat. Quis ergo hæc audiẽs vitiũ tam abominabile magnopere nõ execratur, & cum Sãcto
Pſal. 35. Dauid dicit, Non veniat mihi pes ſuperbiæ, hoc eſt, Eripe me Dñe, ne ſaltim primus ſuperbiæ motus ad me accedat? Omnia, quæ hactenus dicta ſunt, occaſione huius hominis diximus, de quo in ſacro hodierno Euangelio agitur: qui maxima cum neceſſitate, & afflictione ad Chriſtũ Redẽptorem noſtrũ accedens in 16
modo, quo locutus eſt, ſuperbiã & elationẽ cordis ſui oſtẽdit. De
Matth. 8 leproſo ſic ait, B. Matthæus. Ecce leproſus veniẽs adorabat eum:
Matth. 15. & de Chananæa: At illa venit & adorabat eum dicẽs: Dñe adiua me. Et de muliere Zebedæi alibi inquit: Acceſsit ad eum ado-
Matth. 20 rans & petens aliquid ab eo. De alijs deniq; in ſacro Euãgelio dicitur, quôd ad Dominum acceſſerunt ipſum adorantes, de hoc vero in præſentiarũ inquit B. Ioãnes: *Abiit ad Ieſum & rogabat eum vt deſcenderet & ſanaret filium eius.* Non adorabat ſed rogabat, ac ſi cum altero minori quam ipſe erat, loqueretur, eiq; diceret: gratum mihi feceris, vt in domum meã te conferas. Vnde ei tanta ſuperbia, & inurbanitas orta eſt? Quia erat quidã Regulus. Super

quo

17 quo B. Chryſoſtomus ſic ait: Vocabatur Regulus, aut quia de genere regali erat, aut quia dignitatem aliquam principalem ſic vocatam habebat. Hi ſunt duo fontes, ex quibus, vt diximus, ſuperbia hominibus oriri ſolet, & ex eo quod ſuperbi ſunt, fit, vt in urbani atque elati erga proximos ſint. B. Petrus in ſua canonica nos ſic hortatur: Omnes inuicē humilitatem inſinuate, quia Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tēpore viſitationis. O cæleſtem doctrinā. Fœlices illi, qui eam corde amplectuntur. Contrarium eius mundus ac diabolus pater ſuperbiæ, & humilitatis inimicus ſuos docet eis perſuadens, vt progeniem, ex qua ortum trahunt, & magnitudinem, atq; amplitudinē maiorum ſuorum magnopere obſeruent, & quando alios fuerint
18 allocuti, eos tàm inurbaniter tractent, (hoc eſt, *Le echen vn vos, de tal manera.*) vt corda eorum amaritudine impleant. Hinc etiam oriuntur circumloquia, quibus vtuntur, ne eis, cum quibus agūr, dicāt, *Vueſtra merced, ò Vueſtra Señoria, buſcando para eſto mas perifraſes, y rodeos, y circunloquios, dele que pudo imaginar Deſpauterio.* Ex quibus atque alijs ſimilibus Sathanas quotidie non parum lucri reportat. At humilis ſeruus Dei his circumloquijs, id eſt, pundonores non vtitur, omnes venerabiliter, & vt decet alloquitur, quinimo quanto debilius, & abiectius eſt ſubiectum, cum quo agit, tanto ei maiorē honorē adhibet ad inſtar corporis humani, quod partes minoris nobilitatis magis honorat & exterius plus adornat. Atq; ita. D. Paulus inquit: Quæ putamus ignobiliora mēbra eſſe corporis, his honorem abundātiorē circumdamus: & quæ inhoneſta
19 ſunt noſtra, abundantiorē honeſtatē habent. Et ſuperbia magnatum, & principū mundi eò deuenit, vt etiā cum Deo ſuas regulas deteſtādas ſeruare velint. Atq; ita in eccleſijs ſtrata, ſedes reclinatorias, & puluinos genibus indulgentes habent, autoritatem ſuā, etiam còram Deo obſeruare volentes, nec ſe humiliare, aut inclinare volūt imitantes in hoc Michol regis Dauid vxorē, quæ ipſum reprehendit, quoniam coram arca Dñi ſaltauit dicens, non eſſe regiam dignitatem rebus tam infimis ſubdendam. O ſuperba mulier, quæ erga Deum grauitates mundi ſeruare volebat. Ideò ei ſanctus Dauid humiliter reſpondit, dicens: Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me, & ludam & vilior fiam pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis,

B. Chryſoſt. ſuper hūc lo.

1. Petri, 5.

1. Cor. 12

2. Reg. 6.

Significans in hoc, quod quantò quis altiorem dignitatis gradum obtinuerit eo magis coram Deo, qui ipsum in ea constituit se debet humiliare. Cuidam magnati, qui sibi thronum in domo Dei parauerat, Dominus per Isaiam prophetam dixit: Quia excidisti in excelso memoriale diligenter, ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, hoc est captiuus in Babyloniam duceris, ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, & ignominia domus Domini tui. O Domini mei cauete ne ob superbiã vestram super vos immensi Dei ira veniat, per veram pœnitentiam humiliamini, antequam furor eius vos absorbeat. 20

Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Omnis potestas ac diuitiæ, quas hic Regulus possidebat, non poterant filium eius à mortis imperio nec ipsum ab ea afflictione liberare. *Psal.32.* Vnde apparet quam bene meritò S. Propheta dicat: Non saluatur Rex per multam virtutẽ, & Gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Grandis profectò fallacia est, hominem in aliquo præterquam in Domino confidere. Id autem in quo homo inaniter spem suam collocat, hic equus vocatur: quoniam sicut eques in equo sedens in eius fortitudine ac veloci *Simile.* tate confidit, qua iter conficere indefesse & à periculis, quæ offerri possunt, liberati, & lammas transire, ac flumina taijcere valeat: ita mundanus in rebus mundi confidit, & in illis sedet. Sed equus iste fallax est, quoniam herum suum à se expellit & pedibus conculcat, & lassatum alium relinquit. Nam omnes res mundi non possunt homines ab afflictionibus oblatis in vita humana eripere. *Lucianus.* Sed (vt ait Lucianus) quemadmodum statua exterius depicta aurata, & composita, intus verò clauis, paleis, pice ac glutine plena est, sic principes ac potentes Reges licet foris aurati atque adornati appareant, intus quamplurimas sustinent molestias & afflictiones. Idcirco non immeritó Regum coronæ in summitate pinnas seu flores quosdam habent, qui non cõiuncti, sed separati alij ab alijs sunt, itavt inter florẽ & florem sit quidam posticus, (*Quede vn portillo.*) In quo significatur, quòd licet in regum statibus sint flores, deliciæ ac voluptates humanæ, non tamen vna voluptas adeò iuncta est alij, nec vna consolatio ita alteri adhæret, vt molestiæ & angustiæ locum non inueniant, quo in ipsorum Regum corda ingrediantur: nam verè ac 21 22

reipsa

re ipsa inter florē & florem sunt postici, per quos in eos intrant, (vt aiunt, *à montones,*) amaritudines labores ac molestiæ.

Hic cum audisset, quia Iesus veniret à Iudæa in Galilæam, abyit ad eum, & rogabat, vt descenderet & sanaret filium eius. Perpendite verbum illud, Cum audisset, in quo denotatur hunc hominem noluisse occasionem amittere, quinpotius animaduertens opportunitatem eundi ad Dominum, statim illam arripuit. Maxime oportet homines tempus & bonam occasionem capere, vt inde vtilitatem educant. In quo maxime deploranda est hominum miseria, siquidem tot occasiones, quot modo habemus ad Dominum eundi, & ab ipso singularia dona ac beneficia obtinendi facile amittimus. Quo circa meritó nos D. Paulus hortatur dicens: De 1. Tes. 5.
temporibus & momentis fratres non indigetis, vt scribamus vo-
24 bis: ipsi enim diligenter scitis, quia dies Dñi sicut fur in nocte ita veniet: cum enim dixerunt, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. O efficacissima, verba & velut gladio acuto humana corda penetrantia. Vos (inquit S. Apostolus) ò fratres charissimi prudentes esse cogito, qui non solum tempora annos, menses, dies, horas, atque etiam momenta male non consumetis, sed omnia in mortis vestræ præparationem dispendetis: quæquidem tanquam latro veniet. Mortem appellat latronem, tum quia furatur nobis id quod melius in hoc mundo habere possumus, videlicet, vitam & merendi opportunitatem: tum etiã, quia venite solet, quãdo miser homo se magis securũ esse pu-
25 tat, & tunc dolores eius erunt ad instar parturientis. Et hoc est, quod ait Apostolus, quòd in illa die improbis repentinus superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis. Hoc est: Exibunt animæ eorum à corporibus omni bono nudæ & destitutæ, vt in æternis flammis crucientur. Eia peccatores, quid agitis? Quomodo nõ cõtremiscitis, hæc sancti Apostoli stupenda verba audientes? Quare ex opportunitate, quã nunc habetis, cõmodũ nõ educitis? Si sicut ego vobis modo prædico, & vos ad pœnitentiã voco: Deus me in infernum adibi prædicandum mitteret, & voce sonora velut præco sic clamarẽ: Iubet omnipotentissimus Deus & misericordiarum pater, vt omnes, qui pœnitentiam agere voluerint, illam faciant; & sceleribus suis remedium adhibebitur.

Quid obsecro maledicti illi agerent? Sed quid non agerent, vt ab 26
iilis æternis supplicijs liberarentur? Qui in peccato mortali estis
& iuxta præsentem iustitiam ad æternas flãmas damnati, animo
concipite, vos iam in terribili illo infernorum igne crudelissima
tormenta pati, siquidem absque dubio, si scelera vestra nõ depo
nitis, quam citissime ibi eritis. Et simul etiam animo concipite,
quòd postquã in inferno fuistis, vobis hæc libertas, quã nunc ha
betis, concessa est, & ab ipsis gehennæ faucibus ad agendã pœni
tentiam extracti & educti estis, facite ergo, obsecro, id quod tunc
omnicum diligentia faceretis. Vnusquisque vestrum consilium
Eccle. 14 Ecclesiastici capiat, qui sic ait: Memor esto, quoniã mors nõ tar-
dat. Et paulo inferius: Ante obitum tuum operare iustitiã, quo-
niã non est apud inferos inuenire cibũ. Omnis caro sicut fœnum
veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Arbor vi 27
ridis est homo, dum gratiam diuinam habet, sanctarum intentio
num ramis adornatus, foliis bonorũ verborum, ac floribus sancta
rum cogitationũ, & fructibus bonorũ operum oneratus, qui si in
hoc statu ab hac vita discederet, viridis ac pulcher in æternum re
maneret: sed per peccatũ ita fœdatur & arescit, vt ad nihil aliud
deseruiat, nisi vt per mortẽ abscissus in perpetuas inferni flãmas
Ioel. 1. arsurus mittatur. Hanc ariditatẽ, & sterilitatem optime prophe-
ta Ioel depinxit dicens: Residuum erucæ comedit locusta, & re-
siduum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit
rubigo. Hi quatuor vermiculi, qui viridem arborem corrodere
solent & arefacere, quatuor peccatorum genera insinuant, quæ
animæ virtutem euertunt, arefaciunt, & labefactant. Eruca fo-
liũ comedit, locusta fructus, bruchus, id est (*Elpulgon,*) corticem 28
exteriorem, & rubigo, id est, (*Carcoma,*) interiorem medullam,
Ideò eruca, quæ corpore reptat, luxuriam significat: quoniam
appetitus sensualis hominem continuo reptare facit, & cogita-
tiones in cælum erigere prohibet. Hic omnem spiritualem viri-
ditatem consumit, corpus marcescere facit, & amissionis bonæ
æstimationis causa est. Locusta, quæ pedes habet, & ambulare
non vult, & expeditas alas non habet & aduolare contendit, vt
statim in terram incidat, superbiam, & inanẽ gloriam designat,
quæ fructũ bonorum operũ edit & corrumpit. Bruchus, qui ma
iorẽ ventrem quam totũ corpus habet, gulam denotat, quæ effi-
cit, vt homines sint velut venter, de quibus D. Paulus dixit. Quo

rum

29 rum Deus venter est. Hæc corticem destruit, videlicet, diuitias, ægritudines in corpore generat, præter alia spiritualia damna, quorum ipsa est causa. Rubigo, quæ medullam edit, auaritiam insinuat, quæ interiorem cordis quietudinem corrodit, vt, videlicet, homo ad ea, quæ bona sunt, nequaquam attendat. Et his malis miser velut arbor arida remanet, dispositus quidem vt in æternum ardeat. Est ne hic aliquis, qui hæc in se damna sentiat? Ego per viscera Iesu Christi eum oro, & contestor, vt siquidem modo opportunitatem habet, eis remedium adhibeat. Ne prætermittas, obsecro, frater talem occasionem: ante mortem tuam operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum.

Hic cum audisset, quia Iesus veniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad
30 *eum, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius, incipiebat enim mori.* Attendite, quæso, quo medio, & quibus modis benignissimus Dominus hunc hominem attraxit, videlicet, per filij eius ægritudinem. O infinitam bonitatem Dei, qui omnes vult, & omnes quærit, alios vno modo, alios autem alio pro necessitatis cuiusque ratione: alios quidem per labores attrahit, alios vero per fauores & delicias.

Sed dicet aliquis, ô pater, video vicino meo omnia ex animi sententia euenire, mihi verò quotidie mille casus, & infortunia contingunt. O frater ea est Dei prouidentia: nam si illum per asperum iter laborum duceret, forsan cum impatientia periret, te autem si per flores & suauitates duceret, tui obliuiscereris: vt igitur alterum impatientia, alterum incuria liberaret, vobis diuersi-
31 mode p'rouidet. Incolæ ciuitatis Iericho ad Prophetam Eliſæũ 4. *Reg.* 2.
de aquis illius vrbis conquerentes venerunt, dicentes illas insipidissimas esse: at sanctus Propheta sal in illas proijciens ipsas sapidas reddidit. Postea vero filij prophetarum ad eundem Prophetam accesserunt dicentes: Mors in olla vir Dei, & hoc ideò 4. *Reg.* 4.
dicebant, quoniam olla, in quam herbas agrestes nomine colocyntidas infuderant, amarissima erat, & cibum, quem in ipsa coxerant, edere non poterant: at Sanctus Propheta parum farinæ misit in ollam, & statim non fuit amplius quidquam in ea amaritudinis. Animaduertite obsecro, quàm diuersa sunt sal, & farina, & Sanctus Propheta hoc fecit, vt diuersis medijs, diuersa remedia applicaret: ollæ namque

insipidæ cum farina remediū adhibuit, aquis vero cum sale. Sic 32
Deus homines sanat, alios quidem farina, alios verò sale, hoc est,
alios cū fauoribus & delicijs: alios vero laboribus & infortunijs.
Scriptū etiam in sacra pagina reperimus, Deum cuidā cęco adhi
Tobiæ, 11 bito felle: alteri vero adhibito melle sanitatem tribuisse. Tobias
enim cum cęcus esset, cuiusdā piscis felle sanatus est, De Ionatha
1. Reg. 14. verò filio Saul, sic sacra refert historia. Extēdit summitatem vir
gæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauū mellis, & conuer
tit manū suam ad os suū, & illuminati sunt oculi eius. O admirā
da Dei artificia, & quā diuersis medijs hos duos cæcos illumina-
uit. In quo significauit varios modos, quibus obcæcatos peccato
Soph. 1, Treno. 4 res sanat. Loquēs propheta Sophoniasde peccatorib⁹ sic ait: Am
Simile. bulabūt, vt cęci, quia Dño peccauerūt. Et alibi, Errauerunt cæci
in plateis. Quēadmodū cęci vno è tribus remedijs in suum cōmo 33
dum vti solent, alij enim secum afferunt puerum, quo ducuntur
alij canem ligatum, alij baculum in manibus: sic peccatores in-
star cæcorum duci solent. Cæci peccatores, qui à pueris ducun-
tur, sunt plurimi Ecclesiastici. Cum enim aliquis eorum pue-
rum, videlicet, consobrinum, aut fratrem habet, ipsum redditi-
bus ecclesiasticis replere contendit, eique regressum ad canoni-
catum seu ad pinguē præbēdam omni diligentia quærit. Istisil
Michæ. 3 lud prophetæ Michęæ dici potest: Audite hæc principes domus
Iacob, qui omnia recta peruertitis, qui ædificatis Siō in sanguini
bus, propter hoc causa vestri Sion, quasi ager arabitur, & Hieru-
salem quasi aceruus lapidum erit. O terribilem cōminationem,
in qua ostenditur, quòd propter hos abusus & simoniacas inuen
tiones plurimorū ecclesiasticorum Christiana respublica iusto
Dei iudicio multis in locis passa est detrimentū. Alij cæci sunt, 34
qui canibus ducūtur. Hi sunt litigatores, & qui iurgia ac conten-
tiones quærunt. Magna profecto cæcitas est, numos vestros ac
vitas in prætorijs maxima cum amaritudine & afflictione con-
sumere. Nolumus dicere, illicitum esse ei, qui ius habet litigare:
Eccles. 28. sed dicimus lites multorum peccatorum causam esse. Idcirco spi
ritus sanctus quēlibet nostrū peculiariter admonet: Abstine te
à lite, & minues peccata. Vos igitur, litigatores cæcos reputo,
eo q leges ac modos procedēdi in vestris negotijs ignoratis. O pa
rer vide quid dicas, ideo ego aduocatū, procuratorē, & scribam ha
beo, qui me in lite ducunt. Gaudeo frater si quidē te tigisti quod

ego

35 ego dicere cupiebã. Isti igitur sunt canes cæcorũ. O aduocati, ò procuratores, attẽdite quòd aliqui ex vobis sunt velut canes famelici cæcorũ, qui cum intelligãt aliquos litigatores iustitia carere, litẽ nihilominus admittũt, caueant sibi, & attendãt se sub pecato mortali obligari, testibus & decretis operã dare, an lis sit admittẽda, nec ne: quod si nõ faciunt, ad restitutionẽ eorũ, quæ in lite cõsumũtur, obligantur. Canis, qui cæcũ ducit, videns os aut frustũ panis cò tendit, cæcus autẽ existimans se in ecclesiã ire, ab ipso cane in præcipitiũ ducitur, vbi caput miserrime confringit. O aduocati, procuratores, & scribæ, *Que si es vntan las manos*, statim cauillationibus, & faudibus vtimini, procurator ignauus fit, & lis amittitur, scriba vero debitas testium interrogationes integre non facit: & sic estis velut canes cæcorum, *Que se vantras el hueſſo.* *Simile*

36 Hos maledictio illa, quã Dominus in Deuteronomio dedit, comprehendet: vbi dicitur, Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere. Alij cæci à baculo ducuntur: hoc est, alij sunt, qui in republica muneribus semper fungi volunt, & baculos ideſt, virgas iustitię in manibus portare. O ambitio si quam cæci estis? Quis vos ducit? Lignum dignitatis, virga iustitiæ, quam habere contenditis. Hos igitur cæcos Deus sanare solet, alios quidem melle, hoc est fauoribus, eis honores, salutem, ac diuitias præbens, alios verò felle, eos paupertate ignominiaque afficiens, vt sic vtrique pœnitentiam à suis sceleribus agentes ab ipsis deterreantur. Vt autẽ Dominus huic Regulo remedium adhiberet, ex his duobus itineribus non viam fauorum & deliciarũ, sed laborum & afflictionum sumit. In quo significatur, quã difficile sit diuitem ac potẽ- *Deut. 27*

37 tem curare, eumque ad diuinum amorem perducere, siquidem oportet ipsum per viam timoris &, supplicij ad pœnitentiam ducere. Satis corruptum, & (vt aiunt) fistolatum est vulnus, quando ignis cauterio indiget. Cùm S. Daniel somnium Nabuchodonosor explicuit, elaborauit sanctus vir ipsum verbis dulcibus & suauibus conuertere ei dicens: Quam ob rem Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Ipse autem plus superbire, & tumescere cœpit, eique respondit: Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, & in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Beatus Hieronymus super Esaiam prophetam inquit: Babyloniam vrbem fuisse magnitu- *Simile.* *Dani. 4* *B. Hiero. super Isai.*

dinis triginta duarum leucarum per circuitum: & ex hoc super- 38
bo Regi tanta præsumptio oriebatur, vt putaret, nullam potentiã posse tantã vrbẽ euertere, & solo æquare. At dũ in hæc superbissima verba prorũpebat, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex: regnũ tuum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua, fœnũ quasi bos comedes, & septẽ tẽpora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominũ, & cuicunq; voluerit, det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnũ vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectũ est, donec capilli eius in similitudinẽ aquilarũ crescerẽt, & vngues eius quasi vngues auiũ. Rex iste, qui dul cibus sancti prophetæ verbis se ad Dñm cõuertere noluit, magnis laboribus & afflictionibus à Deo missis cõuersus est. Atq; ita 39
cõuersus dixit: Nũc ego Nabuchodonosor laudo & magnifico, & glorifico regẽ cæli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius
Isaiæ.26 iudicia. Ideò S. Isaias inquit, Indulsisti genti Dñe indulsisti gẽti: nũquid glorificatus es? Quasi dicat, nõ ideò, quia duros & obstinatos peccatores laboribꝰ & afflictionibus nõ oppressisti ipsi ad te cõuertentur, imo addit: Elõgasti omnes terminos terrę, hoc est, quãto magis vltionẽ dissimulas, tãto ipsi se à te auertunt: Dñe in angustia requisierunt te. Et paulo anteà dixerat idem prophe ta: Misereamur impio, & nõ discet iustitiam. Ideſt, si ego indulgentia, & misericordia erga impium vtor, nunquã ipse addiscet
Prouerb.11. bonus esse. Idcirco in Prouerbijs dicitur: Prosperitas stultorum
B. Aug. ser. perdet illos. Atq; ita B. Augustinus explicans illa verba Exodi,
48. de tẽpo. Indurauit Dominus cor Pharaonis, interrogat, quomodo illũ in 40
Exod. 9. durauit, & respondit, Induratio nõ proficiscitur à Dei potentia cõpellẽte, sed Dei indulgẽtia generatur: quoties enim ipse Deus Pharaonẽ aliqua plaga percutiebat, tũc ille emolliebatur: sublata vero indurescebat per malitiã suam: vt plane videatis, quã efficacia sunt Dei flagella ad dura corda conuertẽda. Quid igitur de nobis erit, fratres mei, qui cum tot tantaq; flagella à Domino ac
Ieremi.5 ceperimus, quotidie deteriores sumus. De Hebræis. S. Ieremias sic ait: Percussisti eos & non doluerunt, attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas super petrã, & noluerunt reuerti. Hic est vnus ex magis periculosis statibus, ad quẽ miseri peccatores peruenire possunt. His enim Dominus

per

41 per Isaiam prophetam dicit: Super quo percutiã vos vltra adden *Isaiæ.1.*
tes prævaricationẽ? Et in Hebræo habetur, alme, ideſt, ad quid percutiam vos vltra, ſiquidem ad me conuerti non vultis, quin potius magis vos ipſos peruertitis? Manete ſic obdurati in æternum. Deus nos à tam ſeuero ſupplicio eripiat. Pertimeſcamus fratres, ne Dei vltio ſuper nos cadat, ſiquidem fortaſſe illa magis digni, quam Hebræi ſumus. Quanuis autem Deus nos, vt flagellat, non flagellaret, tamen videntes qualiter tot regna fidem Romanæ Eccleſiædeſeruerint, & ſe in tam nefarias hæreſes immerſerint, à noſtris ſceleribus conuerti debemus, ne ſicut illi à Domino relinquamur. De hoc Deus olim loquens de regno Iudææ per prophetam Ieremiam conquerebatur dicens: Et vi- *Ierem.3.*
dit prævaricatrix ſoror eius Iuda, quia pro eo quod mœchata eſ
42 ſet aduerſatrix Iſrael, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellũ repudij, & non timuit prævaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abijt, & fornicata eſt etiam ipſa, & facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram. Vellet Dominus, vt ſupplicio, & repudio, quod Iſrael (videlicet decem tribubus, qui in Samaria erant) tribuerat, omnis Iudea pertimeſceret ne ſibi aliud ſimile eueniret, ſed quia in alieno capite ſapere noluit, ſeuerè etiã punita fuit. Heu heu fratres, quid proprius nobis his infœlicibus temporibus dici poterat? ò Angeli glorioſi, ò Seraphici ſpiritus diuino amore inflammati, vtinam è cœlis huc deſcenderetis, vt rem hanc angelicis & Seraphicis linguis vt oportet, amplificaretis. O diabolicam cæcitatem. Ferendum ne eſt, quod videamus ſupplicia, quæ potentiſſimus Deus in Germania, Vngaria, Bohemia, atq; in Gallia in-
43 tulerit, & quomodo eos in pœnã ſuorum ſcelerũ in tot abominationes atq; errores incidere permiſerit, & periculo alieno non ſapiamus, quin potius in eiſdẽ peccatis, quę anteà cõmiſimus, perſiſtamus, & abſq; timore & pudore alia longè deteriora tã impudenter perpetremus, ac ſi contra Deum ligneum aut lapideũ, qui nec videt, nec audit, nec ſentit, delinqueremus? O ſtulti, ſtulti, ſtulti, Deus vos reſipiſcere faciat, vt tantum malum animaduertatis, & illud omni cura & diligentia vitare curetis.

Incipiebat enim mori. Homo iſte Dominum adiuit, cum iam omnia humana remedia quæ ſiuerat, & hanc diligentiã adhibuit *2. Chryſoſt. ſup. hæc verba.*
(vt ait D. Chryſoſto.) licet abſq; fide & de filij ſui ſalute deſperans, ne cũ hac moleſtia & anxietate remaneret, videlicet, quòd omnem

omnem posibilem diligentiã non adhibuerit: quæ quidem con- 44
tra nostram incuriã, & negligentiã est quædam aspera reprehen
sio. Magna profectò miseria est, videre qualiter ad corporalia ne
gotia nullum lapidẽ relinquimus, quem non moueamus, ad spi
ritualia vero quæcunq; diligentia licet parua sit, nobis magna vi
Similia. detur. Quis nõ esset sanctus, si tantam curam ac diligentiam in
comparanda diuina gratia & virtute, quantam adhibet in adi-
piscenda salute corporali, adhiberet? Quis non esset diues, si tam
facile corporales diuitias, sicut spirituales consequi posset? Quæ
mulier non esset pulchra si tanta facilitate corporalem pulchri-
simile. tudinem sicut spiritualem obtinere posset? Dicite mihi, ô domi
næ, si ad hanc vrbem medicus veniret, qui fixis in angulis vi-
corum, & platearum schedulis hortaretur fœminas, vt illa: quæ
ex vetula fieri vellet adolescentula, & ex nigra alba, & ex lip- 45
posa pulchra oculis, pergat in domum talem, & ibi remedium
inueniet, quæ vestrum remaneret, absque eo quod illuc perge-
ret? Qualiter adinuicem vos inuitaretis? Qua diligentia numos
quæreretis ad tribuendum illi medico? Qualiter denique illuc
omnes conflueretis? Et quædam medico diceret: Domine da mi
hi faciem albam, colorem rubicundum, dentes albos ac propor
tionatos: alia vero diceret, Da mihi frontem ampliorem, collum
altius, & manus delicatas, &c. Qua lætitia & quo gaudio in do-
mos vestras rediretis medico ipsi bene precantes? Vobis igitur
Matth. 11. annuntio perquam excellentem medicum è cælo venisse, qui
schedulas figit dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & one
rati estis, & ego reficiam vos. Seruate obsecro fratres & sorores
huius cælestis medici schedulas, vulgo, *Receptas*, quæ sunt di- 46
Simile. uina eius præcepta, & angelos Dei pulchritudine æquabitis.
Sicut per quindecim dierum spatium, *Con vuestras hieles y mieles*,
Delibutæ estis, vt vna die pulchræ videamini: ita parum vitæ,
quod vobis restat, antiquos mores cõmutate. Vngite vos felle
pœnitentiæ, & suaui orationis melle iugum sanctissimi Euan-
gelij vestris humeris imponentes: & his vnctionibus pulchrio-
res sole apparebitis in illa die, quo omnes, vel bonorum ope-
rum præmium accipient, vel deprauatorum dignissimas pœ-
nas dabunt. Sed cum spiritualia non ita diligamus, sicut cor-
poralia, vereor certè, ne hoc, quod vos moneo, facere nolis-
tis. In sacro Leuitici volumine legimus, fuisse in sanctuario,

quod-

47 quoddam particulare pondus seu statera, qua res ipsius Sanctua- *Leuitic. 5.*
rij ponderabantur: nolebat enim Deus, vt communi Reipublicę
statera, quæ non tam subtilis & delicata erat, appenderentur. Ita
que in lege veteri res sanctæ statera communi non appendeban
tur, nec profanæ subtili statera sanctuarij pōderabantur. In quo
significatum est, Deum velle vt tam in rebus ad suum seruitium
& cultum pertinentibus, quàm in illis, quæ ad vitam humanam
pertinent, cum mensura, & statera viuamus, Y *que aya peso para*
lo vno y para lo otro. In Sapientia enim dicitur: Omnia in mensura, *Sapient. 11.*
& numero, & pondere disposuisti. Sed oportet, habeamus duo
pondera, alterum subtile, quo spiritualia & diuina appenda-
mus, alterum verò non ita delicatum, quo corporalia ponderemus. Videbitis hominem, qui quoniam filium aut amicum ami
48 sit, aut aliud ei accidit infortunium, adeò tristis est, vt nullo mo-
do lętitia affici possit, si autem mortaliter peccauit, & Deum ami
sit, non tristatur, quin potius ridet, & sicut anteà contentus est.
Videbitis alium, qui vt aliquam rem huius mundi consequatur
neque comedit, neque dormit, nec diu ac noctu quiescit, vt au-
tem crimina sua confiteatur, & conscientiā purget, existimat in
illis sufficere cogitare, dum confessor vocatus è cella descendit.
Vnde hoc oritur? Profectò ex eo quia res huius sæculi subtili pō-
dere appendunt, res verò diuinas pondere non subtili. Qui ta-
lia agunt, longè aliter quam appēdendum sit, ponderant. Iccircò
S. Dauid ait: Mendaces filij hominum in stateris. Ne igitur fra- *Psal. 61.*
tres mei res vestras falso pondere appendatis: & ita illa, quæ dig-
na sunt, vt quærantur, maxima cum diligentia & affectione in-
49 uestigabitis.

Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.
Quod perinde est ac si diceret: Vsq; adeò adamātini cordis estis
vt verbis meis credere nullatenus velitis, nisi portenta coram vo
bis patrarim. Illorum autem fiducia mihi gratissima est, qui nu-
do sermoni nullis miraculis confirmato credunt. Vbi notādum
est, quod signa miracula sunt communia, prodigia verò miracu-
la maiora. In miraculo autem duo sunt, vnū quidem id quod fit,
& hoc excedit facultatem naturæ, & ob id miraculum dicitur.
Aliud est propter quod fit, videlicet, ad manifestandum aliquid *D. Tho. 2.2*
supernaturale, & ideò dicitur signum seu prodigium, quasi pro- *q. 178. arti.*
cul aliquid ostendens, vt egregie D. Thomas docet. O Christe *1. ad 3.*
man-

manſuetiſsime agne & Deus totius conſolationis, qui conſolaris affli-
ctos in omni tribulatione ſua? Qualiter Domine tam aſperè reprehendis hunc hominem, qui tanta cordis ſui anguſtia à te ſolaminis cauſa venit? Cum filius eius morti appropinquabat, (quo quidem tempore parentes nec per horæ momentum à filiorum capite diſcedere ſolent) tunc ipſe eum deſeruit, & bonam itineris diſtantiam ad te quærendum confecit, & diligenter ambulauit: quæ omnia non parua ſunt fidei ſigna: & tu Domine ità eum tractas? Scitote, fratres mei, eſſe quædam peccata viſibilia, alia verò quæ non videntur: quædam ſtatim apparent eſſe peccata, alia quæ bonis apparentijs contecta & occulta ſunt. Exempli gratia, adulterari, furari, interficere, blaſphemare, peccata quidem ſunt viſibilia, & facilè cognoſcuntur. At vero cum quis ſub ſpecie iuſtitiæ iram ſuam exercere, & iniuriam ſibi illatam vlciſci vult; aut ſub habitu Sancto ambitioſe honores ac dignitates intendit, vel cum ſub ſpecie eleemoſinæ ſuos turpiſsimos appetitus cum paupercula virgine aut miſera vidua explere contendit, hæc ſanè & alia ſimilia peccata ſunt occulta, quæ non niſi à Deo & ab ipſo committente conſpiciuntur. Hæc flagitia curatu difficillima ſunt. Atque ita vbi nos legimus, qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia ſua, perficit malum; alij tranſtulerunt, Perficiet malum; & ſic etiam legit venerabilis Beda: in Hebræo vero habetur, Perfecit malum. In qua temporum differentia ſignificatur, nimia in peccato aſsiduitas & perſeuerantia eius, qui ex propoſito ſuo intellectui libertatem præbet, vt male cogitet, ſiquidem ait, perfecit, perficit, & perficiet malum. Si igitur vna duntaxat improba cogitatio tantam in homine ſtragem facit, eſtque tam difficilis curatu, (vt dicat hìc Spiritus Sanctus, Mordens labia ſua perficit malum, vbi denotatur, quòd vix impius libertatem habet ad peccatum ſuum relinquendum) quid obſecro, efficiet quædam deprauata intentio, quæ nimis continuatur? hoc enim ſignificat, Mordens labia ſua perficit malum. Inter cauſas autem, ob quas hoc malum tam difficilè curatur vna eſt quia nec proximus nec prælatus ei medicinam aliquam adhibere poſſunt, quippè cum occultum & ſecretum ſit. Quapropter maximè conducit, nos ab his inuiſibilibus peccatis auerti. Huiuſmodi erat iſtius Reguli peccatum, qui

50

51

Prouer. 16.

Beda.

52

quoad

53 quoad exterius fidem habere videbatur, eam tamen nequaquam habebat, quoniam Christum saluatorem nostrum verum Deum esse, qui ægrotos absentes sanare poterat, & mortuos resuscitare minimè credebat, iccirco à pijssimo magistro tanta seueritate reprehensus fuit. At vt erat potens & in Republica præcipuus reprehensionem ferre non potuit, & ita de illa non curans dixit: *Domine descende priusquam moriatur filius meus*. Loquens Diuus Paulus cum iustis eis inquit: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo. Quandò medicus scire vult, an homo omninò mortuus sit, pulsus eius, brachia, ac tempora ipsius tangit, sentiens autem ibi nullum esse motum, absolute ait: Mortuus est hic homo. Sic inter signa ad cognoscendum, an quis ex numero horum mortuorum
54 sit, de quibus Beatus Apostolus hic agit, hoc vnum singulare est, videlicet, Si cum pulsus eius tanguntur, nullus motus est in eis. Si enim alicui pulsus honoris tangatur, aut cupiditatis, aut voluptatis, & ipse nullo modo ad hæc mouetur, signum euidens est, eum mortuum esse mundo & viuum Christo. At inter tactus, id est, *Toques*, qui hanc mortificationem magis ostendunt vnus est aspera reprehensio. Si enim quis seuere increpetur, & ad iram vel indignationem non moueatur, quin potius illud patienter perfert, euidens profectò est signum, quod mortuus est, & vita eius cum Christo abscondita. Sed proh dolor, quis est hic, & laudabimus eum? siquidem ferè omnibus hæc salutaris medicina amara est, sed magnatibus & potentibus huius sæculi multo magis amara, vt pote qui amplius cum
55 illa exasperantur & indignantur, & ideò perpauci sunt qui eos efficaciter increpare audeant. Opus fuit vt Sanctus Isaias Regi Ezechiæ duas prophetias prædiceret, quarum altera bona nuntia continebat, & hanc per quosdam nuntios ei nuntiauit, vt ex eodem Sancto Propheta patet: vbi sic dicitur: Misit Isaias ad Ezechiam dicens: Hæc dicit Dominus de Rege Assyriorum, non intrabit ciuitatem hanc & non iaciet ibi sagittam, &cæt. Altera verò reprehensionem continebat, & qualiter ipse bonis, quæ famulis Regis Babyloniæ ostenderat, spoliandus erat, & hanc ipsemet propheta ei proprio ore nuntiauit, existimans nullum alium, ei hoc quod magnæ reprehensionis ac veritatis erat, audacius quam se posse nuntiare

Colossen. 3.

Simile.

Isaiæ. 35.

Isaiæ. 39.

O serui Dei attendite mundum esse corruptum & deperditum eo quod vix est, qui veritatem prædicet, & vitia, vt oportet, carpat. Animum concipite, & Dei honorem totis viribus tueri contendite: ipsum obsecrate, vt vobis vires, robur, atque animum præbeat ad omnia conuitia, quæ in vos ob hoc conijci possunt, tolerãda. O qualem animum & pectus Sanctus Helias habebat, quando execrando regi Achab dicenti sibi, Tu nec es ille, qui conturbas Israel? ille ait: Non ego turbaui Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. O Deus infinitæ maiestatis præbe obsecro tuis prædicatoribus spiritus feruorem, vt cum magnatibus huius mundi hac sancta libertate vtantur. Nam cum ipsi sint, qui suis deprauatis exemplis vrbes respublicas, ac regna perturbant, tamen dicunt, concionatores tuos suis reprehensionibus ea conturbare: eis Domine patientiam concede, vt has omnes contradictiones æquo animo patiantur.

56 3. Reg. 18.

57

Sed iam ratio ipsa postulat, vt attentius quid pijssimus Iesus huic Regulo dixerit, auscultemus. *Vade*, inquit, *filius tuus viuit*. O summi numinis stupendam clementiam, quis admiratione raptus saluatorem non ardentissimo diligat affectu? Quis inquã adeò rudis est, qui diu noctuque pietatem eius & mansuetudinem non laudet? Sane cui paulò anteà seueritatem ostenderat exprobrans eius incredulitatem, statim afflictum summe consolatur, incolumitatem filio morienti impendens. Cùm primo Regulus hic à Domino postulauit, ab ipso reprehenditur & obiurgatur, cum verò secundò petijt in oratione perseuerans ei quod desiderabat conceditur, vbi perseuerantia defectum fidei eius suppleuit. Satis apertè hic ostenditur, quantum ad inclinandam diuinam misericordiam perseuerantia valeat. De liberalitate nostri magni Dei inquit Beatus Apostolus: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Iccircò nos idem Apostolus inuitat dicens: Sine intermissione orate. In quo nos docet quantum conducit assiduaoratio ad obtinenda singularia beneficia ab illa superna liberalitate. Et ipse Dominus postquam apud Diuum Lucam dixit, Oportet semper orare, statim parabolam iudicis adiecit dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem nõ reuerebatur. Vidua autem quędam erat

58 Roma. 11. 1. Thess. 5. Luca. 18

in

59 in illa ciuitate, & veniebat ad eum dicens: Vindica me de aduersario meo, & nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens suggillet me. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit, Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Aduertite quæso fratres quam impari exemplo nos cælestis magister ad orationis fiduciam, & perseuerantiam inuitat, dum se ipsum iniquissimo iudici comparat. O ineffabilem Dei pietatem, qui cum ipse sit summa bonitas, cum extrema iniquitate se componit. Si se carnis nostræ parentibus compararet, quem-
60 admodum apud D. Lucam dixit, Si vos cum sitis mali nostis *Luc. 11.* bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se? quantum enim ipse cælestis pater patres carnis nostræ superat bonitate, tantum etiam paterna erga ipsos superat charitate. Potuisset etiam se vel alicui magnifico principi, vel certe cuiuis homini, qui non esset ab humanitatis affectu alienus comparare. Sed his omnibus prætermissis se ipsum cum iniquo iudice componit, vt mirabilem perseuerantiæ, atque fiduciæ virtutem clarius ostenderet, quæ non quemuis hominem, sed iniquissimum etiam hominem ab omni religione, & humanitatis affectu alienum (vt pote qui neque Deum, neque hominem reuerebatur) impulit, vt postulata concederet. Si ergo sic se cum importuna vetula inhu-
61 manus ille, atque impius iudex gessit, quid quæso summa illa, & immensa bonitas non faciet? Quid non donabit, cum electi eius filij die ac nocte ad illum clament? Si enim tantum præstitit iudicis iniquitas, quid infinita Dei bonitas? Si eo vsque processit iniquitas hominis crudelis, quò peruenier diuina largitas? Si ille viduæ, quam contemnebat, perseuerantia victus est, quid ille faciet continuis filiorum suorum precibus excitatus? Quid non faciet rogatus, qui tam multa beneficia in genus humanum contulit non rogatus? Quid non faciet in gratiam iustorum, qui tam multa propter salutem pertulit peccatorum? Non video fratres quo alio argumento cælestis magister orationis perseuerantiam, & diuinæ miserationis fiduciam potuerit

commendare quam cum secum iniquo iudice comparare digna 62
tus est. Sed quoniam non satis hanc tantam Domini dignationem explicare scio, vos ipsi eum deprecamini, vt qui hac similitudine misericordiam suam vobis declarare voluit, eius vim aperire dignetur. Illud autem dissimulare non possum quôd quisq; nec hoc argumento conuictus aut in fiducia diuinæ miserationis nutat, aut orandi perseuerantiam parum ad impetrandum conferre putat, (quod dictu nefas est) eo ipso opere misericordiæ parentem hoc iniquo iudice deteriorem, & crudeliorem facit, quippèqui non præstet, quod inhumanus, & crudelis iudex præstitit. Quod cuius blasphemiæ sit, facilè ipsi cernitis. Oremus ergò fratres, & in oratione perseueremus, & fidenter oremus: nunquam enim hoc frustra faciemus.

Hac pijssima Domini responsione audita nõ nihil confirmata 63
est Reguli fides, quod sequentia verba docent, scilicet, *Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus & ibat*. O summi Dei indulgentissima largitas, pro salute filij adipiscenda adijt Iesum Regulus & salutem animæ suæ quamquam immeritus sibi conciliauit. Ex ijs, quibus homo magis indiget, est fides, quoniam cum eius fœlicitas in visione Dei sita sit, ad hanc visionem homo deuenire nequit nisi per modum addiscentis à Deo Doctore. Vnde
Ioan. 6. saluator ait, Omnis, qui audit à patre & didicit, venit ad me. Omnis autẽ talis addiscens oportet credat, vt ad perfectam scientiã
D. Tho. 2. 2. q. 2. artic. 3. ad. 3. perueniat, sicuti egregie D. Thomas docet. Et ità ait Philosophus, Oportet addiscentem credere. Quapropter hoc, quod Dominus huic Regulo beneficium contulit, dum eum fidei luce illuminauit, singulare fuit. Est autem maximè ponderandum 64
artificium, quò sacer Euangelista hanc historiam prosequitur, qualiter huius adolescentis patrem varijs nominibus appellat. In primis enim eum Regulum nuncupauit, generis eius nobilitatem ac dignitatem insinuans; aliud quippe in eo præter hoc laude dignum non inuenit. Postquam verò ipse credere cœpit, hominẽ vocat, dicens, *Credidit homo*. Iam eum regulum nequaquã nominat, neq; etiam hominẽ, cum infra dixit, *Credidit ipse, & domus eius tota*: Quando de eius fide ac bono exemplo, quo tota ipsius familia credidit, agit, nullam mentionem facit de munere, quo fungebatur, nec de nobilitate ipsius. Vbi enim de virtute & christianitate agitur, nulla ratio originis aut proauorum, nec

mune-

65 muneris in republica habiti habenda est. Hoc eodem artificio vsus est Euangelista Lucas, qui de beata Martha loquens, inquit: Mulier quædam Martha nomine excepit illum. Non ait, Soror illius nobilissimi Lazari domina quædam ab illustribus originem trahens excepit illum: sed ipsam per fidem & virtutem nominat, quam in credendo & excipiendo Iesum Christum domi suæ magna cum deuotione habuit. Hæc tanta res est, vt nullus pluribus egeat ad sui generis nobilitatem amplificandam. Sed, proh dolor, nunc omnis ratio dignitatum & titulorum habetur, & nulla aut saltim parua de virtute. Non hæc doctrina est, quam cælestis magister nos docuit. Dequo B. Damascenus sic ait: Quando filius Dei in cruce mori & expirare voluit, non humeros à cruce nec manus & pedes à clauis separa-
66 uit, sed tantum modò suum sacratissimum caput à regio titulo seiunxit, vt nos doceret, veros seruos eius debere honores atque humanas pompas & dignitates fugere, ignominiasque ac dedecora, libenter amplecti. Inquit etiam B. Ioannes, Credidit homo, vt significaretur, quòd ille, qui in Iesum Christum redemptorem nostrum non credit, nomine hominis nequaquam dignus est, sed brutum potest appellari. Nam (vt sacra scriptura inquit) Deum time & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Quod perinde est ac si dicat; Qui Deum timet, eiusque sanctam legem adimplet, is tantũ homo appellari meretur. Hæretici verò & omnes infideles more iumentorum viuẽtes iumẽta merito dicuntur. De quibus propheta Ioel ait: Computruerunt iumenta in stercore suo.

Luc. 10.

B. Damasc.

Eccles. 12.

Ioel. 1.

67 *Iam autem eo descendente serui occurrerunt ei & nuntiauerunt ei dicentes, quia filius eius viueret.* Interrogabat ergo horã ab eis, in qua melius habuerat. Ex hoc infertur (vt B. Chrysostomus perpendit) hunc hominem verbis Iesu Christi perfectè non credidisse, siquidem interrogauit de hora, in qua filius sanatus fuerat, vt videlicèt certior fieret, an per virtutẽ Dñi puer salutẽ cõparasset.

B. Chrysost.

Postquã autẽ ei dictũ est, *Quia heri hora septima reliquit eũ febris, cognouit quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota.* Beatus ille, qui sic ad Dñm accedit, & tãto seruore ei inseruit, vt suo bono exẽplo familiã suã ad idẽ faciendũ prouocet. Cõtẽdite ergò fratres mei tales esse, qui nõ solũ domesticos vestros, sed omnes vicinos virtutẽ doceatis veriſsima est enim illa

Eccles.10 Ecclesiastici sententia, Qualis rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Quod si feceritis non tantum ob vestra bona opera, sed ob illa, quæ propter vestrum bonum exemplum alij egerint, afficiemini præmijs æternæ gloriæ, ad quãnos perducat Iesus Mariæ filius, Amen. 68

In eadem Dominica. XX.

post Pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Ioan. 4. 1

REGES Certissima est, Deum propter iustorum preces & orationes multa dona tam spiritualia, quàm corporalia ijs, pro quibus ipsi deprecantur, communicare. Multa huius rei in sacra pagina extant exẽpla, inter quæ illa, quæ in præsentiarũ referã, singularia sunt. Quando Angelus ille (vt in sacra Regum historia dicitur) tanquã diuinæ iustitiæ minister populum Israeliticum peste grauissima percutiebat, Dominus ei dixit: Sufficit nunc, contine manũ tuam. Non autem ob id Angelus cessasse legitur, sed statim inferius refertur qualiter sanctus Dauid orauerit dicens: Ego sum, qui peccaui, & ego inique egi, vertatur obsecro manus tua contra me. Ad quam orationem sanctus Rex solenne sacrificium Domino oblatum adiecit, & protinus addit sacer textus: Cohibita est plaga ab Israel. O rem admirandam. Voluit Dominus vt Angelus potius orationi iusti quàm præcepto suo obediret. Admirabile etiã huius veritatis testimonium est, quod in sacra pagina de prophe ta Helia narratur, quod & B. Iacobus refert. Qui postquã dixit, Multum valet deprecatio iusti assidua, statim addidit: Helias homo erat similis nobis passibilis, & in oratione orauit, vt non pluret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex: & rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suũ. Quorsum, ò sancte Apostole, siquidem referre volebas, qualiter

2

2.Reg.24

3

3.Reg.17.

B.Iacobus in sua cano.5.c

3 ter per orationem huius Sancti prophetæ Deus hominibus in il
la tanta necessitate subuenit, mentionem simul facis, quod etiã
per preces, quas Domino fudit, multo tempore cælum nõ pluit?
Hoc B. Apostolus inquit, vt nos doceret, quantum Deus iusto-
rum voluntati sit alligatus, & quam efficaces eorũ orationes sint
coram ipsius diuino conspectu. Cum autem Deus sit magis pro-
cliuis ad conferenda bona, quã vt ipsa auferat, plus efficacia ora-
tionis Sancti prophetæ ostensa est in obtinendo quod prius po-
stulauit, videlicet, ne plueret, quam in obtinẽdo quod posterius
postulauit, videlicet, vt plueret. Huius etiã veritatis testimoniũ
præbet D. Ioannes dicens: Qui scit fratrem suum peccare pecca- 1. Ioan. 5.
tum non ad mortem, petat & dabitur ei vita. Peccatum ad mortẽ
est illud, in quo aliquis moritur, peccatum vero nõ ad mortẽ est,
4 quod aliquis commisit & posteà tempus habuit pœnitendi de
illo, & pro hoc inquit S. Apostolus: Si iustus deprecatus fuerit
dabitur ei vita. Atque ita Deus amicis Sancti Iob dixit. Ite ad ser
uum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis. Iob seruus
meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis impu
tetur stultitia. Ex hac cælesti doctrina sequitur, quam salutare sit
homines iustorum qui in hoc mundo viuunt orationibus com-
mendari. Quod si iusti, qui in carne mortali viuunt nobis co-
ram diuino conspectu fauere possunt, securius profectò debe-
mus sanctorum, qui in cælo sunt, opem & auxilium implorare,
siquidem certiores & securiores sumus de eorum gratia, at-
que acceptatione, quam erga Deum habent. Et quoniam Theo-
logorum sententia est, beatos ibi maiori amore quam cum in mũ
5 do erant nos diligere eo quod ex visione Dei, qua fruuntur, per-
fectior in eis eiusdem Dei amor generatur, quam qui in hoc mũ-
do ex fide producitur. Ex perfectiori autem Dei amore oritur
etiam perfectior erga proximos amor. Super quod velim etiam
notetis, quod vt B. Dyonisio placet, amor chori superioris si cũ in- D. Dionysius
feriori cõparetur, est velut circumferentia cũ suo centro cõparata. de cælesti hie
Atq; ita dum nos Angeli & sancti chori infimi magnopere dili- rarchia.
gũt, multò magis nos Archãgeli & sancti, qui cũ illis sunt in cho-
ro superiori diligũt, & multo magis Throni: & sic ascendẽdo de
choro in chorũ vsq; ad supremos Seraphin, multiplicãdo semper
amorẽ quo ipsi nos plus cęteris inferioribꝰ prosequũtur. Ex quo
res quædã maximæ consolationis cordibus nostris sequitur. Vi-

delicet, quod ſicut ſacratiſsima virgo Maria Domina noſtra ſu- 6
per omnes cæleſtes Hierarchias in cælo ita exaltata eſt, vt ipſa
per ſe nouam ac ſingularem hierarchiam efficiat. Sic amor, quo
nos cuncti Seraphin & perfectiores ſancti diligunt, ſi cum amo-
re huius ſuperne imperatricis conferatur, eſt velut centrum ter-
ræ cum circumferẽtia ipſius & omnium cælorum comparatum.
Cũ hoc igitur ita ſit, licet magna fiducia orationib⁹ vniuſcuiuſq;
beati nos commendare poſſumus, multò tamen maiori huius ſa-
cratiſsimæ Dominæ matris miſericordiæ opem & auxilium im-
plorare debemus. Quod autem ſancti in patria magnam de no-
2. Mach. 15 bis curam habeant, euidenter probatur ex illo Machabæorum:
vbi de propheta Ieremia iam mortuo ſic dicitur: Hic eſt fratrum
amator & populi Iſrael, hic eſt, qui multum orat pro populo, &
vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. Vnde bene D. 7
D. Hieron. Hieronymus ait: Si Apoſtoli & martyres adhuc in corpore mor
contra Vigi tali conſtituti, quando pro ſe debent eſſe ſoliciti: pro alijs orant,
lantium. quantò magis poſt coronas victoriaſque & triumphos? Vberius
D Tho. 2.2 etiã hoc D. Thomas pertractat. Et hæc eſt vna ex cauſis, quę red
q. 83. ar. 11. di ſolent, quare Deus voluit, vt corpora ſanctorum in terris vſ-
Apocal. 6. que ad vniuerſalem reſurrectionem manerent. Vnde D. Ioan-
nes in ſua Apocalypſi ſicait: Vidi ſubtus altare animas interfe-
ctorum propter verbum Dei & propter teſtamentum, quod ha
bebant, & clamabant, voce magna dicentes: Vſquequo Domi-
ne ſanctus & verus non iudicas & non vindicas ſanguinem no-
ſtrum? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis,
vt requieſcerent, adhuc tempus modicum donec compleãtur cõ
ſerui eorum & fratres eorum. Sancti in gloria vltionẽ non poſtu 8
lant: Quoniam dum in hac vita erant, cum eorum charitas mi-
nor erat, quam nunc eſt, pro inimicis ſuis deprecabantur. Sed
quoniam ſciunt, Deum in illa die de impijs & tyrannis ſuppli-
cium eſſe ſumpturum, vt dicerent, Domine cur non appropin-
quat iam iudicij dies? hoc dicunt per effectum, quem die illo ipſe
facturus eſt. Et his verbis ſignificatur deſideriũ, quod iuſti in cęlo
habent vt iudicium vniuerſale celebretur, & omnium mortuo-
rũ reſurrectio appropinquet, vt, videlicet, in ea corporibus ſuis
gloria tribuatur: nunc enim ſtolas ſimplices habent, hoc eſt glo-
ria in animis tantummodo fruuntur. Quia vero ſciunt iudicium
vniuerſale non eſſe celebrãdum, quo vſque electorum numerus
adimplea-

9 adimpleatur, ſciuntque corpora ſua vſque ad id tempus non eſſe glorificanda, hoc eis præter amorem quo nos proſequuntur, ſingulare incitamentum eſt, vt pro nobis ad Dominum efficaciter deprecentur: quantò enim plures ſancti extiterint, tantò citius vniuerſale iudicium, atque reſurrectio corporum appropinquabit, & tantò citius ipſi integre glorificabuntur. Hæc omnia diximus occaſione ſumpta ex hodierni ſacri euangelij hiſtoria, in qua agitur, qualiter quidam homo nobilis ad hunc cæleſtē cō ſolatorem Ieſum Chriſtum filium Dei maxima cum afflictione cordis ſui acceſſit, & ſibi fidem obtinuit, ſuo autem filio ægroto ſalutem. Si enim hic ſine fide accedens tam multa à Domino Ieſu Chriſto adeptus eſt, quid iuſti plenī charitate non conſequentur.

10 Ait igitur ſacer textus: *Erat quidā Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cū audiſſet, quia Ieſus veniret à Iudæa in Galilæā abijt ad eum* Conſtituit pijſsimus Dñs Iudæam propter malitiam atque ingratitudinem Phariſæorum deſerere, & in Galilæam pergere vbi & magno honore habitus erat, & eius ſacratiſsima doctrina libēter audiebatur. Loca quærebat pijſsimus Ieſus in quibus homines ipſum honore afficerēt, non quia honoris cupidus erat, ſed quia bonum animarū magnopere exoptabat. Et quoniam ſi ipſe non eſtimaretur ab hominibus, à ſalutifera eius doctrina illi vtilitatē non educerent, ideò volebat honorari & magnifieri. Et hoc fuit myſterium, quare cùm in medio illorū ſanctorum patrū teſtamēti veteris, videlicet, Moyſi & Heliæ, & in conſpectu triū principaliū Apoſtolorum transfiguratus & glorioſus eſſet, Pa- *Matth. 17.*

11 ter æternus protulit illa verba: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. O admirabile myſteriū. Quomodo hæc vox nō audita fuit, quādo ſanctiſsimus Ieſus in præſepe Bethlehem inter duo animalia frigore tremebat, aut quādo inter duos latrones in cruce pēdebat? Nūquid pater æternus tu es ſicut alij patrētes, qui cū filios pauperes & ignominia affectos vidēt, eos filios negant, & dicunt: Hic filius meus nō eſt, ſi autem diuites & proſperos aſpiciunt, ſtatim ſe iactant dicentes: Hic eſt filius meus? Quare ergò, ô Pater æterne Ieſum Chriſtum cum glorioſus & honore condecoratus erat, filium fateris? Huius rei cauſam eſſe dico, quoniam ibi æternus pater ei gradum doctoris & magiſtri tribuit, id eſt, *Gradum le de Docter*, dicens:

Ipsum audite: & ideo tunc eum voluit autoritate confirmare, & 12
filium suum charissimum nuncupare, affirmans omnia sibi in
eo gratissima esse. In quo docuit, quod, vt doctrina eius in ho-
minum cordibus operaretur, & fructus faceret, oportebat, vt fi-
lius eius naturalis crederetur, atque vt talis ab hominibus hono
raretur, atque in magna haberetur veneratione. Ob defectū hu-
ius rei sacratissima eius doctrina non multum in Iudæa proficie
bat. Ideò ipse Iudæis dixit: Vos inhonorastis me: vbi alij transtu
lerunt, vos inhonoratis me, & sic est etiam in contextu Græco
& in translatione Syriaca. Vbi significatur, qualiter execrandi
illi & maledicti homines Regem gloriæ ignominia & dedecore
afficere nunquam defecisse cantur. Hoc velim magnopere euan
gelicos concionatores adnotare, vt, videlicet, bonis operibus &
sanctis exemplis in populis nomen & autoritatem acquirere cu 13
rarent, non propter id, quod eos tangit, sed propter audientium
S. Gregor. vtilitatem. Nam (vt ait B. Gregorius) cuius vita despicitur, restat
vt eius prædicatio contemnatur. Dum autem Christus Repara-
tor noster ex prouincia in prouinciam, & ex vno loco in alium
ambulabat, significauit, Ecclesiam suam atque fidem ex regno
in regnum & ex prouincia in prouinciam esse transituram,
Buscando reputacion y estima. Fuit Ecclesia & fides in Palæsthina: &
quoniam ibi in honore & in æstimatione, vt decebat, habita non
fuit, in Græciam atque in alia plurima regna & prouincias se trā
stulit, in quibus per multos annos resedit, & ibi magnis honori-
bus afficiebatur, multis operibus & multis virtutum exercitijs.
Quoniam autem illarum regionum homines honorem illum fi-
dæi & Ecclesiæ tandem non tribuerunt, ideò indè translata est, 14
atque ita experientia videmus quam plurima regna, quæ ob sce
lera sua sine fide remanserunt. Qua propter, fratres, siquidem fi-
dem, ex vno in alium locum migrare conspicimus, eam detine-
re contendamus, & sanctis exercitijs atq; operibus charitatis hono
remus. Simus charitate incensi, pacifici, casti, mansueti, & om
nium virtutum generibus adornati: & hoc modo fides à nobis
non discedet: quia (vt ait Regius propheta) Intellectus bonus om
nibus facientibus eum. Hoc est: Illi bonum intellectum in rebus
Psalm. 118. diuinis habebunt, qui se in Dei obedientia exercuerint sanctā
eius legem obseruantes: & sicut cum perseuerantia Sanctarum
exercitationum diuina gratia augetur, ita fides magis corrobora-
tur.

15 tur. Ita D. Paulus illis contigiſſe teſtatur, de quibus ait: Et nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, vbi alia translatio habet: Et nos in Chriſto Ieſu credidimus, & ſic eſt in contextu Græco, & ſic legit etiam Beatus Hieronymus. Vbi denotatur perſeuerantia in fide eorum qui in principio primitiuæ Eccleſiæ credebant, & qualiter in eis diuina gratia augebatur: nam hic, vt iuſtificemur, ſignificat, in eis gratiam & iuſtificationem creuiſſe, ita vt quotidie in fide firmiores & conſtantiores redderentur. *Galat. 2.*

Vt ergò Regulus audiuit, quia Ieſus venerat à Iudæa in Galilæam abijt ad eum. Perpendite quomodo ipſemet ad fontem pietatis Ieſum Chriſtum Redemptorem noſtrum venerit, vt ab eo auxilium in ſua neceſsitate imploraret.

16 Plurimi ſunt, qui etiam ſaluationem per alienos labores lucrari velle videtur, & dicere ſolent, Pater in tuis orationibus me Deo commenda, ipſi autem ex parte ſua nullam volunt adhibere diligentiam. Id quidem bonum eſt fratres, nec ego reprobo, ſed oportet, vt vos ipſi ad Dominum accedatis & ab eo fauorem poſtuletis. In vitis patrum legitur quidam monachus adoleſcēs alium ſenem vitæ ſanctitate præſtantem precibus obſecraſſe, vt ipſum Deo commendaret, quoniam grauem tentationem patiebatur. Licet autem ſenex ſanctus adoleſcentem in ſuis orationibus Domino inſtanter commendabat, nunquam ille apud ſe aliquid proficere ſentiebat. Conſiderans verò ſenex venerandus cauſam illius rei fortaſſe ignauiam & incuriam adoleſcentis fore, ei hoc ſingulari modo ſignificauit. Volentibus igitur
17 ambobus iumentum quoddam caniſtris onerare, vt in vrbe venderentur ſuſtentationis gratia, adoleſcens ex parte ſua pro viribus laborabat, vt onus iumento imponeretur, ſenex, verò nihil adiuuabat. Cui adoleſcens dixit: Eleua pater, eleua ex parte tua, quoniam licet ego ex mea pro viribus laborem, niſi tu etiā adiuues, nunquam iumentum onerabimus. Ah, fili mi, inquit Sanctus ſenex, hinc intelliges cauſam, ob quam nullum leuamen hactenus ſenſiſti, licet ego tuis importunationibus omni cura & ſolicitudine te Domino commendauerim, & quoniā ex parte tua debitam diligentiam non adhibuiſti, remedium non obtinuiſti. Et ſanctus frater Ægidius noſtri ordinis circa hoc in hunc modum dicere ſolebat: Si pro comperto haberetis, eſſe

in agro quodam quam plurimos lapillos pretiosos, contenti nè 18
essetis alium deprecari, vt pro vobis gemmas illas tanti valoris colligeret? Minimè profectò: quin potius omni cura & solicitudine illas proprijs manibus colligere studeretis. Cùm igitur Deus sit campus abundantissimus plurimarum diuitiarum, non debemus esse contenti alios obsecrare, vt pro nobis in illo infinitos thesauros colligant, sed vnusquisque curare debet, colligere etiam per se quantum potuerit. Animum ergo concipite,
Psalm. 33 fratres. Accedite ad eum, (vt ait Sanctus Dauid) & illuminamini & facies vestræ non confundentur, maximè, quia idem
Matth. 11. Dominus nos inuitat dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. O Christe Reparator vitæ, & amor dulcissime nostrarum animarum, si hæc tua non essent verba, quis tam magnis promissis credere posset? Tu Do 19
mine è cælis in hunc mundum venisti, vt nos exonerares, & ipsa onera tuis humeris imponeres. Benedictum sit os tuum, & benedicta lingua tua, qua tam sancta & gloriosa verba locutus es, qualia sunt: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. Res quidem magna ponderatione digna est, clementissimum Iesum in probatica piscina vnum tantummodo sanasse; in domo Pharisæi vni duntaxat, videlicet, Mariæ Magdalenæ peperciſſe, ex omnibus adulteris vnam solum, quã Iudęi lapidare volebant, defendisse, ex latronibus vni tantum dixisse, Hodie mecum eris in paradyso, ac deniq́ue ex omnibus diuitibus soli Zachęo dixisse, Hodie salus Domini huic facta est, eo quod & ipse sis filius Abrahæ, in his autem verbis, Venite ad me omnes, cunctos vocat, & neminem expellit, vt 20
omnes ad eum confugiamus. Accedite ergò, fratres, ne tepescatis: ipse enim expectans vos apertis & extensis brachijs inuitat: nam qui in horto Gethsemani eis, qui ipsum apprehendere volebant, obuiam exijt, sine dubio illos, qui ei seruire volunt, amplectetur. Hanc occasionem ne amittatis, sicut Regulus iste non amisit, sciens Dominum à Iudæa in Galilæam venisse. Sic
2. *Corinth.* 6 nos Beatus Apostolus admonet dicens: Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Hic obseruandum est, Sanctum Apostolum per antonomasiam vocare opportunitatem, quam ad agendam pœnitentiam & ad consequendam diuinam misericordiam habemus, gratiam Dei. Et quod hic sit verus ac legi-

timus

81 timus huius loci sensus ex eo patet, quia statim adiecit: Ait enim, scilicet Deus, tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Meritò quidem tempus hoc Euangelij gratia Dei nuncupatur, quando quidquid erat in thesauris diuinæ misericordiæ in terram effusum est. Et iuxta hunc sensum explicari possunt verba illa eiusdem Apostoli, scilicet, videte ne quis desit gratiæ Dei, quasi diceret: Imitamini nautarum morem, qui, vbi secunda spirare aura cœperit, protinus à litore soluunt, & vela ventis permittunt, & vectores vel paululum morantes deserunt, ne opportunitatem illam ferò rediturā prætermittant. Sic vos opportunitatem, quam habetis, quæ est singularis gratia Dei, apprehendere contendite, nec in vobis diligentia desit, hoc enim est diuinæ gratiæ deesse. Postquam autem dixit, 82 videte nequis desit gratiæ Dei, subiunxit: Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, nempè, hanc diuinam gratiam. Radix amaritudinis germinans innumera peccata, est pigritia, ignauia, & inordinatus sui ipsius amor, quo homo per voluptates & delicias huius mundi se diffundit: & hoc impedimento est, quatenus ipse à tempore sibi ad agendam pœnitentiam concesso vtilitatem non eliciat. Euellite itaque fratres per immensam Dei charitatem, euellite à cordibus vestris hanc maledictam & execrandam radicem, & sic diuinæ gratiæ non deeritis. *Hebr. 12.* *Similis.*

Abijt ergo Regulus ad Iesum, & rogabat vt descenderet & sanaret filium eius. Ex diligentia, qua homo hic de salute filij sui curauit, 83 inducimur aliquid de amore parentum erga filios, & de obligatione filiorum erga parentes tractare. Amor parentū in filios nimis efficax esse solet: præcipua autē huius amoris ratio est, quod cū natura, hoc est, naturę conditor & moderator nō deficiat in ijs quę ad humanā vitā conseruandā necessaria sunt, (erat autē maximè necessarium, vt parentes filios diligenter educarent, eosque ab iniurijs teneræ ætatis vindicarent) nihil ad hoc naturæ autor commodius facere potuit, quàm ardentissimum prolis amorem in parentibus generare: hoc enim vno naturæ beneficio satis superq; huic educationis officio cōsultum erat: nimis enim fortis est amor & ad labores perferendos potens. Ideo D. Bernardus ait: In eo quod amatur, aut non laboratur, aut etiam *B. Bernard.*

ipse

ipse labor amatur. Sed oportet sciatis in sacra Scriptura pro bene- 24
ficio & benedictione Dei reputari & recenseri filiorũ multipli-
Psalm. 127 cationem. Atque ita postquam S. Dauid dixit, Beati omnes qui
timent Dominum, qui ambulant in vijs eius, paulò inferius ad-
didit: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filij
tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ: & conclusit
dicens: Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. Et in
Num. 24 Numerorum volumine benedicẽs Propheta Balaam populũ Is-
raeliticũ dixit: Et semen illius erit in aquas multas, vbi alia tran-
slatio habet: In gẽtes multas, sumpta metaphora ex eo quod quẽ
Simile. admodum semen, quod iuxta aquas est, fructum valdè multipli
cat: sic populus ille per diuinã gratiã erat multiplicandus. Quod
si donum & beneficium Dei est filiorũ multiplicatio, præcipua
eius causa est propter efficacissimam occasionem, quæ parenti- 25
bus prębetur, vt plurima merita in instruendis & docendis filijs
Simile. virtutẽ & sanctitatem tam verbis quã operibus acquirant. Tene
ra namq; ætas instar speculi est, quod omnia ea repręsentat, quæ
sibi obijciuntur. Paruuli enim, qui nihil per ætatem nouerunt,
hoc, natura ipsa docente faciunt, quod parentes facere vident, ad
quorum imitationem ipse illos amor impellit. Hinc intelligetis
quicũq; patres estis, quãta obligatiõe astringamini corã filijs ve
stris & loqui & viuere sanctissimè: Id enim facillimè in eorũ cor
1. Oecon. c. 3 dibus imprimetur. Vnde Aristoteles inquit, filiũ erudire esse pa
Simile. tris, sicut nutrire matris. Quemadmodum enim viscera terræ au-
rum & pretiosos lapides proferunt, sed impolitos & rudes, quos
postea artifex limat, & sua opera perficit: sic patris studio incum
bit filios à matre genitos & editos erudire, nascuntur enim velut 26
indigesta materia, apta tamen vt miram virtutum varietatem
& pulchritudinem suscipiant. Arbores, cum teneræ sunt, ligare
Similia. soleamus, & alicui fulcimento adhærere facimus, vt, videlicet,
cum rectitudine crescant: equis etiam, cum parui sunt, fræna adhi
bemus, vt in posterum ipsi effrænati nõ sint: aues deniq; in nido
capimus, & in caueas, vt domesticæ fiant, includimus. Sic paren-
tes filios suos à pueritia docere & educare debent, vt postea man
sueti, humiles, culti, & Deum timentes sint. Postquam B. Paulus
excellentias sacrosancti Euangelij & admirabiles effectus, quos
Roma. 1. in mentibus operatur, recẽsuit, protinus adiunxit: Iustitia enim
Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. In quo docuit, diuina sacri

Euan-

27 Euangelij myſteria minores à maioribus & prouectioribus eſſe docendos. In quo, ſi parentes euigilarent, non tot eſſent in filijs quot ſunt, miſeriæ: & ſi ſenes & ætate prouecti honorem Dei atque vtilitatem proximorũ zelarent, non eſſet tanta, ſicut hodie videmus, in adoleſcentibus diſſolutio. Quemadmodum enim rota, ſi magno impetu ab aliquo moueatur, poſteà licet qui eam mouebat, ceſſet, ipſa per ſe mouetur, ab impetu mouentis impulſa: ſic adoleſcens ſi in pueritia doctrina boni parentis aut boni magiſtri edoctus fuit, licet poſtea hæc doctrina ceſſet, ipſe per ſe ad bonum mouetur vi atque impetu doctrinæ præteritę. Sed, proh dolor, & quam magna confuſio eſt videre curam ac diligentiam, quam parentes in acquirendis diuitijs, & in inquirenda corporali ſalute filiorum adhibent: at verò in acquirenda eorum ſa- *Simile.*

28 lute ſpirituali ignaui ac negligentes ſunt. In ſacra ſcriptura Deus ciuitatem Hieruſalem, cum in ea doctrina deficiebat, comparat teneræ puellæ, quæ inter barbaros orta eſt, & in eam nullum beneficium ex ijs, quæ infantibus quando naſcuntur fieri ſolent, collatum eſt, quin potius in terram magno cum deſpectu, & contemptu proiecta fuit. Pater (inquit) tuus Amorrhæus & mater tua Cethæa, hoc eſt, parentes tui, & maiores tui erga te velut crudeles barbari extiterunt. Quando nata es, aqua non es lota, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui. Hoc eſt, non fuerunt oculi, qui tibi compaterentur. Videntes te tanta neceſsitate oppreſſam, & à refrigerio atque auxilio, quod recenter natis impendi ſolet, omnino priuatam. Sed proiecta es *Ezech. 16.*

29 ſuper faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die, quando nata es: tranſiens autem per te vidi te conculcatam in ſanguine tuo. O terribilem crudelitatem, & æternis ſupplicijs dignam. Quomodo non contremiſcitis omnes, qui filijs veſtris ac ſubditis remedium non adhibere, eoſque de ſpiritualibus damnis curare non laboratis, intelligentes hac comparatione ab ipſo Domino propoſita vos erga illos crudeliores, quam lingua humana explicare poteſt, extitiſſe. Siquidem ergo, ò fratres, vilia & abiecta veſtrorum filiorum corpora ita diligitis, multò magis vos eorum animas oportet diligere, quæ tanti valoris ſunt vt filius Dei pro illis vitam profundere non recuſauerit. Quj autem ex vobis parentes habetis, maximo eos amore proſequimini.

mini, siquidem illum eos tot vijs, & rationibus debetis. 30
Eccles. 3. Vbi nos legimus, Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, in contextu Græco habetur, Qui diligit Patrem, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis. Hoc est, qui in aliquod malum propensus fuerit, diligat Patrem suum, & postulet à Deo, vt ab illa improba inclinatione, & à peccatis, quæ cum illa perpetrat, liberetur, & Deus illud ei concedet. Quare autem noster interpres Deum pro Patre posuit? Quoniam Pater vester, est Deus vester. Si igitur sacra scriptura iudices Deos appellat: eó quòd dominium super homines habent, iure etiam parentes Deos appellare poterit, siquidem tantum dominium super filios habent, & ipsi eis tam promptam debent obedientiam. Atque ita idem Ecclesiasticus statim inferius inquit: Qui timet Deum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet ijs, qui se genuerunt, in opere & sermone, & in omni patientia. Sed heu, & millies heu, & quæ tam ampla materia se se nobis hic offerebat, vt quam plurimas lacrymas profunderemus, videntes quam pauci sunt filij, qui hoc modo parentes suos honore afficiant, & quam multi sunt, qui non solum eos non honorant, sed ipsos ita affligunt, vt à domibus suis exulare faciant. O miseri homines, vt quid non pertimescitis iram Dei pro tanta ingratitudine? quin aduertite quod Spiritus sanctus circa hoc dicat, vt sic contremiscatis, 31
Prouer. 19 & in meliorem vos frugem recipiatis. Qui affligit Patrem, & fugit matrem, ignominiosus est, & infœlix. Et in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica habetur: Qui affligit patrem & fugat matrem, ignominiosus est, & infœlix. Vbi denotatur, 32
quod non solum ille, qui matris conspectum fugit, sed etiam ille qui talem vultum ei ostendit, & talibus operibus illam commouet, vt eam fugere faciat, ignominiosus est, & infœlix. O quam multi casus, & infortunia quotidie illis eueniunt, qui tam horrendum scelus perpetrare audent: & inter illa vnum est Deum permittere, quòd filij eorum eis non obediant, sicut ipsi parentes suos non honorarunt. Mater Salomonis ipsum monuit, vt à mulieribus caueret, & pauperes magnopere consolaretur. Ne dederis, inquit, mulieribus substantiam tuam. Da-
Prouer. 31. te siceram mœrentibus, & vinum ijs, qui amaro sunt animo. Quoniam autem matri suæ non obtemperauit, mulieres illum

euer-

33 euerterunt. Et ipſe Salomon conſulens filio ſuo Roboam, & dicens ei, Fili mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis, (hoc eſt, caue ab adulatoribus) Domino permittente ſicut matri ſuæ non obtemperauerat, ſic à filio ſuo non eſt auditus: qui, quoniam adulatoribus fidem adhibuit, maiorem ſui regni partem amiſit. Prou. 1.

Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia videritis non creditis. Hæc verba aſperitatem quandam præ ſe ferre videntur, quæ Regnli incredulitatem arguunt. Fructus odoriferus licet folijs arboris contegatur, ipſe ſe per odorem, quem è ſe emittit manifeſtat: fructus verò mali odoris, licet folijs arboris contegatur, ipſe etiam ſe illo malo odore manifeſtat. Sic virtus & peccatum ſunt. Nam virtus, licet iuſtus eam folijs humilitatis ope- Simile.
34 rire contendat, ipſa vt eſt odorifera ſe ipſam oſtendit: peccatum verò, cum ſit abominabilis odoris, quamuis ille, qui illud perpetrat, ipſum contegere ſtudeat, ſuo malo odore ſe detegit, ſiue per os, ſiue per oculos, aut alios ſenſus corporales: ſicuti huic homini contigit, qui ſuo proprio ore incredulitatem, quam habebat in corde, propalauit Dominum orans, vt deſcenderet, & ſanaret filium eius. Quæ quidem incredulitas ipſi Domino adeò moleſta erat, vt aduerſus diſcipulos ſuos exclamando dixerit: O generatio incredula, quandiu apud vos ero? Quandiu vos patiar? Hæc obiurgatio perlucide declarat, quanto maior ſeruatori noſtro animarum quam corporum cura ſit, qui non corpora, quæ, velimus nolimus, paulò poſt interitura ſunt, ſed immortales animas curaturus aduenerat. Regulus namque de fi- Marci. 9.
35 lij morbo, Dominus verò de patris infidelitate ſolicitus erat, vt pote qui bene nouerat, quantò morbus hic grauior erat, & pernicioſior, ideò eum prius ab infidelitatis morbo, quàm filium à febri curare cœpit, cum ait, *Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.*

Sed hic non leuis inſurgit quæſtio, qua ratione incredulitatis arguitur Regulus, cum ſimili modo archiſynagogus laboranti filiæ ſalutem à Domino petierit, dicens: Veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet: aduerſus quem nihil Dominus aſpere reſpondit, ſed cum eo benigne profectus ipſum etiã in fide vacillantem in itinere confirmauit? Noli timere, (dixit ille,) crede tantum, & ſalua erit. Cur igitur in tam ſimili cauſa tanta Matth. 9.

in

in responsione disparitas est? vterq; salutem petebat, & vterque 36
præsentiam Domini necessariã esse, & credebat, & postulabat.
Nullum hic discrimen intercedit, nisi quòd alter filio, alter filiæ
salutem implorabat. Cur ergò Dominus illi obsequitur, cum eo
descendit, & nutantẽ confirmat & consolatur, ad hunc verò neq;
venire voluit, & eum verbis grauissimis exacerbauit? Quis pro
dignitate huic quæstioni respondere potest? O quam meritò D.
Roma. 11. Paulus inquit: Quis cognouit sensum Domini, aut consiliarius
eius fuit? Hoc igitur in loco fatendũ est aliquid aliud, vel in fide,
vel in oratione, vel in humilitate alterius fuisse, quod nos legen-
tes non videmus. Viderunt autẽ illi oculi, de quibus dictum est:
Iob. 10. Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu vides?
Prou. 16. Hinc Salomon ait: Omnes viæ hominum patent oculis eius, spi
rituum ponderator est Dominus: homines enim externam ope- 37
ris speciem contuentur. Appendit autem (vt dicitur in sacra Re-
2. Reg. 17. gum historia) corda Dominus, vnde valor ac meritum operum
præcipuè oritur: quo fit, vt simili horum specie dissimile pre-
tium atque meritum existat. Hinc etiam euenit, vt cum duo ho-
Matt. 8. mines Dominum sequi vellent, & alter diceret, Magister se-
quar te, quocumq; ieris, alter verò à Domino vocatus respon-
dit, Permitte, me primum ire, & sepelire patrem meum; huic di-
citur, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, ille verò á Do-
mino repulsus audit, vulpes foueas habẽt, & volucres cęli nidos,
filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quid
ergò Dominus in vtriusque pectore videbat, quando alterum
quodammodo recusantem trahit, alterum verò sequi volentem
repellit? Quis enim hoc temerè factum esse credat? sed aliquid in 38
tus latebat diuinis oculis conspicuum, quod oculi hominum
non videbant. Hinc discant quicunque bonis operibus vacant,
animum demittere & humiliari, quandoquidem, quod in ipsis
Prou. 16. animi penetralibus lateat, non agnoscunt. Alioquin nunquam
Salomon diceret: Est via, quæ videtur homini recta, & no-
uissima eius ducunt ad mortem: cuius rei gratia in timore con
1. Petr. 1. uersandum nobis esse incolatus nostri tempore à Beato Petro
monemur.

Post hanc autẽ increpationem subdit regulus, *Domine descende priusquã moriatur filius meus.* Cui pijssimus Iesus respondit, *Vade, filius tuus viuit.* O ineffabilem filij Dei clementiam, fœlices illi, qui

eam

39 eam imitantur. Sunt homines tam duro corde, vt ſi ſemel dicãt, ſe aliquid nolle, ſint inexorabiles, & quod peius eſt, hoc maximam fortitudinem reputant: dicunt enim magni animi & fortiſſimi eſſe precibus deprecantium non flecti. Atque ita ſi illo importunè aliquis nobilis obſecrat, inflati reſpondent, ſe iam ſemel id quod modo ab eis poſtulatur, negaſſe, & hominum inconſtantium eſſe ſententiam mutare. O duri corde & adamantino, pro comperto habete id omne ex defectu nobilitatis & ex nimia in urbanitate oriri: qui enim ſuopte ingenio nobilis eſt, licet ſemel & ſæpius dixerit, Non, tamen bonorum ac nobilium preces admittit, atque, id quod prius non fecit, poſtea obſecratus concedit. Aſpicite Ieſum Chriſtum filium Dei totius clementiæ principem, qui licet initio erga hunc regulum ſeueritatem quandam
40 oſtenderit, quoniam ita oportebat, tamen vbi primum eum ſecundò exorauit, protinus illi pluſquam petebat, conceſsit. Si autem dicitis, ô Pater nonne vides me iam ſemel hanc rẽ negaſſe? ſi nunc eam concedo, inconſtans reputabor. Imò potius nobiliſsimæ conditionis homo iudicaberis, & ſi hoc non concedis rudis, vilis & abiectus habeberis.

Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Ieſus & ibat. O mirũ fidei incrementum, quod ab illa Domini obiurgatione manaſſe credendum eſt. Credidit quod abſens Dominus verbo reddere ſalutem poſſet, & ita credidit, vt hac fiducia fretus iter arripuerit, nõ amplius ipſius præſentiam exigens, vt aperte liqueat, vno eodemque tempore Dominum & filio ſalutem, & patri fidem dediſſe. Quo beneficio admonemur, ne cum à Domino corripi-
41 mur, aut acerbius tractamur, animo concidamus, imò verò hoc ipſo tempore in maximam ſalutis ſpem erigamur: Quo enim Dominus ſeuerior in principio, eo dulcior apparere ſolet in fine. Dixit Dominus de ſuo æterno Patre: Qui ſolem ſuum oriri *Matth. 5.* facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et ſicut Deus bona temporalia probis & improbis communia facit ſic malorum temporalium eoſdem probos & improbos participes pariter reddit. Bona, quibus impij non fruentur, & mala, quæ iuſti non patientur, ſunt æterna alterius ſæculi. Quapropter iuſtus, non quia in hoc mundo laboribus opprimitur, affligi ſolet, nec peccator, licèt ei omnia proſperè ſuccedant, ſolatium accipit. Nam cum bonus in hac vita vexatur, argumen-

tum est æternæ eius fœlicitatis, cum verò improbo omnia ex ani- 42
mi sententia eueniunt, etiam ipsius damnationis æternæ est argumentum: sicut enim iustus debito præmio remunerari debet, ita impius absq; merito supplicio non remanebit. Iccircò merito iustus dicere potest, cũ se afflictũ & oppressum viderit, id quod
Genes. 30. Patriarcha Iacob, licet ad aliud propositum dixit: Respondebit mihi cras iustitia mea. Fœlix ille, qui non cupit, vt iustitia sua sibi respondeat, hodie, hoc est in hac vita, Sed cras videlicet in alia. De illis enim, qui volunt, vt sibi in hac vita iustitia sua respondeat, dicit Dominus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Patientiam igitur habete, & lætamini, cum videritis iustitiam vestram vobis in hac vita non respondere: hoc enim non ideò est, quia Dominus illius obliuiscitur, sed quoniam ipse eam vobis æternis præmijs vult per- 43
Psalm. 9. soluere. Atque ità regius propheta dixit: Patientia pauperum
Exod. 24. non peribit in finem. In sacro Exodi volumine sic legitur: Ascenderunt Moyses & Aaron, Nadab & Abiu & septuaginta de senioribus Israel & viderunt Deum. Sub pedibus eius quasi opus lapidis Sapphirini & quasi cælum cum serenum est. Vbi alij ex Hebræo transtulerunt: Sub pedibus eius sicut opus lateris. Vnde infertur, quod cum Dominus illis sanctis patribus in monte apparuit, habebat sub pedibus suis thronum lateribus luteis nitentibus ad instar lapidis Sapphiri & cælici coloris lustribus adornatum. Acsi in hoc eis aperte diceret: Hi sunt lateres, quos in Ægypto maximo cum labore faciebatis & quibus ab impio Rege opprimebamini; illos tanti facio, vt ex ipsis thronum maiestatis meæ efficiam. Ex quo manifestissime 44
apparet, quam excellentem exitum habeant iustorum labores. Hoc in loco etiam inquisitione dignum est, quare Dominus ab hoc principe rogatus, vt in domum suam curandi filij gratia descenderet, acquiescere noluit, cum à Centurione rogatus, vt seruum suum curaret ipse non solum curare, sed etiam in domo eius se venturum esse pollicitus sit.

Huic quæstioni dupliciter responderi solet, vno modo à Di-
S. Gregor. Theophyl. uo Gregorio, altero verò à Theophylacto. Beatus Gregorius inquit, Dominum hoc ideo fecisse vt suo exemplo errorem quendam maximum à mundo auferret, videlicet, quòd personas propter res, quæ eis ab extrinseco veniunt, æstima-

mus

45 mus, & non ita debet esse, quin potius vnusquisque æstimandus est propter id quod in se est, & non propter bona temporalia, quæ possidet. Stultum quippè est honorem alicui tribuere propter solam prosperitatem eius & bonorum temporaliũ abundantiam. Si enim ob id tantummodò eum honore afficis, potiori titulo iumentum auro oneratum, siquidem tot diuitias vehit, poteris honorare. Considera ergò hominem absque diuitijs, & ita quanto honore dignus sit, videbis. Noli eum bonis temporalibus affluentem considerare; facile enim decipieris, si cut decipitur ille, qui cum videt mulierem magnas soleas seu sandalia portantem, id est, *Grandes y altos pantuflos*, statim ipsam magnæ & proceræ staturæ esse iudicat. In hunc modum si hominem super bona temporalia constitutum iudicas, ipsum certe magnæ staturæ ac magni meriti esse iudicabis: eum per consi
46 derationem illis temporalibus bonis priua, & tunc facile videbis ipsum non maiorem sed minorem esse quam pauperem. Casu euenire solet, vt quis globum ex filo aureo glomeratum, vulgo, (*Vn ouillo de hilo de oro*,) habeat, & dum deglomerat, filum vnum extrahit, & aliud atque aliud, & tandem omnia extrahit, & intus castaneam putridam aut papyrum veterem & immundam inuenit. Sic fortasse euenit tibi, si ab homine diuite ac potente per cogitationem tuam diuitias, officia, maioratus, pretiosas vestes, vineas, domos, & quidquid possidet, abstraxeris, inuenies fortasse subtus hæc omnia, peccatorem quendam esse, turpem corruptum, & non solum honore sed omni ignominia & confusione dignum. Sed nos adeò mi-
47 serabiles sumus, vt non ad interiora hominis sed ad exteriora bona, quæ possidet, attendamus. Res quidem notatu digna fuit, iussisse Nabuchodonosor statuam suam adorari, & non iussisse, vt ipsemet adoraretur. Quare hoc fecit? Videtur voluisse obseruare stylum, quem semper mundus obseruauit, in quo statuæ & non personæ adorantur: pluris enim facimus diuitias, & dignitates, ac pompas quam illos, qui eas possident, quos, si illas non haberent, sine dubio contemneremus & vilipenderemus. Videns igitur Dominus peruersitatem nostram, qui vsque adeò ad huius sæculi diuites ac potentes honorandos & pauperes negligendos propensi sumus, quia in hominibus non imaginem Dei, non naturam, non

simile.

simile.

Simile.

Danielis. 3

merita, non virtutes, sed solas opes ac potentias suspicimus & 48
miramur, voluit nos suo sanctissimo exemplo ab hoc errore
eripere, nolens in domum principis ac potētis ire, vt filium eius
curaret, licet ab eo precibus exoratus fuerit: in domum autem
centurionis non obsecratus iuit, vt non filio sed famulo eius sa-
lutem tribueret. Et hunc casum peculiarem esse non putetis,
solumque filium Dei hoc egisse, nam multi serui eius hunc sty-
4. Reg. 4. lum obseruarunt. Elisæus enim (vt sacra refert historia) in do-
mum Sunamitidis ad filium eius suscitandum ire non dedigna-
tus est: & incubuit super puerum, posuitque os suum super os
eius, & calefacta est caro pueri. In domo huius pauperculæ mu-
lieris nullum horrorem Sanctus propheta de puero mortuo con-
4. Reg. 5. cepit. At verò (vt statim sequenti capite dicitur,) cum veniret
Naaman princeps militiæ Regis Syriæ, & existimaret se ab ip- 49
so honorificè excipiendum esse, (ait sacer textus.) Misit ad eum
Elisæus nuntium dicens, Vade & lauare septies in Iordane, &
recipiet sanitatem caro tua. Quare propheta sancte non egrede-
ris ad excipiendum tantum principem, qui est vir magnus apud
Regem Syriæ & honoratus? Animaduerte eum fortasse iram
esse concepturum, dum putat te illum contemnere, & verè ita
contigit, vt ibi testatur sacer textus. Iratus (inquit) Naaman rece
debat dicens, putabam quod egrederetur ad me, & stans inuoca-
ret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ
& curaret me. Nihil horum Sanctum prophetam commouit, vt
ad tantum principem excipiendum exiret. Sed væ væ quã pauci
Elisæi hodie in omnibus statibus reperiũtur: si enim aliquis pau
per litem exercet, nec scribam inuenit, qui ei scripturam faciat, 50
nec aduocatum, qui ipsius causam suscipiat, denique vix ab ipso
iudice auditur; si autem diues aut potens prætorium ingreditur,
vt litem aliquam dirimat, statim scribæ, aduocati, & iudices ei se
se offerunt dicentes, se ad eius seruitium paratissimos esse. Si pau
per ægrotat, vix medicus est, qui eum visitet, diuite verò labo-
rante omnes se fœlices reputant, si ab ipso vocentur. Quid plura?
religiosi etiam, qui paupertatem & humilitatem profitentur, se
iactant & magnificiunt esse principum & magnatum confesso-
res. O detestabilem vanitatem? Hoc est malum illud, àquo
Iacobi. 2. Beatus Iacobus Apostolus nos grauissimis his verbis reuocare
conatur, Fratres mei nolite in personarum acceptione habere
fidem

51 fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. Etenim ſi introierit
in conuẽtum veſtrum vir aureum annulum habens, in veſte can
dida: introierit autem, & pauper in ſordido habitu, & intenda-
tis in eum, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei, Tu ſe-
de hic bene: pauperi autem dicatis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſca-
bello pedum meorum, nonnè iudicatis apud vosmetipſos, &
facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei
dilectiſſimi: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diui-
tes in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus
ſe? His verbis apparet, Apoſtolum noſtros mores in ſpiritu
præuidiſſe. Quid enim in nobis hoc abuſu frequentius? Si enim
vir potens, aut nobilis opera noſtra indigeat, qua celeritate, qua
fronte, qua verborum lenitatẽ ei obtemperamus. At ſi pupil-
52 lus, ſi vidua, ſi aduena, ſi peregrinus fores noſtras neceſsita-
te motus, paulò frequentius pulſauerit, qua verborum aſpe-
ritate repellitur, & exploditur, & inſolens atque importunus
appellatur. Quo quid inhumanius, quid crudelius eſſe poteſt?
Quantò aliter fieri Eccleſiaſticus monet, cum ait: Congre- Eccleſ. 4.
gationi pauperum amabilem te facito, & presbytero (hoc eſt
ſeniori) humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuum.
Declina pauperi ſine triſtitia caput tuum, & redde debitum
tuum, & reſponde illi pacificè in manſuetudine. Hæc eſt igi-
tur Chriſtiana Philoſophia, hic modus & ratio, qua cum pau-
peribus agendum eſſe cæleſtis magiſter docet. Vbi & illud prę-
tereundum non eſt, quod ſeniorem demiſſa anima, magnatem
aperto capite honorare præcipimur, vt intelligamus plus hono
53 ris ętati quàm terrenis opibus deferendum, ſiue quod plus ſapien
tia ſenectutis comes honoris quam opes mereatur, ſiuè quod illi
prius ad cõmunis omnium Domini cognitionem veniſſent. Ita-
que fratres ſi de Chriſti nomine hac doctrina gloriamur, nõ mun
di legibus & inſtitutis, ſed Chriſti ſpiritu atq; ductu vitam & lin
guam noſtram inſtituamus. Nequis verò conſiliũ hoc parui æſti
met, audiat eundẽ Eccleſiaſticum magnã religionis noſtræ par-
tem ad hoc officium referentem. Sic enim ait: Gloria diuitum ho Eccleſ. 10.
noratorum & pauperum timor Dei eſt. In quo verò timor Dei
maxime cernatur, declarat protinus: Nõ deſpicere hominem iu-
ſtum pauperem, & non magnificare virum peccatorem diuitem.
Hoc eſt autẽ, quod inter præclaras iuſti viri virtutes Regius vates

Psalm. 14. enumerat, cum ait. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus, (siue vt alij verterūt, Despicitur in oculis eius malignus) timentes autem Dominum glorificat. Hoc est, viri iustos improbos quanuis genere, opibus, & gratia florentes pro nihilo ducit, colentes autē Deum verctur & obseruat, licet pauperes sint, & apud homines abiecti & contempti. Hoc autē Abdias vir iustus regiæq; domus præpositus cumulatissimè præstitit, qui cū Heliam prophetam vilissimo cultu atq; habitu indutum in itinere obuium habuisset, tanta illum reuerentia atq; honore affecit, ac si numen aliquod cæleste in illo cerneret, nam & in faciem suam coram eo procidit, & se illius seruum, illum verò Dominū suum appellauit. Nonquid, ait, non indicatum est tibi Domino meo, &c. O vtinā in nobis amor Iesu Christi Saluatoris nostri ardentissimè regnaret, quo ad omnes pauperes honorandos, in quibus ipse repræsentatur, mouerentur: & vtinam à nobis hāc inhumanitatem auerteremus, qua illos contemnimus.

3. Reg. 18.

Secunda responsio, quæ supra positæ quæstioni adhibetur, est Theophylacti dicentis, Dominum in domum Reguli non iuisse eò quòd illum errorem habebat, vt existimaret, ipsum Dominum absenti ægroto salutem non posse tribuere, vt autem ipsum à tanta infirmitate curaret, voluit filium eius in absentia curare.

Theophyl.

Iam verò ea descendēte serui occurrerunt ei dicentes, quia filius eius viuet. Interrogabat ergo ab eis, qua horā melius habuerit: dixerunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris. Hoc loco quādam cælestem doctrinam edocere possumus, videlicet, vt nunquā velimus scire, quis nos odio prosequatur, nam quis nobis nocuit. In sacro Geneseos volumine Deus ad Abraham sic dixisse legitur: Scio quod peregrinum futurum sit germen tuum in terra non sua, & subijcent eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Vbi valdè perpendendum est, non ei dixisse Dominum, qua in terra peculiariter esset iuras illa futura erat, an in Ægypto, an in Syria, an verò in Babylonia, sed soluni dixisse in terra aliena: nè videlicet Pharisæus Sanctus haberet occasionem, odio prosequendi illam Ægyptiorum nationem. Benefactor verò inquirendus est, vt beneficia, quæ fecit ei, gratificentur, & vt etiam diligatur. Quod longè aliter communiter fieri solet: non enim homines inquirunt, qui in eos beneficia contulerit, & si aliquod malum eis euenit mundum euoluunt, quoniam

Genes. 15.

que

57 que reperiant, qui ipsis damnum intulit, vt postea de illo vindictam sumant. O Christe superne mundi magister, te omnes hierarchiæ cælestes collaudent, qui permisisti, vt sacratissimi oculi tui velo operirentur, cum te ignominijs, & alapis Iudæi afficiebant, & in tuam pretiosissimam faciem sputa conijciebant. In quo nos docuisti, vt cum nobis iniuriæ illatæ fuerint, cæci efficiamur, & nolimus scire qui illas fecerit. Siquidem adeò ad iracundiam procliues sumus, vt quacunque minima occasione indignemur. Regulus iste horam interrogauit, in qua melius habuerat filius eius, vt, videlicet, certior factus esset, an Christus Redemptor noster eum sanasset, & sic ei gratias pro beneficio ageret.

Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo
58 *pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota.* An non iam crediderat, cum dictum est de eo: *Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus*? Crediderat planè, sed tamen cum modò dicatur credidisse, necessario fatendum est, fidem eius edito miraculo auctam fuisse. Antea enim credidit sermoni Christi, modò verò credidit in Christum, ipsum esse verũ Messiam ac mundi Saluatorẽ profitens: nec modò ipse credidit, sed etiam domus eius tota, Domini sui fidem imitata eodemque miraculo conuicta. In quo videre est, quantum ad eruditionem seruorum exempla conferant dominorum. In sacra Regum historia legitur: Arripuit Saul gladium suum, & irruit super eũ. Quod cùm vidisset armiger eius, videlicet, quod mortuus esset 1. *Reg. 31.*
Saul, irruit etiam ipse super gladium suum & mortuus est cum
59 eo. Existimauit infœlix ille, æquum esse, quòd siquidem Dominus ipsius se interfecerat, idem etiam ipse faceret. Et cum Dominus ante Herodem præsentatus fuit, inquit B. Lucas, quod videns ipse eum in conspectu suo nullum miraculum facere, nec ad quæ stiones propositas respondere, spreuit illum cum exercitu suo, & *Luca. 23.*
illusit indutum veste alba: infidelis enim dominus & illusor infideles & illusores quoque seruos suos fecit. Et in libro Sapientiæ dicitur, quomodo idololatria in mundo inuenta est. Olim nãque quãdo alicuius filius dilectus moriebatur, pater ipse effigiẽ *Sapient. 14.*
filij mortui aureã, vel argenteam cõflabat, eamq; domi suę in loco, per quem transiturus erat, collocabat, vt sic filij sui recordaretur, famuli verò existimantes suis dominis placere imagines illas

colebant & venerabãtur. Cumq; aliquid ab ipsis petebãt, id per 60
intercessionem imaginis filij mortui postulabant: cum autẽ scelus aliquod perpetrabant, propter eandem imaginem veniã petebant ad ipsam humiliter confugientes. Et hinc orta est idololatria seruorum, qui illa, quæ Dominos suos colere videbant, ipsi etiam venerabantur. Et hoc est, quod ibi sacer textus inquit loquens (vt dicimus) de modo, quo abominabile hoc peccatum in mundum introductum est. A cerbo, ait, luctu dolens pater rapti citò sibi filij fecit imaginem, & illum, qui tum quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia: deinde interueniente tempore conualescente iniqua consuetudine hic error tanquam lex custo
Nume. 26. ditus est. In Numerorum volumine sic legitur: Factum est grande miraculũ, vt Core pereunte filij illius nõ morerẽtur. O admira 61
bile mysterium. Ecce qualiter sacra Scriptura amplificat fuisse grande miraculum, quòd pereunte Core (qui fuit vnus ex rebellibus contra Sanctum Moysem) & in terræ abyssо summerso filij eius simul non perirent, atq; impij sicut ipse pater non essent: communiter enim quales parentes sunt, tales filij, & quales domini tales famuli. Quicumque ergo domini estis, videte obsecro quæ viuendi exempla subditis præbeatis. Cum enim homo priuatus delinquit, soli sibi nocet: patres autem familias, si improbi sunt, tot scelerum rei fiunt, quot praua exempla suis præbuerunt, cum illis apud inferos arsuri, quos malitia sua corruperunt.
Proverbi. 7. Et sic vbi nos legimus, Non pecces in multitudine ciuitatis, in contextu Græco habetur: Non pecces in multitudinem ciuitatis, & sic legit etiam Rabanus. In quo significatur, eum, qui 62
cum plurimis peccat, omnibus nocere, siquidem omnibus est incitamentum peccandi. Quod si hoc de quocunque peccatore dicitur, multo magis de patre familias & de domino, quorum exempla plus mouent, dici potest. Hoc attendant domini, qui in ludo atque alea dies noctesque consumunt, quique alienæ castitati insidiantur, qui linguam suam quotidianis iuramentis inficiunt, quos tota penè familia imitatur. Hoc etiam attentius at-
Simile. tendite, quicunque patres estis, nam sicut infirmæ arbores, (quales vitis, hedera, & reliquæ similes sunt) quia per se in altum surrigi nequeunt, ut xibus quibusdam in hoc à natura datis finitimas arbores prehendunt, atque illarum adminiculo fulciuntur,

63 tur, ac se se in sublime erigunt, sic natura paruuli, cum per se nihil sciant, aliorum ductum sequuntur. Quomodò ergo crescent, & in virtute proficient, si in parentibus suis nõ nisi scelera ac peccata conspiciunt? In mari producuntur quidam pisces plurimos pedes habentes dicti cancri, vulgo (*Cangrejos*,) qui retro ambulant. Et cum mater ipsorum plurimos pariat, animo obsecro, fingite, istam loqui scire, & eos sic alloqui: Iam scitis filij nos in loco periculoso vitam degere, in quo pisces maiores minores comedunt, ideò oportet, vt illos fugiamus, nos ante ambulare & non retrò. Ipsi autem ambulare incipientes, retrò sicut solent ambulant, & illa ait: Non sic filij, sed ante ambulare debetis, quoniam hoc modo in ora inimicorum vestrorum incidetis. Ipsi verò, Ambula, inquiunt, mater & videbimus quomodo gradiaris, & à te libenter addiscemus. At ei rétrò ambulare incipienti filij sui dicunt: Nunquid mater nos ante ambulabimus, cum tu retrò gradiaris? O Domini ò prælati ò patres familias, animaduertite obsecro, quomodo inferiores, filij ac subditi antè incedent, si vos retrò ambulatis. Præite, præite de virtute in virtutem & nõ retrocedatis de peccato in peccatum, & statim inferiores vestri vos ipsos sequentur, sicut serui huius Reguli fecerunt, qui cum domino suo in Christum saluatorem crediderunt. Hic est fructus, quem supernus Redemptor ex suis miraculis prætendebat, scilicet homines ad fidem, amorem, & obedientiam sui æterni patris attrahere. Atque ita Regius propheta inquit: Quã magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua, id est, fidelibus tuis. Quod perinde est ac si diceret: Tuis Domine operibus miraculorum & magnificentiæ plenis, quæ tua ineffabili sapientia & potentia operatus es, peccatores ad tuam diuinam obedictiam conuersi sunt, & quia à dæmone possidebantur, nũc à tua diuina clementia possidentur. Atque ita impleta est terra possessione tua. Ex quo sequitur, nos magnam injuriam miraculis supernis Iesu Christi Redemptoris nostri irrogare, si cum ea audimus, ad eius diuinum amorem & obedientiam non incitamur. Quocirca profundè nos ea considerare oportet, ne ob defectum huius considerationis si singulares effectus in nobis deficiant, imitantes Sanctum Dauid, qui ea alte considerabat, cum dicebat confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua & anima

Simile.

64

65

Psal. 103.

Psal. 138.

mea cognoscet nimis, id est, non superficialiter. Notate quæso qualiter S. Propheta hic dicat, se, quia profunde mirabilia opera Dei cõsideraturus erat, & in magnam ipsorum cognitionem deuenturus ipsum semper esse glorificaturum. O vtinam nos ea sic meditaremur, & animo euolueremus, longe aliter sine dubio viueremus. Sed videamus quo miraculo ad hanc fidem adducta sit familia illa: nimirum quia pernicioſissimam febrem, quæ adolescentis corpus penè ad mortem adduxerat, subito ad verbum Iesu Christi sublatam vidit, quam nullam ars, nullaque medicamẽta curare poterant. Non desunt tamen quotidie in sancta Ecclesia similes animarum curationes, quæ instar miraculi huius piorum fidem miro modo illustrant atque augent. Videas enim plerosq; ante conuersionem suã ardore febrium spiritualiũ æstuare, quia sicut febris corporalis est calor inordinatus in membris plus quã requiritur, sic febris spiritualis est amor inordinatus temporalium. Atque ita de anima peccatrice in Ecclesiastico dicitur. Eccles. 23. Anima calida quasi ignis ardens, nõ extinguetur, donec aliquid deglutiat. Ex hac febri oritur corruptio gustus & ciborum spiritualium fastidium. Atque ita de his peccatoribus dici potest id quod Sanctus Dauid de Hebræis dixit: Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Psal. 106. Quapropter sicut qui magnis febribus laborant, licet in epulis nullum saporem inueniant, si videant alios maximo cum gustu & sapore manducantes iram concipiunt non contra cibos, sed contra se ipsos & contra ægritudinem ipsorum, quæ est causa sui deprauati gustus: sic peccatores in se ipsos irasci debent, videntes quam male eis virtutum exercitium sapiat, & quã pœna ipsos ieiunium, cilicium & iniuriarum condonatio afficiat. Hæc enim & alia similia, quæ iustis nimium suauia sunt & illis amarissima, ægritudo & febris eorum efficit, iccirco contra se ipsos irasci debent omni cura & solicitudine contendentes, vt à se tam periculosam ægritudinem expellant. Ab hac etiam febri solet hominibus oriri quædam inquietudo & magna afflictio, sicut ægroto magna febri vexato, *Con la qual tiene tan terribles* Simile. *vaſcas, que da mil buelcos en la cama*, Et absq; otio & quiete huc atq; illuc volutatur. Sic peccator inordinato sui ipsius & rerum huius mundi amore absque aliqua quietudine viuit: in nulla enim earum otium & tranquillitatem inuenire potest, nec, dum in per-

uersq

quersó illo calore perstiterit inueniet, qui quidem nó nisi liquore diuinæ gratiæ extinguitur. Ideò Ecclesiastic⁹ in prælegatis verbis inquit: Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid deglutiat. Vbi maximè pónderandũ est illud, Donec aliquid deglutiat: Sola enim diuina gratia & dona cœlestia possũt aliquid vocari: nã omnia mundi nihil sunt, & omnia illa nó sufficiunt ad extinguendam animæ peccatricis ardorem, nec extinguetur donec aliquid deglutiat, id est, diuinam gratiam. Cum igitur in peccatoribus hanc pestiferam febrim extinctam viderimus, & ipsos maxima cum affectione & gustu sese in sanctis operibus, quæ antea abhorrebant, exercentes, intelligamus, hanc admirabilem mutationem esse opus manus Dei potentissimi, qui nos inuitat, vt magno cum gaudio & lætitia spirituali ipsum glorificemus & collaudemus, atque in eius diuino amore magis inflammemur: vt sic ditati gratia consequamur gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA. XXI.
post Pentecosten,
CONCIO PRIMA.

Simile est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Matth. 18.

ILLE CHRISTIANVS Deo Beatus Ioannes in 1. Ioan. 3.
[illegible] Canonica sic ait: Qui odit fratrem suum, homicida est. Non vult dicere Sanctus Apostolus, eum [illegible] qui fratrem suum odio habet, esse homicidam eius [illegible] nouerimus omnes, qui alium odit, ei statim mortem desiderat, sed homicida est sui ipsius, quia (vt ait Ecclesiasticus) Quasi rhomphea bis acuta hominis iniquitas. Peccatum mortale Eccles. 21. dicitur rhomphea bis acuta, quoniam hominem gratia & iure gloriæ priuat, & hoc ense ipse se ipsum interficit, idcirco qui

odit

odit fratrem suum homicida est sui ipsius. Hoc bene intellexit 3
Gene. 4. Lamech, qui suum auum Cain interfecit, & domum suam rediens sic lamentari cœpit: Audite vocem meã vxores Lamech, quoniam occidi virum in vulnus meum, hoc est, in vulnere animæ meæ: Interemi Cain in corpore, & me ipsum in anima. Ex quo infertur, quòd ille, qui odit proximum suum, licet ei illo odio noceat, multo magis sibi ipsi obest. Nec intelligatis in hoc loco nomine fratris Christianum duntaxat intelligi: non enim ipse solus: sed quicunque alius homo intelligitur, omnes nanque fratres nostri sunt, vt potè filij Dei sicut & nos per creationem, & eis amorem debemus, quamuis Christianos magis
Gene. 46. singulari amore diligere debeamus. Quando Patriarcha Ioseph in Ægypto Beniamin vidit, quia erat frater eius ex patre & matre commota sunt magnopere viscera ipsius. Atque ita inquit 4 sacer textus: Attollens autem Ioseph oculos vidit Beniamin fratrem suum vterinum, & ait: Deus misereatur tui fili mi. Festinauitque in domum, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lacrymæ: & introiens cubiculum flevit, Quod ei nõ contigit, cum alios vidit fratres, quia non erant vterini sicut Beniamin, & ideò eos tam tenere non diligebat. Sic licet omnibus hominibus amorem debeamus eo quòd omnes patris nostri Dei per creationem sunt filij, tamen peculiariter Christianos debemus diligere, qui sunt fratres nostri ex parte parentis, scilicet, Dei, & matris, videlicet, sanctæ Ecclesiæ, quæ nos per virtutem diuinam in sacro baptismate regenerauit. Ait igitur Sanctus Apostolus, eum, qui odit quemcunque hominem, sui ipsius homicidã esse. Cælestis magister Iesus Christus, 5 vt hoc odium à cordibus nostris longissime auerteret, paulò antequam parabolam hanc hodierni Euangelij proponeret, dixit: Si peccauerit in te, (id est, contra tè) frater tuus, vade, & corripe eum intra te & ipsum solũ. Quibus verbis pijssimus Dominus iubet, vt cum à proximo tuo offensus fueris maiorem rationẽ habeas, magisque cures eum ab illo peccato auertere, (quod in te offendẽdo cõmisit) quam iniuriam, & dãnum tibi illatũ vindicare. O admirabilẽ puritatem, ac perfectionẽ legis Euangelicæ, & admirabilẽ charitatẽ illius, qui eam instituit. Quãquã in cœlo plurimi planetæ & stellæ sunt, omnes simul non sufficiũt ad expellendas ab ipso tenebras, nisi sol, qui eas sua excellẽtia explodit.

Sic

6 Sic licet quam plurimi in mundo extitere ſapientes, qui lucem hominibus ipſos docendo dederunt, ſolus tamen Ieſus Chriſtus qui eſt verus ſol noctem ab eo atq; omnes tenebras expulit. Magnã lucem Tullius licet Gentilis dedit, dum libros de amicitia ſcripſit admonens & inuitans homines ad pacem, amorem, & tranquillitatem ſeruandã & quod nullus alteri iniuriã faciat, niſi quando ab eo fuerit iniuria laceſsitus, tunc (inquit) poterit huiuſ modi iniuriam ſibi illatam vlciſci. At diuinus ſol vult omnino vt homines clari ſint & angelis æquales, & non ſolum de iniurijs ſibi factis vindictam non ſumant, ſed quando iniuria fuerint affecti, maiorem rationem habeant de damnis, quæ illatores iniuriarũ ſibi ipſis inferunt, animas ſuas per peccatum interficientes quam de iniuria, quæ eis fit, & ita omni cura & poſsibilitate eos
7 ab illo damno & peccato mortali auertere conentur. Docente igitur & iubente Domino hæc tantæ perfectionis & charitatis inquit Sacer Euangeliſta: Tunc accedens Petrus dixit, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties? Exiſtimauit Sanctus Apoſtolus, *Que ſe auia alargado mucho, y que auia tirado la barra haſta lo vltimo donde ſe podia tirar.* Y *cierto conforme a lo que agora hazemos harto ſe alargo.* Tam arcta & anguſta eſt charitas noſtra, vt ſi aliquando iniuriam condonemus, dicere ſoleamus, *Eſta yo la perdono*, Sed ſi ille aliam mihi intulerit, non impunè abibit, & ſimul vtriuſque pœnas luet. Quis eſt, qui proximo ſuo ſecundam iniuriam parcere velit, ſi primam ei condonauit? Profectó difficile reperietur, qui hoc agat. Iccircò diximus, quòd iuxta charitatem noſtram, *Se alargo mucho Sant Pedro,*
8 *pero con todo quedo corto*, ſecundum charitatem, quam Dominus poſtulat habeamus. Et ideò ei ipſe Dominus reſpondit: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties: vbi numerus determinatus pro indeterminato ponitur. Quod perinde eſt ac ſi diceret, debes iniuriam proximo tuo condonare, quotieſcunque te offenderit. Ita ſacri Apoſtoli fecere, & nos, vt idem faceremus, docuerunt. Atque hoc ſignificat, quod ait Diuus Pau- 2. Corinth. 6
lus, Cor noſtrum dilatatum eſt, tanquam filijs dico, dilatamini & vos. Inquit Sanctus Apoſtolus ſe ſuoſque ſocios corda dilatata habere, non ſolum quia ipſa amicos & inimicos capiebant, & erga omnes amplus in illis erat amor, verum etiam quia omnes iniurias capiebãt. Tam amplũ enim cor habebant, vt omnes

ſibi

sibi illatas iniurias libenter perferrent, & eos, qui ipsos perseque 9
B. Greg. homil. 7. bantur, diligerēt: in quo certe vera patientia consistit, vt B. Gregorius egregie testatur dicens: Patiētia vera est, cū amas persecutorem tuum. Et de his omnibus Sanctus Apostolus nos admonet, cum ait: Tanquam filijs dico, dilatamini & vos. Et vt melius hoc nobis persuaderet, adiunxit paulo inferius, vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. O admirabilem dignitatem Christianæ gentis, siquidem illis Dominus pollicetur, se in ipsis tanquam in templo suo habitaturum. Si ergo huius summi Dei templa sumus, oportet magnam in cordibus nostris amplitudinem habeamus. Sanctus propheta Ezechiel refert, se quoddam permagnum ædificium in mōtis cacu-
Ezech. 40. mine ædificatum vidisse. Et ecce, inquit, murus foris secus in cir- 10
cuitu domus vndiq;. Et vidisse, ait, virum, qui ædificiū illud metiebatur, & in manu viri calamus mēsuræ sex cubitorum, & palmo mensus est latitudinem ædificij, calamo vno, altitudinemq; calamo vno. Hoc ædificium & hæc domus Dei est iustus, qui domicilium suum ac fundamentum in monte alto habet: suā enim affectionem & voluntatem in cælo retinet. Tale est fundamentum hominis, qualis est affectio eius. Etenim qui affectionē suā in voluptatibus, diuitijs, & bonis temporalibus sitam habet, ibi etiam suum fundamentū habet, qui autem in Deo affectionem suam collocat, ibi & fundamentum eius est. Qui hanc domū cir-
Isai. 26. cundat, est Christus Saluator noster, sicut propheta Isaias asserit dicens: Saluator ponetur in ea murus & antemurale. Et quanuis ad literam hic sanctus vir de sancta Ecclesia loquatur, recte tamē 11
de quolibet iustorum intelligi potest. Mēsura verò, qua hoc ædificium mensuratur, est virga sex cubitorum & vnius palmi, per quam vita actiua & contēplatiua significatur. Nam per sex cubitos vita actiua denotatur; senarius enim numerus operationem & laborem designat, siquidem sex diebus omnia Deus fecit, per septimum verò otium & trāquillitas intelligitur: die nanq; septima requieuit Deus ab omni opere, quòd patrarat. Atq; ita per septimū, qui est palmus significatur vitæ contēplatiuæ quies & tranquillitas. Sed quæro quare sanctus ille vir septimū non fecit cubitū, sicuti & sex priores? Certe ad insinuādum omnē adimplionē vitæ actiuæ in hac vita futurā esse, in gloria enim nullæ mi-

seriæ

12 ſerię nullęq; ſunt neceſsitates, quib⁹ ſubuenire oporteat. Nō eſt famelicus, qui ſatiari debeat, ſi quidē omnes ſaturati ſunt; non eſt ęgrotus, qui viſitādus ſit, quoniā omnes perpetuā habēt ſalutem, &c. At vita contēplatiua è contra eſt; hic enim incipitur, & in cę lo perficitur. In nullo nanq; puro homine contēplatio in hoc ſæculo perfecta fuit: quia (vt ait Apoſtolus) Videmus nunc per ſpe culū in ænigmate, tunc autē facie ad faciem. Iccircò non per cubitum ſed per palmū, qui nunquā ad cubiti magnitudinē accedit, ſignificatur. Dum autē, inquit S. propheta ædificiū in amplitudine hanc menſurā habuiſſe, oſtendit iuſtū debere cor amplum & ad omnia miſericordiæ opera tā ſpiritualia, quā corporalia exercenda paratiſsimū habere. Nō ſolū autē in ſpiritualibus, quæ (vt ſcitis) ſeptem ſunt, ſcilicet, docere, cōſulere, corrigere, conſolari, 13 ſufferre, orare, & parcere, tantummodo ſe exercere debet, ſed ſuper omnia ſanctā rerum diuinarum contemplationē aſsiduè amplecti. Dum autem ſanctus ille vir eandem menſurā in altitudine atq; in latitudine ædificij reperit, inſinuat, tātam futuram eſſe gloriā, qua iuſtus in cœlo fruetur, quāta fuerit charitas, qua in his ſeſe exercuit in hoc ſæculo. Et ideò Diuus Paulus ait, Tanquam filijs dico, Dilatamini & vos. 1. Cor. 13.

Cum igitur Dominus Beato Petro dixerit, debere proximo ſuo toties iniuriam cōdonare, quoties eum offenderit, vt cum & nos omnes doceret obligationē, quā ad hoc faciēdum habemus, immediatè parabolā hāc propoſuit dicēs: *Simile eſt regnum cœlorū homini Regi, qui voluit rationē ponere cum ſeruis ſuis. Et oblatus eſt ei vnus qui debebat decem millia talenta, &c.* quæ ſequūtur vſq; ad finē. Hic 14 homo Rex, qui rationem à ſeruis ſuis exigit, non dubium, quin ille ſit, qui (vt D. Ioannes ait) habet in veſte & in fœmore ſuo ſcriptum; Rex regum, & Dominus, dominantium, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum, vt ait B. Petrus. Huius autem Regis ſerui homines ſumus, quibus hoc ſeruitutis nomen magis etiam quam ipſis Angelis quadrat: illi nanq; creationis iure, nos verò & creationis & redemptionis titulo eius ſerui ſumus. Rationis verò exigendæ tempus extremi iudicij dies eſt, in quo (vt Apoſtolus inquit) oportet nos omnes manifeſtari ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſsit ſiue bonum ſiue malum. Qua quidem ſententia Salomon longam illam rerum expetendarum diſputa- *Apocaly. 19.* *Act. 10.* 2. *Corin. 5.*

Eccleſia. 12. diſputationem integro volumine abſolutam concluſit Eccleſiaſtes dicens: Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato ſiue bonum fuerit ſiue malum. In qua quidem ratione exigenda cum multa improbis formidabilia ſint, ira certè iudicis tanto improbis terrori erit, vt quemadmodum B. Ioan- 15
Apocaly. 6 nes ait, ingrediantur in ſpeluncas & in petras montium, & dicãt montibus & petris: Cadite ſuper nos & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipſorum, & quis poterit ſtare? Iram autem agni appellat, vt indicet talem eius diei iram futuram, qualis eius manſuetudo anteà præceſſit. Sicut ergò eius manſuetudo fuit ſupra omnẽ modum, (quãdo à ſeruis & pro ſeruis Dominus maieſtatis colaphis cædi ſuſtinuit) ita ſupra omne quòd cogitari poteſt, illius tunc ira deſæuiet, quando quos tantoperè dilexit & tam caro pretio 16
Simile. redemit, tam diro ſupplicio mulctabit. Qualis quæſo eſſet erga filium matris furor, ſi ipſa illum manibus correptum in ingentem ignis pyram flammis abſumendum proijceret? Cum ergo nos piiſsimus ille agnus pluſquam materna charitate dilexerit, quos tantis in cruce doloribus parturiuit, qualis ille furor æſtimandus eſt, quando quos ita parturijt, vltricibus flammis perpetuò cruciandos committet? Hanc porrò iram non ſolum pectore concipiet, ſed ipſo etiam vultu demonſtrabit, quæ res tanto im-
B. Chryſoſt. probis terrori erit, vt B. Chryſoſtomus ſatius eſſe dicat, decem millia fulgura ſuſtinere, quam faciem illam manſuetam videre à nobis auerſam. At hunc terrorem iuſti non habebunt, quin potius maximo cũ ſolatio & ſecuritate erunt. Atq; ità S. Dauid loquens, qualiter Deus nunquã Eccleſiã ſuã & iuſtos, qui in ea ſunt 17
Pſalm. 93. deſeret, inquit: Quia non repellet Dominus plebem ſuam, & hæreditatem ſuam non derelinquet quoad vſq; iuſtitia cõuertatur in iudiciũ, & qui iuxta illam omnes, qui recto ſunt corde. Populus & hæreditas Dei eſt ſacroſancta Eccleſia pretioſo Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri ſanguine redempta, quã ipſe non deſeret, quoad vſq; iuſtitia conuertatur in iudicium extremum vnicuiq; quod meruerit, tribuens. Vbi alia translatio habet: Quoad vſque in iuſtitiam conuertatur iudicium, id eſt, Quouſq; id quod iudicatum fuerit, executioni mandetur, Deo ipſo vnicuiq; quod meruerit tribuente. Et qui erunt iuxta illam iuſtitiam, qui illam ſecurè expectare poterunt? Omnes certè, qui recto ſunt corde.

Con-

18 Contendamus ergò fratres & omni cura ſtudeamus corda recta habere, & in illa die nos ipſos in magna confuſione non videbimus.

Et cùm cœpiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat decẽ millia talentorũ. B. Gregorius, D. Hieronymus, ac B. Auguſtinus inquiunt, hũc hominẽ ſic tanto debito oppreſſũ eſſe peccatorẽ in peccato mortali exiſtentẽ. Peccatũ enim mortale vocatur debitũ ab effectu, nõ quod eſſentialiter ſit debitũ, ſed quia nos debitores facit, & hoc eſt figura in ſacra pagina nimis vſitata, ob cuius ignorantiã quã plurimi errãt. Figura vero hęc dicitur ſynecdoche, quãdo, ſcilicet, pars pro toto accipitur, vel totũ pro parte, vel effectus pro cauſa aut cauſa pro effectu: vt in epiſtola ad Romanos ait B. Apoſtolus, Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nũquid Spiritus Sãctus aliquẽ ſuperiore habet, à quo poſtulet? & cũ ſumma lętitia ſit in eo gemitus & ploratus eſſe poteſt? Reſpõdeo, hic accipi cauſam pro effectu, dicitur enim ſpiritus poſtulare pro nobis, quia poſtulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Et in actibus Apoſtolorũ de Iuda ſic ſcriptũ eſt: Hic poſſedit agrũ de mercede iniquitatis. Quãdo ager ille emptꝰ fuit, iã impius Iudas mortuus erat, quomodo ergò illũ poſſedit? Dicitur illũ poſſediſſe, quoniã poſſidere fecit: niſi enim ille fuiſſet, ager nõ emptus eſſet. Sit igitur regula tenẽda: quouiſcũq; Deus in ſacra ſcriptura humano more loquitur, & dicit ea, quę ei cõuenire nõ poſſunt, cũ hac figura intelligenda ſunt: vt videre eſt apud S. Iſaiam. Super quẽ, inquit, requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilẽ? Deus ſuper humilẽ nõ requieſcit, ſed requieſcere dicitur, quoniã ipſum requieſcere facit, & quietũ reddit, nè à fluctibus mundi rapiatur. Ità in propoſito peccatũ appellatur debitũ, cò quod peccatorẽ æternæ pœnæ debitorem reddit, in peccato enim eſt

20 auerſio à Deo, & quia peccator faciẽ affectionis ſuæ auertit à Deo, ipſe Deus faciẽ ſuã ab eo auertit, nè ipſum amplius videat, & hęc eſt pœna damni. Et quia inordinate ipſe peccator ſe ad creaturas vertit, vult Deus, vt creaturę illũ in ęternũ torqueãt, & hęc vocatur pœna ſenſus. Atq; ità quęrens ſubtilis Scotus, quid ſit, quod in anima remanet, poſt quã peccatũ mortale cõmiſſum eſt, reſpondet per peccatũ remanere obligationẽ pœnæ æternæ. Et D. Thomas inquit remanere quandã in anima maculam & turpitudinẽ. Nè autẽ cogitetis, verbũ hoc, obligationẽ ad pœnam, eſſe denuo inuẽtum, audite in Actibus Apoſtolorũ B. Petrum cuidam peccatori ſic dicentem: In felle amaritudinis & obligatione peccati video te eſſe. Hinc etiam intelligetis illa diuini Pſalmographi verba, ſcilicet, Declinantes autem, hic ſiſtẽdum eſt, In

B. Grego. B. Hiero. ſuper. hũc loc. D. Augu. lib. de ver. Domini. Roma. 8. Actuũ. 1. Iſai. 66. Scot. in. 4 d. 14. D. Tho. 1. 2. q. 86. art. 2. Actuũ. 8. Pſal. 124.

obligationes adducet Dominus cum operãtibus iniquitatem. In hoc 21
Cassiodo. sup. Psal. loco (vt eruditè Cassiodorus explicat) duo peccatorum genera denotantur. Est enim peccatum cõmissionis, idest, operari positiuè malũ: aliud est peccatum omissionis. Eos autẽ qui hoc secundum genus peccatorum committunt, Sanctus Dauid vocat declinantes, quoniam à regula boni deuiant, & inquit eos, qui benefacere omiserũt, cùm possint, æternam esse pœnã subituros, sicut illos, qui malum exercuerũt: vtrosq; enim Dominus inferni supplicijs puniet. Ideò sic ordinanda est litera, Declinantes, scilicèt, per omisionem, adducet Dominus cũ operantibus iniquitatẽ; In obligationes; id est, vtriq; scilicèt perpetrãtes peccatũ cõmissionis & omissionis ad pœnã æternã remanẽt obligati. Non solũ autẽ peccatũ dicitur debitũ, sed etiã debitũ maximum: &
Budæus in suis annot. ideò Dñs de hoc debitore ait, *Qui debebat ei decem millia talentorũ.* Guilelmus Budęus in suis annotationibus inquit, talentũ esse sexcentos 22
aureos, atq; ità decẽ millia talenta esse, (*seys millones de ducados.*) Peccatum verò lethale dicitur tã magnũ debitũ eò quòd nullus per se solũ illud soluere potest: imò dicitur debitũ infinitũ, quia est infinitę malitiæ obiectiuè, & quia est destructiuũ gratiæ, quę includit in se pretiũ vitæ Christi; de quo B. Paulus ait, Empti enim estis pretio magno.
1. Cor. 6. Qua propter æquissimũ est, nos magnificare Dei gratiã, siquidẽ in ea thesaur⁹ vitę & mortis Iesu Christi, qui est infiniti valoris, inuoluitur. Hinc intelligetis, vos, cũ peccatũ aliquod mortale cõmittitis, nõ solũ dignos esse vt puniamini tã quã transgressores mãdatorũ Dei, & offensores diuinę maiestatis, sed tanquã diuini eius thesauri ac pretiosissimi sanguinis & sanctissimę gratię dissipatores. Quocircà quãtò maiores gratias & fauores accepistis, tãtò graui⁹ est peccatũ, quod perpetratis.
Et hinc intelligetis etiã illa verba prophetę Haię: Nouissimo aggraua- 23
Isai. 9. ta est via maris Galilææ Gentium. Terrã Genesaret, Capharnaũ, & Bethsaida hîc S. Propheta viã maris appellat, eo quòd indè in Tyrum munitissimã vrbẽ nauigari solebat, quæ, quoniam maritima erat, à S. Propheta mare vocatur. Aitq; has duas vrbes, quæ in prouincia Galilææ erant, nouissima culpa aggrauatas esse, idest, (*seses haze vueuo cargo.*) Et peccata eorũ esse grauissima propter multitudinẽ miraculorũ, quę Christus Redẽptor noster in illis edidit, quib⁹ noua obligatio eis, vt boni essent, oriebatur. Huc spectat id, quod idẽ Dñs de ijs duabus ci-
Matth. 11 uitatibus dixit: Vę tibi Corozain, vę tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidõne factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Veruntamẽ dico vobis Tyro & Si-

do-

24 doni remissius erit in die iudicij quã vobis. Ecce igitur qualiter summa veritas affirmat, peccata illarũ vrbiũ grauiora esse propter maiores fauores, quos à diuina liberalitate acceperant. Vnde sequitur, neminẽ debere seipsum iactare eò quod plura à Dño siue spiritualia siue corporalia beneficia receperit, quin potiꝰ se summittere & humiliare debet, cũ tot tantisq; oneribus se oneratũ conspexerit. Cũ enim quis de ingenio, de viribus, de pulchritudine, de nobilitate de diuitijs tã spiritualibus quã corporalibus gloriatur, perinde est ac si diceret, plurima debita, quę soluere non possum, debeo. Nã (vt ait D. Paulus) Quid habes, quod nõ accepisti? Omnia, quæ habes, à Deo sunt, & ei illa debes, nec soluere potes: igitur insania est magna, te laudare, & cum ità oneratus sis te de acceptis beneficijs iactare. Peccatũ etiã dicitur infinita malitia, quia quantũ ex se est, est contristatiuũ & expulsiuũ Dei. Cõtrista 25 tiuũ, quia si Deus tristitiæ esset capax, peccatũ in eo tristitiam infinitã efficeret. Tantò enim quis odit, & tantã tristitiã accipit propter offensam & iniuriã sibi illatam, quantus est amor, quo se diligit; & cũ Deus se infinito amore diligat, infinita, si capax esset, tristitia afficeretur cũ ab hominibus offenditur. Atq; ità quãdo Apostolus inquit, Nolite cõ tristari Spiritũ sanctũ Dei, nõ est intelligendũ, Spiritũ sanctum tristitiã accipere; sed vult dicere; Non peccetis, quoniã peccatũ quantũ ex se est, est contristatiuũ Spiritus sancti, & si ipse tristitiã nõ accipit, ideò est, quia ipsius capax nõ est. Est etiã peccatũ expulsiuũ Dei, nã quantum ex se est, ipsum Deum ab anima expellit. Si autem quis sic obijciat, cùm Deus sit infinitæ potentię, quomodò potest eũ peccatum expellere? ad hoc subtilis Scotus respondet dicẽs, quòd gratia expellitur per peccatũ non formaliter, nec effectiuè sed demeritoriè: nulla enim 26 vis est, quę possit Deũ effectiuè expellere, licèt demeritoriè sic. Et hoc est, vt dici solet, Non dicam tibi, (*Que te vayas, pero yo te hare obras pordõ de te vayas.*) Constituens Patriarcha Iacob è domo soceri sui Laban discedere, dedit pro causa huius discessus dicens vxoribus suis: Video faciẽ Patris vestri, quòd nõ sit erga me sicut heri & nudius tertiꝰ, hoc est, (*No le veo buẽ rostro*) Et ideò ab eius domo discedere volo: hinc enim iudico cor eius nõ esse rectũ erga me. Nã (vt in Ecclesiastico dicitur) Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona siue in mala. Hæc est etiã causa, ob quam Deus ab anima peccatoris discedit, videlicet, (*Porque no le muestra buena cara, ni tiene para el buen coraçon.*) O infœlix peccator attende quid agas, licèt enim Deo nõ dicas, vt à te discedat, (*Hazes le obras con que el se vaya:*) Peccata tua demeritoriè illum à te expellũt:

1. *Cor.* 3.

Ephes. 4.

Scot. in. 2. *d.* 37.

Gene. 31.

Eccles. 13.

animaduerte qualis anima tua remanebit, ab ea tanto bono discedente. 27
Simile. Quid obsecro vrbs magna & opulentissima appareret, si eam omnes vicini eius desererẽt? qui timor, & qui horror esset, eã sic desertã videre? Deus cũ in anima est, & Angeli eius circũ circà, instar vrbis opulentissimæ est, quo decedente ipsa tam deserta remanet, vt si homo eã intueri posset, horrore & timore perculsus perhorresceret, & à se ipso fugeret. Itaq; his omnibus de causis peccatũ debitũ maximum appellatur, & idcò Dns illud per summã decẽ milliũ talentorũ significauit.

Est autẽ maximè notandũ, hunc seruũ debitũ hoc regi solũmodò debuisse, atq; ità cùm ab eo petijt, vt expectaret, (id est *Quando le pedia e(perà*) Ei dixit, *Omnia reddã tibi.* Mirabile profectò, si seruus hic debito oppressus peccator est, ergò peccator nũquã cõtra suũ proximũ delinquit, & omnia peccata cõtra Deũ sunt? Ad hoc respõdeo, in operibus nostris nõ tantũ esse considerandũ bonũ vel malũ, quod proximis fa- 28
cimus, quantũ attẽdendũ est seruitiũ, vel iniuria, quã Deo irrogamus. Cũ enim pauperẽ induis, aut illũ cibas, vel ægritudinẽ eius curas &c. non tantũ attendendum est ad illam necessitatẽ, qua fratri tuo subuenis, quantũ ad voluntatẽ Dei, qui tibi præcipit, vt hoc pro eius amore facias. Sic cùm peccatum committis, non tantùm considerare debes malum, quod proximo infers, quantum ad obedientiã Dei & transgressionẽ diuinorum mandatorũ. Aq; ità Sanctus Dauid cùm vxorẽ fidelissimi famuli sui Vriæ violasset, ipsumq; interfici iussisset, postu-
Psalm. 50 lãs à Domino veniã inquit: Tibi soli peccaui, cũ etiàm alios offendisset. Quod ideò fecit, quia licet iniuria & iniustitia, quam aduersus illos virũ & vxorẽ commisit, magna fuit, tamẽ respectu iniuriæ, quam Domino fecit, ea omnia ferè nihil erãt. Et ob hoc asserunt Theologi, auer sionem à Deo in peccato cum maiori supplicio, videlicet, pœna dam- 29
ni puniendam esse, quàm conuersionem ad creaturas, quæ pœna sensus punienda est. Hoc etiam verbum, Tibi soli peccaui, plus manifestauit metum, quem rex sanctus habebat, se à Deo puniendum esse, eo quòd vnum, qui solus est Deus, offenderet. Nam si, vt Romani. Ethnici existimabant, plurimi essent dij, ille, qui vnum illorum offenderet, si alios tamen placatos & amicos habebat, posset ad illos recurre re, sed cùm vnus duntaxàt Deus existat, si hunc amittis, illum offendẽdo, non est alius, ad quẽ confugias. Et hic est verus ac legitimus sensus
Iacobi. 2. illorum verborum Diui Iacobi; Quicunq; autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Et subiunxit statim Sanctus Apostolus singularem rationem inquiens: Qui enim

dixit;

30 dixit; Non mœchaberis, dixit, & non occîdes, quia si non mœchaberis, occîdis autem, factus es transgressor legis. Quod perinde est acsi diceret; Attende, ô homo, Deum tuum nè in puncto quidem legis offendas, vnum etenim tantummodò Deum habes, quem si læseris, non est alius, ad quem placatum possis confugere. Si sicut decem sunt legis præcepta, essent & decem dij, licèt vnum confringeres, vel duo, aut tria, & Deos illorum præceptorum offenderes, adhuc tamen alij placati remanerent. Sed cùm Deus, qui vnum præceptum dedit, dedit & omnia alia, quoniam vnus solus est Deus; sicuti si essent decem dij & decem præcepta, si omnia decem confringeres, nullum Deum, ad quem confugeres, placatum haberes; sic modò, si vnum tantummodo præceptum non seruas, remanes, vt antea remaneres, si om-
31 nia decem confringeres, non habens aliquem Deum placatum cum vnus tantum sit Deus, qui omnia decem præcepta seruare iubet. Iccircò ait Sanctus Apostolus, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Quapropter ô peccator vide quid agas, quando peccas aduersus vnum Deum, qui infinita potentia & sola voluntate hanc mundi machinam fabricatus est. Quòd si res facilius dissoluuntur, quam fiunt, & ipse Deus tam facilè totum mundum ex nihilo creauit, vide quanto facilius te euertere & annihilare poterit, qui ferè nihil es respectu totius mundi. Et si vnum solummodò peccatum tam magnum debitum est, miser ille, qui plurima & atrocia perpetrauit, quomodo dormire potest, quomodò ridere, quomodo manducare, cùm tantis sit oneribus oppressus? O insane insane, Deus te faciat resipiscere, & te à
32 pestifero somno suscitet. Narrat Macrobius fuisse Romæ quendam equitem, qui cum multis debitis oppressus esset, adeò incurioſus & maximo cum gaudio ac voluptate viuebat: Facta autem post mortem eius de bonis ipsius auctione ideſt, (*Almoneda*) Traianus Imperator famulo suo iussit, vt stragulum seu culcitram veterem, in qua eques ille dormiebat, sibi emeret. Cui famulus; Nunquid, ait, imperator potentissime & mundi monarcha in culcitra veteri, & ab alio trita dormies? Ità profectò, respondit Imperator, siquidem eques ille cum tanto ære alieno oppressus esset, tam lætus & contentus viuebat, non dubium est, culcitram illam virtutem aliquam ad obliuionem generandam ha-

Macrobius in saturnalibus.

bere. Hoc prudens Imperator dicebat, illum hominem deri- 33
dens, qui cum tantis debitis oneratus esset, ità otiose viuebat, ac si nullum haberet. O infœlices nos, quæ culcitra nos cooperit, & in nobis tantam obliuionem efficit, siquidem cùm tot scelera & peccata commiserimus, ac tantis debitis onerati simus, ità ridemus, gaudemus, & tanta incuria viuimus, acsi quidquid sacrosanctum Euangelium docet, ridiculum & mendacium esset. Sine dubio malitia nostra culcitra est, quæ nos contegit, & in nobis tantum malum efficit. Quòd si imperator equitem illum deridebat, quanto maiori cum ratione dæmones nos deridere, & ludibrio habere possunt, cum nos ita oblitos in re tam graui ac tanti ponderis aspiciant.

Oblatus est ei vnus, qui debebat decem millia talenta. O rem admirandam. Mirum sanè videtur, quòd cùm Christus Iesus Rex ac 34
Dominus sit vniuersalis totius mundi, qui ponit cum seruis suis rationem, quomodo nõ plusquam vnum debitorem habet? Non-
Psalm.13 nè Sanctum Dauid inquit, Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum? Ità verum est. Nàm sicut in grammatica, cùm pueri docentur per casus declinant, qui sunt nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, vocatiuus, & ablatiuus, sic peccatores declinant, & per diuersa peccata à diuina lege deuiant, quæ quidem conuenientissimè casus appellari possunt, siquidem peccata mortalia sunt ipsius animæ casus. Magister autem huius execrandæ grammaticæ diabolus fuit, qui homines docuit à diuina lege hoc modo declinare. Quidam 35
enim per nominatiuum declinant; & hi superbi & inanes sunt, qui inaniter se iactant à nobilissima Guzmanorum, vel Manriquorum &c. origine ortum trahere. De quibus meritò illud Psal-
Psalm.48 mi dici potest; Vocauerunt nomina sua in terris suis. Et hac superbia inflati proximos suos ita contemnunt, ac si non essent homines. Alij per genitiuum declinant; hi sunt, qui, vt filios suos diuites ac potentes in officijs & dignitatibus Reipublicę post mortem suam relinquant, multa & grauissima scelera committunt. Alij per datiuum declinant; hi sunt, qui munera offerentes iustitiæ ministros corrumpunt, vt, videlicèt, iniustè eis faueant. Per

hunc

36 hunc etiam casum declinant illi, qui muneribus & donis honestas fœminas & pauperes virgines peruertunt, vt sic ipse honorem suum amittant & suis turpissimis appetitibus satisfaciant. Alij per accusatiuum declinant: hi sunt, qui proximos suos falso de aliquibus criminibus accusant, & eos suis execrandis linguis ignominiæ notant. Alij per vocatiuum declinant; hi sunt qui grauia scelera perpetrantes nomina ipsorum mutant, videlicet, pigritiam vocant recreationem; turpitudinem sensualem fragilitatem humanam: superbiam, honoris æstimationem: iram, choleram, murmurationem zelum: murmuratores verò, zelantes. Alij denique per ablatiuum declinant; hi sunt omnes, qui artificia & inuentiones quærunt, vt iniustè proximos suos diuitijs & facultatibus priuent. Deus nos ò fratres à tam maledicta grammatica liberet.

37 Cùm igitur ità sit, quòd tam multi peccatores in mundo existant, quare Dominus in præsentiarum ait: *oblatus est ei vnus*? Respondeo Dominum hîc vnius tantùm mentionem facere ad significandum, quòd licèt peccatores penè innumerabiles sint, tamen diuinus iudex, à quolibet illorum tam seueram exiget rationem, acsi non esset in mundo alius quam ille solus. Non igitur peccator dicat: Siquidem debitores plurimi futuri sunt, (*Muchas cosas se passaran alli por alto, al tomar de la cuenta.*) Nàm quilibet tam arctam rationem reddet, ac si vnus solus debitor esset. Quis igitur tam ferreus est, qui hæc audiens non expauescat? Quis tam amens, qui statim non incipiat seuerum Dei iudicium pertimescere, & se ad illud præparare? De iusto in Ecclesiastico dicitur; Qui diligit Dominum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis. Si est amicus Dei, pro quibus peccatis deprecabitur? Pro iam condonatis. Nàm iustus si semel in peccatum lapsus est, nunquam illud dolere desinit; & quanuis Deus ipsius iam oblitus fuerit, ille tamen semper ipsum præsens & in memoria retinet, & de eo semper veniam postulat, quo sancto exercitio se ab alijs abstinet. Hoc ei prouenit ex eo, quia quò magis diligit Deum, tantò magis ipsum pertimescit. Vnde manifestè ostenditur, quantum bonum sit, Deum timere. Agens Propheta Baruch de idolis, & quomodò hominibus nec obesse nec nocere possunt, inquit: Vnde vobis notum sit, quià non sunt dij, non ergò reueremini eos. Vbi alia translatio habet: Non ergò timueritis eos; & sic est etiam in

38 *Eccles. 3.*

Baruch. 6

contextu Græco. In quo significatur, in modo loquendi & in 39
phrasi prophetarum idem esse reuereri, quod timere; atque ità timere Deum est ipsum venerari. Quòd si iusti postquam de suis peccatis maximè pœnituerunt, seuerũ Dei iudicium ità pertimescunt, quantò maiori ratione peccatores, qui sceleribus pleni nunquam pœnitentiam egerunt, perhorrescere debent. Cum Beatus Pater Agathon inter Ægypti patres celeberrimus in extremo vitæ agone constitutus timere valde cœpisset, & ab eo disci puli timoris causam quærerent, (quem sciebant innocentissimè vixisse) respondit; Longè alia sunt filij iudicia hominum & iudicia Dei: est enim via quæ videtur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem. Hinc etiam Regius Propheta ait: Si iniPsal. 129. quitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Non ait, Ego non sustinebo, (vt Beatus Augustinus hoc loco adno- 40
S. Augu. tauit) sed quis, licèt pius & iustus sit, sustinere poterit? væ enim laudabili etiam vitæ, si remota pietate iudicetur. Quare ergò tu, ô peccator, non pertimescis id quod sancti timuerunt? Finis, quem cœlestis magister Iesus Christus habuit, cùm hanc horribilem parabolam & alias similes proposuit, fuit, vt homines timorem conciperent, & per illum ad agendam pœnitentiam excitarentur, & à peccatis in posterum abstinerent. Quemadmodum venenum vbi
Simile. primùm ad cor accedit, statim & non anteà necat, sic peccatum non interficit, quousque ad consensum voluntatis perueniat. Et hinc oritur, quòd sicut animalia, quæ venas angustas habent, cum veneno non facile pereunt, quoniam virus locum non inuenit, quo ad cor fluere queat; quæ autem venas amplas sortita fuêre, facilius cum veneno moriuntur: sic qui conscientiam angustam pro 41
Simile. pter diuinum timorem habent, difficulter cum peccati veneno moriuntur, quoniam coarctatio conscientiæ illud ad consensum voluntatis accedere non sinit; qui verò ampla sunt conscientia, & absq; timore facilè cum hoc veneno pereunt, quoniam illud ad voluntatis consensum accedere permittunt. Iccircò Christus Redemptor noster tot artes & inuentiones quæsiuit, vt in cordibus humanis diuinus timor regnaret.

Cùm autem non haberet, vnde redderet, iussit eum Dominus eius venundari & vxorem eius & filios & omnia, quæ habebat, & reddi. O stupendam & valde mirandam summi Dei iustitiam. Meritò dictum

42 dictũ est, horrẽdum esse incidere in manus Dei viuentis. Quorsum, ô æterne Deus, siquidem iubes huius hominis filios vendi, imperas etiam vxorem ipsius venundari? Quid mulier vetula valebit? Quis pro illa aliquid pretij reddere volet? Sine dubio maioris erant pretij & æstimationis olim mulieres quam nunc sunt: atque ità legimus, homines fœminas, quas vxores ducere volebant, emisse. De Patriarcha Iacob inquit sacra Scriptura: Seruiuit ergò Iacob septem annis, & statim inferius alijs septem annis pro eadem seruisse refertur: nunc autem parentes, vt illas in matrimonium collocent, numos præbent, & vix homines illis se onerare volunt; tam multas enim expensas faciunt, vt thesauro magno opus sit ad earum pompas ac vanitates sustentandas. Nihilominus tamen, Dominus, vt existimo, de his corporalibus venditionibus non loquitur, sed voluit in hoc significare, quòd non solùm peccator, sed omnes eius complices & coadiutores, si pœnitentiam non egerint, cum ipso in æternis flammis cruciabuntur. Si vetula gallinam cum pullis habens, & videns miluum super illos volitantem, pertimescens, nè aliquem illorum vnguibus raperet, eos omnes simul cum gallina funiculo ligaret, ipsa autem terga vertente miluus descenderet, & vnguibus funiculum illum prehenderet & attraheret, certum est, quod siquidem mater cùm filijs vnà vincti erant, miluus omnes simul aripere. In hunc modum, si vir & vxor filij ac famuli eius vnius criminis participes sunt, & omnes eodem peccati fune ligati, omnes absque dubio, si pœnitentiam non egerint, ab impij Sathanæ vnguibus rapientur. Diuitię per vsuram & cum peccato comparatæ sunt velut funes ligantes eos omnes, qui ipsas tangunt, & ipsis fruuntur; & sicut omnes in 44 eadem culpa sunt, omnes eadem pœna punientur. Narrat Cæsarius quòd ægrotans quidam magnus peccator iussit vocari scribam & ab eo petijt, vt testamẽtum, eo ordine, quo ipse disponeret, scriberet. Scriba autẽ consentiente illo sic orsus est: Mando, vt hæc anima mea, quoniã creatorem suum offendit, à diabolis in æternas flammas cruciãda eripiatur. Item mando, vt vxor mea, quoniã scelera mea nunquam impediuit, quin potius vsuris meis & latrocinijs gaudebat, quibus posteà abundantius viueret, & haberet, quo melius se componeret & ornaret, volo inquã vt à diabolis rapiatur. Item, quia filij mei contendebãt, vt ego plurimis versutijs & technis multo ære alieno me oppri mẽs irretirer, vt posteà plures eis diuitiæ & facultates remanerent, inã do vt à diabolis etiã rapiantur. Item mando, vt pater cõfessor, quoniã

Gene. 29.

simile.

Cæsarius.

crimina mea dissimulabat, meq; ab iniustitijs & latrocinijs absolue- 45
bat, à diabolis etiã rapiatur. Et finito testamento omnes iusto Dei iu-
dicio à dæmonibus sublati fuerunt, quoniã hoc supplicio digni erãt.
Ezech. 29. S. Prophetam Ezechielem Deus sic allocutus fuisse legitur: Fili homi
nis pone faciẽ tuam contra Pharaonẽ Regẽ Ægypti, & prophetabis
de eo vniuersa: loquere, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego
ad te Pharao Rex Ægypti draco magne, qui cubas in medio flumi-
nũ tuorũ & dicis; Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et ponã
frænum in maxillis tuis & agglutinabo pisces fluminum tuorũ squa
mis tuis, & extraham te de medio fluminũ tuorũ, & proijciam te in de
sertũ, & omnes pisces fluminis tui, bestijs terrę & volatilibus cæli dedi
te ad deuorãdum. (*O sancta Maria señora*) & quam apertè nobis hîc Spi
ritus Sanctus ostẽdit, eos peccatores, qui eodẽ peccato cooperantur, ea
dẽ pœna esse puniendos, siquidẽ nõ solum Pharaonem punit, qui su- 46
perbia inflatus nõ recognoscebat à diuina manu bona accepisse, quin
potius magnitudinẽ suã & potestatẽ suæ industriæ tribuebat, verum
etiã inquit, se eodẽ supplicio esse puniturum eos omnes pisces, qui in
circuitu eius enatabant in eisdẽ voluptatibus & sceleribus cũ Pharao-
ne immersi. Isti omnes eius sequaces erant, qui in cunctis flagitijs ei
fauebant. O diues auare & superbe quã meritò tibi dicere possumus:
Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorũ, & dicis: Meus est
fluui⁹ & ego feci memetipsum: Quarè instar draconis cupiditate inflã
maris, teipsum in flumine voluptatũ & bonorum huius sęculi immer
gẽs, & omnia ea bona, quæ possides, tuę diligentiæ tribuis, & cõgluti
nasti tibi omnes pisces, videlicèt, filios tuos fautores & familiares, tuo
rum scelerum participes effectos. Tibi ergò & illis omnibus Deus fræ
num mortis inijciet, & vos in horribile desertum, scilicèt infernum 47
detrudet, vbi infernales illæ bestiæ crudelissimè vos deuorabunt. Te
filij tui, vxor tua & omnes, qui tibi in sceleribus fauebant, comitabun
tur. Quapropter vos per immensam Dei charitatẽ obsecro, vt, siquidem
nunc per tempus licèt, à vestris malis pœnitentiam agentes, hãc
opportunitatem arripiatis & flagitia deponere curetis.

Procidens autem seruus ille rogabat eũ dicens, Patientiam habe in me & omnia reddã tibi. Ex his verbis infertur Dñm in præsentiarũ nõ loqui de vniuersali iudicio, nec de particulari ratione, quã quisq; statim post mortẽ suã redditurus est; ibi enim nulla erit venia aut appellatio; sed loqui de quodam iudicio, quod in hac vita inter Deum & animã pec catricẽ celebrari solet, quando, scilicèt, ipsa sua grauissima peccata cog

noscens

48 noſcens ſe coram diuino conſpectu repræſentat, conſideratq; iam ad æterna ſupplicia in ſuperno tribunali diuinæ maieſtatis eſſe dãnatã. Atq; ità pro eo quod nos in Pſalmo legimus, Quoniam iudicas populos in æquitate, in cõtextu Græco & in paraphraſi Chaldaica habetur: Quoniã iudicabis populos in æquitate. Vbi apertè inſinuatur, quòd eaſdem gentes, quas Deus in hora mortis earum iudicaturus eſt, ipſas nunc de præſenti iudicat. Hoc eſt vnum ex horribilibus, quæ in hoc ſæculo cogitare poſſumus, ſcilicet, omnes, qui mortaliter aliquando deliquimus per certitudinem fidei, quàm habemus, ſcimus nos iam ad æterna infernorum ſupplicia damnatos fuiſſe, neſcimus autem an hæc ſententia commutata & reuocata ſit, quanuis enim crimina noſtra confeſsi fuimus, & diuina ſacramenta accepimus, adhuc tamen ignoramus an illa dignè ſuſceperimus. Quo igitur timore, & qua 49 cordis amaritudine eum, qui hoc credit, viuere oportet? Illi verò, qui in actuali peccato mortali ſunt, ſine dubio plus omnibus timere & perhorreſcere debent. Sanctus Propheta Zacharias ſic ait: Leuaui oculos meos & vidi, & ecce vir & in manu eius funiculum menſorium. Vtinam ſic leuaremus oculos noſtros, & videremus, quo pacto Deus habet in manu funiculum, & metiatur opera noſtra, vt cum impleta fuerit menſura illa, qua ipſe conſtituit nos expectare, tunc puniat. Iccircò Sanctus Hieremias ait: Vlulate paſtores & clamate, aſpergite vos cinere optimates gregis, quia completi ſunt dies veſtri, vt interficiamini. Ad hanc rationem nos Deus per diuinas inſpirationes, per voces prædicatorum, per ſanctam librorum lectionem, per labores & infortunia vocat. Icteritia ægritudo eſt, quæ licet illa laboranti alicuius moleſtiæ & afflictionis cau- 50 ſa ſit, tamen qui illam patitur, facilè ipſam non curaret, niſi facies & oculi eius ſignum oſtenderent, nam illos pallidos reddit: ità vt illi, qui ipſos ſic pallidos vident, ſtatim dicant; Tu domine plenus ictericia es, quoniam faciem & oculos pallidos habes, & niſi ei medicinam adhibueris, facile ea ægritudo aliam corruptionem attrahet, & morieris: & ſic illa admonitione ægrotus remedium quærit, antequam malum vltrà progrediatur. In hunc modum Deus permittit, vt peccata, quæ aliqui ſecretò perpetrarunt, (*Les ſalgan al roſtro*) & publicentur, vt cùm ſe ignominia & infamia ità notatos viderint, ſe ipſos confundentes conuertantur, & veram agant pœnitentiam. Cognoſcens ergò peccator ingens debitum, quod Domino debet, ſe coram clementiſsimis eius oculis proſternat, & ab eo remedium profundiſsi-

Pſal. 66.

Zacha. 2.

Hiere. 25.

ſimile.

disima humilitate postulet, non se ipsum excusans, quin potius ma- 51
B. Augu. ximo cordis sui dolore accusans. Nã (vt inquit B. Augustinus) si Adã
sermo. 19. se ipsum à culpa non excusasset, dicens, Mulier, quam dedisti mihi
de Sanctis decepit me, nunquam Deus ipsum à terrestri paradiso ejiceret. Quidã
Tomo. 10. viduę Propheta Elisęus consuluit, vt parum olei, quod habebat, in va-
4. Reg. 4. sa mitteret, & illud vẽderet, & sic filios suos à seruitute, in qua illos cre-
ditores eius ponere volebant, redimeret. Sic tu, ô peccator, facito. Of-
fer aliquot pietatis opera; quæ cum pauperibus, qui sunt vasa vacua
exercere debes, ac tandem lacrymas contritionis profunde, ipsasq; in
illa vacua vasa, videlicẽt, vulnera Christi Saluatoris nostri proijce, eas
æterno patri offerens, quibus ipsum sine dubio placabis. Animaduer-
te qualiter postquam seruus ille dixit, *Patientiam habe in me, misertus*
Dominus illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. O benedictus sit talis
Deus, glorificatus tam clemens Dominus, te omnes, ô superne Rex, 52
Hierarchię cœlestes collaudent, qui sic peccatorum misereris, vt plus
quã à te postulant, eis concedas. Seruus hic solummodo petebat, vt eũ
pro debito expectares, tu verò omne illud ei remisisti. Sic latro in cru-
B. Augu. ce tantũ obsecrabat dicens; Dñe memento mei, & (vt B. Augustinus
perpendit) singulare beneficium reputaret si Dominus sibi peccata
quoad culpã cõdonaret, & hoc erat quod deprecabatur: sed liberalissi-
mus reparator multò plus ei largitus est dicens: Amen dico tibi, hodie
mecũ eris in paradiso. O quàm benemeritò Sãctus Apostolus dixit:
Ephes. 2. Deus autem, qui dives est in misericordia. Quid ais Apostole sancte?
In quo non est dives Deus? Certè dives est in Sapientia, & in potẽtia,
& in scientia, & in infinitis perfectionibus, cur ergò de sola misericor-
B. Bernar. dia eius mentionẽ feciſti? Ad hoc respõdit B. Bernardus dicẽs: Laudo
Domine tuã mirabilem sapiẽtiam: magnifico tuã omnipotentiã: sed 53
misericordia miseris sapit dulcius; & quia B. Paulus post tot delicta
patrata misericordiam Dei consequutus est, quod dulcius ei videtur,
hoc modis omnibus in Deo peculiariter laudat, vocãs eũ diuitẽ in mi-
sericordia. Sed animaduerte, ô peccator, Sacratissimã virginẽ Mariam
Luc. 1. hui⁹ altissimi Dei matrẽ dixisse: Misericordia eius à progenie in pgenies timẽtibus eũ: quoniã hi solũmodò ab illa efficaciter vtilitatẽ educere volũt. Si flumen abundãtissimum præterlaberetur, per omnes vi-
Simile. cos huius vrbis, vt omnes in eo sitim suam explerent, si per ianuam
tuã etiã flueret, & tu ex eo bibere non vis, tua profectò culpa erit. O
flumẽ placidissimũ Iesu Christe, qui ais, Siquis sitit, veniat ad me, & bi-
bat, omnes vocas & neminẽ expellis, qui accedere noluerit, sibi impu-

tet,

54 tet, tu enim erga omnes misericordiam habes abundantissimam. Sed iam oportet videre quàm fuerit ingratus seruus hic Domino suo omnia ei debita dimittenti.

Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens, Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens; Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abijt & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videte qualis sit genius nostræ carnis, multa nobis condonari volumus, & in minimis alijs parcere renuimus. Delictũ huius serui nõ parum aggrauat, quòd tam citò beneficij accepti est oblitus, deinde quòd non extraneus erat, quem tam acerbè tractat, sed conseruus; tertiò quòd pro vili pretio illum cruciat; deniq; non modo verbis exigit, sed eũ suffocare audet. O humanã duritiã. Optime S. Dauid,

55 quando ei optio data fuit, respondit Prophetę Nathan, Malo incidere in manus Dei, quàm in manus hominum, multæ enim sunt miseratio- 2. *Reg.* 24
nes eius. Maximè notãdum, est quod dũ corã rege hic seruus fuit, humilis erat, & orationi instabat, egressus ira plenus manus violenter posuit in fratrem suum. Sic pleriq;, quando in templo Dei sunt, rem sacram audiunt, verba Dei attentius percipiunt, sancta desideria habẽt, magna patrare proponunt, at egredientes confestim horum illorum obliuiscuntur, & minima occasione oblata irascuntur, & cõturbantur contra proximum suum, & verbis furorem atq; operibus ostendunt. De quibus in Prouerbijs dicitur: Os fatuorum ebullit stultitiam. Isti, *Prouer.* 15
vt habent cor ad instar ollæ feruentis, producunt effectus, quos ipsa fa- *Simile.*
cere solet, scilicẽt, quod emittens ex se aquam ebullientẽ, eos, qui circũ circà sunt, comburit suo vehementi calore, & ignem extinguit, ac pin-

56 guedinem à se expellit, tandẽ ipsa vacua remanens vi caloris confringitur. Sic cor ira efferuescens per os verbis improbis & deprauatis operibus diffunditur, quibus proximos suos comburens & damnificans ità lumẽ rationis extinguit, vt vix iratus homo, quid faciat, intelligat; & hac ira incensus expellit à se deuotionis ac diuinæ gratiæ pinguedinem, & culpa confractus remanet, sicut Ecclesiasticus testatur dicens: Cor fatui quasi vas confractum. Obsecrate ergò fratres Deum, vt vos *Eccles.* 21.
à tãto malo eripiat, & (vt ait Beatus Paulus) Date locum iræ. Si ad vos *Roma.* 12.
peruenerit, non ipsam detineatis, eamq; celeriter transire sinite, & sanctis considerationibus excutite. Attendite grauia; quę in Deum quoti die scelera committitis; & siquidem vultis, vt ipse vobis parcat, parcite & vos offensoribus vestris. Sed quia hoc non attendimus, tã faciles

& pro-

B. Augu. & propenſi ſumus ad vltionem. Atq; ità Beatus Auguſtinus inquit: 57
O quicunq; es, attendis quid tibi fecerit homo & non attendis, quid
tu feceris Deo? Adeò cæcus & ira inflammatus hic ſeruus nequam re
manſit videns debitorem ſuum, vt nullam in corde eius operationem
humilis illius pauperis fecerit oratio,

Et miſit illum in carcerem. O duritiam execrandam cordis humani,
quod nec precibus fratris ſui emollitur. Totius debiti remiſsionem ac
ceperat, & conſeruo ſuo miſereri non vult ſaltim dilationem tempo-
ris illi exhibens. Vos fratres non ità, ſed parcite vltrò & non vindictã
de aliquo accipiatis; neminem in carcerem mittatis, ſed potius ſolaite
Hebr. 13. eos, qui vinculis alligati ſunt. Mementote vinctorum (ait Beatus Pau
lus) tanquam ſimul vincti. O philoſophiam cœleſtem cœleſtibus ho
minibus cœlitus datam. Vtinam efficaciter eam teneamus, & pecto-
ribus noſtris inſcribamus. Mementote vinctorum non vtcunque, ſed 58
perinde ac ſimul cum illis vincti eſſetis. Hoc planè eſt, proximum
amare vti nos ipſos, quod heu, heu, heu, quàm paucis contingit.

*Videntes autem conſerui eius, quæ fiebant, contriſtati ſunt valdè, & ve-
nerunt, & narrauerunt Domino ſuo omnia, quæ facta fuerant.* Hi conſerui
Apoc. 19. Angeli ſunt, vnus enim eorum Beato Ioanni dixit, cùm eum adorare
vellet: Vide nè feceris, conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum. Et licèt
in Angelis bonis triſtitia eſſe non poſsit tamen poteſt eſſe origo eius,
videlicet, nolitio, quia (vt ait Beatus Auguſtinus) triſtitia eſt de ijs, quę
nobis nolentibus accidunt, atq; ità cum ait, Angelos triſtitia affici per
inde eſt ac ſi diceret eos illud opus malum odiſſe.

Et narrauerunt Domino ſuo omnia, quæ facta fuerunt. Non ait, eos inter
ſe murmuraſſe, ſed Dño quæ contigerant, narrauiſſe. Malũ quod per
petrari vides, non debes illud detegere, vbi nihil prodeſt, quin potiùs 59
Simile. ad eũ, qui ipſi remediũ adhibere valet recurre. Exẽpli gratia: ſi famu-
lus alicuius Domini flagitium aliquod cõmittit, non debent alij famu
li de illo inter ſe agere, quin potius illud ipſi Domino aperire & mani
feſtare debent, vt ſic remediũ adhibeatur, quod etiam in Rebuſpubli
cis, congregationibus, & conuentibus ſeruandum eſt, eo ſemper ani-
mo, vt cuiuſque delicta corrigantur, eiſque remedium applicetur.

Rex autẽ rem geſtã audiens accerſit ſeruũ improbũ & exeandeſcens in eũ
B. Chryſo. *exprobrat crudelitatem eius vocans ipſum ſeruũ nequam.* Nẽpè (vt notat B.
Chryſoſtomus) quando hic miſericordiã poſtulabat nõ iniuria illum
affecit, ſed clementer pepercit, & omnia debita dimiſit, quanuis tot ta
lenta debebat: nunc verò, quia crudelis fuit in fratrẽ ſuũ contumelioſè

eum

60 eũ alloquitur dicens. *Serue nequam nonnè oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ergò tui misertus sum?* Hoc est, mea clementia & lenitas docere te debuit, quã misericorditer quamq; piè cum fratre tuo te habere oportebat. Vbi obseruandũ est hanc vocationem per mortẽ fieri, quã obrẽ nihil respondere potuit; etenim post hanc vitam omne argumẽ tũ omnisque excusatio cessabit. Et ità Sanctus Dauid ait, omnes vias meas præuidisti, quia non est sermo in lingua mea. Vbi S. Propheta vias appellauit excusationes, quas filij Adæ prætexere conantur, vt malefacta sua tutari valeant. Sic ordinãda sunt hæc verba; Non est sermo in lingua mea, quia omnes vias meas præuidisti, & scis nullam me excusationem habere. *Psal.* 138.

Sed quid rex iustus ira succensus fecerit, audiamus. *Tradidit eum tortoribus quoad vsque redderet ei vniuersum debitum.* Quærat hîc quis & 61 rectè, Deus non punit bis in idipsum, vt Propheta Naum recenset, & in S. Ezechiele pollicetur, Si impius relinquat viam suam malam, & pœnitentiam egerit, omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor amplius, si ità se res habet, quomodo post veniam datã huic seruo Dominus debiti dimissi recordatur, & ait: *Donec reddat vniuersum debitum?* Non planè in reciduãte peccata dimissa numero redeũt, sed ob ingratitudinem peccator grauius punitur in inferno, vt egregiè docet Beatus Thomas. Et sic oportet intelligi quod Beatus Gregorius ait, scilicet: Ex dictis euangelicis constat, quòd si aliquis in nos delinquit, & ex corde non dimittimus illud, rursus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuit. An autem illa ingratitudo sit speciale peccatum, vel quid annexum cuilibet peccato explanat Angelicus doctor. *Ezech.* 18. *B. Th.* 3. p. q. 38. ar. 2. *B. Greg.* li. 18. *moral.* *B. Th.* 3. p. q. 88. ar. 4

62 Concludit tandem Dominus dicens; *Sic faciet pater meus cœlestis vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Ecce quò tendebat tam longa parabola. Vult quidem Saluator docere nos, fideles propensos esse ad indulgendum eis, qui nobis nocuerunt, & quod remissio & pax vera sit, & non ficta, quippèquæ si non falsa fuerit, in corde fita est, dicente Beato Augustino, Pax hominum est ordinata concordia. Cui sententiæ alludit Sanctus Dionysius dicens, Pax est omnium vnitiua & consensus operatiua: quod etiam docet Beatus Thomas. Hanc igitur præcellentem gemmam totis viribus quæramus; quã profectò habentibus Deus pacis erit nobiscum hîc per gratiam & tandem per gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. *B. Augũ. libr.* 19. *de Ciuit. Dei.* c. 13. *B. Dionys.* c. 2. *de diuin. nomi.* *B. Tho.* 2. 2. q. 29. ar. 3

In ea-

In eadem Dominica. XXI. post Pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Sic Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Matth. 18.

SANCTVS Propheta Zacharias agens de aduentu Dei in mundū in carne humana inquit; Deū inter alia singulare quoddā in homines beneficiū esse collaturū, his verbis: In die illa proteget Dominus habitatores Hierusalē, (id est Ecclesiæ) & erit, qui offenderit ex eis in die illa quasi Dauid, & sicut Angelus Domini in cōspectu eius. Vult in hoc innuere, verbū factū hominē ità esse peccatores conuersurum, vt quilibet ipsorū similis maneret Sancto Dauidi, qui (vt patet ex sacra Regum historia) Dei amore Sauli suo infestissimo inimico, quē cùm sæpissimè posset interficere, vitā condonauit. Cumq; (vt alibi cōmemoratur) securam totius regni Israel obtinuisset possessionē, interrogauit: Nunquid supereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum illo misericordiam Dei? Quid autem est misericordia Dei? Benefacere illis, qui nos molestijs afficiunt & incommodis. Et hoc misericordia Dei & non hominis vocatur, tum, quia de Deo in diuinis literis traditur: Hospitabit, & pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet; hoc est, plurimas iniurias & blasphemias accipiet ab ijs, quos innumeris auxit beneficijs, tum quia ad faciendam hanc misericordiam necessaria est Dei gratia & auxiliū. Itaq; non tantùm voluit Spiritus sanctus, vt diceretur, Christianos Dauidi similes futuros, sed voluit vt adderetur, Et sicut Angelus Dñi in cōspectu eius. O mirabilē amplificationem, in qua significatur, quòd sicut Angelus, eò quòd sit in gratia confirmatus & glorioſus existat (quia Dei faciē conspicit) nō potest patientiam amittere, licèt ille, cuius custos est, grauiter eum offendat, multa committens coram ipsius oculis peccata, nec ideò eū desinit amore prosequi, & quam plurimis beneficijs ornare: sic Christiani propter beneficia à Deo accepta aliquomodo impotentes se esse intelligere debebant, vt eos, à quibus ipsis iniuriæ inferuntur diligere

Zacha. 12. 1 2

1. Reg. 24 & 26.

2. Reg. 9.

Eccles. 29 3

4 gere & benefacere non ſinerent. Et cùm filius Dei hoc peculiariter in-
tendat, videlicet, homines ad hunc amorem & charitatem attrahere &
adducere, apud S. Matthęũ dixit: Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: *Matth. 5.*
Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego au-
tem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite ijs, qui oderunt
vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. Cùm ait; Ego
autem dico vobis, quadam ſe aſtrinxit obligatione potentiſsimus
Dominus auxilium præbendi ſuis obedientibus ſeruis ad obſeruan-
tiam huiuſque cœleſtis præcepti executionem. Atque ità per Zacha- *Zachar. 9.*
riam Prophetam promiſerat dicens: In die illa, (ideſt in lege gratiæ) 14.
erunt lebetes in domo Domini, (hoc eſt in Eccleſia ſancta) quaſi
phialæ coram altari. O admirabilem promiſsionem. Cùm pollicetur
hîc Dominus, quod ollæ, quæ coquendis carnibus terreniſque cibis
5 addictæ erant, vaſa forent & calices ad cultum diuinum, promittit
carnalia corda, in quibus igne concupiſcentiæ atque iræ quam plu-
rima condiebantur ſcelera, vltiones & iniquitates, ità eſſe conuerten-
da, vt in eis amor, charitas, & virtus condirentur. Vt autem nobis ad
hoc tam inſigne opus animum præberet, adiecit in præfatis verbis
diuinus magiſter: *Vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt.* Nõ reperitur in
diuinis literis, quòd Angeli verbis claris & manifeſtis filij Dei nuncu
pentur, quod vero ſerui eius ac miniſtri ſint paſsim inuenitur. Nàm
Sanctus Dauid ait: Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos *Pſal. 103.*
ignem vrentem; & in præſentiarum inquit Dominus homines non
tantum nomen filiorum Dei obtenturos eſſe, verum etiam re ipſa
futuros. Atque ità Diuus Ioannes ait: Videte qualem charitatem 1. *Ioan. 3.*
dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Vnde, quemad-
6 modum Diuus Paulus ad probandum quòd Chriſtus Redemptor
noſter quatenus homo ſublimior ſit Angelis, hoc vtitur argumento; *Hebræ. 1.*
Tantò melior Angelis effectus, quantò præ illis excellentius nomen
hæreditauit; cui enim Angelorum aliquando dixit Deus, Filius meus
es tu? & ſiquidem excellentius nomen quàm illi omnes hæredita-
uit, ſequitur inde dicendum omnibus illis maiorem eſſe: ſic nos
idem argumentum aliquomodo facere poſſumus, ſcilicet, quòd An-
gelos ſuperamus hoc nomen, filij Dei, conſequendo. Verùm ſi ar-
guis, diuerſum ab hoc Regium Prophetam aſſerere, cùm de homi-
ne ait, Minuiſti eum paulominus ab Angelis; cur ergò dicis, eos qui
hoc nomen obtinent, ipſis Angelis eſſe meliores? Reſpondeo, quòd
licèt homines in hoc Angelis antecellant, non ſequitur in cunctis eſ-

se intelligendum, nam in alijs quam plurimis rebus homines ab An 7
Simile. gelis superantur. Vides aliquando adolescentem pulchrum omnibusque sui corporis membris bene dispositum, & circa eum conspicis etiam Æthiopem, qui licèt deformis sit ac illi dissimilis, candidiores tamen dentes & pulchriores quàm ipse adolescens habet; & si dicis Æthiopem meliores quam illum habere dentes, non tamen niger iuuene pulchrior est & elegantior, siquidem cæteris omnibus nigrum antecedit. Sic nos, si cum Angelis comparemur, instar Æthiopum sumus, quanuis verum sit, nos, si hoc nomen filij Dei obtinemus, aliqua in re ipsis esse præstantiores. Ad consequendam igitur tam singularem excellentiam oportet, vt tam præclaram virtu-
D. Th. 2.2. q. 72. ar. 7 tem, qualis est inimicorum dilectio, habeamus. Beatus Thomas per
Simile. doctè asserit, dilectionem inimici præeminere dilectioni amici, eò quòd dilectionis amici poterit esse alia ratio quam dilectio Dei; in di 8
lectione vero inimici non ità sed vnica ratio est, videlicèt, summi Dei amor. Videmus solis radium vitrum penetrare, & vsque ad parietem non cum magna vi se extendere, eò quòd in ipso vitro vis eius debilitatur: alter verò directe & nulla re interposita eundem parietem percutit, & in eo reflectens magni caloris causa est. Sic exclaritate, quæ est sicut sol, gemini procedunt radij, videlicet, dilectionis amici & dilectionis inimici. Dilectio amici est instar radij, qui vitrum penetrat & in eo non sistit, sed vlterius vsque ad parietem peruenit, & quia vitrum petransijt, eius caloris vis debilitatur. Sic amor, qui à voluntate charitate inflammata oritur; in vitrum, scilicet, in amicum deuenit, & aliquas in eo inuenit rationes, quibus diligi meretur, quando ad vltimum finem, videlicet, Deum accedit, iam eius vis debilitata est, quoniam in amico aliquantis- 9
per quieuit (ideſt, *Porque ſe para en el amigo.*) Procedit alius ex charitate radius, qui est amor inimici, & ad vltimum finem, scilicet, Deum tendit, absque eo quòd in inimico detineatur, quoniam nullam in eo inuenit virtutem, quæ ad eius amorem ipsum attrahat &
Simile. commoueat, & sic efficaciusin Deo reuerberat. Cùm plurimi cantores simul suauiter canunt, licèt inter eos vnus sit, qui cæteris vocis suauitate præmineat, non tamen placidè ea frueris, eò quòd aliorum vocibus coniuncta sit, iccircò si cupis illa perfrui, fac vt cæteri taceant. Sic perfectio amoris Dei in amore amici non rectè conspicitur, eo quòd alijs quam plurimis respectibus, propter quos illũ amas inuoluatur, at in dilectione inimici solus ac purus Dei amor interue-

nit.

10 nit, cuius sic perfectio clarius & fulgentius apparet. Magnes, qui libram ferri ad se attrahit, perfectior est, quam qui solum acum attrahere potest. Sic amor, qui perfert & diligit inimicum nimis grauem, perfectior est illo, qui diligit amicum, qui grauis non est. Ignis lignum viride & humidum comburens efficacior est, quam qui aridum comburit. Sic cùm animus sit instar ligni viridis & humidi respectu amoris multò maioris efficaciæ est amor, qui in ipso operatur. Maior ignis est ille, qui eos qui procul sunt, calefacit, quam qui tantummodò eos, qui propè sunt, potest calefacere. Solent in domibus diuitum tã magni ignes fieri, vt, qui procul, quique propè sunt, omnes calefiant, at in domibus pauperum vix quatuor prunæ sub cinere positæ reperiuntur, super quas, vt tibi suum calorem communicent, te oportet ponere, & cinerẽ, qui eas contegit, flando amouere. Iusti similes sunt diui- *Simile.* *Simile.* *Simile.*

11 tum ac potentissimorum domibus, in quibus vsque adeò ingens est ignis charitatis, vt cum ipso diligant & calefaciant eos, qui prope sunt, nẽpè amicos, & qui procul, scilicèt, inimicos: at peccator est velut pauperis domicilium, vbi adeò exiguus viget amoris ignis, vt non nisi eos qui propè sunt hoc est amicos & calefacere & amare possit. Multò etiam præstantior est inimicorum dilectio, quam amicorum ob maiorem quam in illo voluntas ponit efficaciam, nam vbi maior infertur vis, ibi perfectius opus & maioris meriti esse reperitur ob ingentem laborem, quem voluntas patitur: nam (sicut Beatus Apostolus ad Corinthios scribens ait) Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Si ergo vnusquisque secundum suum laborem præmium & remunerationem est accepturus, certum est, laboriosius esse diligere inimicum, quã amicum. Et sicut maioris *1. Cor. 3.*

12 meriti est credere mysteria, in quibus maior inest difficultas, & quæ aliquomodo rationi nostræ videntur repugnare: ità maius meritum est diligere id quod amori nostro magis contrarium est. Nihil autem est, quod amori tantum contradicat, sicut odium; hæc enim duo (nempe amor & odium) magis contraria sunt ac discrepantia quam aqua & ignis. Excellentior etiam hic amor est eò quòd tam singularis boni; videlicèt, conuersionis inimici est causa: vt egregiè asserit Diuus Paulus dicens: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis cõgeres super caput eius. Hoc est: Peccator licèt durus sit ac lapideus, amore tamẽ & beneficijs à te in illum collatis efficies, vt eius cor igne singularis amoris ardeat & inflãmetur. Animal dictum tiro, quod ex viperarũ genere est, nimis *Roma. 12.* *Simile.*

venenosum esse dicitur: Cum hoc, si Pharmacopola septuaginta seu 13
plura salutifera medicamenta coniungit & admiscet, ipsum animal in theriacam, quæ est vnguentum quoddam aduersus venenum mirabile, conuertitur. Inimicus tuus vipera est veneno plena, & sicut vipera è se emittit iniuriarū venenum ac falsorū in te criminum. Cupisne hanc viperam in vnguentum salutare conuertere, & eum ex malo bonum reddere, permisce cum eo multa materialia medicamenta; amoris signum ostende; hilarem ei & beneuolum te præbe; dulcibus eum verbis saluta; singularibus auge beneficijs; ac denique tot tantaque medicamenta illi viperæ poteris adhibere, eique simul miscere, vt ex ea theriacam facias: hoc est tot in eum ac tanta possunt conferri beneficia, vt emolliatur ipse, & confundatur, in cognitionemque sui criminis veniens à Domino summa cum humilitate veniam postulet. Ex omnibus his rationibus perspicuè 14
colligitur, quam excellens quamque perfectus sit inimicorum amor. Sed fortasse dices, credo equidem omnia à te dicta vera esse, sed velim scire, vtquid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me? Vtquid Deus permittit, tot inimicos aduer-
Psal. 117. sum me castra mouere? Huic quæstioni satisfacit Regius Propheta dicens; Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spi-
simile. nis. Apes licet stimulum habeant, quo pungunt, fauum tamen circundant, vt eius casulas melle impleant; & hoc solent facere, nisi aliqua molestia afficiantur. Sic ex inimicorum ambitu & circuitu prouenit, vt iustus instar faui maneat melle refertus, nam si eos nec vexat, nec illatas sibi iniurias vindicat, sed tolerantius eos sufsert, generat Deus in animæ casulis, quæ sunt eius potentiæ, innumerabilia dona, gratias, & fauores. Et exarserunt sicut ignis in 15
spinis. Inter alia, quæ excogitari possunt, vt terra, quæ spinis abundat, fructum proferat, hoc vnum est remedium, vt eis ignis, qui eas adurat, applicetur, & ita terra ab spinis immunis & cinere plena atque ad ferendos multos fructus apta remanet. *Simile.* Sunt animæ nostræ velut terra spinis & tribulis peccatorum ac imperfectionum plena, inimici verò sunt velut ignis, qui suis nos persecutionibus adurentes nobis occasionem præbent has spinas & tribulos consumendi, & quòd animæ nostræ mira humilitate plenæ, temperatæ, & ad ingentes meritorum fructus ferendos dispositæ remaneant. Ad hanc etiam interrogationem, scilicèt, vt quid multiplicati sunt, qui tribulant me? responderi potest his Domini

ver-

16 verbis, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est: hoc est, multiplicantur inimici vestri, & inde vobis datur occasio, vt sitis filij Dei. Hoc potissimùm differunt filij imperatoris à filijs pastoris, quòd hi vix ambulare sciunt cum iam ad pascendum gregem & sues mittuntur, & inter eos vitam degunt, filijs autem imperatoris statim multi adhibentur pædagogi, qui eos diligenter educent, accurate erudiant, ipsorum commodis & emolumentis rectè prospiciant, & tam in moribus, quàm in locutionibus, atque alijs, quæ ad vrbanitatem & corporis elegantiam maximè pertinent, summa cum diligentia obseruent, ac denique quidquid in eis inuenerint imperfectionis & indecentiæ, corrigant & seruere reprehendant. *Simile.*

Hoc igitur discrimen inter præscitos & prædestinatos reperitur, quòd præsciti tanquam filij teterrimi patris, videlicet, Sathanæ in-
17 ter bruta & sues maxima cum libertate & ferè nulla contradictione educantur; at prædestinati tanquam filij patris cœlestis multos habent pædagogos, videlicet, inimicos qui eis prospiciant. Exempli gratia, loquitur quis & veniente inimico tacet, nè ab eo in sermone deprehendatur, ecce qualiter pedagogus in causa est, vt ille silentium seruet. Hic etiam eoquod inimicos se intelligat habere, noctu ambulare non audet, nè eum de medio tollant, ecce qualiter pedagogi eum clausuram faciunt custodire, idcircò inimici pernitiles sunt. Nam cùm quis aduersarios habet, verba, quæ loquitur velut in trutina pendit & examinat, responsiones, quas reddit, & omnia quæ operatur, diligenter considerat, necnon à quam plurimis iniquitatibus, nè ab ipsis aliqua notetur calumnia, se auertit & seiungit. Itaque cùm magnates ac principes bonam partem sua-
18 rum diuitiarum cum filiorum pædagogis dispendant, tu absque vllo prorsus cum eis consumpto stipendio multos, qui te circunstent & obseruent, pædagogos comparasti. Orate ergo pro persequentibus & calumniantibus vos. Sed, proh dolor, quanta nunc obliuio huius rei in hoc sæculo est? Factiones, populorum partialitates, inimicitiæ diutinæ & etiam multorum annorum, necnon damna alijs ab alijs illata, testes sunt, quàm malè & peruersè hæc sancta cœlestis magistri doctrina seruetur. Eò nanque dementiæ mundus deuenit, vt si aliquis Dei seruus ab huiusmodi hominibus summis precibus petat, vt iniuriam sibi factam dimittant, hoc præbent responsum, se tunc nequaquam posse, eo quòd res adhuc recens & vulnera (vt aiunt) sanguine sint conspersa, sed quod adue- *Matth. 5.*

nienté tempore aliqua se offeret opportunitas, in qua fortasse quod 19
modo ab eis petitur, concedetur. O stulti stulti, quarè cupitis, vt
anima fistulam gignat, & odium altas in cordibus vestris agat radi-
ces, sitque euulsu difficilius? facilius enim vulnera recentia cura-
tur quam corrupta & inueterata. Cùm igitur animarum nostrarum
medicus & humanæ salutis amator morbi huius magnitudinem &
periculum animaduerteret, salutare nobis antidotum in hodier-
na Sancti Euangelij lectione prouidit proposita quadam elegan-
tissima parabola, qua docet, salutis viam esse omnino illis præclu-
sam, qui implacabiles cum alijs inimicitias exercent & ad erratorum
veniam tribuendam inexorabiles sunt.

Huius verò parabolæ tradendæ occasionem Beatus Petrus Do-
mino dedit; cùm enim toties illum de charitate differentem audiret,
(cuius propriũ est iniuriarum obliuisci & errata condonare) quærit 20
ab eo, *Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque*
septies? Cui Dominus; Non dico tibi, Vsque septies, sed Vsque septuagies se-
pties. Hoc est, nullum tibi numerum certum præfinio, semper enim
ad dandam veniam paratus esse debes, neque vllus delictorum nu-
merus fraternam in te dilectionem extinguere, aut minuere debet, si
vis propitium tibi cœlestem patrem esse. Alioquin si tu te inexorabi
lem fratri veniam petenti præbueris me ipsum quoque erga te inexo
rabilem inuenies. Hic est fratres huius parabolæ scopus.

Ait igitur Dominus: *Simile est regnum cœlorum homini regi &c.*
quæ sequuntur vsque in finem. Hæc igitur est parabola, nunc ali-
quas eius partes excutere incipiamus. *Regni cœlorum* nomine quid-
quid ad regnum cœleste consequendum pertinet, intelligi frequen-
ter audistis, nihil autem magis nos ad hoc regnum perducit, quàm 21
charitas, & ad hanc Dominus nos allicere intendit hac parabola. Hic
autem Rex ipsemet Christus Saluator noster est, ante cuius tribunal
omnes homines sistendi sunt, vt de perceptis à Deo beneficijs & de
lictis aduersus eum commissis ad verbum vsque otiosum rationem
reddant. Ingens fuit creationis beneficium, & ingens etiam est conser
uationis. Et vt planius intelligatis eius magnitudinem, notate quod
Arist. 17. de anim. Aristoteles de animalibus differens inquit: Omnis substantia viuens
melior est & nobilior non viuente. Vnde infertur meliorẽ esse & no
biliorẽ formicã aut vermiculũ, qui vitam viuit sensitiuã, quam stel-
las omnes & solẽ atque omnes cœlos nõ viuentes. Quod cùm ità sit,
perpendite, quot aues, quot pisces, & quot animalia (quodlibet enim

corum

22 eorum melius est ac nobilius omnibus cœlis) in vestræ vitæ sustenta
tionem & conseruationem quotidie occidantur: & hinc intelligetis,
quàm pretiosa sit, & quanta obligatione astringamini inseruiendi cũ
ipsa vita Deo & non Sathanæ, siquidem eam ipse sustentat maximo
cum dispendio aliarum creaturarum, quarum quælibet tanti est valo
ris. Quid igitur fratres charissimi erit, si his beneficijs immẽsum illud
Redemptionis beneficium iungamus, cum quo liberi & absoluti fui-
mus à peccato, & tot spiritualia dona accepimus? Qua igitur re fratres
Deo hoc solum beneficium persoluetis, cùm vos in cognitionẽ fidei
adduxerit, innumeros homines erroribus plenos absq; ea & in tam in
fœlici statu relinquens; vt enim dicit D. Paulus, Omne quod non est Roma. 14.
ex fide peccatũ est? Quæstio est grauissima inter Doctores, vtrũ om-
nia infidelium opera sint mala? Et B. Augustinus videtur partem af- B. Augu.
23 firmatiuam sectari, quoniam (inquit) omnia illa opera vero & vltimo lib. de ve-
fine, qui est Deus, carent, atq; ità non possunt ad eum referri, ex quo ra innocc.
fit vt opus absq; fine, debile, & malum remaneat. Hoc alij doctores be c. 16.
nignius expendunt & distinguunt dicentes, infideliũ opera esse pessi
ma, quæ ab ipsorum infidelitate procedũt iuxta illud D. Pauli, omne
quod non est ex fide peccatum est, nullumq; bonum opus ex his quę
faciunt ipsi infideles vsq; adeò rectũ esse, vt propter illud nec gratiam
nec gloriã cõsequi valeant. Atq; hoc modo est intelligẽdus D. Augu-
stinus, qui ait, omnia infideliũ opera esse mala. Si igitur solũ fidei be-
neficiũ tãta nos obligatione obstringit, quãto maiori obligationis vin
culo ob reliqua omnia spiritualia dona in sacro baptismi lauacro per-
cepta deuincti & ligati remanebimus? Et horũ omniũ beneficiorũ, &
ingẽtis ingratitudinis nostrę, & omniũ quę aduersus hunc summum
24 benefactorem commisimus peccatorum nobis ratio reddenda est.

Et oblatus est ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Quis est tam in
gentis summæ debitor? Certè quisquis vel vnius tantùm lethalis cri-
minis reus est. Si enim præcipuas huius criminis circunstantias ex-
cutias, infinitam eius grauitatem facile deprehendes: auget enim
peccati grauitatem Dei offensi infinita dignitas & offendentis vi-
litas & ipsius etiam offensionis causa. Sed hac tamen computatio-
ne prætermissa si vnusquisque nostrum vitam omnem ad hunc vsq;
diem excusserit, inueniet planè se decem millium talentoriũ, hoc est,
innumerabiliũ peccatorũ debitorem esse: sola enim cordis, linguę, &
oculorũ peccata (vt cætera sileantur) hãc tantã summã conficere pos-
sunt. Numerate, quæso, cupiditates omnes & illicita desideria cordis

vestri, quis ea vllo numero comprehendere valeat? Numerate, obsecro, etiam oris & linguæ delicta, tot, videlicet, iurandi & peierandi excogitatas formas & nomina, vt vix aliquid sacrum in cœlo vel in terris sit, quod non iuramenta & periuria nostra contaminauerint; tot in alios iactata conuitia, tot quotidianas imprecationes, tot mendacia, tot ventosa, inania, contumeliosa, impura, & obscæna verba. Quid hic oblocutiones & detractiones memorem? Quando cum alijs longiorem sermonem habuimus, in quo præcipua sermonis nostri portio aliorum fama & vita non fuerit? Iam oculorum concupiscentias quis comprehendere possit? cum multi homines inueniantur, qui si rogentur, an quod periculosè viderunt, diuini numinis metu adacti concupiscere desierunt, apertè respondeant, vix
Eccles. 2. sibi hoc vnquàm in vita contigisse, sed illud Salomonis vsurpare posse: Omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, neque pro-
hibui cor meum quin omni voluptate frueretur. Denique multi dicere verè poterunt; Sic vixi ac si nullum numen, nullam prouidentiam, nullam vitæ rationem futuram, nullum bonorum & malorum delectum esse crederem, nec me aut mors, aut iudicium, aut supplicium vllum post hanc vitam maneret. Sic igitur vita mea futurorum bonorum & malorum oblita quid Deo deberem, quid is mihi præciperet, quas leges tulisset, quid promitteret, quid minaretur, oblitus totum me mundi obsequio mancipaui. Ideò cum
Paralipo. Vtri. c. Rege illo pœnitente verè dicere possum: Peccaui super numerum arenæ maris. An non ergò vobis videtur, eum qui sic vitam omnem traduxit decem millium talentorum, hoc est, innumerabilium peccatorum debitorem esse? Sed quæro, cùm tot sint peccatores, quarè hîc non nisi vnius duntaxat fiat mentio, siquidem
inquit sacer textus; *Oblatus est ei vnus, qui debebat decem millia talenta*? Ad hoc respondeo, Dominum in quibusdam parabolis peccatores hoc nomine, vnius, comprehendisse, vt apud Diuum
Matth. 22 Matthæum in parabola nuptiarum ait: Intrauit Rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et
Luc. 16. apud Diuum Lucam in parabola villici inquit; Homo quidam erat diues, qui habebat villicum. Et hoc multis de causis fecit, quarum aliquot super eisdem locis iam retulimus; nunc verò aliam in medium adducimus in hunc modum; quia, videlicet, peccator suæ depranatæ voluntati & iniquæ sententiæ adhæret, vultque etiam in diuitijs suis solum & integrum esse, nec minimam earum partem

pau-

28 pauperibus & egenis distribuere: quod quidē Deo odibile est. In cuius rei detestationem in sacro Leuitici volumine iussit Deus, vt animal, quod sibi offerretur, non integer esset, sed in frusta scissum, his verbis: Sacerdotes effundant sanguinem iuxta altare, & detracta pelle artus in frusta concîdant. In quo apertè significauit se nolle homines in ipsorum voluntate integros, nec eos, qui intactas omnes suas diuitias habere volunt absque minima prorsus earum cum pauperibus distributione, sed homines pios, deuotos, & contritos, qui liberales ac per magnifici sunt, quique in plurimas diuiduntur partes, nunc in hospitalia, nunc in carceres, nunc denique in alia innumera id genus pietatis opera. Atque in huius significationem iussit etiam Dominus, vt obscænum & impurum haberetur animal illud, quod in duas partes vngulam non finderet, vtpotè asinus 29 & equus, quorum typum gerunt parci & auari. Nunc ergò vnumquemque vestrum fratres appello, hoc exigo, vt ad mentem reuocetis vos omnes, quotquot hic modò integri & incolumes adestis, futurum aliquando, vt in extremo vitæ agone constituti, omnibusque huius vitæ rebus à tergò relictis, & futuri sæculi æternitate ante oculos posita de futura sorte vestra cogitare incipiatis. Ibi ex altera parte gehennam, ex altera verò animarum beatarum sedem mentis oculis perspicietis, vos verò inter vtramque tam disparem sortem positos, Deum verò supernè vobis imminentem & ad iudicium venientem. Hîc solicita & anxia mens incertum ferendæ sententiæ exitum formidare incipiet, quam suo iam capiti impendêre sentiet: animaduertit enim intra trium vel quatuor horarum spatium diuinæ sententiæ decreto statuendum esse, quid de se in tota 30 æternitate futurum sit. Quod enim tum semel statutum fuerit, in æternum mutari non poterit, quid autem illud futurum sit, prorsus ignorat, quandoquidem nemo scit, vtrum odio vel amore dignus sit. In qua obsecro perplexitate & in quo agone se tunc peccator videbit, qui totum ferè vitæ suæ cursum tam segniter & ignauiter peregit? Nulla certè verborum vis, nulla dicendi facultas huius desiderij magnitudinem satis explicare poterit. Si hoc semper ob oculos haberemus, non ità profanè & dissolutè viueremus. Sed, proh dolor, sumus vsque adeò miseri, vt vix ferè in tota vna hebdomada rei tam vtilis ac necessariæ recordemur, in quam fortasse hodie aut manè possumus deuenire. Quando in academijs super aliqua primaria cathedra feruntur suffragia, quæ quidem plura habenti conferenda

Leuit. 1.

Deut. 4.

Eccles. 9.

renda est, tota vniuersitas, tota ciuitas ac denique omnes suspensi sunt 31
& ancipites eius euentū expectantes. Qua tunc anxietate oppositorū
pectora cruciantur? Qua animi inquietudine & qua afflictione affi-
ciuntur, expectantes an eligantur, an verò repulsam ferant? Et si hoc
cum momentaneum & caducum sit, ità nos solicitos reddit, qualiter
ergò incertitudo æterni ignis, aut æternæ gloriæ nos anxios & nimis
solicitos faciet? O terribilem & diabolicam cæcitatem, Deus sui diui
ni luminis radijs nos illuminet, quò deinceps nos ad illam vsque
adeò laboriosam horā præparemus. Sed quæro, quid sibi velit quod
Dominus paulò inferius ait, loquens de seruo, qui talenta illa debe-
bat, scilicèt, cùm non haberet, vnde redderet, iussit eum dominus
eius venundari & vxorem eius & filios? Ad hoc respondeo, voluisse
hic diuinum magistrum nos erudire, filios & vxorem illius homi-
nis peccatorum ipsius fuisse participes, & fortasis ad illa committen- 32
da ei fuisse incitamento, & ideò æquum esse, vt omnes vna eadem-
que pœna punirentur. Vnde patet, à quam multis inconuenien-
tibus eripiatur homo ille, qui se alicui religioni omnibus rebus re-
trò relictis dicat. Verum est tamen in sacris religionibus multos esse
corporales labores, nempè, ieiunia, vigilias, flagella, aliaque id genus
sancta pœnalia exercitia, quoniam nec mancipia nec seruos, qui eis
inseruiant, habent. In sacro Numerorum libro refertur Dominum
Numer. 7. iussisse plaustra & boues Leuitis dari ad portanda instrumenta à san-
ctuario remota, sed de Caathitis ibi dicitur: Filijs autem Caath nō de
dit plaustra & boues, quia in sanctuario seruiunt, & onera proprijs
portant humeris. Sic in perfectis religionibus omnes religiosi, ve-
lut serui aliorum obsequio mancipantur, maximè cùm adolescen-
Numer. 8. tes sunt. Hoc etiam in veteri lege adumbratum fuit, vbi Leuitæ quin 33
que annos nouitiatus in addiscendis cæremonijs dicuntur pere-
gisse; videlicèt, à vigesimoquinto anno vsque ad trigesimum, &
cum quinquagesimum agerent, non amplius elaborabant: florem
suæ ætatis in subeundis laboribus consumebant, posteà verò in
alijs sanctis exercitijs facilibus & suauibus se se exercebant. Ve-
rùm licèt tot in sanctis religionibus ac tanti sint labores, maxima
tamen securitas est, siquidem homines alieni sunt ac remoti ab
omnibus ijs occasionibus, quas coniuges cum liberis, vxoribus-
que & familijs habent, propter quas ingentia sæpenumero con-
tra Deum peccata committunt. Voluit etiam hic Dominus do-
cere peccatorem ob peccatum mortale deuinctum manere & obli-

ga-

34 gatum, vt totus in anima, videlicet, & corpore dæmonijs in omnibus ipſius ſenſibus & membris vexandus ac torquendus tradatur. Præcipuus debitor eſt anima, in qua eſt voluntas, quia peccatum ideò peccatum, quia voluntarium: vxor verò eſt caro, & filij eius appetitus ſenſuſque corporales, quiquidem omnes miſeram animam ad peccandum incitant. Vnde apparet quo in diſcrimine miſerabilis anima in carne incluſa viuat. In quo obſecro *Simile.* periculo verſaretur virgo illa, quæ inter laſciuos & impudicos adoleſcentes commoraretur, à cuius latere quidam eius frater, quem ipſa tenerè diligeret, nunquam diſcederet, qui quanuis frater eam ſæpenumero ſolicitaret & quaſi compelleret ad turpiſsima cum eo committenda? Simili ergò periculo anima noſtra expoſita eſt, quan diu in hoc infœlici ſæculo fuerit, quam non ſolùm ad malum res
35 exteriores, quæ ſenſibus offeruntur, inuitant & allectant, ſed ex eadem etiam carne ab ea tam dilecta, quam plurimæ erumpunt inſtigationes, qui eò magis periculoſi ſunt, quo magis aſſidui, & quanto plus ſe ſe ad inuicem diligunt. Quam ob rem nos maximè oportet Spiritus Sancti fauorem maxima cum inſtantia implorare, vt eam tueatur; ſicut Diuum Paulum, qui ad Roma- *Roma. 8.* nos ſcribens ſic inquit: Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Ideſt, virtus Spiritus Sancti (quam hîc legem ſpiritus appellat Sanctus Apoſtolus) mè à tyrannide carnis & formitis liberauit, qui lex peccati & mortis appellatur, quòd, videlicet, à peccato ortus ſit, & ad peccatum ſemper ſolicitet. Et ait, in Chriſto Ieſu, quia per merita Ieſu Chriſti hæc virtus Spiritus Sancti ei præſtabatur. Sed quoniam omnes hi
36 ſenſus mentem prouocant ad peccatum, omnes etiam vna cum ea miſerè torquebuntur. Atque ità Deus nomine Iſrael & Samariæ obſtinato & pertinaci peccatori oſtendit gehennæ cruciatum, quem ipſe & omnes ſui criminis participes ſubituri ſunt, apud Sanctum Iſaiam ſic dicens: Succenſa eſt, quaſi ignis impietas, ve- *Iſai. 9.* prem & ſpinam vorabit & ſuccendetur in denſitate ſaltus, & conuoluetur in ſuperbia fumi. Vir fratri ſuo non parcet, vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit, Manaſſes Ephraim, & Ephraim Manaſſem. Quibus verbis ſignificat Spiritus Sanctus ſupplicium, quo ſe damnati mutuo in inferno torquebunt; quoniam in hac vita ſe ſe ad peccandum prouocarunt, quamuis ſint ſicut Manaſſes & Ephraim fratres ex vno eodemque ventre editi. Succenſa

eſt,

est, quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit. Hoc est, peccatores sunt velut aridæ assulæ & tanquam fomes ignis æterni; & quò plura hîc scelera commiserint, qui spinæ sunt & tribuli, eô maior in eis tunc ignis & tormentum accendetur. Quocircà auarus ille dies in inferno sic aiebat: Abraham rogo te pater, vt mittas Lazarum in domum Patris mei; habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, nè & ipsi veniant in hunc locum tormentorum, grauius enim mihi tormentum erit. Quod autem tormenta illa grauiora facit, est quia æterna sunt, nam si non nisi per spatium mille, aut duo millia seu centum millia annorum protraherentur, aliqua damnati cõsolatione afficerentur expectantes illa finem aliquando esse habitura: sed in æternum duratura sunt. 37

Luc. 16.

Ad significandam verô hanc æternitatem summa veritas dixit: *Iussit eum Dominus eius venundari & vxorem & filios.* Non dixit, eos pignori dedisse, sed dæmonijs omninò vendidisse, vt ipsos ab eorum potestate nunquàm extraheret. *O vala me la beatissima Trinidad.* Vt quid non obstupescimus hæc audientes, & deserta ac remota loca non petimus, vt ibi herbarum radicibus vescentes nostra peccata continuò lugeamus? Nullus ex nobis per vnius duntaxat horæ spatium manus super prunas ferre potest, & vt ab hoc tanto labore liberaremur in crudelissima captiuitate nos captiuos esse permitteremus: quid igitur sentiemus, si nos ipsos in illis flammis in æternum arsuros viderimus? Intelligitis nè hoc Christiani? Credite ergò, hæc & multò plura, si à prauo vestro viuendi modo non recesseritis, super vos certissimè esse ventura. Iccircò postquàm Sanctus Propheta de illis ingentibus tormentis mentionem fecit, adiecit dicens: In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. O si bonus Iesus hic fisteret, & vlteriùs parabolam exponens non progrederetur, quales nos, & in quo animi mærore positos reliquisset? Quàm miseri & infœlices maneremus? Sed dum viuimus à tribunali Dei viui ad Dei mortui tribunal appellatio est. 38 39

Hoc remedio peccator hic vsus est, *Qui procidens rogabat dominum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Sed videre licèt, quænam patientia est ista, quam hic à Domino postulabat, possumus dicere, eum illam patientiam postulasse, qua omnes mundi labores pertulit. Qui (vt ait Diuus Petrus) cum malediceretur, non maledicebat: qui cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudi-

1. Petri. 2.

40 iudicanti se iniustè, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo
super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus.

Patientiam habe in me, Aiebat, hoc est, illam Domine patientiam, quam habuisti coram Anna & Caipha, coram Herode & Pilato, illam qua tot iniuriarum genera subijsti, illam qua crudeliter fuisti flagellatus & cruci affixus, hanc habe in me, si enim hanc mihi tribueris, Omnia reddam tibi. Lacrymæ meæ & pœnitentia, quam egero, absque tuis meritis nullius erunt ponderis ac momenti, at verò cum eis omnia debita mea plenissimè potero persoluere. Hoc est enim, quod passim in Theologorum scholis resonat, nempè Christum Dominum primam nobis gratiam promeruisse. Sed ò quantum in his vulgatissimis verbis cœlestis philosophiæ latet, quam tamen ego breuissimè attingam, vt intelligant
41 qui à Deo decem millium talentorum remissionem perceperunt, quantum Christo Seruatori debeant, & quam merito Ecclesiasticus *Eccle. 29.*
dicat; Gratiam fideiiussoris nè obliuiscaris; dedit enim pro te animam suam. Fuit Christus Iesus fideiiussor & hostia pro peccatis nostris oblata; fuit candela & cereus paschalis, qui coram æterno Patre pro amore nostro exarsit. Ad hoc igitur scire oportet hominem, quandiu in peccato manet, nullum opus agere posse, quo Dei gratiam & amicitiam promereatur: Scriptum est enim; Victimæ impiorum abominabiles Domino. Non enim Deo gratum esse po- *Prouer. 25*
test quod homo ingratus & inimicus Dei facit. Christus autem Dominus passionis suæ sacrificio meruit, vt cœlestis pater à peccato ad iustitiam vocaret, quoscunque vocare dignatur. Hoc est enim quod Sanctus Isaias significauit, cùm de Christo Domino loquens ait: Si *Isaia. 53.*
42 posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Hoc est, ipso Christo cooperante & promerente voluntas Domini quæ vult homines saluos fieri, adimplebitur.

Vt autem huius beneficij magnitudinem (quam nulla neque hominum neque Angelorum lingua pro dignitate poterit amplificare) aliquomodo intelligatis, cogitate Christum Dominum in cruce pendentem sic ad patrem orasse: Pater mi ego tibi hoc passionis meæ sacrificium, hanc crucem, hunc sanguinem, hæc acerbissima vulnera, verbera, vincula, spinas, clauos, sputa, irrisiones, & opprobria, ac ipsam denique mortem suppliciter offero, vt peccatorum miserearis, vt illis errata condones, eosque accelerata

lerata vita ad pietatem, ad tui nominis cultum & amorem trahas. 43
His igitur precibus atque hoc infinitæ virtutis sacrificio placatus Pater æternus ad gratiam & amicitiam suam vocat, quoscunque vocat. Hoc est ergò, quod Theologi dicunt Christum Dominum primam vocationis & iustificationis gratiam nobis promeruisse.

Nunc ad vos fratres, siquis est inter vos, qui aliquando in profundo vitiorum gurgite summersus in superas auras euasit, & ab illa malorum colluuione emersit, & iam pietatem & iustitiam, quam antè despexerat, rebus omnibus antefert, seque his indicijs ad Dei gratiam & amicitiam & cœlestem hæreditatem Dei filijs promissam vocatum conijcit, intelligat planè Christi meritis & sanguini hoc tantum se beneficium debere, humique prostratus sacratissima illa Domini vulnera osculetur, illique immortales gratias 44
agat, quòd per illa tantum hoc beneficium sibi fuerit collatum, & quod ille cum lacrymis seminauit, ipse cum gaudio & exultatione metat. Cum ergò hic seruus prostratus ante Dominum patientiam peteret, misertus Dominus illius dimisit eum & debitum dimisit ei. O mirabilem Dei clementiam ac summam liberalitatem.

Ephes. 3. O benedictus sit talis Deus, qui (vt ait Beatus Paulus) Potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus aut intelligimus. Quæ verba magnam emphasim habent. Nos vt pauperes & fragiles minora petimus bona, ipse verò vt magnificentissimus maiora ero-

Isaiæ. 40. gare solet, quin imò (vt ait Sanctus Isaias) Clamat populus ille, duplicia suscepit pro omnibus iniquitatibus suis. O stupendares. Reges terræ pro obsequijs sibi impensis seruis suis, vt multum, dona 45
tribuunt, rex autem noster clementissimus & liberalissimus pro sceleribus nostris, de quibus dolemus pœnitentiam agentes, duplicia bona impartit: dat enim statim suam gratiam, vt post hoc exilium præbeat gloriam. Inducias seruus hic petierat, & omne debitum dimisit ei. O quanta est vis & energia humilis orationis. Vos charissimi precationibus instate, vt vobis quoduis debitum Saluator remittat. Ex peccatorum remissione, quæ in hunc seruum collata fuit, infertur, Dominum hîc non loqui de ratione, quam reddituri sumus, cùm primùm animæ nostræ à corporibus nostris exierint; quoniam in illo iudicio non erit remissio peccatorum, sed loqui de ratione, quam peccatores in hac vita solent facere, quum in delictorum suorum veniunt cognitionem, & cum vero dolore eo-

rum veniam poſtulant. Et ad hanc rationem ſolet Deus cum inſpi-
46 rationibus vocare; & quando hæ non ſufficiunt, iterum vocat cum
laboribus. Hoc liquidò conſtat in Canticis. Vbi cum ſponſus ſpon Cant. 5.
ſam vocaſſet, eiq́ue ſic dixiſſet: Aperi mihi ſoror mea &c. ipſa re-
ſpondit: Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes
meos, quomodo inquinabo illos? In quo ſignificatur quòd peccator
eò dementiæ, cæcitatis, & miſeriæ deuenire ſolet, vt exiſtimet ſe à
virtutibus aliqua macula eſſe inficiendum; & talis conditionis eſt
homo, vt vile & abiectum reputet ſe eſſe humilem, dicatq́ue, ſi ego
iniuriam cõdono, in qua apud homines ero exiſtimatione? Ideò San
ctus Dauid aiebat: Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus Pſal. 118.
ſum, quia iudicia tua iucunda. Hoc eſt: Auerte Domine à me hanc
falſam & inanem, quam habui, cogitationem: putabam enim ig-
47 nominioſum mihi futurum, ſi iniurias inimicis meis dimitterem,
quod quidem ità non eſt, quia iudicia tua iucunda. Videns ſpon-
ſus ſua dulcia verba non ſufficere, vt ex lecto ſponſa ſurgeret, miſit
manum ſuam per foramen & tetigit eam, quæ confeſtim ſurrexit,
vt ipſa paulò inferius confitetur dicens: Venter meus intremuit ad
tactum eius, ſurrexi vt aperirem dilecto meo, manus meæ ſtillauerunt myrrham. In his omnibus oſtenditur peccator, qui diuinis inſpirationibus non excitatur & ad Deum conuertitur, ægritudinibus tactus ac laboribus non ſolùm è lecto peccatorum ſurgere per veram pœnitentiam, eique ipſius cor ac viſcera aperire, verum etiam in operibus pietatis & miſericordiæ ſe ſe continuò exercere. Et hoc eſt, Manus meæ ſtillauerunt myrrham. Mors vicini, aut amici, aut fratris, aut cuiuſlibet alterius proximi Dei quo-
48 q́ue nuntius eſſe ſolet, cum quo te ipſe vocat, ò peccator, qui in le-
thali crimine commoraris. Quocirca fratres nè illos improbos ho-
mines æmulemini, qui (vt fertur) cum feria quinta anſerem fur- Simile.
to ſublatum propè duodecimam noctis horam manducarent, cum-
q́ue inter cœnandum duodecima hora vnius horologij ſonaret, vnus
ex illis dixit; Ad horologium talis Eccleſiæ appello, quod tardè
circulum ſuum peragit. Hunc plurimi veſtrum imitantur. Nam
cum quis, ò peccator, tibi annorum numero æqualis ex hac vita
diſcedit, hora eſt iſta, vt peſſimi cibi morſum ab ore euomas, tum-
q́ue depraua tuum viuendi modum relinquas, & in iudicium Dei in
tres, tu verò inquis: Ad aliud horologium appello, hoc eſt, licèt
ille, qui me adoleſcentior erat, ex hac vita migrauit, adhuc ta-

men

men aliquod mihi ſolamen reſtat, quoniam alij quam plurimi ſunt 49
prouectioris ætatis quam ego, & non moriuntur, quibus me ſimilem ſpero eſſe futurum. O cæce, cæce, quis te ſecurum reddidit, te tandiu, ſicut illi, eſſe victurum? Vnde ſcis vitam tuam hodie aut mane non fore finiendam, vt in infernum deſcendas, vbi grauiſsimis tormentorum ſupplicijs breues, quibus modò frueris, voluptates exactiſsimè perſolues? Quocirca confeſtim in iudicium cum Rege ſuperno habendum intra: contemplare quanta cum pietate tam ingens illi ſeruo dimiſit debitum, & qualiter eum non confundit nec ignominia afficit, eò quod diuitias ſuas diſsipauerit, & te ſic ab eo accipiendum eſſe confide.

Hactenus clementiam & lenitatem Domini vidimus, nunc ſerui crudelitatem & inhumanitatem inſpiciamus. *Egreſſus enim ſeruus ille inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios,* 50
& tenens ſuffocabat eum dicens; Redde quod debes. *Et procidens conſeruus ille rogabat eum dicens;* Patientiam habe in me, *& omnia reddam tibi. Ille autem noluit ſed abijt & miſit eum in carcerem donec redderet debitum.* O feritas hominum, qui leonibus ipſis crudeliores aliquando apparent. Seruus hic miſer, cui Rex ſua gratuita dignatione tam magnum debitum donarat, is inquam, qui maiora accepit, quam expoſtulauerat, adeò crudelis factus eſt, vt debitum vſque adeo exiguum noluerit dimittere. Quid agis homo? Tam cito ne tibi excidit tam ingens miſericordia Domini tui? Cur non valeat apud te oratio conſerui, quando tantum tua apud Regem & Dominum valuit oratio? Cur iſtorum verborum vim non agnoſcis, quibus totius debiti veniam impetraſti? His ſimiles exiſtunt quam plurimi huius ſæculi magnates, qui, cum multo opprimantur ære alieno, vo- 51
lunt; vt dies ſolutionis ſui debiti in longius differatur; ipſi verò vix vna die poſt tranſactum ſolutionis tempus creditores ſuos quieſcere ſinunt; quin potius multis eos moleſtijs ac vexationibus afficiunt, & in carceres miſerrimè conijciunt, vt ibi fame pereant, pro comperto habentes, illos vnde poſsint ſoluere nequaquam habere: alios denique non minus vexant, dum eorum peculium & exiguas opes iniquis executionibus deſtruunt & conſumunt.

Hiere. 50. Chaldæos per Prophetam Hieremiã horribilibus ſupplicijs Deus minatus eſt, & rationem aſsignat dicens: Quoniam exultatis & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam, quoniam effuſi eſtis ſicut vitulus ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri. Vbi alij

tran-

52 transtulerunt: Quoniam effusi estis sicut vituli super herbam: & sic est etiam in contextu Græco. In quo illorum tyrannorum crudelitas magis aggrauatur. Notate obsecro fratres, qualia hîc Dominus nomina tyrannis imponat, scilicet, vituli & tauri super herbam, qui eam pascuntur & omnino comedunt, nam sic ipsi pascuntur & comedunt inopes ac pauperes. Cum igitur Deus temporalibus & æternis illos gentiles tyrannos affecit supplicijs, timendum est, ne isti Domini grauioribus pœnis puniantur, siquidem, cum sint Christiani, vituli & tauri super herbam sunt. Nonnulli etiam mercatores hunc seruum imitantur, qui debita creditoribus soluere nolunt, atque ideo creditores ipsi bonis erga eos vtuntur commoditatibus, eos expectantes & debitorum partem dimittentes; ipsi verò pauperculos debitores suos
53 nolunt expectare, quin potius eos suffocant, destruunt, & in carcerem detrudunt. De tyrannis, qui vrbem Hierusalem euerterunt, inquit Propheta Ieremias. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui fremuerunt dentibus suis & dixerunt: Deuorabimus, en ista est dies, quam expectabamus, inuenimus & vidimus. Vbi alia translatio habet, Deuorauimus; & sic est etiam in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. In quo denotatur, illos, dum irent, tanto desiderio & tanta rabie illius crudelitatis exequendæ incensos fuisse, vt iam eos deuorasse existimarent: tanta est peccatorum inhumanitas. Et nunc aliquos inter Christianos non deesse credo, inhumanitatem illorum imitantes, qui nisi ad meliorem se viuendi statum non receperint, veramque egerint pœnitentiam, non erunt à debitis supplicijs li-
54 beri, quibus Sanctus Dauid vnumquemlibet eorum minatur dicens: Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum, fiant dies eius pauci. Cumque hæc horribilia & alia huiusmodi dixisset, adiecit, rationem designās: Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam & persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare, scilicet, voluit. O Deus infinitæ maiestatis, & quã graue peccatũ hoc est, siquidẽ illud tot ac tantis flagellis etiã in hac vita punis! Omnia quæ Rex Sanctus per modũ imprecationis & deprecationis hîc refert, ne deprecatio quidẽ est, sed prophetia, vbi prænuntiat supplicia, quibus Deus immanem tyrannum afficit.

Thren. 2.

Psal. 108.

Atque ita, Constitue super eum peccatorem, perinde est ac si di- 55
ceret, Cõstitues super eum peccatorem, videlicet, Sathanam (qui
per antonomasiam vocatur peccator) & diabolus stet, ideſt, sta-
bit, à dextris eius, hoc est, quilibet minorum dæmonum de eo re
portabit victoriã. De iusto enim inquit idem Propheta: Cadent
à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis. Hoc est, omnes
dæmones superati, ó amice Dei, ad dextram & ad sinistrã tuam
corruent: & plures ad dextram quàm ad sinistram, quoniã cum
voluptatibus & prosperitatibus sæpius tentamur quàm cũ labo-
ribus & infortunijs. Et hoc modo cætera huius Psalmi maledi-
ctiones sunt exponendæ. Quis igitur tam horrendum peccatum
patrare non pertimescet? Quamobrẽ meritò Bethsabee filio suo
Prou. 31. Salomoni consuluit dicens: Aperi os tuum, decerne quod iustũ 56
est, & iudica inopem & pauperem, vbi alij transtulerunt, vindica
inopem & pauperem. In quo significantur reges & domini tem-
porales, & eorum iudices debere has tyrãnides atq; crudelitates
in pauperes cõmissas magna cũ seueritate punire: tametsi hi om-
nes illius improbi serui sunt æmulatores, maximè tamen illi, qui
cum multorum & horribilium peccatorum à Deo veniam impe
trauerint, postea iniurias sibi à proximis illatas (quæ quidem præ
illis, Deo infinitæ bonitatis ac potentiæ factis minimæ sunt, pro
pterea quòd vilibus creaturis sint irrogatæ) nolunt dimittere.

Contristati sunt valde conserui illius debitoris. Cum contemplati fue
runt illum, qui paulò antea coram Rege humillimè & ore in ter-
ra fixo prostratus erat, paulò post alium pauperem oculis flam-
miferis ac ira & furore plenis suffocare velle. Et nos tristitia affi- 57
ci debemus animaduertentes quomodo hoc in mundo quotidie
opere completur. Videbitis quendam hominem ante imaginem
crucifixi proiectum ingentes lacrymas profundentem & cordis
dolore ac amaritudine plenum, cui si aliqua, dum primum illinc
exit, irrogetur iniuria, eam non vult condonare, sed morsibus of-
fensorem lædere & suffocare cupit. Videbitis quoque & aliam
fœminam sanctam communionem humiliter ac deuotè suscipiẽ
tem, quæ in tertio cælo quodãmodo posita esse videtur, ob mini
mam quamq; iniuriã sibi factam, cum primum illinc est egressa,
in serpentem conuerti, & ira & odio excandescere & inflãmare.
O mortalium cor, quis in te confidet? Non credebat semetipsum
(ait D. Ioannes de Christo redemptore nostro) ipse enim sciebat,

quid

58 quid eſſet in homine. Quanuis eum illi ſummis laudibus efferebant, non tamen de eis confidebat, haud enim ignorabat quàm variabile & volubile ſolet eſſe cor hominis. Prauum eſt cor hominis, quis cognoſcet illud? Quis Iudam vidit, qui filium Dei diu noctuq; maximo cum labore ſectabatur, eum poſtea triginta denarijs vendere? Quis D. Petrum promittentem prius ſe emoriturum quàm negaturum ſuum cæleſtem magiſtrum, eundē poſteà minima oblata occaſione negare? Non eſt profecto, cur verbis & propoſitis hominum confidamus: cum primum enim à Deo ipſi veniam impetrant, mox proximos ſuos ſuffocant. O nefanda & vehementer deteſtāda ingrati hominis feritas. O duris ſupplicijs plectenda ingratitudo. Hoc vitio fratres maxima hominū caterua laborat. Seneca enim inquit: Ingratus eſt, qui diſſimulat; ingra-

59 tus eſt, qui non reddit: & ingratiſsimus omniū, qui beneficij obliuioſus eſt. O quam probe ſcriptum eſt: Ingrati ſpes tanquàm hybernalis glacies tabeſcet. Ideo perquā docte diffinit B. Thomas, ab ingrato auferenda eſſe beneficia, vbi malè eis vtitur.

Seneca lib. 3. de beneficijs. Sapiē. 16. B. Th. 2. 2. q. 106. artic. 4.

Tunc vocauit illum Dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam omne debitū dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, non ne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Perpēdite fratres hoc verbum, Omne debitum, vt pudore afficiamini, qui dimidiū tantum modo debiti dimittitis. Cum enim aliquis veſtrū cuiuſpiam pij viri precibus exoratus inimico parcere vult, id conditione appoſita facere decernit, dicēs: Pater ego ei ignoſco, ea tamen lege, vt nullū cum eo habeam ſermonem. Id non eſt, omne debitum dimittere: non fidem, vt æquum eſt, ſeruas. Non ſufficit vt cordis odiū deponas,

60 verùm quodā obligationis vinculo obſtringeris indicandi ſignis exterioribus, te nullo eū odio ac malenolentia proſequi: & ſi ipſe per ſe vel aliquo quouis modo à te hoc poſtulauerit, ei ſatisfacere debes. Magnopere etiam occurrit cōſiderandū verbum illud, Quoniam rogaſti me, vt confundamini, qui parcere renuitis, niſi prius à perſonis nobilibus & principalibus rogati fueritis. Deus in hora rationis reddendæ te interrogabit, Condonaſti ne iniurias? Tu verò reſpondebis, Ita Domine, ſed cuius (inquit) amore? Epiſcopi, Ducis, Comitis, aliorumq; multorum grauiſsimorū hominum, qui me id rogauerūt. Ita ne propter eos iniuriam remiſi ſti, nunc ergo ad eos perge, vt tibi gratiam referant, gloriamque præbeant, ſiquidem eorū adductus precibus inimico tuo veniam

dedisti. Illis autem, qui eius causa pepercerũt, sic ipse dicet: Siquidem amore meo commoti iniurias remisistis, æquum & iustum est, vt ego vos præmio & remuneratione afficiam. 61

In hoc quoque verbo, *Quoniam rogasti me*, Docemur, quòd quanuis ijs, qui nos offendunt, veniam concedere debeamus, multo tamen magis illis, quos sui sceleris cognouerimus pœnituisse, & qui à nobis veniam humiliter postulant. Quapropter vbi nos legimus in sacro Geneſis volumine, quòd mortuo Iacob filij eius pertimescentes, ne forsan Ioseph de ipsis vlcisci vellet, sic dixerunt: Nos quoque oramus, vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc; alij transtulerunt, Nos quoque oramus, vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem; & sic est etiam in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Et iuxta hanc translationem voluerunt in hoc dicere: Iam peccati, quod commisimus, nos pœnitet, atque Dei serui sumus, ideo potiori iure nobis venia debetur. 62

Gene. vlti.

Et iratus eius Dominus tradidit eum tortoribus. Super hoc vellem notetis, Deum in alia vita illos, qui suis inimicis parcere nolunt, æterno supplicio non solùm punire, sed in hac etiam supplicio eosdem afficere solere, dum permittit vt plures aduersus eos insurgant inimici, qui eos vexent, opprimant, & affligant. Nam sicut herus temporalis puerum seruum suum fuste flagellans, si videt eum rabie & ira incensum in virgam irruere, & eam in frusta confringere, maiori eum cum asperitate iterum flagellat, & si antea eum quatuor verberauerat flagellis, postea quadraginta ei infligit: sic inimici nostri virgæ sunt, quibus Deus nos corripit & castigat. Quocirca Sanctus Ieremias agens de Pharaone aduersus Palæsthinam aciem dirigente, sic dixit: O mucro Domini vsquequo non quiesces? Quomodo quiescet, cùm Dominus præceperit ei? Et per eundem Prophetam inquit Deus Hebræis timorem inijciens: Assumam Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum. Vocat Dominus illum idololatram seruum suum, eo quòd eum aduersus illos peccatores erat in flagellum accepturus. 63

Simile.

Iere. 47.

Iere. 25.

Cùm igitur inimici virgæ sint, & flagella Dei, timendum est illos, qui se his virgis cæsos conspicientes, eas ira, rabie & furore accensi frangunt & in frusta dissecant de ipsis vindictam sumentes (permittente Deo) si antea vnum solùm inimicum habebant,

64bebant, postea viginti habere, qui eos infectentur, agitent, & flagellent. Et ficut bonus pater postquàm filiolum suum verberauit, ei dicit: Osculare fili & amplexare virgam hanc, si puerulus cum mansuetudine accedit, virgam sumit, amplectitur, & osculatur, ipsemet pater sibi complacet & ei benedictionem impartitur, eo quòd tam obediens extiterit: sic Deus post quàm nos inimicis nostris flagellauit, nobis inquit, Diligite inimicos vestros, benefacite ijs, qui oderunt vos; quod perinde est, acsi diceret: Osculamini & amplectimini libentissimè ista flagella. Illis autem, qui hoc amoris visceribus commoti faciunt, hic æternus pater suam elargitur benedictionem. O quam libenti animo Sanctus Dauid illa amplectebatur, qui sic aiebat: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Baculus meus 65est ille, qui meis in necessitatibus mihi subuenit, virga verò inimicus, qui me molestijs & verberibus infectatur & opprimit. Tantoque solamine hic Sanctus Rex afficiebatur ex eo quod essent inimici, qui eum persequerentur, quanto quòd essent amici, qui ei vt baculus ad se ipsum in virtute sustentandum opitularentur; quam ob causam vtrosque amicos & inimicos vltro amore complectebatur.

Simile.

Psal. 22.

Et tradidit eum tortoribus, quoad vsque redderet vniuersum debitum. Quod sanè nunquàm in inferno persoluet, quia sine dono gratiæ nulla potest esse solutio, quandoquidem per charitatem culpa purgatur, & reatus tollitur, vt docet Beatus Thomas. Et ita cum iussit, vt iste vsque ad vltimum quadrantem solueret, cum primum quadrantem soluere non posset, significat pœnæ æter- 66nitatem, quam in inferno passurus est. Omnes omnium damnatorum pœnæ coniunctæ non sufficiunt ad persoluendum Deo primum obolum debiti, quod peccator debet. Nam cum ad solutionem debiti opus sit, vt Deus id, quod datur acceptet, & cùm ipse illas pœnas nequaquam acceptet, quia eos, qui illas patiuntur, odio habet, sequitur eos nũquam posse soluere, atque ita ipsi miseri in perpetuum æternis flammis cruciabuntur. Cùm verò dicitur, regem hunc repetijsse debita, quæ iam dimissa erant, non significat, Deum peccata à se semel remissa punire: sed vult innuere, quòd si secundum hominum iustitiam, & iuxta plurimum, quòd nostra meretur ingratitudo, id faceret, ita sanè id ab ipso faciendum erat. Et ideo illud inseruit in hac parabola, vt

B. Th. 4. distin. 21. artic. 2.

contemplaremur summam eius bonitatem, quia non secundum 67
iniquitates nostras retribuit nobis.

Cæterùm quod tota hæc parabola ad inhumanitatis detestationem referenda sit, in fine Dominus apertè ostendit, cum ait: *Sic & pater meus faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Quàm sit vero hæc sententia æquitatis & iustitiæ plena, Ecclesiasticus confirmat his verbis: Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam; in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecabitur, quis exorabit pro peccatis eius? Quis enim à misericordiarum patre petere audeat, vt erga immisericordem misericors esse velit, & veniam neganti veniam tribuat? Hoc planè non sancti, qui in cælo residēt, non angeli, non & angelorum & hominum Re- 68
gina facere audebit, cùm frustra se id tentaturos sciant. Contra verò si quis placabilis & facilis fratri ad exorandum fuerit, facilem quoque & placabilem Dominum experietur, eodem Ecclesiastico ibidem testante, qui ait: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata maxima cum gratiæ abundantia soluentur. Recordare ergo frater mi, quòd illi, qui vinum habent, illud in montanas, terram, videlicet, ipsum non ferentem asportare solent, vt carius ibi & melius vendatur; sic si cupis, vinum amoris tui magni sit valoris, porta illud in montanam sterilem, quæ est inimicus tuus, in quo nullum inest amoris vinum, & ibi tuus amor magis meritorius erit. Si habes amicum, cuius famulus iniuriam tibi irrogauit, cum iamiam ipsum percutere vis, ab ipsa vltione desistens dicis: Te esse famu- 69
lum amici mei quem ego maximo amore prosequor, fœlicem ac beatum reputa. Hoc idem vult Deus, vt, cùm te passio & ira ad vindictam de aliquo sumendam inuitauerit, dicas: *Agradesce que eres hijo, de quien yo tanto amo, y de aquel,* Qui pro me tam multa passus est, & tantis me affecit beneficijs. Illa impia Iezabel prophetarum infectatrix membris dilacerata vitam finiuit, quam cùm sic videret Iehu, dixit famulis suis: Sepelite eam, quia filia Regis est. Ita in inimicum tuum, licèt sit maledictus, beneficia conferre debes, eò quòd filius sit Regis æterni per creationem. Quando aliquis frater fratri suo nocet, ille, qui molestiam passus est tanquàm bonus filius inquit: Nolo vindictam sumere de fratre meo, ne patrem meum maiori pœna afficiam. Nam Esau

Eccles. 28.

Simile.

Simile.

4. *Reg.* 9.

Simile.

etiam

70 etiam, cum impius esset, dixit: Venient dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Siquidem ergo tuus pater, qui est Deus, nunquàm est moriturus, nunquam tibi licebit de aliquo vicisci, ne patri tuo molestiam inferas: quanuis enim iniurias non vindices, quin potius illas dimittas, Deus ipse, quando viderit oportere pro te vltionem sumet. Licèt Sanctus Dauid dixerit suis ducibus (vt patet ex sacra Regum historia) Obseruate mihi puerum Absalon, Deus tamen iussit equo, super quo incedebat, Absalon, vt sub quercu transiret, & iussit aeri, vt capillos erigeret, eosque in ramis euolueret, & iussit capillis, vt eum suspensum haberent, quousque veniret Ioab, & tribus eius cor lanceis confoderet atque eum de medio tolleret. Sanctus Dauid ei veniam præbet, & pro illo obsecrat, & Deus illius iniuriam suscipit vindicandam: sic enim promiserat dicens, Mihi vindictam & ego retribuam. Si cui autem, quæ hactenus diximus, ad ignoscendum non sufficiunt, illam Ecclesiastici vocem prudenter perpendat, Memento nouissimorum, & desine inimicari. Magnum certè in his verbis ad placabilitatem argumentum est. Recordare illam extremam horam, in qua strictam es redditurus rationem, & sicuti Deum vis clementem & propitium inuenire, sic te tuis proximis clementem ac propitium exhibe. Ignosce, vt tibi ignoscatur, inueniat gratiam, qui te læsit, in oculis tuis, & in oculis Domini tu etiam gratiam inuenies, qua comparatur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Genes. 27.

2. Reg. 18.

71 *Eccles. 28.*

* *
*

DOMINICA VI-
GESIMA SECVNDA
Post Pentecosten,

CONCIO PRIMA.

Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone. Matth. 22.



SICVT vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo 2
Prou. 25. cohibere spiritum suum, ait Sapiens. Ex his verbis infertur, quemlibet iustorum esse velut vrbem munitam & circumuallatam plurimis muris; quorum præcipuus est amor, qui animam à peccatis tuetur. Hic murus
Roma. 8. adeò fortis est, vt D. Paulus eo circundatus dicat, Quis nos separabit à charitate Christi? hoc est, Quis poterit murũ nostri amoris in Christum rumpere? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum, quia nec mors, nec vita, nec angeli, nec principatus, nec creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. O admirabilem amoris fortitudinem, quam nulla potentia creata euertere & deturbare poterit: Fœlices illi, qui 3
hoc muro circumuallati sunt, facillimè profectò omnibus peccatis poterunt resistere: nam vbi charitas & amor, ibi Deus, qui pijs hominibus vires præbet, fouet, eosque protegit. Atque ita vbi
Psal. 17. nos legimus, Saluum me fecit, quoniam voluit me, alij transtulerunt, Saluum me faciet, quoniam voluit me, & sic est etiam in contextu Græco. In quo significatur Deus nunquam deficere suis amatoribus fauere. O vtinam cùm tentationes patimur, responderemus, Deum super omnia diligo, & offendere non possum, quem tanto amore prosequor, & cui tantum debeo. Quando vxor illius generalis ducis Regis Pharaonis Sanctum Ioseph ad nefarium & impudicum opus inuitauit, non dixit honestissimus

4 mus iuuenis, Nolo huiuſmodi ſcelus patrare, quia forſan videbimur & interficiemur, ſed inquit, Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo ſua; quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Animaduertite obſecro qualiter amor, quo dñm ſuum proſequebatur, & obligatio beneficiorũ acceptorũ eum ita ligauerit, vt exiſtimaret ſe iam deperditam habuiſſe libertatẽ ad ipſum vel minl mare, nedum in tam magna offendendum. Si igitur amor, quo vnus homo alium diligit, frænum tam forte eſt, vt ipſum fere, ſi verè amat, non poſsit offendere (atq; ita Ariſtoteles dixit, Amator non eſt, qui non ſemper amat) quantò fortior erit diuinus amor, & ſumma obligatio, quam iuſtus erga Deum ſummum benefactorẽ ſuum habet? ¶ Alius murus ad non peccandũ eſt diui-
5 nus timor: & ita inter alias quã plurimas excellentias, quas Eccleſiaſticus de timore refert, vna ex præcipuis, hæc eſt: Timor Dñi expellit peccatũ, nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Idcirco inter ea, quæ magis diabolus intẽdit, vnum eſt à nobis timorẽ auferre; hoc eũ muro deiecto & ſolo æquato facillimè peccata in animã ingrediunt. Atq; ita, vt ipſe primæ mulieri Euæ ad peccandũ perſuaderet, prius conatus eſt ab illa timorẽ depellere dicẽs. Nequaquã moriemini, quaſi diceret, Ne timeas pœnã mortis ſuper te & virũ tuũ eſſe venturã. Et cũ etiã Chriſtũ Redẽptorẽ noſtrũ tentauit, exiſtimãs iam eũ eſſe purum hominẽ cũ in ſecunda tẽtatione dixiſſet: Mitte te deorſum, ſtatim ab eo, timorẽ expellere curauit, adijciẽs, Quia angelis ſuis mãdauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedem tuum. Quod
6 perinde eſt acſi diceret, ne timeas hinc te præcipitare, quoniã nullum damnũ accipies. Permulti ſunt, qui deſtructo muro amoris ſe tuentur, & à plurimis peccatis ſe liberãt, hoc timoris muro ſuffulti. Et hoc etiã rupto & deturbato eſt & alius ſingularis murus, quo plurimi ſe à ſceleribus auertũt, & hic eſt verecundia, de qua in Eccleſiaſtico dicitur: Gratia verecundię ſuper aurum. Qui quidem murus ſi ruit, miſera anima ad inſtar ciuitatis muro carentis remanet, in quam hoſtes abſq; aliqua contradictione ingrediuntur. Amiſſo enim amore, timore, ac verecundia cui vitio aditus in humanum cor non patebit? Huc impij Phariſæi peruenerunt, de quibus ſacra Euangelij hodierni lectio meminit, qui non ſolùm amorem & timorem Dei, ſed etiam pudorem adinuicem amiſe-

Geneſ. 39.

Ariſtot. 1. Rhet. c. 21

Eccle. 1.

Geneſ. 3.

Matth. 4.

Eccleſ. 7.

Simile.

runt. Omnes isti hypocritæ erant, quorum ingenium est nō tantum celare se ab ijs, qui non sunt hypocritæ, verum etiam alijs hypocritis boni apparere cupiunt, atque ita alij hypocritæ ab alijs se celant. Ideo isti Pharisæi colores quærebant, vt iniusti adinuicem non reputarentur in procuranda innocentissimi agni Iesu Christi morte; &, vt videre est apud D. Ioannem, aliud concilium ante hoc habentes dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Quibus verbis alij alijs malitias, inuidias, & odia celabant sub colore, quod tam sancta ciuitas non euerteretur. At verò in hoc concilio, de quo sacrum Euangelium hic loquitur, amisso pudore alij alijs suas diabolicas intentiones manifestarunt, atque ita sacrosanctum Euangelium inquit: *Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone.* Est autem notandum, quod ante hoc verbum, *Abeuntes*, in sacra euangelica historia est hæc dictio, *Tunc.* Super quam inquit Beatus Chrysostomus, Tunc, quando maximè eos compungi, expauescere & credere oportebat, *Abeuntes consilium inierunt Pharisæi, vt caperent Iesum in sermone.*

Loquens Diuus Paulus de hoc superno Domino inquit: Considerate fratres Apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei, qui fecit illum. Et tanquam fidelis Apostolus & prælatus, suum munus exercuit seuere peccatores increpans, quoniam de eo scriptum erat: Percutiet terram virga oris sui, idest, reprehensionibus suis terrenos peccatores percutiet. Quod præcipuè die martis ante suam sacratissimam passionem fecit, quo die cælestis prædicator illam altissimam concionem habuit, in qua omnium comminationum Dei per prophetas fecit epilogum, & in ea omnia, quæ in vita sua prædicauerat, recensuit. Hic molestias & vexationes, quas maiores eorum nuntijs Dei intulerāt, eis in memoriam reuocauit, hic solicitudinem, qua pater misericordiarum salutem animarum ipsorum curabat explicuit, ac denique sermonem concluſit illis horribilibus verbis; Multi sunt vocati, pauci verò electi. Videte ergo vtrum hæc sufficerent ad confundendum illos, ipsorum que animos cōpungendos: sed tunc cùm se conuertere deberent, magis indignati ab illo sermone exierunt, & exhausto rubore & absq; timore Dei, *Abeuntes consilium inierunt, &c.* Deus nos à tanto malo eripiat. Hipocra-

Ioan. 11. 7

B. Chryso. 8

Hebr. 3.

Isaiæ. 2. 9

10pocrates in quodã aphorismo inquit, Solentia iuuare si suo tẽpo re nõ iuuant, mala procul dubio est significatio, id est, signũ mortis est. Nã ægrotus, qui cum medicamentis infirmior est, quod remedium ei adhiberi potest? Idem possumus dicere in spiritualibus ægritudinibus. Medicamentum validum est Dei verbum & sancti Euangelij prædicatio ad animas cõuertendas, sicuti regius Propheta testatur dicens, Lex Domini immaculata conuertens animas: ergo signum mortis atque æternæ damnationis est à culpis non sanari, nec tam efficaci medicamento salutem spiritualem accipere. Quapropter fratres, qui ex vobis à concione, à missa, & à pedibus confessoris tam frigidi, tam sine Dei timore, & cum tam deprauatis intentionibus sicut antea exitis vestram ex nunc infœlicitatem deplorate, quoniam procul dubio mala est
11 significatio. Inquiunt naturales esse quendam lapidem (quem vocant Calatiam) qui adeò frigidus est, vt licèt in ardentem fornacem mittatur, nullum calorem recipiat. O miseri peccatores omnes vos hoc lapide & multò plus frigidiores estis. Dominus enim per Ieremiam prophetam inquit: Nũquid non verba mea quasi ignis? Et hic tam validus ignis nullum in vobis calorem generat: siquidem adeò frigidi & proterui post quàm cõcionem audistis, remanetis, sicut antea, cùm in ea suauissimas Dei promissiones, quibus ad veniam, gratiam, & gloriam inuitat, terribilesq; comminationes, quibus impijs minatur æterna supplicia audieritis. In sacra scriptura legitur Deũ post quã Hebræos perditos, corruptos & nimis dissolutos vidit, misisse prophetas, qui eis terribiles cõminationes annuntiarẽt, & (vt ibi inquit sacer textus) Illi subsannabant nuntios Dñi, & parui pendebant sermones eius, do-
12 nec ascenderet furor Dñi in populũ, & esset nulla curatio. Atque ita idem Dñs Nabuchodonosor misit, vt Regem Sedechiam, qui tunc regnabat, prehenderet, & non solùm eum post expugnatã vrbem Hierusalem cepit, sed etiam ipsum oculis priuauit, & filios eius iugulauit, pueros que & puellas interfecit, templũ cõbusit, & thesauros eius depręd atus est. Quæ omnia damna ei euenerũt, eo q; sermones Dñi per ora prophetarũ prolatos contempsit. Hanc etiã arbitror esse causam, ob quã nũc Deus tam dura & aspera flagella Christianis quotidie mittit. Et quod magis deplorandũ est, postq; toties flagellati sumus, deteriores reddimur: sicut illis rebellibus Hebræis contigit, qui post quàm ab illa euersione Hierusa-

Hippocrates. *Simile.* *Psal. 118.* *Simile.* *Ierem. 22.* *2. Paralip. 36. & 4. Reg. 35.*

lem

Ierem. 44. lem euasere, dum in Ægypto essent, prophetæ Ieremiæ dixerũt: 13
Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus abs te, sed facientes faciemus omne verbũ, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, Reges nostri, & Principes nostri in vrbibus Iuda; ex eo autem tẽpore, quo cessauimus sacrificare ei, indiguimus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. O diabolicam cæcitatem hominum, qui eo dementiæ deuenerunt, vt existimarẽt, se melius habere, dum in peccatis & offensionibus Dei summersi erant, quàm cum in gratia ipsius. Perpendite, obsecro, illum modum loquẽdi: Facientes faciemus omne verbum, vbi impetus & efficacia, qua nefarij illi Hebræi sua execranda opera facere volebant, apertissimè ostenditur. Nam hæc geminatio eiusdem verbi, Facientes faciemus significat ope- 14
rari aliquid magna cum efficacia: atque ita iusti bona opera magno cum feruore operantur (& ideo vbi nos legimus: Tulit Aa-
Exodi. 7. ron virgam coram Pharaone & seruis eius, in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica habetur, Proiecit Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius, in quo denotatur efficacia, qua Sanctus vir opere complebat illud, quod sibi à Domino præcipiebatur) sic peccatores sua impia opera efficaciter operantur. In pertinacia horum improborum hominum aperte conspicitur quam parum diuina verba & flagella Dei in cordibus plurimorum peccatorum efficiant, & ideo in ipsorum pœnam & duritiem solet
Isaiæ. 1. Dominus ipsos à suis flagellis priuare. Atq; ita vbi nos legimus, Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationes, in Hebræo habetur, alme idest, ad quid percutiam vos vltra, siquidem 15
vos ipsos tot flagellis in meliorem frugem non estis recepturi? Quapropter qui ex vobis flagellati estis, & nunquam vos correxistis, non afficiamini lætitia, cùm vos à flagellis liberos videatis: hoc enim manifestum est vestræ damnationis signum.

Consilium inierunt, vt caperent eum in sermone. Procurauerant isti perditi homines, vt bonum Iesum in malo aliquo opere caperent, sed non potuerunt, nunc autem in sermone capere conan-
B. Chrys. super hunc locum. tur. Super quo B. Chrysostomus, inquit: Si quis aquæ currentis meatum claudere voluerit, aliunde sibi semitam prærumpit: sic istorum malignitas ex vna parte confusa, aliundè sibi aditum adinuenit. Isti suum patrem Sathanã æmulabantur, qui hoc ingenium

16 genium habet, quod ſicut illi, qui ciuitatem aliquam euertere, & ſolo æquare contendunt, eam per infirmiorem partem aggrediuntur, vbi muri minus fortes apparent. Sic diabolus per debiliorem partem homines inuadit: nam, vt eſt magnus ſcrutator, ſcire ſtudet ad quam rem quilibet homo animum inclinet, & per illam vt pote debiliorem illum tentare & euertere contendit. Inimici oculos lynceos habere dicuntur, vt defectus ſuorum aduerſariorum intueantur, & eorum vitas ſcrutentur. Hoc voluit Regius Propheta ſignificare, cum dixit: Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo. Et paulò inferius: Super omnes docentes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Et iterum: Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. Hìc aperta eſt comparatio & amplificatio, nam doctoribus ac
17 ſenibus ſapientia conuenit, & hos omnes Sanctus vir ſuperauit, eo quòd diuinæ legis contemplationi ſe tradidit. Sed quid ſignificat dicere, ſe hac meditatione factum fuiſſe ſuis inimicis prudentiorem? Neſcio cur hanc exaggerationem poſuerit, niſi quia intellexit, inimicos habere oculos apertiſsimos ad inſpiciendas miſerias & defectus ſuorum aduerſariorum; & multo maiorem prudentiam, ingenij aciem, & ſolicitudinem habet ille, qui diuinam legem in eo, quod ad vitam & conſcientiam ſuam attinet, meditatur. Cùm igitur inimici lucidos oculos habeant ad ſcrutandum ſuorum aduerſariorum miſerias, diabolus, quippe qui crudeliſsimus aduerſarius noſter eſt oculos multo clariores ſimul cum ingenti ſagacitate & aſtutia habet ad ſcrutãdum ingenium noſtrum & complexionem, & vt ſciens ad quid magis propenſi
18 ſimus, inde nos tentet & funditus euertat. Quocirca oportet nos habere oculos lynceos, vt ab eius inſidijs & aſtutijs liberemur. Ideo Beatus Ioannes in ſua Apocalypſi inquit, animalia illa ſancta plena eſſe oculis ante, & retro, intus & in circuitu. In quo docemur iuſtos retro ad præteritam vitam aſpicere, vt ſic de offenſis, quas in illa contra Deum commiſerunt, doleant. Aſpiciunt etiam ante conſiderantes Dei iudicia, & vnuſquiſque maximo timore dicens, Quid de me erit? Sicut Sanctus Dauid dicebat: A iudicijs enim tuis timui. Et oculos habent ad dexteram, quoniam vanitatem rerum huiuſmodi conſiderant, & illas contemnunt. Et oculos ad ſiniſtram habent, eo quòd animo euoluunt breuitatẽ laborum huius ſeculi, vt eos patiẽter perferant. Et ſunt pleni oculis in-

Simile.

Pſal. 118.

Apocal. 4.

Pſal. 118.

is intus, quia interiora cordium suorum contemplantur, vt ipso- 19
um defectus corrigant. Denique oculos in circuitu habent, vt
ab infernalibus inimicis, qui vndique insidias ad nos per-
uendum parant, tueantur. Cùm autem Pharisæi essent filij Sa-
Ioan. 8. thanæ, vt Beatus Ioannes inquit, Vos ex patre diabolo estis,
in hoc suum parentem imitati sunt, atque ita Dominum per lin
guam expugnare decreuerunt. Solet quippe lingua in homi-
Iacobi. 3. nibus esse vna ex debilioribus partibus: atque ita Beatus Iaco-
bus dixit: Qui non offendit in verbo hic perfectus est vir.
Quamuis diabolus Sanctum Iob diuitijs, honore, authorita-
te, & salute spoliauit, tamen linguam eius sanam, & intactam
reliquit, existimans eum ingentibus doloribus, & magnis la-
boribus commotum aliquod verbum fore locuturum, quo
Iob. 19. Deum offenderet. Atque ita Sanctus vir hoc Sathanæ artifi- 20
cium perpendebat dicens: Adhæsit os meum carni meæ,
& derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Quod
perinde est, acsi diceret: Quis vnquam talem astutiam & saga-
citatem aspexit quali impius Sathanas me afflixit, & oppres-
sit, qui in toto corpore meo nihil sanum præter dentes ac la-
bia reliquit, vt tempore tantorum dolorum loquerer. Sed his cru
delissimus hostis non contentus est, quinimo, & vxorem San-
cti Prophetæ solicitauit, vt ipsum ad male loquendum incita-
ret: quæ quidem Sathanam adiuuare tanto animi conatu ela-
borauit, vt virum suum ad impatientiam prouocaret dicens: Be-
Iob. 2. nedic (idest, Maledic) Deo, & morere. O mala fœmina, quæ, si-
quidem maritum tuum ad praua opera impellere non potes, eo
quòd graui vlcere percussus est, ipsum in lingua prouocas, vt 21
creatori suo maledicat. Sed (vt inquit ibi sacer textus) In omni-
bus his non peccauit Iob labijs suis, nec stultũ quid cõtra Deum
locutus est. *O Sancta Maria Señora*, Et quã in paucis teterrimo Sata
nas linguas adeò munitas sicut in sancto Iob inuenit: & quã mul
tos superauit ipsos hac parte expugnans. Non immerito natura
prouidit, vt cũ omnia membra corporis humani detecta nascerẽ
tur, lingua gingiuis ac labijs cooperta esset, & cum puer loqui in
ciperet ei dentes nascerentur, & sic ipsa lingua tanquam mu-
Plinius. rò, & antemurali esset munita. Et Plinius inquit illam habere
duas venas, alteram tendentem ad cor, alteram vero ad cerebrũ,
vbi ratio residet. In qua philosophia nos rerum omnium crea-
tor

22tor docuit non debere hominem aliud in corde habere, & aliud
lingua proferre, nec etiam debere loqui quidquid in corde ha-
bet, nisi solummodo illud quod æquum & rationi consentaneũ
fuerit. Et qui se hoc modo gubernauerit arcana sibi à proximo
suo commissa non reuelabit, ex quo nõn parua mala & incom-
moda oriri solent. Ideo in Prouerbijs dicitur. Qui ambulat frau- *Prouer. 2.*
dulenter reuelat arcana: qui autem fidelis est celat amici com-
missum. Vbi alia translatio habet celat animi commissum: &
sic est in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Quod
vna litera amicum vocat, altera animum appellat. Vt hinc in-
telligat quisque amicum suum esse animum suum: & qui ambu-
lat fraudulenter, id est, qui vt materiam loquendi detrahendi,
ac murmurandi suppeditet id quod animus suus, videlicet, ami-
23cus ei credidit impudenter reuelauit, quod quidem pernicio-
sum infidelitatis genus est. Quapropter maximè oportet te, ó
homo, quidquid in corde habes, ore non proferre, nam pru-
dens vir prius quàm verbum ex ore euomat, illud in statera ra-
tionis ponderare debet. Idcirco Ecclesiasticus ait: Verbis tuis
facito stateram & frænos ori tuo rectos, & attende ne forte la- *Eccles. 28.*
bãris in lingua & cadas in conspectu inimicorum, id est, dæmo-
num, insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mor-
tem. O diuina verba, digna profecto quæ maximè perpen-
dantur: Spiritus Sanctus ea in cordibus vestris affigat, vt om-
ni tempore ex illis vtilitatem & commodum eliciatis. Nota-
te obsecro, qualiter Spiritus Sanctus non solum vult vt vnum
duntaxat frænum ori nostro adhibeamus sed plura, quæ sunt
24diuinus amor, sanctus timor, atque vtilis verecundia. Aduerti-
te etiam quomodo peccatum linguæ hic casum insanabilem ap-
pellat. Damna enim quæ maledicta & effrænata lingua secum
affert curatu difficillima sunt. Atque ita Beatus Iacobus de ea *Iacobi. 3.*
loquens sic ait: Ecce quantus ignis quàm magnam syluam in-
cendit, hoc est, quanuis lingua res parua sit, magnum dam-
num inferre solet, sicut scintillã ignis totam vrbem solet ali-
quando incẽdere & inflammare. Vnus autem ex fontibus, vnde
peccata linguæ dimanare consueuerunt, est otiositas. Nam sicut *Simile.*
cum caballi onera vehentes iter faciunt, omnes demisso capite &
ceruice mansuete ambulant se se adinuicem nequaquam mor-
dentes, cum vero exonerati ducuntur mutuo se ipsos mordent.

Sic dum

Sic dum Christiani sanctis exercitationibus Euãgelicæ legis, vel honestis occupationibus sunt onerati, iter vitæ suæ prosequũtur absque eo, quòd de vitis aliorum agant: at si otiosi sunt & tanquàm equi exonerati ab aliqua honesta occupatione liberi statim se adinuicem detractionibus, murmurationibus atque infamijs crudelissimè mordent. 25

Quanquàm verò hoc vitium omnibus commune sit, multo tamen frequentius in fœminis reperitur. Vnde in Numerorum volumine sic legimus: Locuta est Maria & Aaron contra Moysem propter vxorem eius Æthiopissam, & dixerunt: Num per solum Moysem locutus est Dominus? Et nobis similiter est locutus. O rem stupendam. Animaduertite personas adeo notabiles & dono Prophetiæ illustratas in tantam miseriam incidisse. Aaron ille, per quem Dominus tot mirabilia in libertate filiorum Israel ab AEgyptiaca seruitute operatus est, & Maria illa, quæ inter fœminas Hebreas prima tympanũ in manibus sumens post egressum ab AEgypto cecinit dicens: Cantemus Domino, glorioſe etenim magnificatus est, ecce qualiter ambo facti sunt cõtra sanctum Moysem fratrem suum detractores, qui aliũs eos, qui de illo murmurare vellent, carpere & seuere increpare debebant. Sed quis adeò iustus est, qui non delinquat, maximè in lingua? Quapropter valdè oportet nos huic tam debili & periculosæ parti inter omnia corporis summa humani membra prædominari. Atq; ita S. Dauid dixit: Si mei (scilicet sensus) non fuerint dominati, tũc immaculatus ero & emũdabor à delicto maximo, & erunt vt cõplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus & redemptor meus. Id est, Si ego meis sensibus dominatus fuero, & ipsi non de me, sine dubio quam plurimas vtilitates educam, videlicet, Immaculatus ero, & etiam à superbia, quæ est vitium maximum, à quo pauci euadunt, me eripiam, & emundabor à delicto maximo. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, hoc est, Meæ tibi Domine orationes erunt acceptæ. Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, id est, cor meum dispositum & præparatum erit, vt semper inte ac tuis diuinis mysterijs cogitem: qui enim ianuas sensuum claudit, vix habet in quo præterquam in Deo meditetur. Quoniam autem hoc perdifficile est, ideo Sanctus Propheta illud à Domino efficaciter postulabat dicens: Domine adiutor

Num. 12.

Exodi. 15. 26

Psalm. 18. 27

28tor meus & redemptor meus. Quasi diceret: A te Domine hoc tantum bonum in me venturum est. Idem nos facere decet, & præcipuè fauorem implorare debemus, vt peculiariter ex omnibus sensibus linguam nostram prædominemur, siquidem quotidie videmus quam plurima mala, quæ etiam sanctis illa abutentibus euenire solent. Sed est maximè notandum in his sacræscripturæ verbis, Mariam fratri suo Aaron: antepositam fuisse, cùm ipsa fœmina & ille summus sacerdos esset. Hoc non ideo fuit, vt ei plus quam fratri suo honoris tribueretur, sed, vt significaret sacer textus, illam murmurationē incepisse, & fratrem suum ad id faciendum prouocasse: nam (vt diximus) fœminæ in hanc miseriam plerumq; propensiores esse solent. O incōmutabilis Deus, & quem mulier ad hoc vitium non inducet, & deturbabit, siqui-
29dem illa suffecit, vt tantum virum, qualis erat Aaron, deijceret? Hîc etiam ostenditur, quāto se periculo exponit, qui dignitates & prælaturas acceptat. Quis enim est, qui omnibus valeat satisfacere, siquidē sanctus Moyses, quem D. Paulus in tota domo Dei fidelem fuisse testatur, non potuit aliorum detractiones & murmurationes deuitare? Sed non ideò boni & virtute præditi animo cadere debent, quia (vt ait B. Petrus) Quæ enim est gratia, si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum; in hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius. O cælestem doctrinam, & quàm apertè hîc ostenditur error illorum, qui cùm absque culpa sua de ipsis detrahitur, ira excandescunt, dicentes: Si culpam haberem, nihil
30de hac murmuratione curarem, sed cum illam nō habeam, & muneri meo pro virili parte satisfaciam, molestissimè fero, vt de me detrahatur. Attende frater & animo euolue, quàm aliter hîc Sanctus Apostolus nos doceat, cùm ait: Si benefacientes patienter sustinetis hæc est gratia apud Deum.

Hebr. 3.

1. Petr. 2.

Denique ponderandum est, sacrum textum dixisse hos duos fratres cōtra sanctum Moysem propter vxorem eius Æthiopissam murmurasse. Super quo ait quidam interpres, illos per contēptum Æthiopissam vocasse, etenim Madianitæ, à quibus illa originem trahebat, licet propè Æthiopiam habitent, Æthiopes tamen nequaquā sunt. Ex quo apertius constat, Mariam huius detractionis causam fuisse propter aliquam inuidiam aut conten-

Iacobi. 1. tionem inter vtramq; habitam. Meritò ergo Diuus Iacobus ani- 31
maduertens tot incommoda, quæ ex locutione oriuntur, nos sic
admonet: Si quis putat se religiosum esse non refrænans linguã
suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Ideo viri pru
dentes, vt ab his damnis & malis liberentur, se se ad securissimũ
silentij portum recipiunt. Inter causas, ob quas glorioſus Bapti-
sta in solitudinem se contulit, vna fuit, ne, videlicet, aliquo otioso
sermone vitam suam macularet. Et ita sacrosancta Ecclesia in eius
hymno decantat, vbi sic habetur: Antra deserti teneris sub annis,
Ciuium turmas fugiens petisti, Ne leui saltem maculare vitam
Famine (id est, leui verbo quod à for faris deducitur) possis. Atq;
Eccles. 5. ita Spiritus Sanctus quemlibet nostrum hortatur dicens: Ne te-
mere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendũ ser- 32
monem coram Deo, quia Deus in cælo & tu super terram. Idcir-
co sint pauci sermones tui. Quod perinde est acsi diceret: Homi-
nes infimi & abiecti coram principibus ac potẽtibus dominis lo-
qui non audent; & qui parum sciunt, coram literatis conticescũt;
& cùm Deus sit Dominus infinitæ maiestatis & sapientiæ, & tu
vilissimus terræ vermiculus mille ignorantijs plenus coram eius
diuino conspectu, vbi scis ipsum verba tua ponderare, vide quo-
modo loquaris: non sit velox cor tuum ad proferendum sermo-
nem, & quãtum potueris, silentium obserua. Si in domum Regis
Simile. ingrederis, hũc ordinem obseruari videbis, q̃ illi, qui coram ipso
rege sunt, parum & summissa voce loquuntur: decet enim Regis
authoritatem, vt in conspectu eius famuli ipsius silentium præ-
stent; *Pero en la otra sala mas afuera ya hablan vn poco mas alto*: in
atrio verò, quod ab ipso rege maximè distat, omnes magnos cla- 33
mores & absque ordine edunt ita vt insani & amentes esse videã
tur. Inter Christianos hoc discrimen versatur, quòd illi qui sunt
deuoti, cum orationi assiduæ vacent & coram diuino conspectu
per considerationem incedant maximum silentium obseruant,
parum loquuntur, & cum magna ædificatione procedunt: alij
qui non ita deuoti sunt nec tam assiduæ orationi dediti, non tam
astrictè silentiũ obseruant, nec tam moderatè loquuntur. qui de-
nique ita viuunt acsi à Deo non viderentur nec audirentur (vix
enim corda sua in cælum erigere sciunt) hi ingẽtes clamores ex-
tollunt, incõcinne loquuntur, & damnum vel cõmodũ quod ex
verbis corũ oriri potest, non attendũt. Nec ad vitanda peccata so-

lum

34 lum ſed ad internam quoque animi quietem & tranquillitatem (qua vera ſapientia comparatur) plurimum hæc cura ſilentij iuuat. Cùm ergo tam magnas vtilitates linguæ cuſtodia pariat, æquum profecto eſt, vt omnes nos virtutis huius amore & ſtudio incenſi ad eam conſequendã omni cum diligentia cõtendamus, eamq; à Domino votis omnibus impetrare ſtudeamus, qui nunquàm pijs ſuorũ conatibus deeſt. Sic enim apud Salomonẽ legimus: Hominis eſt animã præparare, & Dñi gubernare linguam. *Prou. 16.* Quemadmodũ enim clemẽtiſsimus Deus ad peccatorũ veniam largiendã exigit, vt conuertamur ad ipſum, quo ipſe cõuertatur ad nos, ita hoc in loco ſtudiũ, diligentiã, & curã noſtrã requirit, quo opem ſuam nobis ad hanc virtutem obtinendam largiatur.

Et mittunt ei, vt caperent eum in ſermone, diſcipulos ſuos cũ Herodianis.

35 Tales diſcipuli erãt, quales magiſtri. Si fons inſipidus & turbidus eſt, quomodo riuuli, qui ab eo profluunt, dulces & clari erunt: Et ſi *ala corriẽte y creſciẽte del rio no reſiſte la preſa hecha de argamaſſa, como reſiſtira la preſa hecha de vimbres tiernos?* Hoc eſt, ſi torrenti paſſionum non reſiſtit ſenectus, experientia, & dignitas magiſterij, quomodo effrænata iuuentus reſiſtet? Iugum, quod fortis bos ferre nõ poteſt, qualiter iuuencus tener illud ſuſtinebit? Ideſt, ſi illi, qui ſunt magiſtri & prælati colla ſua iugo ſanctæ legis nõ ſummittunt, qualiter ſubditi & diſcipuli eorum, videntes in eis tam deprauatum exemplum, ſe illi ſubijcient? O quam magnum Reipublicæ damnum inferunt impij magiſtri & prælati: e contra verò quantam vtilitatem probi Reipublicæ afferunt. Idcirco Do- *Similes.* *Similes.*

36 minus per Ieremiam Prophetam pro ſingulari beneficio populo *Ierem. 3.* Iſraelitico hanc promiſsionẽ fecit, Dabo, inquit, vobis paſtores iuxta cor meũ, & paſcent vos ſcientia & doctrina. O Deus infinitæ miſericordiæ, & ſi hãc his tẽporibus promiſsionẽ adimpleres, quot quãtiſq; malis remediũ adhiberet, & quã multa bona perpetrarentur. In ſacro Exodi volumine iuſsit idem Dominus ſancto Moyſi dicẽs. In veſte ſummi ſacerdotis deorſũ, vel ad pedes eiuſ- *Exod. 28.* dẽ tunicæ per circuitũ, quaſi mala punica facies mixtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulũ ſit aureũ & malũ punicũ, & veſtiet in ea Aarõ in officio miniſterij, vt audiat ſonitus, qñ ingreditur & egreditur in Sanctuariũ in cõſpectu Dñi, & nõ moriatur. O immẽſe Deus, vtquid Dñe tantã pœnã, p re, quæ tã parui põderis & momẽti videt eſſe, imponis? Quid eñ, p deſt, vt tintinna-

bula vestis summi sacerdotis personent, necne, vt dicas, Vt non 37
moriatur? Grande mysterium hîc latet. Cùm Dominus iubet, vt
sacerdos, quando in Sanctuarium ingressus fuerit, veste pontifi-
cali induatur, significat, sacerdotem, qui tam altum ministerium
exercet, charitate debere indui. Atque ita Propheta Dauid dixit:
Psal. 131. Sacerdotes eius induantur iustitiam. Per tintinnabula voces præ
dicatorum denotantur, quibus omnes ad seruitutem Dei conuo
cat & inuitat, Per mala punica fructus bonorum operũ designan
tur, & cùm præcipit, vt sonitus tintinnabulorũ audiatur, quod si
non fecerit sacerdos, pœna mortis puniatur perinde est (vt glossa
explicat) acsi iuberet, vt sacerdos populũ increpet, doceat, & ar-
guat. Ideo B. Paulus ad Timotheum, qui episcopus erat, scribens
2. Tim. 4. sic ait: Testificor coram Deo & Christo Iesu &c. Prædica verbũ,
insta, opportunè importunè, argue, obsecra, increpa in omni pa- 38
tientia & doctrina. Super quod Venerabilis Beda, & B. Chryso-
stomus perpendunt agonẽ, vim, & conatum, quo Sanctus A po-
stolus hoc discipulo suo commendauit, in quo magnã huius ne-
gotij insinuauit necessitatẽ. Personent ergo, ô patres sacerdotes
& prælati vestra tintinnabula, & verbis feruidis conclamate. Sed
oportet, vt ipsa tintinnabula malis punicis misceãtur & interpo-
nantur, hoc est, maximè cõducit, vt vestri sermones & colloquia
cum bono exemplo Sanctorum operum & perfectæ vitæ cõiun
gantur, vt non moriamini. Naaman princeps militiæ Syriæ (vt sa
4. Reg. 5. cra refert historia) propter merita prophetæ Elisæi non solùm à
lepra, sed ab infidelitate sanatus fuit, atq; ita cum fide dixit, Verè
scio, q̃ non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantùm in Israel.
Et statim inferius eundem Sanctum prophetã sic est allocutus: 39
Obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdo
num, non enim faciet vltra seruus tuus holocaustum aut victimã
dijs alienis, nisi Domino. Mira res, adeò iste bono sui sancti magi
stri exemplo cõmotus fuit, tantamq; fiduciam in eius sanctitate
sitam habebat, vt existimaret, terram illam, quã Sanctus Prophe
ta pedibus suis calcauerat, sibi futuram esse refugiũ, quo se à pec-
catis defenderet. Animo, quæso, perpendite, quanti faceret prin-
ceps iste illius iusti societatem, siquidem terram, quam pedibus
cõculcauerat, tanti pendebat. Quàm dispares ac diuersi erant isti
Pharisæi à sancto Elisæo: & tales ipsi erant, quales discipuli eorũ.
Ideo mittunt eos cum Herodianis.

Acce-

40 Accedentes igitur ad Dñm peruersi discipuli legationis suæ causam his verbis proposuerunt: *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum, Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari, an non?* Verum de huiusmodi orationibus propheta Dauid ait: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula, siue vt alius vertit: Et ipsi sunt lanceæ. Et sanctus Ieremias ait: Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est, in ore suo pacē cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias: nunquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut in gentem huiusce modi non vlciscetur anima mea? In his omnibus infallibilem dicebant veritatem, quanuis ipsi eam non crederent. Sic solus Iesus Christus vera sapiētia patris est omnium magistrorum magister, qui eos docuit, quæ docenda erant. Atque ita per Isaiam Prophetam dixit: Ego Dominus docens te vtilia. Non ait, Ego Dominus docens te subtilia, sed: Ego Dominus docens te ea, quæ ad vtilitatē
41 conducunt. O quam multa se se nobis hic offerebant ad increpandos huius miserrimi tēporis prædicatores, qui in integra concione vix vnam rem vtilem auditoribus prædicant. Imitamini, imitamini patres concionatores hunc cælestem magistrum vtilia magis quàm subtilia docentes.

Psal. 54. *Ierem. 9.* *Isaiæ. 48.*

Dicūt ei etiā: *Et viam Dei in veritate doces.* Nunquid via Dei cū mendacio ostendi potest? Si enim cum mendacio ostenditur, iam non via Dei erit. Ad hoc respondeo, illos in hoc dicere voluisse, Viam Dei verè doces, idest. *Enseñas de veras, y como se ha de enseñar.* Medicus cum ægroto potionem præbet ex ruibarbaro &
42 casia fistula confectam, si cum his res adeò impertinentes immiscet, vt efficiat, quòd potio amara non sit potio, idest, *que la purga no sea purga, y que el ruybarbo no haga su operacion*: non elicitur fructus ab infirmo desideratus. Sic vaniloqui prædicatores tot inanes rhetoricas cum Sacrosancto Euangelio coniungunt, totque dicendi modos, & curiosa verba inquirunt, vt efficiant q̄ ipsum sanctum Euangelium in auditorum cordibus non operetur, nec suum faciat effectum. Vitium curiositatis etiam gentilibus adeò odibile fuit, vt Plutarchus aduersus illud integrum librum ediderit. Quod quidem vitium licet in omnibus officijs odibile & nociuum sit, multò magis in sancto prædicationis ministerio: nam præ nimia curiositate multi non gloriam Dei aut vtilitatem ani-

Simile.

marum quærũt. Sed bonã tantũmodo de eloquentia & Sapiẽtia 43
sua existimationẽ habere contendũt, auditores ipsos demẽtes &
ab omni spirituali bono vacuos reddentes. Quocirca B. Paulus
Coloss. 2. Colossenses hortatur dicens: Videte ne quis vos decipiat per phi
losophiã & inanem fallaciã. Vbi illa dictio, Et, declaratiua est, at-
que ita vult dicere Sanctus Apostolus, Videte ne quis vos deci-
piat per philosophiã, idest, per inanem fallaciã: sicut in sacro Ge-
Genes. 2. nesis volumine dicitur: Benedixit diei septimæ, & sanctificauit
eam. Vbi illud, Et, significat etiã, idest, ita vt sit sensus, Benedixit,
idest, sanctificauit. Cum igitur Sanctus Apostolus iam suo tẽpo-
re Christianos admonuerit, vt vaniloquos cõcionatores, qui viã
Dei in veritate nequaquam docent, euitarent, multo magis pro-
fectò hac admonitione nunc opus est, siquidem in modo prædi-
candi tantam hodie corruptionem videmus. 44

Et nõ est tibi curæ de aliquo, Quasi dicerent, cõcionaris absq; alicu
ius lucri tẽporalis spe. *Non respicis personam hominum.* Sic Deus in
Deuteronomio præcipiebat inquiens: Non accipietis cuiusquã
personam: acceptio enim personarum sine peccato esse nequit,
quia opponitur iustitiæ, nihil autem opponitur virtuti, nisi pec-
B. Th. 2. 2. catũ, vt perdocte B. Thomas asserit: & ideo acceptio personarũ
q. 63. ar. 1. reperiri non potest in eo, qui ex liberalitate dona largitur.

Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari an non? Iose-
Ioseph. lib. phus libro de antiquitatibus inquit, hãc quæstionẽ ortam fuisse
8. antiqui. ab eo tempore, quo Octauianus imperauit, vt scriberetur vniuer
sus orbis, & vnusquisq; certũ & determinatũ tributum solueret.
Et quia solutio census seu tributi professio quædam subiectionis
Deuter. 6. erat, videbatur Hebræis, q; siquidẽ Deus in Deuteronomio eis 45
iusserat, Dñm tuum adorabis & illi soli seruies, Deo ipsi tantum
modo obsequiũ præstare debebãt. In quo sanè à veritate recede
Ierem. 27. bant, qm̃ Propheta Ieremias nomine Dei huic populo dixit: Ego
feci terrã, & homines, & iumenta, quæ sunt super faciem terræ, &
dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. Et nunc itaq; ego dedi om
nes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis ser-
ui mei, & seruient ei omnes gentes. Gens autem & regnum, quod
non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicunque
non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis in gladio
& in fame & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus,
donec consumam eos in manu eius. Et alibi in Sacra scriptura di-
citur:

46citur: Inculpatur Rex Sedechias, eo quod non impleuit iuramentum, quod præstiterat Regi Nabuchodonosori de tributo reddendo. Vnde infertur, quod si Deus volebat, vt Hebræi tributum solurent Regi tyranno & idololatræ, quantò magis volet, vt tributum pendatis, & faueatis alijs longè maioribus seruitijs tam Catholico Regi, tamque fidei defensori, qualem nunc habetis, maximè his temporibus, quibus infestissimus Christianorum hostis Turcarum Rex tot copias & exercitus ad effundendum Christianorum sanguinem parat, quique ad labefactandam sacrosanctam Iesu Christi Ecclesiam facultatibus, ac diuitijs suorum, necnon & personis ipsorum tanto imperio dominatur, acsi omnes eius serui essent, & ipsi ei absque aliqua contradictione obtemperant. Si noster Catholicus Rex exercitus, 47quos habet, non haberet, & in Hispaniam hæretici, Mauri, & Turcæ ingrederentur, quid de vestris facultatibus, quid de vitis, quid de animabus vestris esset? Quam multi miseri à sanctissima fide Iesu Christi Saluatoris mundi deficerent, ipsumque negarent? Si ergo Rex vester vos in tanta iustitia, pace, & tranquillitate ab hostibus tuetur, quare ei amore atque integra, & prompta voluntate non seruietis? Deum igitur fratres mei pro tam singulari beneficio collaudate, & ab ipso summis precibus cõtendite, vt vitam ac salutem eius, qui vos ita protegit & tuetur, fœliciſsimè augeat. ¶Itaq; cum hęc quæstio tunc ventilaretur inter Hebræos ipsi eam ad cælestem magistrũ detulerunt, vt illum vel apud populum traducerent, vel apud Herodianos læsæ maiestatis reum agerent. In Actibus enim Apo- 48stolorum legimus quendam Iudam Galilæum, & alium nomine Theudã popularis seditionis autores fuisse, quod censum Cæsari dandũ esse negarent, qui tamẽ capitali supplicio audaciæ suæ pœnas dederunt. In hoc igitur tantũ vitæ discrimen Pharisæi Dominum conijcere nitebãtur. Ad hoc autem Herodianos, hoc est, Herodis milites in huius criminis societatem asciuerunt, partim, vt Dominum continuò ad vincula raperent, si tributa Cęsari pendenda esse negaret, partim vt illi huius criminis testes essent. His igitur insidijs callidiſsimè excogitatis egregiam se victoriam de Domino adepturos sperabant. Sed tamen (vt in libro Prouerbiorum dicitur) Non est sciẽtia, non est sapientia, non est consilium contra Dominum; nec fieri poterat, vt incomprehensibile Dei

2. Paralip. vltim.

Prou. 12.

verbum in verbo caperent, & ita sequitur: *Cognita autem Iesus ne-* 49
quitia eorum ait: Quid me tentatis hypocritæ? O Christe reparator vitæ & agnus mānsuetissime, vt quid Domine tanta asperitate illis respondes, qui te tam dulcibus verbis alloquuntur, & tam singulatibus & eximijs laudibus honorāt? In hoc diuinus magister nos docet, quē vultū illis ostendere debemus, qui nobis blandiuntur.

Simile. Nostra enim natura in hoc velut natura cicadæ est, quæ si oleo aspergatur, moritur, si autē aceto, reuiuiscit. Sic nos, si adulationibus & suauibus sermonib⁹ collaudamur, superbia mortificamur, si verò increpationibus asperis castigamur, humilitate viuimus.

Psal. 140. Idcirco Regius Propheta dicebat: Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleū autē peccatoris non impinguet ca-

Prou. 27. put meū. Et ob hoc etiā dicitur in Prouerbijs, Meliora sunt vulnera diligētis, q̄ fraudulēta oscula odiētis. Vnde infertur quā crude- 50
lis ille sit, & quantū peccatū cōmittit, qui alijs adulatur, si quidem

D. Th. 2. 2. q. 115. artic. 2. proximi sui homicida est: quāuis D. Thom. egregie dicat, attendēdā esse adulationis materiā ad huius criminis malitiā cognoscendam. Nā si cōtra charitatē est, vt cum aliquis peccatū alterius laudat, tunc erit peccatū mortale, si ipsum de peccato mortali laudat, erit autē veniale, si de veniali. Solet etiā esse peccatū ratione intētionis, & ita qui verbis dulcibus alicui adulatur, vt ei grauiter noceat corporaliter vel spiritualiter, peccat mortaliter, vt ibidem sanctus doctor asserit. Et quāuis nō habeat intentionē inferendi ei damnum, si tamen ei occasionē præbet, vt adulatione ipsius delinquat, tantū peccat, quantū est peccatū, ad quod ei occasionem dedit. O miser adulator, & quāti tibi stant adulationes tuæ, licèt

Philopon⁹. tu adeò cæcus es, vt eas vix peccatū esse reputes. Narrat Philopo- 51
nus, quendā tibicinem à militibus in bello captū ipsos sic fuisse allocutū: Ego nunquā aliquē interfeci, quare vos me pauperculū hominē vultis interficere? Cui milites sic respōderunt, si manibus nō necasti, saltim tua tuba alijs fuisti ad interficiendū incitamento.

Simile. Nimis aptè adulator tibicini cōparatur, nā tibicen, cum tuba clangit, delectationē generat, & affectiones mouet. Atq; ita Sene-

Seneca libro. 2. ca inquit, q̄ Xenophonte tubā personante, Alexander audiens illam subitò ensem è vagina eduxit, acsi dimicare vellet, sicut cum quis ad saltandū animū habet propensum, dum primū sonitum alicuius musici instrumēti auribus suis placidum audit, statim pedes ipsius saltare videntur, q̄n musica affectiones mouere facit.

Sic adu-

52 Sic adulator tibia, seu fistula linguæ suæ & suorũ verborũ cõcinnitate suauem musicã illi, cui adulatur, efficit. Nã (vt in Ecclesiastico dicitur) Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiã, & super vtraq; lingua suauis. Hic igitur adulator, qui musica suarũ adulationũ proximos suos delectat, ipsorũq; passiones ad peccata cõmittẽda excitat pro illis sic punietur, acsi illa commisisset. Et si dixerit, Quare ego puniar, siquidẽ adulteria nõ patraui, iniuriã non vltus fui, homicidiũ non feci, & tyrannidẽ non exercui? Parum refert ea crimina non perpetrasse: nã si ea non cõmisisti, proximos tuos multis blandimẽtis & adulationibus ad ipsa cõmittẽda incitasti. Idcirco de adulatoribus possunt illa Prophetæ Oseæ verba explicari: Peccata populi mei comedent. Mira res, qualiter peccata comedi possunt? Ad hoc respõdetur, q̃ sicut cibus postq̃ ab ali- *Ecclesi. 40.* *Osea. 4.* *Simile.*

53 quo mãducatur, efficitur eius, qui ipsum mandit, qm̃ in substantiã ipsius vertitur: sic adulatores suis peruersis cõsilijs efficiũt, vt aliena peccata sua sint, & in ipsos cõuertãtur. O ingentẽ cęcitatẽ, ó deplorãdã dementiã, velle homines pro alienis peccatis se ipsos in infernũ perpetuò arsuros detrudi. Quapropter siquidẽ adulatores adeo nociui sunt, nos ad imitationẽ nostri diuini capitis Iesu Christi ostẽdamus, illos nobis nequaquã placere, vt sic seipsos cõfundãt & cõuertantur, ac sibi & nobis minimè noceãt. Hac sancta doctrina plus reges, principes ac magnates huius mũdi opus habẽt: illos enim plerũq; isti Sathanæ ministri peruertere solent, ipsosq; lætificãt ac delectãt, eorũ peccata collaudãtes, sicut olim regibus & principibus Israel fecerunt. De quo sanctus Propheta Oseas cõquerebatur dicẽs: In malitia sua lætificauerũt regẽ, & in

54 mẽdacijs suis principes. O diabolicã crudelitatẽ. Cùm Rex Ieroboã regnũ suum ad idololatrandũ cõmouisset, nõ defuerũt homines spiritu sathanico pleni, qui dũ de tam graui scelere ipsum ac principes necnon cõsiliarios eius increpare deberent, illos laudauerunt, & nefarium atq; execrandũ illud facinus approbarũt. Ex quo id, quod statim Sanctus Propheta inferius dicit, ortũ est, scilicet, Dies regis nostri, cæperunt principes furere à vino. De eo die loquitur, quo impius rex cõstituit colendos esse Deo aureos. Nã peccatores illũ diem suũ reputant, in quo aliquod pergrande scelus cõmittunt. Cùm autẽ illa die nullus extiterit, qui ipsum ac priuatos eius reprehenderet, quin potius multi factũ laudarunt, ideò cœperunt principes furere à vino, nimis hilares & lætabũdi *Osea. 7.*

propter scelus, quod perpetrarunt. Cùm pecora exultant, & in- 55
Plini libr. decora lasciuia ludunt certum, teste Plinio, præsagium est futu-
18. c. vlti. ræ tempestatis. Et sicut cantus oloris, ideſt, *Cisne*, signum est imminentis sibi mortis, in eundem modum, cum peccatores exultant ob peccatum præsagium est euidens iam ipsorum instare supplicium. O infœlices peccatores, qui tam sufficientem causam ad deplorandum habentes inebriati voluptatis vino exultant & lætantur. Sed quæro, cur eum diem, quo ingressi sunt filij Israel in Ægyptum, non memoriæ tradit Sacra scriptura, sed dies
Gene. 46. egressionis eorum? Apud Genesim enim narrat sacer textus, quomodo Iacob cum filijs suis ingrediens non peculiariter diem
Exodi. 12. refert. Et alibi mentionem faciens de Hebræorum egressione inquit: Eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti, nox ista est obseruabilis Domini. Certe hoc factum fuit 56
vt Spiritus Sanctus doceret nos, non esse lætitiæ dies, cùm peccas, sed maximæ tristitiæ, siquidem in crudelissimam dæmonis captiuitatem ingrederis: at cùm per veram pœnitentiam egrederis, & per virtutes incipis in terram promissionis gloriæ, videlicet, tendere, is dies iubilationis & lætitiæ est.

Ex supradictis infertur, quòd vna ex magnis infœlicitatibus, quas Reges habent, est id, quod ipsi maximam fœlicitatem & tranquillitatem reputant, scilicet, non habere in terris aliquem, cui de factis & operibus suis rationem reddant, & neminem esse, qui eos de malis ipsorum reprehendat, quin potius ea laudet, & ideo ipsi per quam raro se ipsos corripiunt. Quid plura? etiam in planctu & ploratu principibus ac magnatibus huius mũdi solẽt homines adulari, sicut contigit Sancto Ioseph. Nam (vt in sacro 57
Genesis libro scriptum est) post quam mortuus est Patriarcha Ia
Genes. 50. cob, Fleuit eum Ægyptus septuaginta diebus, & quanuis vniuersum regnum patris Ioseph mortem deplorauit, non tamen deploraſſe legimus nec per vnum diem mortem ipsius sancti Ioseph. Ex quo apparet illos luxisse patrem, vt filio tunc Ægyptum gubernanti complacerent: at in morte filij iam non habebant, cui assentarentur, & ideo non plorarunt. Amicitia enim huius vitæ communiter mercenaria est & in lucro fundatur, & ideo non nisi præsentibus ostenditur. Hic etiam adnotatione dignum est, non solùm improbum esse laudare peccatorum vitia, sed etiam reprehensibile esse iustorum virtutes, plus quàm merentur,

59 tur, commendare. Nam ſicut meritò reprehenduntur illi, qui veſtem magnam ei, qui corpore puſillo eſt, conficiunt: ſic iure optimo reprehenſione digni ſunt, qui magnas laudes ei, qui parua merita habet, tribuere ſolent. *Simile.*

Iam vidiſtis quàm benemeritò Dominus his improbis hominibus dixerit: *Quid me tentatis hypocritæ?* & adiecit ſtatim, *Oſtendite mihi numiſma cenſus.* O Chriſte ſuperne imperator cæli & terræ, aperi Domine theſauros tuos, & ex eis monetam deprome, in qua imaginem, quam ipſa habet, intueri poſsis, quorſum eam ab ijs nefarijs hominibus petis? O ſingularem diuini Saluatoris paupertatem, de quo Sanctus Propheta dixit: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Tanta erat eius inopia & paupertas, vt ad ſoluendū tributū, quod ab eo exigebatur, Beato Pe- *Pſal. 87.*

59 tro ſic dixerit: Vade ad mare, & mitte hamū, & eum piſcem, qui primus aſcēderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum aſſumens da eis pro me & te. Hāc paupertatē ipſe ſuis ſacris diſcipulis pro ſponſa reliquit. Atq; ita B. Petrus cuidam eleemoſynā à ſe petenti dixit: Argentum & aurum non eſt mihi. Quare, ó fratres, vos ipſos non confunditis hæc audiētes, & cupiditatē, quę in cordibus veſtris regnat, ac ſolicitudinē diuitiarū contemplantes? *Matt. 17.* *Actuū. 3.*

B. Thomas inquit, inter omnia bona infimum locum tenere diuitias: at homines adeò inſani & amentes ſunt, vt propter hæc infima bona ſummū bonum, videlicet, Deum amittere velint: Amittunt etiam pacem & trāquillitatē, quæ ſanctæ paupertatis ſociæ ſunt. Sanctus Eſdras in ſuo libro ſic ait: Precatio noſtra apud Dominum Deum noſtrū vt daretur nobis pax illius in loco ſan- *D. Th. 2. 2. q. 118. artic. 5.* *Eſdræ libr. 1. cap. 9.*

60 cto eius, & illuminaret oculos noſtros Deus noſter: vbi alij tranſtulerunt, vt daretur nobis pax illius in loco ſancto eius. Vbi apparet, quòd ad pacem conſequendā & ad illuminatos oculos habēdos multum conducit tenues opes in hoc mundo poſsidere. Et quoniam homines paupertatem deſpiciunt, maximo cum labore viuunt, & tanquàm cæci quam plurima mala perpetrant, vt diuitias, quas morte, velint nolint, relicturi ſunt, cōparent, ipſi autè cum peccatis remanebūt, quæ ad ipſas acquirendas cōmiſerūt. Quando aliquis princeps vel Reipublicæ primarius vult alteri feſtum celebrare, iubet, vt omnes agricolæ rus petant ad cuniculos capiendos. Ipſi verò retibus & alijs ad venationem pertinentibus onerati iuſſa domini adimplent: & poſt quàm defeſsi & fati- *Simile.*

gati

gati, sunt omnes cuniculos, quos cæperunt, domino offerunt, & ipsi defessi retibus onerati absque aliqua vtilitate remanent. Sic auari retibus fraudum & mendaciorum onerati incedunt, vt perituras diuitias consequantur, at morte appropinquante quid quid venati sint, Domino relinquunt, videlicet, mundo, cui seruierunt, ipsi verò defessi cum retibus peccatorum & fraudum manent, pro illis æterna supplicia patientes. Sic ipsi in libro Sapientiæ fatentur dicentes: Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, Diuitiarum iactãtia quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquàm vmbra, omnia in hoc mundo remanserunt. 61

Sapien. 5.

At illi obtulerunt ei denarium. Quibus Dominus: *Cuius*, inquit, *est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis, Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Hac breui responsione improborum ora obstruxit, nullamque eis calumniandi causam reliquit: quando & principibus honorem habẽdum & Deo debitum cultum & obsequium exhibendum esse docuit. Dominus per Sanctum Isaiam populo Hebræorum promiserat dicẽs: Gens & regnum, quod non seruierit tibi peribit, & gentes solitudine vastabuntur, & venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te & adorabunt vestigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi, & vocabant te ciuitatem Domini Sion sancti Israel. Omnes has seruitutes exteræ nationes Hebræo populo exhibituræ erant, eo quod ipsi serui Dei erant, & hos omnes fauores ob nimia scelera sua amiserunt, & infidelibus subiecti facti sunt, eisque seruierunt, nunc Assyrijs, nunc Chaldæis, nunc Ægyptijs, & tempore Machabæorum, & postea Romanis obtemperarunt. Atque ita quidam dux filiorum Amon nomine Achior ad Olophernem dixit: Non fuit, qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. Quotiescunque autem præter ipsum Deum suum alterum coluerunt, dati sunt in prædam & in gladium & in opprobrium. Cùm igitur nos Deo maiori obligationis vinculo astringamur, & simus modo quales sumus, pertimescamus, ne eisdem & multo maioribus flagellis puniamur, Veram pœnitentiam agamus, & cum illa immensi Dei iram placabimus, & hic consequemur diuinam gratiam, & posteà gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. 62 63

Isaiæ. 60.

Iudith. 5.

In eadem

In eadem Dominica Vigesimasecvnda post Pentecosten,

CONCIO SECVNDA.

Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone. Matth. 22.



IN huius sacrosancti Euangelij lectione aper
2 tè ostenditur quis Deus sit erga homines, & quales ipsi homines erga Deum, Deus enim ex malis hominum occasionem accipit, vt ipsis benefaciat: homines vero ex bonis Dei occasionē sumunt, vt ipsum offendant. Sanctus Propheta Isaias refert qualiter tempore quo Hebrei vaticinia ipsius parui pendebant dicentes, Manda remanda, expecta reexpecta (quod perinde erat acsi dicerent, Parum curamus dicta tua, & quòd nobis dicas, non post multos dies mortem esse venturam, nosque peccatorum nostrorum rationem esse reddituros, ideo in Dei misericordia expectemus, & veram de illis pœnitentiam agamus, hæc inquam parum curamus, sed percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus
3 pactum) tunc eos diuinus vir sic est allocutus: Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem pretiosum. O ineffabilem Dei misericordiam! Nonne isti peruersi & nefarij homines digni erant, qui diuina iustitia iubente à terra absorberētur, & propter tantum scelus deuorarentur? Deus verò non solùm id nequaquā imperauit, sed ab illa peruersitate occasionem sumpsit ad tantum beneficiū in eos conferendum, quale fuit, eidem prophetæ iubere, vt promissionem ineffabilis incarnationis verbi diuini tunc eis vaticinaretur, qua dura eorum corda emollirentur. Et rursus increpans Sanctus Isaias illius populi duritiem, qua Deo molesti erant, adiecit: Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce virgo *Isaiæ 28.* *Isaiæ 7.*

con-

concipiet,& pariet filium,&c. Vbi est ponderandum illud, Pro 4
pter hoc,in quo significatur Deus ex abominatione illius gentis
occasionem cepisse,vt eis illam singularē promissionē faceret. Et
Ioan.6. apud D.Ioannem,cùm Iudæi per contemptū saluatori mundi di
cerent,Quod tu facis signū, vt videamus & credamus tibi? Quid
operaris?quod perinde fuit acsi dicerent,Opera,quæ tu facis, nō
sufficiūt,vt per illa verbis tuis credamus,tunc quādo propter tan
tam blasphemiā annihilari merebātur, eis clementissimus Domi
nus dixit,Panis,quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita; &
ipsis altissima mysteria ad eorū obscuratos intellectus illuminan
dos ostendit.Et cùm etiam Dñs Paralytico,qui in piscina erat,sa-
Ioan.5. lutem tribuere voluit,ait sacer textus: Hunc cum vidisset Iesus ia
centem,& cognouisset,quia iam multū tempus haberet, dicit ei,
Vis sanus fieri? Ex quo apparet,Dominū ex magnitudine misē- 5
riæ illius hominis occasionem sumpsisse, vt in eum misericordiā
faceret,qui propter peccata sua in illam ægritudinem inciderat.

In hoc etiam sacro Euangelio hoc manifestè cōspicitur. Nam
cùm Pharisæorum discipuli ad ipsum nociuis & odio cōmotis vi
sceribus accederent,vt caperent eum in sermone, cognita nequi-
tia eorum eis pijssimus Iesus salutare consilium dedit, vt & cum
Deo & cum hominibus pacem haberent. *Reddite*,inquit, *quæ sunt*
Cæsaris, Cæsari,& quæ sunt Dei, Deo. Ecce igitur qualis erga homines
Deus est,qui ex ipsorum peccatis occasionem sumit, vt in eos be
neficia conferat, ipsi autem homines ex acceptis à Deo bonis oc
casionem ad illum offendendū capiunt.De hoc diuina maiestas
Exec.16. per Ezechielem Prophetam conqueritur, loquens cum synago-
ga,& in ipsa cū peccatoribus,qui ex salute,ex pulchritudine, ex 6
scientia,atq; ex alijs multis bonis,quæ à Domino acceperunt, &
ex doctrina,quam eos docuit,occasionem ad ipsum offendendū
sumunt.Perfecta(inquit) eras in decore meo,quem posueram su
per te.& habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es. Ta-
les isti Pharisæi extiterūt,qui Domino saluatore grauissimos eo-
rum morbos salutaris doctrinæ suæ medicamentis curare volen
te aduersus pium medicum insanierunt,& continuas illi insidias
moliti sunt:pluries nanque malitiæ suæ machinis eius vitam pe-
tere,& gloriam obscurare conati sunt. Quapropter de quolibet
Iob.41. eorum illud Sancti Iob dici potest, scilicet: Cor eius indurabitur
tanquam lapis,& stringetur quasi malleatoris incus;quæ, videli-
cet,

7 cet, frequentibus ictibus concussa adeo non emolliτur, vt magis etiam obduretur. Sic tamen Dominus se in omnibus eorum calumnijs gerebat, vt ipsius quidem gloria illustrior, eorum verò malitia magis conspicua fieret, nec tamen tot artibus frustra tentatis finem sceleratis suis conatibus posuerunt. Qua in re à parente suo diabolo minimè degenerabant, qui nec multoties quidem victus & superatus defatigatur, nec lacessendi atque tentandi officium intermittit; sic enim à saluatore in deserto primo congressu superatus iterum ac tertio nouis illud machinis aggressus est. Quo exemplo monemur, fratres, vt nunquam post insignem aliquam victoriam solicitudinem, & arma deponamus, sed semper velut in acie stantes ad noua prælia expediti atque parati simus. Hinc de magno illo Antonio post dæmo-
8 nes ab ipso profligatos, Beatus Athanasius scribit, quòd neque Antonio vincendi securitatem dedit primus ille triumphus, neque diaboli fractæ defecêre vires. Hoc igitur animo ac mente Pharisæi erant, qui ab eodem spiritu acti parentis sui mores imitabantur; toties enim à Domino superati alias atque alias nocendi artes excogitabant. *B. Athana. in vita S. Antonij.*

Itaque nunc *abeuntes consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone.* Quia enim præclara eius opera accusare non poterant, ad eius verba conuertuntur, in quibus facilius capi homines solent. Et quia populo Domini facta miranti illum odiosum facere desperabant (cuius metu sæpè manus ab illo abstinuerunt) modo apud Reges & Principes inuisum facere nitebantur, si eum ad hoc inducerent, vt Cæsari soluenda tributa esse negaret. Ecce
9 qualem isti Sathanici homines ab illo cælesti ac efficacissimo sermone, quem summus eis mundi concionator prædicauit, vtilitatem eduxerint. Videns Deus illius rebellis populi pertinaciam & obstinationem dixit Prophetæ Oseæ: Veruntamen vnusquisq; non iudicet, & non arguatur vir. Hoc est, Iam alij alios non corrigāt, nec peccator in eo populo reprehēdatur, eos desine, & vnusquisq; ad libitum & arbitrium suum viuat. O terribile malum, ô pœnam grauissimā, Deum illos homines absq; punitione & flagellis relinquere. Hoc idem est, quod apud D. Matthæum Domi nus dixit: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. O Deus pietatis infinitæ, & quæ peccata populus iste tam grauia commisit, vt sic eum velis deserere? Ipsemet Dominus paulò inferius hoc explicat *Osea. 4.* *Matth. 15*

plicat adijciens: Populus enim tuus sicut ij, qui contradicunt sa-
cerdoti. *O Sancta Maria Señora,* Et quàm flagitiosum flagitium est, 10
sacerdoti contradicere, eiusque imperio non parêre, siquidem, vt
Deus exaggeraret, quàm corruptus ac deprauatus Oseæ tempo
ribus Iudaicus populus erat, cum comparauit ijs, qui contradi-
cunt sacerdoti? Quod ergo peccatum erit ipsi Deo contradicere?
O cæli, ó terra, ô insensibiles creaturæ ob tantum facinus obstu-
pescite. Veremini fratres, ne propter vestra innumera delicta in
id præcipitium, in quod isti miseri deueniatis. Sanctam doctri-
nam, quæ vobis quotidie prædicatur, tota animi cõtentione am-
plectimini, & eã accipite amoris & affectionis visceribus ne ma-
Simile. ioris vobis damnationis sit causa. Radij solis etiam si vitrum
feriant, ignem in eo non incendunt, quia ibi non sistunt, nec in
ipso reuerberant: at verò in speculo reflectentes statim ignem 11
incendunt, quoniam vlterius non progrediuntur, sed ibi detinen
tur, & in eo faciunt reflexionem. Sic diuina eloquia, quæ per vnã
ingrediuntur aurem, per aliam verò exeunt, cum nullam in me-
moria faciant reflexionem, sed protinus obliuioni tradãtur, non
excitant in mente diuini amoris ignem, sunt velut radij per vi-
trum transeuntes: tam frigidus enim post concionem remanet
sicut antea miser peccator. At, si diuina verba in memoria reflexionem faciant, & anima ea detineat atque cum affectione me-
ditetur in ipsa sanè diuini amoris accendetur ignis, vt in pectore
Psal. 118. sancti Regis Dauid incendebatur, qui, quoniã diuina verba con-
Psal. 38. seruabat (vt ipse fatetur dicens, In corde meo abscondi eloquia
tua, vt non peccem tibi) ait: Concaluit cor meum intra me, &
in meditatione mea exardescit ignis. Propter quod illi culpa di- 12
gni sunt, qui cum iam sermonem audiant, eum statim à memo-
ria sua excidere permittũt. Quòd si isti culpa notantur, eo quod
nullum cõmodum ex tam salutifera medicina eduxerint, quan-
to maiori culpa illi digni erunt, qui cum ipsa quotidie deteriores
Simile. fiunt. Inter omnia desperatæ salutis argumenta illud præcipuũ
esse constat, cùm æger adeo nihil adhibitis medicamentis iuua-
tur, vt etiam grauius ægrotet. Hoc idem in spiritualibus animarũ
morbis simili ratione cõtingit: nemo enim periculosius ægrotat,
quàm qui remedijs fit deterior. Quod in ijs præcipuè locum ha-
bet, qui cum vel à Deo vel ab hominibus corripiũtur, adeo nihil
proficiũt, vt aduersus corripientẽ acrius insaniant. In quo autem
isti pe-

13 iſti periculo verſentur, Salomon exponit, cum ait: Viro, qui corripientem dura ceruice cõtemnit, repentinus ſuperueniet in teritus, & cum ſanitas non ſequetur. Deus nos à tam pernicioſo malo liberet. Quid igitur erit de illis, qui non ſolum dura ceruice corripientem contemnunt, ſed eum etiam perſecutionibus, opprobrijs, & contumelijs afficiunt & inſectantur? Huiuſmodi homines impios iſtos Phariſæos imitantur, qui à ſermone Domini abeuntes conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone, quò ipſum vita priuarent. O diabolicam duritiem hominum, ad quorum animos emolliendos nec miracula, nec ſermones nec rationes tali ore, talique ſpiritu prolatæ ſuffecere. Deus vos à conſilio & congregatione impiorum liberet: mutuò enim ſe ipſos adiuuant ad malum inceptum proſequen- 14 dum, quo vſque illud opere compleant. Atque ita Dominus de illis, qui ſuperbia elati turrim Babylonis ædificabant, dixit: Ecce vnus eſt populus & vnum eſt labium omnibus, cœperunt que hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque (ideſt, non intelligat) vocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. Attendite remedium, quo Dominus vſus eſt, vt illi ab illo prauo opere deſiſterent, ſcilicet, eos diuidere, & alios ab alijs ſeparare. Hoc eodem remedio S. Patriarcha Iacob vtendum eſſe docuit, cum iniquæ congregationes ad aliquod ſcelus committendum paratæ eſſent, cum dixit: Simeon 15 & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia (ideſt homines pleni iniquitate & ira ad bellandum contra proximos ſuos) in concilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea (ideſt, nunquam ego glorier nec honore afficiar tali ſocietate) Quia in furore ſuo occiderunt virum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Sed, ò Patriarcha ſancte, quod remedium adhiberi poteſt contra illos, qui ſic in vnum congregantur, nè ſuis ſceleribus & iniquitatibus vlterius progrediantur? Ipſe ſtatim oſtendit adijciens: Diuidam eos in Iacob & diſpergam eos in Iſrael. Hoc etiam remedio oportet nunc vtantur illi, qui ciuitates ac populos gubernant. Et ſiquidem in hac republica ſunt

Prou. 29.

Gene. 11.

Gene. 49.

congregationes lusorum, hominum turpium, atque aliorū, qui, 16
sicut Pharisæi, ad parandos laqueos & insidias suis proximis
congregantur (de quibus illud Michææ dici potest: Omnes in
Michæe. 7. sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur ma-
lum manuum suarum dicunt bonum) maxime oportet, vt pu-
niantur & alij ab alijs separentur, quò ab inceptis malis desistāt.
Et siquidem dæmon tot in mundo congregationes habet, quæ
ei obsequantur, ego vos fratres per immensam Dei charitatē ob
secro, toto conatu operam detis vt inter vos sint Iesu Christi
congregationes, & ad inuicem vobis faueatis, & animum præ-
beatis, quo ad sacram confessionem & sacrosanctam commu-
nionem suscipiendam accedatis, in carcere positos consolemi-
ni, hospitalia visitetis, & alia id genus pietatis ac misericordiæ
opera exerceatis. Nam (vt in prouerbiorum libro dicitur), 17
Prouer. 18. Frater, qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma.

Consilium inierunt, vt caperent eum in sermone. Inter ea quæ in
homine ad peccandum magis parata sunt, vnum est lingua: ic-
Iob. 39. circo isti maleuoli homines Dominum per eam oppugnare de-
creuerunt. Quanuis S. Iob in sacra scriptura tantis virtuti-
bus commendatur, ipse tamen de se inquit: Vnum locutus
sum, quod vtinam non dixissem, & alterum, quibus vltra
non addam. Et propheta Dauid, cùm tam sanctus esset, &
tam firmum propositum non loquendi haberet, vt apparet
Psalm. 38. ex illis verbis, Dixi, custodiam vias meas vt non delinquam
in lingua mea (seruare vias ad non peccandum cum lingua, est
abstinere se à nimijs sermonibus: per has enim vias paulatim
murmuratio, peruicacia, adulatio, & mendacium ingreditur) 18
cum inquam hoc propositum haberet, inquit, Pone Domine cu
Psal. 140. stodiam ori meo & ostium circūstantiæ labijs meis. Quare, rex
sancte, tu ipse custodiam illā & ostiū linguæ tuæ nō ponis? Quo
niam hoc est adeo difficile, vt absq; peculiari Dei fauore illud
Eccle. 22. nequaquam valeam obseruare. Quocirca Ecclesiasticus suspira
bat dicens: Quis dabit ori meo custodiam & super labia mea si-
gnaculum certū, vt non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me.
O quantam horūsanctorum verba nobis confusionem injciūt.
Nā cū ipsi Spiritu sancto essent illuminati pertimescebant tamē
nè linguis suis laberentur, & in aliquod insanabile malum inci-
derent: ideò nouum fauorem & auxilium à Deo summa cum

humi-

humilitate implorabant. Nos verò miſeri peccatores tam liberi ab omni timore viuimus, & tanta libertate loquimur, ac ſi iam in gratia eſſemus confirmati, & cum lingua ſecuram non peccandi haberemus poteſtatem. Petamus igitur, fratres mei, vos obſecro, cum timore & humilitate à miſericordiarum Patre opem & auxiliū, & ita linguas noſtras moderemur, vt ipſum illis minime offendamus. Nam quia homines hoc non faciunt, malum, quod hoc miſerabili inſtrumento fit paſſim, tam vniuerſale eſt.

Diuus Ioannes in ſua Apocalypſi inquit, ſe quandam in hunc modum viſionem vidiſſe: Et ecce Draco magnus ruffus habens capita ſeptem & cornua decem, & in capitibus ſuis ſeptem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli: & miſit eas in terram. Beatus Gregorius ſuper illa verba ſancti Iob, Frater fui draconum, ait, per dracones homines malitioſos & ſuorum proximorum detractores intelligi. Sicut enim draco ſolo anhelitu interficit, ſic verſutus murmurator & detractor. Atque ita inquit Salomon, ſi mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. O maledicte & execrande murmurator, qui ſicut draco anhelitu & ſerpens ore, quos mordet, interficit, ſic tu non ſolum animam occidis illius, qui te libenti animo audit proximorum famam infamiæ nota maculantem, verum etiam animam tuam interficis, & fratris tui famam maculas. Quocirca per draconem, quem D. Ioannes vidit, apte detractor ſignificatur. Ait nanque Draconem ruffum eſſe, quia murmurator, vt ei habeatur fides, mille quærit colores. Deinde dicit, ſeptem illum habuiſſe capita: hæ ſunt ſeptem murmurationum ſpecies. Quarum prima eſt, quando falſum alicui imponitur crimen. Secunda, quando aliquis malitioſe publicauit, quod alius falſo ei dixit. Tertia, quando rem, quæ ſecreta erat, licet vera, quiſquam manifeſtat. Quarta quando multo plus addis, quam res ſe habet, vt eam exaggeres. Quinta, quando opus bonum eſt, & tu illud coinquinas dicens, proximum tuum non ſana nec recta id feciſſe intentione. Sexta, quando aliqua ſe ſe offert occaſio laudandi aliquem, & tu non ignoras, illum in aliqua re ſe bene geſſiſſe, eique fauere potes, bene de eo cum veritate loquens, & illum ſcis apud alios in mala haberi exiſtimatione, & tu malitioſe.

Apocal. 12.

a Greg. lib. 19. mor. cap. 28. ſup. Iob. cap. 30.

Eccle. 10.

Simile.

taces? Septima, quando audis aliquod falsum crimen in illum 22
dici, qui tuus amicus habitus est, & quanquam id intelligis fal-
sum esse, siles: cùm taces, ijs, quæ alij dicunt, assentiri videris.
Hæc sunt septem draconis capita. Diademata verò septem, quas
super his capitibus habebat, innuunt, vitium hoc in septem mun
di partibus regnare, cætera autem vitia in aliquibus regionibus
præcipuè magis quam in alijs prædominari. Ebrietas, in quibus-
dam locis magis quam in alijs regnat: in alijs latrocinium, in alijs
insidiæ, in alijs furor & ira, in alijs denique inimicitiæ, simulta-
tes, & vindictæ, &c. at vitium hoc detractionis vbicumq; pluri
mum regnat. Non est populus, quantumcunque sit minimus,
cui hoc vitium non dominetur, & de eo ipsi habitatores non cō-
querantur dicentes, ò quot pessimæ linguæ sunt in isto oppido.
Progreditur vlterius B. Ioannes dicens: Caudaeius trahebat ter 23
tiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram. Super quo
notandum est, nonnulla esse peccata caudam habentia, & hæc
sunt omnia illa, quæ ad restitutionem obligant. Hæc autem cau
da est, quæ magnam animarum Christianorum partem in infer
num detrudit, eo quod nolunt damnum proximis illatum resti
tuere atque resarcire. Contendite ergo fratres, ab huius draconis
anhelitu vos eripi, & si aliquàdo pollui & coinquinari ab eo per
miseritis de proximis vestris detrahentes, confestim eis de dam
no satisfacite, quod intulistis, nè vos cauda illa in æternam ge-
hennæ damnationem impellat.

Et *mittunt ei discipulos cum Herodianis*. Non hi maledicti Phari 24
sæi discipulos suos mittebant, salutarem doctrinam Iesu Christi
Saluatoris mundi audiendi gratia, sed capiendi eum in sermo-
ne, vt videatis quam boni magistri erant isti. Existimabant pa-
tres filios suos ex societate Pharisæorum ingentes in sanctitate
facturos esse progressus: sed attendite, quã aliter eos instituebãt.
O quam multis hodie contingit patribus filios suos perdere &
destruere, eo q illos in domibus collocãt, in quibus nihil aliud
addiscunt, quã Deum offendere, ac maligne, callidè, versute, de
prauate, & inhoneste viuere. Qua propter maxime cõducit ijs,
qui filios habent, oculos recte aperire, & prospicere, quibus in
domibus eos constituant, & quibus dominis aut quibus magi-
B. Tho. 1. 2 stris eos educandos, vel eruditos tradãt. B. Thomas perdocte
q. 8. art. 3. asserit, duo in peccato inesse, causam videlicet, principalem &

causam

25 causam accessoriam. Principalis (vt ait Beatus Augustinus) est voluntas, alia vero est accessoria, & hæc est multiformis, vt puta occasiones, sensuum obiecta, mundi pericula, omnia hæc solent esse accessoria peccati causa: dæmon etiam est causa accessoria. Sed inter omnes vna ex efficacioribus est deprauata societas, ex deprauatis autem societatibus vna ex pernicioſis est magistri corrupti & improbi domini consuetudo. Tribus, quæ Regem Ieroboam sequutæ fuerunt, omnes eius malo exemplo adductæ idololatriam commisere. Atq; ita de eis sanctus Isaias verba faciens inquit: Væ coronæ superbiæ ebrijs Ephraim. Vocat eos Ephraim, non quia vniuersi ex tribu Ephraim originem ducebant, sed quia ille detestandus Rex, qui super eos tunc regnabat, ex hoc tribu ortum tra-
26 hebat, & ab eo omnes se decipi ac peruerti permiserant. Eos autem ebrios appellat, quoniam deprauato exemplo atque illius nefarij hominis persuasionibus ita corrupti fuere, vt quasi amentes & rationis expertes remanserint: ex quo videre poteritis malum, quod vnus duntaxat sceleratus Dominus perpetrat. Et non minoris efficaciæ est damnū, quod improbus magister discipulis infert, eo quod ipsi dum erudiuntur, tenerio res ac debiliores esse solent.

B. August. lib. 1. & 3. de libe. arbi.

Isa. 20.

Adeuntes ergo Pharisæorum discipuli Dominum, blandissimis illum verbis compellare cœperunt. *Magister* (inquiunt) *scimus, quia verax es &c*, vsque *Licet censum dari Cæsari an non*. Hæc commendatio verissima erat, quæ tamen, quoniam à fraudulento pectore manabat, erat pernicioſissima: venena enim mel
27 lita Domino propinare volebant. Bene profecto de impio homine loquens S. Dauid ait: Tota die iniustitiam cogitauit, lingua tua sicut nouacula acuta fecisti dolum. Acuta quippè nouacula absque vllo doloris sensu leniter pilos capitis abscindit: atque in hunc modum prauorum hominum lingua suaui quadam blandiloquentia quasi nouacula virtutes mentis radit.

Psal. 51.

Cum igitur fraudulentæ illæ vulpes quæstionem hanc Domino proposuissent, cognita eorum nequitia tanto is acrius aduersus illorum fraudem exarduit, quanto ipsi blandius cum eo agere cœperunt. *Quid me* (inquit) *tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium: ait ergo illis, Cuius est ima-*

go hæc & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris: Ait illis, Reddite ergo, quæ 28
sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. O admirabilem clemen
tiam Dei, qui hoc contentus est, quod homo tantum ei præstet
obsequij ac seruitutis, quantum Regi terræ exhiberi solet. Quo
circa antequam legem Dominus Israelitico populo tribueret,
permisit, ipsos in captiuitate esse regibus AEgyptiorum ser-
uientes, vt sic confunderetur, si eius diuinam legem non cu-
stodirent, sicuti iussa Regum & imperia seruauerant, sub quo-
rum ditione ac potestate positi fuerant. O quam merito nunc
confundi ac verecundia affici possumus, videntes quam prom-
pto, quamque parato animo simus ad dominis temporalibus
seruiendum. Qua animi voluptate homines illorum seruitu-
tes consumunt ac profundunt vitas, opes, & honores, quo ve-
ro mœrore atque tristitia vniuersali Domino inseruiunt, à quo 29
esse acceperunt, & omnia, quæ possident, & à quo residuum
etiam, quod eis deest, se accepturos esse sperant. In sacro Gene-
Genes. 47. sis volumine legitur, quòd, vt S. Ioseph AEgyptijs parũ tribue
ret frumenti, ipsi eum sic allocuti fuerunt: Tantummodo respi-
ciat nos Dominus noster, & læti seruiemus Regi. Quantò
igitur maior est ratio, vt læti seruiamus Deo, qui est infinitæ
bonitatis, quique tot habet bona, quæ nobis elargiri potest?
His verbis, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari &c, vt Domi-
nus Pharisæorum malitiam retudit, ita mentem nostram sa-
lutari maximeque necessaria doctrina breuiter instituit: quid-
quid enim Christiana Philosophia docet, hac breui oratio-
ne complexus est. Quisquis enim Deo & Cæsari, hoc est, Deo
& hominibus, quod suum est, fideliter reddiderit, is certè totum 30
iustitiæ munus plenissime absoluit. Cùm autem homines di-
co, nos etiam ipsos & quoscumque alios hominum appellatio-
ne intelligo. Nam quoniam nobismetipsis & alijs hominibus
quod debemus reddimus tunc iustitiæ munus adimplemus. Ad
hoc igitur sciendum est, summum omnium sanctorum desi-
derium fuisse, scire, qua potissimum ratione Deum sibi propitium
redderent. Huius autem desiderij flammam nobis illa Pro-
Michæ. 6. phetæ Michææ verba exprimunt, Quid dignũ offeram Domi
no? Curuabo genu Deo excelso. Nunquid offeram ei holocau
sto mata? Nunquid placari potest Dominus in millibus arie
tum? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo?

His

31 His igitur ſanctus Propheta ſacrificiorum generibus enumeratis, & magna his interrogationibus attentione & expectatione concitata tandem ait: Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te, vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo.

Ex his autem tribus officiorum generibus primum quidem ſpectat ad nos, nempe, Facere iudicium, ſecundum ad alios, ſcilicet, Diligere miſericordiam, tertium vero ad Deum, quod ipſa Prophetæ verba declarant, cum ait: Solicitum ambulare cum Deo tuo. Cum igitur Dominus prophetica voce à nobis exigit, vt iudicium faciamus, hoc petit, vt iuxta rationis & legis diuinæ decreta (quæ rationem noſtram illuminant atq; perficiũt) non iuxta appetitus noſtri deſideria vitam inſtituamus. Ille igi-
32 tur iudicium facit, qui cupiditatum ſuarum libidine compreſſa ſolo rationis & diuinæ legis iudicio vitam moderatur. Quod quidem regius vates ſe præſtitiſſe dicebat cum ait: Nam & teſti monia tua meditatio mea eſt, & conſilium meum iuſtificationes tuæ: ſiue (vt alij verterunt) Iuſtificationes tuę cõſiliarij mei ſunt. O miros vitæ noſtræ conſiliarios. Fœlix, qui eis vitam ſuam ducit. Hoc enim, quod ait D. Dauid, perinde eſt ac ſi dixiſſet: Non audio quid cordis mei intemperantia flagitet: nõ quid male corrupta caro concupiſcat: non quid antiquus ſerpens mẽdacio ſuo coniugat: non quid ſæculi voces auribus meis inſonent: non quid ſubdola adulatorum lingua conſulat: non quid ſyrenarum voces ſuaue canentium & ad carnes blanditias inuitantium à me requirant: non poſtremo quid mihi aut falſi amici, aut praui con-
33 ſiliarij, aut prudentia carnis præſcribant. Horum igitur voces nullo modo mihi audiendas eſſe decreui. Audiam verò quid loquatur in me Dominus, quid ab ipſo illuminata ratio, quid ius & æquitas requirant. Denique omnibus alijs conſilijs repudiatis, iuſtificationes tuæ Domine fidiſſimi atq; certiſſimi conſiliarij mei ſunt. Hoc eſt ergo facere iudiciũ. Sequitur deinde aliud quod cæteris hominibus præſtare debemus, ſcilicet, miſericordiã. De qua in Eccleſiaſtico legimus: Miſericordia viri quaſi ſaculus cũ ipſo, gratiã hominis quaſi pupillam conſeruabit. O miri fica laus miſericordiæ. B. Paulus inquit: Habemus theſaurum in vaſis fictilibus. Primaſius Doctor antiquus & D. Auguſtini diſcipulus ait, theſaurum eſſe diuinam gratiam, atq; amicitiam Dei, regni-

Pſal. 118.

Eccle. 17. & 29.

2. Corin. 4.

Primaſi. ſuper D. Pau. epiſtolam.

regniq̃ cœlorum hereditatem: & hunc thesaurum portamus 34
in vasis fictilibus, videlicet, in humana fragilitate, propter quã
eum amittimus sæpissime. Vt autem Spiritus sanctus nos con
solaretur de angore, quem concipere possemus, videntes tam
pretiosum thesaurum in tanto periculo versari, nobis ait: Miseri
cordia viri quasi sacculus cum ipso, gratiam hominis quasi pu
pillam conseruabit. Vbi nos docet, quod aliquem misericor
dem esse, est ei admirabilis defensio ad gratiam atq; alia diuina
dona conseruanda. De huius virtutis laudibus cùm multa ac pe
ne innumera dici possint, solum Diui Ioannis Baptistæ testimo
Luca. 3. nium in medium proferam. Cum is enim aduersus mundi scele
ra non tam clamare, quam tonare aut fulminare cœpisset, geni
mina viperarum sceleratos homines appellans, eisdemq; inextin
guibilem gehennæ ignem incredibili acrimonia & verborum 35
asperitate minans, ad ipsum protinus omnes omnium ordinum
homines perterriti accurrerunt, quid sibi facto opus esset inqui
rentes, quo tamen illam diuini Numinis iram auerterent. Itaq;
turbæ illum interrogauerunt dicentes: Quid ergo faciemus?
Habet autem non vulgarem emphasim illa vox, Ergò: perin
de enim est ac si dicerent: Si iam, vt prædicas, omnis arbor,
quæ non facit fructum bonum, excidenda, & in sempiternũ
ignem conijciendaest, si paleæ inextinguibili igne comburen
dæ, quid faciemus, quo hoc tantum incendium fugere valea
mus? Hæc erat igitur populi interrogatio. Quid ad hæc Ioan
nes? Existimabit fortasse aliquis illum laborum patientiam, ci
borum abstinentiam, aut similes alias virtutum actiones illis
commendaturum, quanuis omnia hæc ad salutem maxime cõ 36
ducunt. Quid ergo ait? Qui habet duas tunicas, det non ha
benti, & qui habet escas, similiter: quia verissimè à Domino di
Matth. 5. ctum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam con
sequentur. Fecit sanctus vir huius duntaxat virtutis mentio
nem, quia per eam disponitur homo ad cæteras omnes, quæ ad
Psal. 88. vitam æternam necessariæ sunt. Quo circa dixit S. Dauid, Mi
sericordia ædificabiturin cœlis, & in Prouerbiorum volumine
scriptum reperitur, Benefacit animæ suæ vir misericors. Sed
fortasse dices: Arbitrabar equidem virum misericordem pau
Prouer. 11. peri benefacere. Rectè cogitas: Sed maius in se ipsum bene
ficium confert: nam inopi vestem elargitur, quæ duos tan
tum

37 tum numos aureos valet, animæ verò ſuæ inæſtimabilis pretij
ac valoris gloriam comparat: qui miſericors eſt, licet pauper
ex ijs, quæ petens accipit neceſsitati ſuæ moderate ſubuenit,
& quod ſupereſt, reliquis egenis impartitur: in quo plurimũ
meretur, quoniam Deus ita in ſuis præceptis ſuauis eſt, vt ve-
lit, quod quando fieri poteſt plurimi in vna eademque re me-
reantur. In cuius ſignificationem iuſsit filijs Iſrael, vt fructuũ, *Numer.* 18.
qui colligerentur Leuitis decimas impenderent, & ipſis Leui-
tis præcipiebat, vt decimam partem illarum decimarum ſum-
mo ſacerdoti tribuerent. Optime quidem Deus poſſet impe-
rare, vt populi decimas partirentur, partemque earum Leui-
tis, partem verò ſummo ſacerdoti darent, & quod Leuitæ ni-
hil earum ſoluerent: ſed tamen voluit, vt ipſimet Leuitæ ex
38 illis, quæ eis oblata fuerant, aliquid etiam tribuerent, vt
ſic vna eademque decima omnes mererentur, & opera pie-
tatis exercerent. Quòd ſi æquum eſt vt pauperes ex tenui
facultate ſua partem cum reliquis pauperibus diſtribuant,
quanto igitur longe iuſtius erit vt diuites hoc faciant, ſiqui-
dem opibus ac diuitijs tantum poſſunt? Quod quidem ſum-
ma cum hilaritate atque libenti animo facere debent, cùm
hoc nihil aliud ſit, quam in cœlis theſaurizare. Loquens
Deus de illis rebus, quas Hebræi erant in vrbem Hieruſalem
portaturi, adiecit: Cùm autem longinquior fuerit via, & *Deut.* 14.
locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, nec poteris adeum
hæc cuncta portare, vendes omnia, & in pretium rediges,
portabiſque manu tua. Sic vos diuites, cum diuitias veſtras
39 quas in hac vita modo poſsidetis in aliam ferre non poſsitis
eas à vobis auferte, & egenis pauperibus erogate, & ſic pre-
tium (hoc eſt meritum) in manibus veſtris certiſsimum fere-
tis, quod ibi vobis perfectiſsime remunerabitur.

Supereſt tertium, nempe, quid communi omnium Do-
mino debeamus. Hoc autem quæ mens aut hominum aut
etiam Angelorum non dico verbis explicare, ſed cogitatione
comprehendere poterit? Ad hoc enim neceſſe erat, vt par-
tim quidem omnia, quæ in nos contulit, beneficia, partim
etiam omnes eius perfectiones perſpectas & cognitas habere-
mus, quo par eius beneficentiæ & dignitati obſequium præſta-
remus: quod vtrumque ineffabile & incomprehenſibile eſt.

Quia igitur nulla vis humanæ mentis concipere hoc pro dig- 40
nitate potest, superest, vt humano more ex humanis ad diuina gradum facientes diligenter causas expendamus, propter quas hominibus obseruantiam, honorem, ac beneuolentiam exhibemus, easque omnes, ac multo etiam plures infinitis accessionibus cumulatas in vno Deo reperiemus. In alijs enim cognationem, in alijs dignitatem, in alijs virtutem, in alijs sapientiam, in alijs ætatem, in alijs denique collata beneficia, & amicitiam, cæteraque similia attendere, debitisque obsequijs honorare solemus. Itaque & parentibus, & cognatis, & magistratibus, & viris virtute ac sapientia præstantibus, & senioribus, & amicis, ac postremò benefactoribus cultum quendam & beneuolentiam exhibemus: cæterum cùm omnes hæ diligendi rationes in vno Deo cumulatissime reperiantur, quis iam 41
dubitare poterit, omnia hæc obsequia in vnum collecta illi vni deberi, & ita deberi, vt illi quidquid obtuleris infinitis partibus minus sit, quam quod eius immensæ maiestati debetur? Quid enim siue in cœlo siue in terra est, quod cum eius meritis & laudibus aliqua ex parte conferri queat, cùm omnis etiam beatarum mentium puritas cum illa comparata, impuritas, omnis dignitas vilitas, omnis pulchritudo deformitas, omnis sapientia ignorantia, omnis denique potentia infirmitas & imbecillitas sit? Neq; verò hic supernus Dominus minorem ideò cultum, & honorem promeretur, quòd vnus omnia donet,
Simile. quam omnes illi, qui singuli singula præstant. Neque enim auream monetam minoris facimus, quæ multarum instar est, quam multas inferioris metalli, quæ, cum multæ sint, illius 42
valorem non adæquant. Quia igitur in vno illo omnia habemus, omnes vtique in vnum illum amores & honores, omnemque pietatem & religionem conferre debemus. Quid igitur ex his, quæ hactenus dicta sunt, sequitur? Hoc profecto,
Isai. 8. quam merito Dominus requirat à te, solicitum ambulare cum Deo tuo. Faciens S. Isaias verba de Christo mundi Saluatore ait: Et dixit Dominus ad me: Voca nomẽ eius, Accelera spolia, festina. Vbi significatum fuit, qua celeritate & diligentia ipse Dominus mundo subuenit. Et Beatus Apostolus inquit: Deus pacis conteret Sathanam sub pedibus vestris velociter. Siquidem igitur hic supernus Dominus tanta velo-

citate

43 citate & ſolicitudine de rebus egit, quæ tantopere nobis conducebant, rationi etiam conſentaneum erit, vt nos maxima cum ſolicitudine ac diligentia ea, quæ ad eius ſeruitutem attinent, exequamur, intelligamuſque nihil iuſtius, neque honeſtius, neque ſanctius, neque vtilius, neque pulchrius, neque pluribus modis debitum, quam communem hunc Dominum, atque parentem toto corde, tota mente, totis viribus diligere, reuereri, honorare, illi obſequi, illius diuinis præceptis obtemperare, illius amore liquefieri laudes vbique decantare, illum ſemper ante oculos habere, illius gloriam votis omnibus deſiderare, ante illius maieſtatis conſpectum pauere, illius diligendi cauſa nos natos eſſe putare, propter illius gloriam millies, ſi ita opus fuerit, vi-
44 tam profundere, omniumque hominum & angelorum linguas optare, vt eius magnificentiam & innumera beneficia meritis, laudibus, & vocibus efferre valeamus. Quæ omnia vbi præſtiterimus, certum eſt, nihil nos immenſæ eius bonitati æquiualens præſtitiſſe: ſolus enim ipſe, qui ſe pleniſsime cõ prehendit, digne ſe laudare & diligere poteſt: omnis autem alia ſiue hominum ſiue angelorum laus infinitis partibus ea, quæ illi debetur, inferior eſt. Quæ cum ita ſint, expendite nunc quæſo mecum fratres, quale ſit, quod paſsim fieri videmus nempe hanc tantã maieſtatem ab hominibus contemni, leges eius perfringi, iura conculcari, beneficiorum eius obliuiſci, nullamque maieſtatis eius rationem haberi. Quid enim aliud tam multi mortales faciunt, quam peccatis peccata &
45 lera ſceleribus addere? Quotus enim quiſq; conditorem ſuum atque parentem ſuper omnia diligit? Quis lethale peccatum ſuper omnia deteſtatur? Quis diuinæ ſeueritatis iudicium metuit? Quis iuſtitiam vtilitati præfert? Quis virtutem magis quã pecuniam diligit? Quis diuinas leges omnibus vitæ commodis anteponit? Quam enim multos paſsim videre licet, qui pro rebus nihili, pro fœdis pecudũ voluptatibus, pro leuiſsima iniuria vindicanda, aut exiguo lucro captando omnia diuina mandata prætergredi nõ verẽtur. Quo fit, vt quem rebus omnibus anteferre deberẽt, rebus omnibus poſteriorẽ habeant. Quo quid indignius, quid iniuſtius, quid execrabilius eſſe poteſt? Denique eo ſtuporis multi homines venerũt, vt nihil ſit, qđ minus metuãt, nihil

eius

eius autoritas minus apud eos valeat, nihil cuius offensionem 46
minus pertimescant, nihil cuius gratiam & amicitiam minoris faciant, quandoquidem illam exigui lucelli aut cuiuscunque voluptatis causa amittere non verentur. Hac in re fratres desunt animo verba, sensus deficit, mens stupet, intellectus hebescit, atque omnes animæ & corporis vires plane flaccescunt, & in tantæ indignitatis consideratione horrent, ideoque quod satis digne deplorare non possumus mentibus vestris ponderandum atque cogitandum relinquamus. Quisquis igiturtantum hoc nefas pro meritis detestatur, atque huic tam magno iustitiæ debito satisfacere cupit, tres illas iustitiæ partes, quas propheticis verbis initio proposuimus, implere studeat, nempe, Facere iudicium, diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo suo: & sic quæ sunt Cæsaris, cæsari, & quæ sunt 47
Dei, Deo reddet: hoc est, quæ sunt debita Deo & hominibus, persoluet.

Hic quoque perpendendum est, Dominum secundum imaginem, quæ in illa moneta insculpta erat, sententiam tulisse, dum dixit, vt (siquidem imaginem habebat Cæsaris) Cæsari etiam ipsa tribueretur. Quod profecto euidens fuit significatio illius, quod idem supernus iudex Iesus Christus singulis cum animabus acturus est, cùm coram ipsius diuino conspectu in iudicio comparuerint, scilicet, iuxta imaginem, quam quis retulerit, sic ipsum sententiam esse pronuntiaturum. Pro quo est notandum, quod creaturæ intellectuales duntaxat sunt ad imaB. Tho. 1.2 ginem Dei creatæ, vt præclare Docet B. Thomas. At non suffi- 48
q. 3. art. 2. cit, vt creati simus ad imaginem Dei secundù naturam, sed oportet quod ad imaginẽ Dei simus per similitudinẽ gratiæ & glorię
B. Tho. 2.2 vt ait idẽ B. Thomas. Vbi enim actu vel habitu Deum quis cog
q. 93. art. 4. noscit & amat, etsi imperfectè tunc in eo est imago Dei per conformitatem gratiæ, dum autem homo Deum actu cognoscit, & amat perfectè, tunc est in illo imago Dei secundum similitudi-
D. Bernar. nem gloriæ, vbi perfectè Deus diligitur. D. vero Bernardus hominem ad imaginem & similitudinem Dei conditum esse, sic interpretatur, vt imago ad bona naturæ, similitudo autem ad bona gratiæ referatur. Est enim homo substantia intellectualis, immortalis libera & actionum suarũ domina, quibus in rebus Dei imaginẽ refert: ideoq; dicitur ad imaginẽ Dei conditus ad simi-

litu-

litudinem vero, quia innocens, ſanctus, purus, & immacula-
tus à Deo conditus eſt & in gratia conſtitutus. Eſt autem gra-
tia quædam ſimilitudinis & ſanctitatis participatio: vt enim fer
rum igne ſuccenſum ignis candorem, atque calorem ſuſcipit:
ſic illo tempore per gratiam homo Deiformis effectus eſt adeò
vt ſiquis illum in fœliciſsimo ſtatu cerneret, velut in puro quo *Simile.*
dam ſpeculo quandam diuinæ bonitatis effigiem videret. Vo-
luit enim Deus, vt ſimilis eſſet homo in vita, cui ſimilis futu-
rus erat in gloria: & imitaretur bonitatem, cuius aſſecuturus
erat fœlicitatem: viueretque in hoc mundo tanquam filius Dei
qui futurus erat in altero ſæculo hæres Dei. Aliter enim præ-
poſterum foret, ſi viueret in hoc ſæculo tanquam pecus, qui
in altero victurus eſſet vt Deus, vitamque imitaretur bruto-
rum, qui honorem poſtea eſſet percepturus angelorum. Sed
(vt Regius vates inquit) Homo cùm in honore eſſet, non in- *Pſal.48.*
tellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis fa-
ctus eſt illis. Quemadmodum enim iumenta, quæ vt ratione
ita ſpe alterius vitæ carent, nihil aliud niſi bona corporis, vt *Simile.*
paſtum, vt latibula, atque alia eiuſdem generis, ad quæ ſola
nata ſunt, captant: ita plerique homines adeo Dei & ſui obliti,
adeo que terrenis opibus & voluptatibus dediti ſunt, vt nihil
neque de animæ ſuæ immortalitate, neque de futuræ vitæ fœ-
licitate cogitent. Solam enim terram diligunt, terrena medi-
tantur, terrena ambiunt, & in hoc vno curas ſuas omnes atq;
cogitationes inſumunt, quibus extrema illa infœlicitas contin
git: de qua S. Ieremias ait: Domine omnes, qui te derelique *Iere. 17.*
runt, confundentur, recedentes à te in terra ſcribentur, quia
dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum. Qui-
bus verbis aperte docuit, huiuſmodi homines cœleſtem beati-
tudinem terrena commutaſſe. Multos enim homines inue-
nies, quos ſi interroges, Heus quæſo, Num aliquando ad te
reuerſus tecum cogitari cœpiſti, quid de te tandem futurum
ſit? Num ita tecum philoſophatus es, Homo ſum, morta-
lis ſum, Chriſtianus ſum, fidem habeo, ſpem habeo, iudicem
habeo, qui mecum rationem initurus eſt, de verbo etiam otio-
ſo quæſiturus, qui pijs regnum cœlorum promittit, improbis
gehennam minatur? Num igitur hiſce de rebus aliquando te-
cum commentatus es? Plurimi ſane erunt, qui reſpondeant,

Ista nec per somniũ quidem vnquam attigi: omnis enim mea cũ 52
ra & cogitatio de terra est; & planè ita viuo, ac si alterius vitæ
præmium aut supplicium ad me minime pertineret. Quid igi
tur hoc aliud est quam pecudes imitari, quæ ad solum pastum
natæ sunt? Meritò ergò Propheta, hominem, qui ante in sum
mo honore conditus erat, iumentis insipientibus similem effe
ctum esse ait. O infœlices illos, quos in hora mortis inuenerit
supernus iudex imaginem & brutorum similitudinem gerentes,
hoc est, in terrenarum rerum amorem transformatos, sicuti pri
mus post peccati lapsum homo remansit: hos enim iubebit in-
fernalibus bestijs in æternum torquendos tradi. Quid igitur
faciemus, vt à tanto malo eripiamur? Hoc plane Apostolus de-
1. Cor. 15. clarauit, cum ait: Primus homo de terra terrenus, secundus
homo de cœlo cœlestis, sicut ergo portauimus imaginem ter- 53
reni, ita nunc portemus imaginem cœlestis. Vt rectè hæc ver
Eccle. 15. ba intelligatis, alia oportet, quæ in Ecclesiastici volumine sunt
scripta, diligentissime notetis, scilicet: Deus ab initio consti-
tuit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Et paulò
inferius: Appositit tibi aquam & ignem, ad quod volueris por
rige manum tuam. Hoc est, Deus hominem in eius liberta-
te reliquit, vt ipse quidquid adlibitum voluerit, in anima sua
Simile. depingeret. Potest quidem homo imaginem terreni Adam,
vel imaginem cœlestis Christi in se effingere. Si speculũ ad ter
ram vertas, in se terræ imaginem recipit, si verò ad cœlum, ima
ginem cœli repræsentat. Vniuersæ creaturæ sunt velut specu-
Simile. la, in quibus bonitas, sapientia, ac potentia Dei aperte ostendi-
tur. Et sicut ille: qui ad speculum accedit, non ideo hoc facit, 54
vt ipsum tantum modò intueatur, sed vt ea, quæ in eo repræ-
sentãtur, conspiciat: sic nos creaturis vti debemus, non propter
id, quod ipsæ in se sunt, sed vt per eas in cognitionẽ illius, quod
referunt, videlicet, Dei, deueniamus, & ex hac cognitione ad
Simile. eius possimus diuinum amorem ascendere. Sed vereor ne dæ-
mon his nos speculis decipiat, sicut venatores tigrides fallunt:
qui post quam catulos earum ipsis dormientibus surripiunt, ma-
xima cum velocitate fugiunt. At nè tigrides è somno euigilan-
tes & prænimio amore filiorum suorum prædam insectantes ip
sos consequantur in itinere quædam specula ponunt, in quibus
ipsæ tigrides imaginem suam contemplantes detinentur, cogi-

tan-

55 tantes illam eſſe aliquem ex filijs ſuis: in quo tantam moram faciunt, vt venatores ſatis temporis habeant ſe in tutum ac ſecurum locum recipiendi. Et hoc modo tigrides catulos ſibi ablatos nequaquam recuperant. Sic dæmon poſtquam nobis propter ſomnum ac negligentiam noſtram merita atq; bona propoſita deprædatur: ne ea iterũ recuperemus, nobis ob oculos hæc ſpecula ponit, quæ ſunt pulchræ huius mundi creaturæ, in quibus per inordinatam affectionem detineamur, atq; ita obliuiſcamur reſarcire animabus noſtris illata damna. Sed quanuis creaturæ omnes ſint ſpecula, conuenientius tamen hoc nomen creaturis ratione vtentibus tribuitur, quales ſunt homines, quia in eis clarius & ſplendidius perfectiones Dei oſtendũtur. Hæc autẽ ſpecula quando per affectionem & amorẽ ad terram inclinantur, in
56 eis facile terræ imago imprimitur: cũ verò ad cœlum per amorẽ etiam & affectionem vertuntur, cœli imaginem repræſentant. Quod perinde eſt acſi dicamus: Cũ homo inordinate diligit peccata primi hominis, ſuperbiam, videlicet, eius, inobedientiam, gulã, ingratitudinẽ, ac reliquas ſpirituales miſerias, & ſe in eis exercet, tunc terreni Adam induit imaginem: cùm autem ad cœleſtes Ieſu Chriſti virtutes animum inclinat, & ſe ipſum eis totum tradit tunc eius recipit imaginem. Et quia homo ad vtrũque faciẽdum libertatem habet, ideò inquit ſapiens. Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit eum in manu conſilij ſui. At quoniam propter malitiam noſtram animum ad terram inclinauimus, & in nobis imaginẽ Adam coloribus ſuperbiæ & inobe-
57 dientiæ &c, depinximus, propterea ait S. Apoſtolus: ſicut portauimus imaginem terreni, ita nunc portemus imaginem cœleſtis. Eia agite peccatores, & vera contritione illam, quam in vobis imaginẽ deformẽ depinxiſtis, omnino delete: & ea affectione, cura, & ſolicitudine, qua antea peccata cõmittebatis, eadem nũc virtutes operamini. Attente reſpicite illud omniũ virtutũ ac perfectionum ſummarium Ieſum Chriſtum filium Dei: & operam date eius perfectiſsimam imaginem coloribus patientiæ, manſuetudinis, humilitatis, obedientiæ ac cæterarum virtutum, quæ in eo nituerunt, in vobis ipſis aptiſsime depingere: & hæc omnia maxima cum perſeuerantia agite, ne vllo modo colores in vobis ſemel inſculptos iterum deleatis, ne vos ita fœdos & delinitos mors inueniat. Vbi nos legimus, Beatus vir, *Pſalm. 32.*

cui

cui non imputauit Dominus peccatum, alij transtulerunt: Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum: & sic est in Paraphrasi Chaldaica, & sic legit etiam B. Hieronymus. In quo plane iusti perseuerantia denotatur, qui non solum de præteritis peccatis pœnitentiam agere conatur: verum etiam ita viuit, vt Deus in posterum nullum, quod ei imputet, peccatum in illo inueniat. De hoc pœnitentiæ modo loquitur D. Paulus, cum ait: Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Stabilem inquit, id est, perseuerantem. Propter quod ij, qui cùm primùm delicta sua lugent, iterum illa aut alia committunt, maximè pertimescere debent, non fuisse forsan secundum Deum tristitiam illam, siquidem tristitia secundum Deum pœnitentiam operatur in salutem stabilem. Vos igitur fratres obsecro, vt pro animarum vestrarum salute ac stabilitate faciatis, quod pro domorum firmitate, quas construitis, facere contenditis. Quos labores perpetimini, quas expensas & sumptus facitis pro ædificandis supra firmam petram domibus, non cessantes laborare, quo ad vsque viuum lapidem detegatis? & omnibus his diligentijs fulcimenta etiam, quibus ædificium fortius permaneat, adhibetis. Quare ergò has & multò plures non adhibebitis diligentias, vt cor vestrum firmũ & stabile in bono permaneat? Date operam, vt altas in charitate agat radices, & fortissimè in ipsa fundetur. Pro fulcimentis, id est, Per efficies, ieiunium, assiduam orationem, atque cætera operum misericordiæ & pietatis exercitia adhibete: hæc enim omnia valde adiuuant, vt cor in bono perseuerare faciant: qua perseuerantia suauiter peruenietis ad veram in animabus vestris fixam habendam Iesu Christi imaginem.

B. Hier. 58

2. Corin. 7. 59

60

Sed quæro fratres, si omnes nos Deus modo vocaret ad extremam, quam debemus, rationem reddendam, & vnumquẽque nostrum peculiariter interrogaret, Cuius est hæc imago? quid ei responderemus? O immense Deus, & in quam multis imaginem Cæsaris inuenires. Cæsar tyrannus fuit, superbus, carnalis, Gentilis, idololatra, vindictæ cupidus &c, & tu peccator, qui eadem scelera abominationesque committis, imaginem Cæsaris geris: & si tibi remedium quam citissime non adhibueris, vna cum eo in infernum perpetuo comburendus descendes.

61 scendes. O quàm celeriter Cæsaris pompa, honores, voluptates, diuitiæ tyrannicè comparatæ transierunt, tormenta verò, quæ pro his modo patitur, nunquam finientur: quod quidem tibi sine dubio, si pœnitentiam non egeris, continget. Quo circa merito dixit S. Dauid: In imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Mos est apud Christianos in festo sanctæ Catherinæ, aut Diuæ Luciæ, siue alius cuiusq; sanctæ ad earum imaginem ornandam petere à quadam matrona vnam pretiosam vestem, ab alia aliam, ab alia pretiosa velamina, ab alia annulos, torques, ac monilia aurea, quibus sic ornatam imaginem celebri pompa, hoc est, solenni processione comitantur. Dum autem pompa illa celebratur, omnes eam maximo honore ac reuerentia insequuntur, capita detegentes ac in terram se prosternentes propter id, quod ipsa refert, & merito quidem. Finita verò illa pompa imaginem exuunt, vestes ac cætera ornamenta illis, qui ea commodauerant, reddunt, & tandem ipsam imaginē sic denudatam in angulo sacri sacelli reponunt, & vix aliquis est qui eius amplius recordetur. O quam proprie in hoc sancto opere repræsentatur tyrannis, pompa, honor tyrannorum, & exitus eorum, qui alios decipiunt, alios vero bonis priuant, vt ipsi diuites fiant, & se componant. Incipit pompa, quando superbus ac tyrannus incipit rebus huius mundi potiri. Videbitis eū tam adornatum & tam coopertum auro & serico, ac si esset templi imago, Et dum pompa celebratur, hoc est, dum eius vita durat, omnes illum comitantur, omnes illi summam adhibent reuerentiam, omnes deniq; illum in magna habent æstimatione. 63 Finita verò pompa, hoc est, finita vita, exuto & spoliato omnibus diuitijs & ornamētis corpus eius in sepultura miserrime collocatur, & anima in infernum perpetuo arsura descendit, diuitijs eius in hoc sæculo remanentibus. Ergo frustra conturbatur homo, ait regius vates, in acquirendis per modos & vias illicitas bonis temporalibus, siquidem in imagine pertransit homo, hoc est, ad modum imaginis. Delete igitur ex vobis fratres & rapite Cæsaris imaginem, ne vos Deus cum ea in hora mortis vestræ inueniat. Sed transformati in vitam perfectissimam superni nostri Saluatoris, & eius gratia adornati illam extremam expectemus horam, qua Deo fruituri in gloriam ascendemus, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Psal. 38.

Simile.

DOMINICA XXIII.

Post pentecosten

CONCIO PRIMA.

Loquenti Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum dicens. Matth. 9.

Hebræ. 11. FIdes (vt ait B. Apostolus) est sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium. Oculi rationis humanæ de 2
se bona æterna, quæ expectamus, non vident. Et Apostolus inquit, fidem non solum esse substantiam, hoc est, fundamentum, ac principium ad ipsa obtinenda, verum etiam efficacissimum argumentum & firmissimam rationem, quod vere & re ipsa existant. At qui (vt Græci doctores animaduertunt) vocabulum: Argumentum, quo sanctus Apostolus hic vtitur, & Græce dicitur Elenchos, significat medium, quod sine discursu aut syllogismo
D. Ambro. intellectum conuincit. Et ita explicat D. Ambrosius hunc locum dicens, sanctum Apostolum his verbis affirmare, fidem esse fundamentum eorum, quæ expectantur, & argumentum firmissimum ideſt (*Conuencimiento*) eorum, quæ non videntur. 3
Hæc autem fides in homine duos actus importat: alterum ex parte intellectus, qui est credere & assentiri firmiter, licet obscure: alterum ex parte voluntatis, qui est captiuare intellectum in obsequium fidei, quæ est motio, qua voluntas intellectum mouet, vt credat. Humiliatio ita q; & obligatio, qua voluntas intellectum humiliat & obligat, sub fide continetur. Hinc infer-
Iacob. 2. tur q licet verũ sit id quod B. Iacobus inquit, scilicet, Dæmones credunt & contremiscunt: tamen ipsi Dæmones non habent fidem, quæ virtus sit, sed quandã credulitatem coactam, & de hac loquitur B. Iacobus. Quæ quidem credulitas nec fides etiam informis dici potest, quoniam fides informis Dei quo q; donum

est,

4 est, quam Christianus peccator habet, qui licet absque charitate sit, firmiter tamen credit. Hanc autem fidem diabolus nequaquam habet, quoniam ex actibus, quos fides importat, non habet illum, qui ex parte voluntatis est, eo quod non credit, quia se ad credendum obligat, neque quia credere vult, sed credit inuitus & coactus: & ideo non est fides, de qua Beatus Augustinus ait: Cætera potest homo etiam nolens, credere autē non nisi volens. Atque itaillā quā dæmones habent, fidem non vocamus, sed credulitatem. Cùm igitur fides sit totius spiritualis vitæ, & omnium, quæ expectamus, fundamentum, voluit filius Dei illam, vtpote rem maxime necessariam in cordibus humanis plurimorum miraculorum operatione confirmare. Nam sicut humanæ scientiæ argumentis
5 & rationibus probantur, sic fides miraculis: quia miracula & modus, quo Dominus ea operabatur, & finis, propter quem ipsa faciebat, erant infallibilis suæ cœlestis doctrinæ comprobatio. Cumque (vt iam diximus) ad fidem necessaria sit quædam voluntatis obedientia, quam Theologi piam affectionem appellant, ideo opus erat, vt miracula affectione quadam voluntates hominum attraherent, & sic ipsi ad cœlestem doctrinam, quam Dominus prædicabat, credendam amore inflammarentur. D. Augus.

Ex hoc sequitur responsio cuiusdam grauis quæstionis, quam Alexander Alensis & B. Thomas mouent videlicet, an vna fides possit esse maior altera, hoc est, vtrum fides crescat, & si quis maiorem fidem, quam alius habeat. Ad quod
6 hi grauissimi doctores respondent, fundamentum fidei (quæ est omni firmitate diuinæ atque infallibili veritati assentiri) in omnibus Christianis esse æquale, in quo absque differentia aliqua omnes Christiani æquales sumus, quoniam omnes absque contradictione credimus, quidquid Deus loquitur infallibilis esse veritatis: & quia omnis sacra scriptura à Deo est, & sacrosancta Ecclesia est eius annuntiatrix, quidquid ipsa prædicat, illud infallibilis veritatis esse reputamus. Et de hoc fundamento loquitur B. Petrus dicens: Petrus seruus Apostolus Iesu Christi, ijs, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri. Alex. Ale. 3 par. q. 81. memb. 2. B. 1 ho. 2. 2 q. 5 art. 4. 2 Petr. 1.

At secundū hos doctores in tribus rebus fides vnius augeri potest.

Prima est in notitia & cognitione Dei, quia licet in vniuersali, 7
omnes catholici credunt cunctos fidei articulos, alij tamen illos magis explicite quam alij sciunt, eorumque rationem & causam distinctius intelligunt. Isti sunt Christiani sapientes, qui non solum credunt verbum diuinum fuisse incarnatum, factum hominem, & in cruce mortuum &c. verum etiam horum causam non ignorant. Et ita esse oportet, siquidem B. Petrus in 1. Pet. 3.
sua Canonica sic ait: Dominum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem, de ea, quæ in vobis est, spe, sed cum modestia. Plurimi autem conscientiæ puritate ad tantam in cognitione fidei nostræ perfectionem accedunt, vt in suo intellectu gustum, & quasi experientiam eius, quod credunt, consequantur, vt egregiè Alexander Alensis hoc, vbi supra differit. Vnum tamen 8
vobis hic animaduertere volo, quod B. Paulus ad Romanos scribens commendat inquiens: Dico enim per gratiam, quæ Rom. 12.
data est mihi omnibus, qui sunt inter vos non plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Dignitatem & officium, quo sanctus vir fungebatur, hic gratiam Dei appellat. Atque ita, Dico per gratiam Dei, quæ data est mihi: perinde est ac si diceret. Dico per officium ac dignitatem, in qua Deus me licet indignum collocauit. Hoc etiam æquum est, vt vnusquisque concionator & prælatus dicat vereaturque nè officium; quod per gratiam Dei illi datum est. *No se le buelua en desgracia.* Quid ais, o sancte Apostole. Per officium & gratiam, quam habes? Dico vnicuique datum esse ascendere ad cognitionem diuinorum 9
secundum mensuram fidei, quam accepit. Verbi gratia: agricola & artifex mechanicus, qui certam fidei mensuram & articulorum cognitionem habet, nolit scrutari aut curiosius plus scire, quàm ad eius statum pertinet: facillime enim in errorem incidet. Alij sunt, scilicet, doctores & prædicatores, qui amplio rem fidei mensuram acceperunt, quique in studio diuinorum mysteriorum sunt exercitati, & hi altius euolare poterunt: cum illis enim B. Petrus in præfatis verbis loquitur, eosque admonet, vt sint parati ad rationem de fidei mysterijs reddendam. Vnusquisque ergo attendat statum, in quo Deus ipsum posuit, & secundum eum scire studeat illud, quod ad salutem suam ne-

cessa-

necessarium est, & nolit plus sapere, quam oportet sapere. Secunda autem res, in qua fides plus in vno, quam in alio antecellit, est in constantia & firmitate, qua anima aduersitates & contradictiones superat, sicut eam habebant illi, de quibus B. Paulus in quit: Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, obthurauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis &c. *Hebr. 11.*

Tertia denique in deuotione consistit: nam cum quis inde ↄote credit, si alius cum deuotione & affectione credit, huius profecto fides illius fidem antecellit. Ad omnia autem hæc, quæ hactenus de fide diximus, valde necessaria erant miracula, quæ filius Dei operabatur. Ex multis vero, quæ cœlestis Dominus propter hunc finem fecit, in sacra hodierni Euangelij lectione duorum singularium præcipue fit mentio: quod sic
1 incipit: *Loquente Iesu ad turbas ecce princeps vnus &c.*

Princeps iste Synagogæ Capharnaum erat sicut modò est Abbas ecclesiæ collegiatæ. Nam summus sacerdos in vrbe Hierusalem habitabat, in alijs vero locis erant Synagogæ, ad quas conueniebat populus offerendi preces gratia, & vt ibi à sacerdotibus & Leuitis in lege instrueretur. *Accessit ergo princeps hic ad Iesum, & adorabat eum dicens, Domine filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.* Beatus Marcus ait hunc principem non solum adorasse Dominum sed etiam ad pedes eius prouolutum fuisse. Summum certe hoc reuerentiæ genus extitit. Et quidem Dominus (si exteriorem faciem spectes) humilis personæ speciem atque habitum referebat, & populi opinione fabri filius putabatur: atque eo
2 tempore à Ioannis discipulis & pharisæis accusabatur, quod cũ publicanis ac peccatoribus ederet atque biberet, inhilominus tamen hic synagogæ princeps non in domo aut in angulis sedentem, sed præsente & spectante populo se pedibus eius prosternit, illumque adorat, quod genus reuerentiæ neque ipsis quidem mundi regibus atque imperatoribus exhibetur. Quid igitur hunc principem sic humiliauit, sic ad Christi pedes abiecit? Non dubium, quin maxima illa calamitas, qua premebatur, qua si caruisset, nunquam se ad Christi pedes proiecisset. Hic est fratres, primus calamitatum fructus. Sæpenumero Deus cum laboribus, ægritudinibus & captiuitatibus quibus aliquos opprimit ipsos purgare intendit, & alios corrigere. Intelligens

Tobiæ.13. hoc sanctus Tobias Hebræis captiuis dixit: Confitemini Domino Filij Israel, & in conspectu gentium laudate eum, quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. Ex fame, quæ in terra Chanaan fuit, Iacob & filij eius hoc commodum eduxerunt, quod fratrem suum Ioseph præpositum Regis in Ægypto inuenerunt. Sic fames, necessitas, & ægritudo sunt in causa, quod cùm multi Deum per peccatum amiserint, ipsum per gratiam inueniant. Sed adeo cæci sumus, vt hoc minimè cognoscere velimus. Plorare solet infans, cum è manibus eius gladius auferetur, quoniam non intelligit bonum, quod in eum confertur, sic tu luges, quando imperio, officio, numis, ac salute priuaris, quæ forsan erant velut gladius, quo te ipsum interfecturus eras. Vere equidem in tribulationibus tanquam in lucido speculo conspicitur, quam admirabile sit prouidentiæ Dei consilium dum homines in cœlum per aspera itinera ducit: & quanta sit eius bonitas, ostenditur in hoc, quod illa, quæ erant materia iræ & indignationis, materiam clementiæ facit. Et hic est sensus psalmi Dauidis, quem ipse composuit postquam ab Absalone reportauit victoriam, scilicet: Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Vbi verbum illud, Dilatasti, maxime ponderandum est: habet enim per grandem emphasim, & hunc sensum facit: Quando Domine in medio tribulationum, timorum, & periculorum, quibus oppressus & circumdatus eram, ad te confugi, & oculos in te fixi, subito videbar mihi, in amplissimum & amœnum atque expeditum campum exire, in quo nihil, quod timerem habebam, nec ibi aliqua timoris occasio erat. Intelligebã enim quantò maior bonitas tua erat, vt me consolareris, quam Absalonis malitia, vt me persequeretur, & quò securior erat fragilitas mea sub protectione tua, quam furor inimicorum meorum multis ducibus & militibus comitatus. Ex quo infertur, quòd vt homines à magnis laboribus eripiantur, & ingentes victorias comparent, tutiores præparationes sunt, corda voluntati Dei subijcere, & diuinum auxiliũ eius implorare, quã vti omnibus armis

13 15 14 15

Simile.

Psal. 4.

& inuen-

16 & inuentionibus, quas industria humana excogitauit. Sed, proh dolor, quomodo Christiani his miserrimis temporibus de infidelibus victoriam reportabunt, siquidem tales sumus, vt verear maiores esse fauores, quos Turca infestissimus noster hostis apud Christianos habet, quam in suo regno. Perpendite obsecro fratres mei & considerate ex vna parte voces totius populi Christiani, qui pro remedio tanti infortunij preces Domino fundit: & ex alia in auribus eiusdem Dei voces latrociniorum, vsurarum, vltionum, iniustitiarum, ambitionum, atque aliarum plurimarum abominationum personantes, & petentes vltionem, sicut sacra pagina refert, sanguinem iusti Abel clamasse. Quomodo securi esse poteritis, vtrum ex his vocibus efficaciores sint illæ, quibus misericor-
17 diam postulamus, quam illæ, quibus iustam vltionem petimus? Dicetis fortasse, Deum, cum misericors sit, magis propensum esse ad audiendas orationes eorum, qui misericordiam postulant quam eorum, qui vltionem quærunt. Ego equidem in eius infinita bonitate ita futurum esse confido, sed ad hoc ex parte nostra pœnitentiam, emendam, & lacrymas cum humilitate debere interuenire necessarium est: ad quæ omnia nos ipsa infortunia, & labores, quibus circumdati sumus, inuitant. Qua propter licet plurimi sint fructus, qui ex calamitatibus & laboribus percipi solent hic tamen primus est. Sic Beatus Gregorius testatur dicens: Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. Ideò orabat S. Dauid: In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant
18 ad te. Chamus minorem aduersitatem, Frænum verò maiorem afflictionem præsignat, quibus plerosque Deus ad se adducere solet: quanuis nonnulli, peccatores adeò proterui ac duri sunt, vt nec cum laboribus velint se subijcere. Sicuti erant illi, quibus Dominus per prophetam Amos inquit: Ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris & indigentiam panum in omnibus locis vestris, & non estis reuersi ad me. Et paulo inferius: Misi in vos mortem in via AEgypti, percussi in gladio iuuenes vestros, & non redijstis ad me: O execrandam duritiam eorum, qui saltem cruciatibus afflicti ad Deum non reuertuntur. Non similis fuit his hominibus princeps iste, siquidem cum afflictione ad

D. Greg. Psalm. 31.

Amos. 4.

clementissimum Iesum confugit, & pronus & in terram proiectus mira reuerentia atque humilitate ab eo auxilium implorabat. Hic manifeste ostenditur, quam grauiter ac moleste sentiant patres liberorum damna, quantamque curam in eorum remedio quærendo adhibeant. In quo filiorum crudelitas atque ingratitudo erga parentes reprehenditur. Hinc oritur, quod perrarò videamus filios pauperes, quorum parentes diuites fuerint, licet multi sint patres inopes, quorum filij diuites sunt. Non enim fert paterna pietas, vt parentes abundantiam temporalium bonorum habeant absque eo quod illorum faciant filios suos participes. Iccirco Deus peculiare præceptum parentibus non imposuit, vt filios suos diligerent, quoniam hoc ipsi suapte natura præstant, imò sæpenumero plus quam oportet: filios vero peculiari præcepto astrinxit, vt parentes suos honorarent, eisque obedirent, & vt ipsos ad hoc inciteret eis pœnas ac præmia proposuit. Mirum profectò est, quòd sicut patriarcha Abraham in filio suo immolando Deo obtemperauit sic filius eius Isaac cũ sacrificandus erat, Deo & parenti suo obediuit, qui tam prouectæ ætatis erat, vt super humeros suos tantam struem lignorum portare valuerit, quanta opus erat ad corpus humanum omninò comburendum: futurũ enim erat, vt (sicut Deus præceperat) offerretur in holocaustum, quod genus sacrificij erat, vbi quidquid offerebatur, consumendum erat. Et hæc sancti iuuenis obedientia maxima cõfusio est contra plurimos inobedientes. Videbitis aliquos monachos & etiam Christianos, qui ieiunant, silentium obseruant & in alijs sanctis operibus, quando ipsis placuerit, se se exercent, si verò id prælatus eorum eis præcipiat, illud moleste ferunt, & indignantur. Isti se ipsos onerare volunt, sed non patiuntur, à suis prælatis onerari. O sancte Isaac, quid obsecro humeris portas? Profecto onus, quod pater meus mihi imposuit, illud libenter per arduum montis iter veho: & illud non ego susceperi, sed pater meus mihi imposuit. Hæc admirabilis obedientia est & plurima laude digna. Quod cùm ita sit, tamen in sacra scriptura obedientia Patriarchæ Abrahæ multo magis quam filij eius Isaac commendatur, vt ex sacro textu colligitur: vbi Dominus ad Abraham patriarcham sic loquutus est: Per memet ipsum iurauí, quia fecisti hanc rem,

Gene. 22.

& non

22 & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi &c. Non legitur autem sancto Isaac dixisse: Quia obedisti mihi, benedicam tibi. Huius rei causa fuit, quoniam pater plus filij sui vitam, quam propriam suam diligebat. Et hinc intelligetis artificium, quo Sathanas in sancti Iob tentatione vsus est. Prius enim poterat filios eius interficere, & postea ipsum diuitijs spriuare, & tunc sanctus Iob calamitatem illam minus sentiret: posset enim dicere, Mortuis filijs quorsum diuitiæ mihi opus sunt? Sed infestissimus hostis prius eum diuitijs spoliauit, quam filijs, vt sic ipsum magis vexaret, maiorique tristitia afficeret, cum sanctus vir se filijs & filiabus oneratum videret, & diuitijs atque opibus, quibus eos sustentare posset, omnino careret: sed nihil horum satis fuit vt sanctus vir patientiam amitteret.

23 Hic etiam consideratione dignum est, quod licet princeps iste corporalem Domini præsentiam desiderabat dicens, Veni impone manum tuam super eam & viuet, propter quod reprehensione dignus fuit sicut Regulus, tamen pijssimus Iesus illum reprehendere noluit, quia sacerdos erat & prælatus. In quo nos docuit maximam reuerentiam adhibendam esse sacerdotibus & multo maiorem si prælati sunt, & quod eorum peccata coram sæcularibus non detegamus. Cum Dominus sancto Moysi & Aaron dixit: Loquimini ad petram coram filijs Israel & illa dabit aquas, ipsi dubitauerunt an aqua de petra exiret: nihilominus tamen cum petram S. Moyses percussit aquæ liquidissimæ fluxerunt. O rem nimis prodigiosam. Ecce virga hominum non credentium aquam ex 24 durissima petra emanare facit. Quid hoc est Domine? Nonne tu miracula fidei tribuere soles? Quare ergo isti illa carentes & virga lapidem percutientes aquam eduxerunt? Quoniam virga illa, qua aqua educebatur, erat sacerdotum, quos (licet ipsorum fides id nequaquam mereatur) Dominus honore vult coram populo afficere. Et in Leuitico iubet ipse Dominus quod domus, in quam sacerdos ingressurus erat, ab omnibus immunditijs prius purgaretur. In quo ostendit honorem, qui sacerdotibus legis veteris ob dignitatem muneris ipsorum debebatur. Quod si illis tantus honor debitus erat, quanto maior nunc sacerdotibus legis gratiæ debetur siquidem horum dignitas ita dignitati illorum præ- Num. 20.

minet propter excellentiam & altitudinem mysteriorum, quæ 25
pertractant?

Et surgens Iesus secutus est eum. O inauditam & vehementer mirabilem Christi Domini humilitatem ac pietatem. Sermone relicto confestim iter arripuit, & hominem afflictum comitatur. Discite, fratres, ab hoc cœlesti magistro, quanta cum diligentia proximis vestris suis in necessitatibus opem
Prou. 30. ferre & subuenire debeatis. Nè dicas (inquit sapiens) amico tuo, vade & reuertere, cùm statim possis dare. Non iuit clementissimus Dominus cum Regulo in domum eius, licet ipse importunis precibus id ab eo postulauerit: cum hoc autem principe pergit, eo quod ex Pharisæis erat, qui inter alios de populo maiori eum odio prosequebantur, & inuidia pleni illud sæpenumero ostendebant. In quo pijssimus 26
Iesus nos docuit, debere nos publicos inimicos nostros non solum patienter ferre, sed etiam eos quam plurimis beneficijs ornare, quibus ipsos placemus, & ab illo peccato & odio amo
Rom. 12. ueamus. Hoc nos D. Paulus admonet dicens: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Solet aliquando ve-
Simile. hemens ventus domum totam solo æquare, & idem ventus per debilem arundinem absque nocumento aliquo transit. Ratio huius discriminis est, quod cùm in domo repugnantiam inuenit, maiori impetu eam deiecit: at vero fragilis arundo inclinans se, vento locum dedit, & ita ab eo nec euulsa nec confracta fuit, aut damnum aliquod accepit. Sic quando inimicus tuus aduersum te, velut ventus rapidissimus, ira & odio 27
plenus excandescit, si tu contra ipsum te etiam durum, iratum & inflammatum ostendis, eique cum furore resistis, tunc oblata tali occasione maiori ira & passione incenditur: at si ipsum cum mansuetudine alloqueris, eique hilarem vultum præbes, & bonis operibus faues, ira eius transit, sedatur & mitiga-
Rom. 12. tur te illæso & incolumi, ipso verò confuso & mitigato remanente. Ideo Diuus Paulus nos hortatur, vt locum iræ demus, ne proximis nostris noceamus, quod tunc facimus, cùm non solum eis nequaquam resistimus, sed etiam ipsos mansuetudine & amore recipimus bonum pro malo reddentes. Ex sacra scriptura colligi videtur perfectionem Christianam

In di-

28 in diuersis rebus cõsistere, quoniã D. Iacobus inquit: Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir. Vbi apparet perfectionẽ Christianam sanctum Apostolũ in linguæ custodia constituere. Et Christus Redemptor noster eandem perfectionem cuidã adolescenti ostendens sic ait: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. D. Paulus ad Colossenses scribens illã in charitate collocat, dicens: Super omnia autem charitatem habentes, quod est vinculũ perfectionis. Deniq; ipse Dominus eam in amore inimicorum constituit. Nam cum dixisset, Diligite inimicos vestros, benefacite ijs, qui oderunt vos &c, adiecit: Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Quod cùm ita sit interrogo, quomodo potest perfectio Christiana in tãvarijs rebus cõsistere? *Iacob. 3.* *Matth. 19* *Coloss. 3.* *Matth. 5.*

29 Ad hoc respondeo, ipsam essentialiter in charitate cõsistere: hæc enim nos Deo coniungit, nobisq; ius ad regnum cœlorum præbet: at verò manifestatio perfectionis Christianę in multis diuersarum virtutum actibus consistit, videlicet, cùm lingua ita regitur & gubernatur, vt nunquam, nisi iuxta rationis iudicium loquatur. Atq; ita cum D. Iacobus ait, Hic perfectus est vir, idem est ac si diceret, Hic perfectionem suam ostendit: cùm autem Dominus adolescenti dixit, Si vis perfectus esse &c. viam perfectionis docuit, quæ est, omnia huius mundi propter eius amorem relinquere. At licet manifestatio perfectionis multis modis fieri possit inter eos vnus ex efficacioribus est, inimicis benefacere, hoc enim est euidens signum, quod ij, qui hoc faciunt, Deum diligunt, quod licet factu difficile sit, non ta-

30 men impossibile est, sicut aliqui falso affirmant. Nam voluntas (vt egregie D. Thomas docet) adeò potens est, vt per modũ agentis omnes animæ potentias ad suos actus moueat, & multo potentior diuina gratia & fauore efficitur, qui nunquam facienti, quod in se est, deesse solet. Quid igitur erit, si cum his homo consideret vtilitates, quæ ex hoc oriuntur? Quamuis scala grauis sit, tu, si ea indiges, humeris tuis portas, vt per eam in locum, quem desideras, ascendas. Cum igitur omnes in cœlum ascendere cupiatis, & inimici sint velut scalæ, quibus ascendere potestis, oportet vos grauitates eorum ac molestias patienter perferre, siquidem ad tantũ bonũ sunt scalæ. Ad hoc etiã maximè mouet cõsiderare, q̃ inimicus, qui te persequitur, *D. Tho. 1. p. q. 82. arti cul. 4.* *Simile.*

est

est virga Dei, sicut erat Rex Syriæ in Hebræos, vt idem 31
Dominus apud sanctum Isaiam testatur dicens: Assur virga furoris mei. Et (vt Beatus Augustinus inquit) si iumenta virga percutis, vt tibi subiecta sint, cur nos cum iumenta Dei simus, non debemus ab eo flagellari? Et si vestem quis puluere consperſam habeat, virga toties eam percutit, quo vsque ipsa puluerem expellit, & munda remanet: sic ad hoc inimicus tibi inseruit, nam cum illo Deus tepercutit, vt sic culpæ puluerem à te excutiat. Ergò sicut virgam seruas, & eam frangi non permittis, quoniam ad hoc nimis apta est, quare non æstimas inimicum tuum & ei benefacis, siquidem est instrumentum, quo anima tua mundatur? In hoc insinuas, te pluris facere vestis tuæ puritatem, quam animæ, siquidem virgam seruas, & inimicum 32
tuum confringis, ei damnum in illis, quæ potes, inferendo. In quo impium Sathanam omnis nequitiæ parentem imitatis, qui perditionem hominum adeo dilexit, vt se periculo exposuerit accipiendi tot Dei maledicta, quot in sacro Genesis libro ipsum, vt eos deciperet, accepisse refertur. Sic tu vis Dei gratia priuari, vt inimicum tuum honore, diuitijs, ac salute priuatum videas. Nè obsecro frater, tam execrandam creaturam, æmuleris: imitare mansuetissimum agnum Iesum Christum, animaduerte, quo amore ijs, qui publicos inimicos eius se ostendebant, benefacit.

Isaiæ. 10.
S. Augustin. lib. de verb. Dñi. serm. 4
Simile.
Gene. 3.

Insuper obseruandum est, Dominum aliquando verbis homines reprehendisse, sicut Regulum increpasse legitur, aliquando operibus, quemadmodum hunc principem re- 33
prehendit, dum simul cum illo pergit, vt filio eius salutem tribueret. Singularis reprehensionis modus est cum Deus in eum qui infernum meretur, noua beneficia confert, vt sic pudore afficiatur, & dicat, Magna profecto ingratitudo mea est, dum tam pio Domino, qui tot beneficijs me auget, non seruio. Cum eo autem, qui ita durus est, vt ex hoc suaui reprehensionis modo vtilitatem educere nesciat, loquitur B. Paulus cum dicit: An diuitias bonitatis eius contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Hoc etiam reprehensionis modo S. Ioseph in fratres suos vsus est, simul cum illis mensæ accumbens, qui cum ipsum tam grauiter

Rom. 2.

offendis-

34offendissentnescio quomodo verecundia non perierunt, videtes se ab illo tantis illecebris & delicijs affici, quem in cisternam incluserant, & tanquam vilem seruum vendiderant. Hoc modo vult Deus optimus maximus, vt inimicos nostros reprehendamus eis beneficia impendentes, quibus ipsos amore inflammabimus, Gene. 43.

Cæterum dum pergit Dominus ad mortuam puellam suscitandam, *Ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, Et tetigit fimbriam vestimenti eius.* Hæc enim mulier partim celeberrima miraculorum Domini fama permota partim etiam diuini spiritus beneficio illuminata tantam de virtute & potentia Domini fidem conceperat, vt absq; vlla mentis hæsitatione intra se diceret, *Si tetigero tantum vestimentum eius sal*
35*ua ero?* & tangens mirabiliter sanata est.

Multa sunt in huius mulieris curatione notatu digna. Primũ est, quo pacto Dominus omni tempore, & in omni loco, die ac noctu in domibus & in itineribus opera pietatis faciebat nunc prædicans, nunc vero egenis suis in necessitatibus subueniens. In quo docuit nos quoque debere in sanctis exercitijs nos ipsos omni loco ac tempore exercere. De anima sancta sic in Proverbijs dicitur. Considerauit semitas domus suæ & panem otiosa non comedit. Quibus verbis Spiritus sanctus nos singulare iter erudit ad otiositatem vitandam: videlicet, considerationem nostratum miseriarum, & bonorum, quibus egemus: & qui profunde animo euoluerit animæ suæ semitas otiosus non erit, quoniam tam multa, quibus remedium adhibeat, inueniet, vt
36longum tempus ei breuissimum ad tantum opus conficiendum videatur. Perpendite, qualiter non inquit, considerauit semitas domus alienæ, sed domus suæ, quoniam prima ac præcipua iusti viri cura est, suæ propriæ animæ mederi, postea verò alijs remedium adhibere contendit. Considera ergo frater semitas domus tuæ, & panem otiosus non comedes: ex eo enim, quia eas, vt oportet, non consideras, otiose & maximo cum discrimine tuæ saluationis viuis. Aqua, quæ non fluit, sed in aliquo lacu detenta est, facile corrumpitur, & venenosa quæque in se generat: quæ autem præterlabitur, clarificatur, & sapidos pisces alit. Hoc etiam discrimen est inter hominem otiosum, & eum, qui insanctis operibus se diligenter exercet, quòd ille est velut la-

Prou. vlti.

Simile.

cus

cui vitiorum, diligens vero quotidie magis perficitur, clarifi- 37
catur, & pluribus meritis impletur. Ligones & instrumenta
artificum, quando cum illis laboratur, lucida sunt ac micantia,
Simile. si autem otiosa, rubiginem contrahunt & nigra efficiuntur. Idē
solet hominibus erga sensus ac potentias suas contingere, nā san
ctis exercitijs illas purificant & perficiunt, otiositate vero eas di
strahunt, & deprauant. Et sicut venatores consuescunt, in aues,
Simile. non cùm per aerē volant, sed cū in terra quiescunt, sagittas diri-
gere ad eas occidendum: sic dęmones magnam occasionem inue
niunt ad interficiendas animas, cū ipsas otio vacare conspiciūt.
Hæ omnes rationes fratres mei, mirum in modum ad otiositatē
fugiendam & nos ipsos nunc in sanctis operibus exercendos
Osee. 10. inuitant. Hoc etiam nos ipse Dominus per Oseam Prophetam
admonet dicens: Seminate vobis in iustitia, & metite in ore mi- 38
sericordiæ: vbi alia translatio habet, Seminate vobis iustitiam,
& in alia translatione ne habetur, Seminate vobis in veritate iusti
Simile. tiam. Quando aliquis rem quampiam tepide & negligenter fa-
cit, dicere soletis, videtur ille rem non serio sed per iocum ope-
rari: si autem diligenter & cum feruore rem operatur, dicitis: *Ησο de veras va.* Sic cùm sanctus Propheta ait, Seminate vobis in veri
tate iustitiam, perinde est ac si diceret: Facite opera bona sedulò
& cum feruore, & metite in ore misericordiæ. Eleganter iustitiā
componit cum semine, misericordiam verò cum messe. In quo
nos docet, quantum præmia iustorum in alia vita operibus iu-
stitiæ, quæ in hoc mundo fecerunt, antecellant. Quis enim non
videat messem exuberiorem esse seminatione?

Secundum autem, quod hic notandū occurrit, est, qualiter 39
mulier ista sciuit occasionem & opportunitatem arripere. Non
dixit, Alia die pertransibit hinc cœlestis medicus, & tunc ab
eo sanitatem postulabo, sed protinus ad eū accedere curauit. Ic-
Eccle. 4. circo Ecclesiasticus inquit: Fili conserua tempus & deuita à ma
Vatablus. lo. Vbi Vatablus legit: Fili occasionem obserua, hoc est, insi-
diare occasionem ad benefaciendum, vt eam arripias. O singula
rem hortationem: fœlix ille, qui ab ea vtilitatem educere scit.
Vult Spiritus sanctus, vt attentis oculis occasionē expectemus,
vt eam illico ad commodum nostrū apprehendamus. Atq; ita
Ios. 4. in libro Iosue legitur: Festinauit populus & transijt. Cùm flumē
apertum viderunt, & bonam atq; opportunam occasionem ad
traijcien-

40 traijciendum illud, protinus occasionẽ arripuerunt, & ad id cõplendũ festinarũt. Sic quando, ò frater, vides apertum flumẽ & aquas tibi locum ad transeundum præbere, quid amplius expectas? Quare statim non aggrederis? Occasiones malorum, quantuis eas non quæras, se se tibi persæpè offerũt: at vero occasiones bonorum raro inueniuntur, iccirco oportet nos eas, cũ ipsas inuenimus, diligenter arripere. B. Marcus de hac muliere ægrotante sic ait: Et mulier, quæ erat in profluuio sanguinis annis duo decim, & fuerat multa perpessa à complurimis medicis, (quilibet enim illorum forsan in ea periculum facere voluit, quibus experientijs miseram fœminam labore oppressierunt) & erogauerat omnia sua neq; quicquam profecerat. Magnam profecto admirationem facit, videre perseuerantiam, quam mulier hæc in 41 quærendis remedijs ad salutem corporis comparandam adhibuit: siquidem per duodecim annorum spatium à remedijs licet laborioſis & magnas expensas facientibus, & quę ipsam pauperem reddebant, nunquam cessauit. In quo quidem negligentia nostra & minima perseuerantia, quam in quærendis animæ remedijs habemus, grauissimè reprehenditur. Ostenditur etiã, qualiter quacunq; parua difficultate, quæ ad hoc se se nobis offert, deficiscamur & fatigemur. De hoc Deus per Oseam prophetam conqueritur dicens: Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra, quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Satis aperte Dominus his verbis inconstantiam virtutis populi sui ostendit, eam comparans nubi & rori matutino, qui vbi primũ à sole pertingitur, statim abi 42 que aliqua resistentia liquefit. Et quia nimis inconstans erat populus ille, ei Dominus per sanctum prophetã ait, Quid faciam tibi? Hoc est, ad nihilum prodes. O quã multa bona obtinerem⁹ si in sanctis exercitijs constanter persisteremus. Videbitis in domibus nobilium lapides planos in atrijs instratos, qui præ nimia assiduitate aquæ è canalibus fluentis perforati sunt. Mirabile profecto, quod cum aqua res quædam nimis mollis, & lapis nimis durus sit, assiduitate tandem ipse lapis perforatur: sic nullum cor (vt arbitror) adeo lapideum erit, quod assiduitate non emolliatur. Si difficile reputas crimina tua multoties confiteri, carceres inuisere, & infirmos curare &c, perseuera, frater, & hæc omnia tibi dulcia & facillima videbuntur.

Marci. 5.

Osea. 6.

Simile.

Simile.

Hebr.12. tur. O vtinam hanc virtutem in omnium cordibus imprime- 43
re possemus. Ne simus (ait B. Apostolus) paruuli fluctuantes,
& circumferamur omni vento doctrinæ: & rursus: In disciplina
perseuerate. Hoc sæpenumero repetit, eo quod mentibus nostris
maxime conducit. Et loquens Dominus de sancto Iob inquit,
Nunquid consideraſti seruum meum Iob, quòd non sit ei simi-
Iob.1. lis in terra, vir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens
à malo, & adhuc retinens innocentiam? Quasi cumulus esset
aliarum virtutum perseuerantia, in postremo loco dixit: Et ad
huc retinens innocentiam.

Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Est erube-
Eccle.4. scentia adducens gloriam, inquit Ecclesiasticus: talis erat huius
mulieris verecundia, & ideo, *Accessit retro*, Et Dominum cum
deuotione tangens salutem ab ipso obtinuit. O vtinam nos 44
hoc modo etiam tangeremus, certe quam multa bona ab eo cõ
sequeremur. V tignis in solitudine incendatur, oportet prius
Simile. silicem ferro percutere, à quo, dum ictibus percutitur, scintillę
exeunt ex quibus fomes ideſt, *la yesca* ignem concipit, & postea
ignis incenditur. Lapis est Christus filius Dei, quem si per consi
derationem altissimorum eius mysteriorum cum intellectu tan
gimus, protinus diuini amoris ignis in voluntatibus nostris in-
flammatur. Et hoc debet esse continuum exercitium nostrum.
Sed adeò miseri & negligentes sumus, vt dies, menses atq; anni
sine harũ rerũ memoria nobis pertranseant, atq; ita in alijs lon-
Simile. ge diuersis rebus occupamur. Si aliquis adolescens in vrbẽ Pa-
risiensem magnis sumptibus literarum addiscendarum causa à
nobilibus suis parentibus mitteretur, & ipse ibi se totum ludis 45
& addiscendis mechanicis artibus, (quales sunt, clitellas & cal-
ceos conficere) dedisset, quanta reprehensione & supplicio dig-
nus esset? Nõ minus igitur impertinẽtia sunt opera, in quibus
nosipsos exercemus, ad vitã æternã consequendã. Qua molestia
& qua ignominia afficerẽtur illius adolescẽtis parẽtes cũ vide-
rẽt filiũ suũ post tã magnos sumptus tã parũ in literarũ studio
profecisse? Maiorẽ profectõ noster cœlestis pater, si illius esset
capax, molestiã acciperet, vidẽs nos ita à fine, ad quẽ nos creauit
deuiantes, & terrenis rebus animũ nostrũ tanta affectione adiun
gentes. De miserabili vrbe Hierusalem S. Ieremias plorans
Threner. dicebat: Sordes eius in pedibus eius, & non est recordata

finis

36 finis sui. Idē possumus de omnibus peccatoribus dicere, siquidē affectiones suas in stercore huius mundi fixas habent, & finis, ad quem sunt creati, non reminiscūtur. Non sic iusti non sic, sed terrenis affectionibus semotis recordantes ad quod fuerunt creati, videlicēt, vt summum bonum intelligerent, intelligēdo amarēt, amādo posiderēt, se ipsos integro corde in sanctis operibus exercent. Plato in libro, quem de republica edidit, animo cōcepit domū quādam nimis obscurā vnū tantūmodò luminare habētem, in qua essēt homines annulis ferreis per colla ligati, & ad colūnā postq; rationis vsum habuerūt, cōstricti, à quibus si aliquis quęreret, Quid miseri videtis? respōderent vtiq;; vmbras quasdam cō spicimus, & putamus non esse alium mūdum nisi hāc obscuram & tenebrosam domū, quoniam hīc nati fuimus, & hīc vitā finie

plato.lib.7. de repub.

37 mus. At si aliqui ex illis ab illo tetro carcere exirēt, quā perterriti manerent, videntes tā pulchrū cælum, tam splēdidum solem, tot virides arbores, tot diuersa animalia, ac tot formosos homines tā pulchris vestibus adornatos, quomodò dicerent; O infelices illos, qui in teterrimo illo carcere inclusi sunt, siquidē his bonis, quæ nūc videmus, minimè frui potuerūt. Si verò ad tenebricosam domum descendentes eis, quæ viderant, nuntiarent, & ipsi fidem adhibere nollent, quin potius eos illuderent & deriderent dicentes, se potius ibi commorari velle, quàm scire, vtrùm id, quod dicebant, verum esset, nec ne, quis obsecro hos homines insanos & amentes non iudicaret? Hac imaginatione magnus ille Philosophus discrimē, quod inter iustos & peccatores versatur, explicabat dicens, domum obscuram esse hunc mundum, in quo nihil

38 præter vmbras est, diuitiæ enim, honores, voluptates, imperia, &c. quid aliud sunt, quàm vmbræ verorum bonorum, quæ in alia vita sunt? Et in hac tenebricosa domo ligati sunt peccatores vitiorum & passionum suarum catenis; at verò iusti ab his catenis liberi & soluti per contemplationem tanquàm gradibus in cœlum ascēdunt, vbi vera lux, verus honor, ac vera voluptas est. Hi peccatoribus compatientes eos admonēt, vt se abillis, quibus vinciti sunt, catenis liberent, & per contemplationem ascendant, vt fruantur eis, quibus ipsi fruuntur, illi autem misero suo statu contenti parui faciunt ea, quæ ab ipsis dicūtur. O Deus infinitæ maiestatis, vtinā ego haberē spiritum & efficaciam ad amplificādum id quod dicere volo. Plato solo naturali lumine ductus eos

iustos appellauit, qui se à peccatis soluũt, & cõtemplationi diui- 39
narum rerum se tradunt, illas nimio amore prosequentes. Nos
autem fidei lumine & sacrosancti Euangelij doctrina illuminati
(quæ aperte nos docet, omnia huius mundi esse velut vmbram
respectu cælestium, & quòd non solùm qui vitijs ligati illis sunt
contenti, æternis non fruentur, sed æterna supplicia patientur)
adeò cæci & miserabiles sumus, vt credentes hoc infallibilis esse
veritatis, ad has vmbras animum adiungimus, in illis cogitamus,
& illas diu noctuque viribus omnibus inquirimus, verorum &
æternorum bonorum ita obliti, ac si non crederemus id quod de
illis nobis prædicatur. O infœlices captiui animaduertite vos ni-
hil præter vmbras videre. Soluite vos ipsos à laqueis passionum
vestrarum, & per scalam contemplationis ascendite, vt Dei pul- 40
chritudinis amore capiamini, & eius ineffabilibus diuitijs, si qui-
dem ad illas creati estis, fruamini. Si hoc modo lapideni, qui Chri
stus est, tangimus, sine dubio ignem educemus, & diuino eius
amore inflammabimur, sicut hæc mulier incensa fuit. Cæterùm
cùm corporũ morbi, quos Dñs depulit, spiritualiũ morborũ ima
ginem gerant, quis animæ morbus per hunc sanguinis fluxum
intelligatur, quærendum est. Et quidem per hunc morbum, quo
sanguis ità à corpore dissoluitur, vt nullo medicamento aut arte
retineri possit, eos intelligi arbitror, qui sic peccatis assueti sunt,
vt diuturna consuetudine in naturam quodammodo transeunte
variorum desideriorum & cupiditatum fluxum patiantur, quas
vix cohibere possunt. Imo verò sunt quidam, qui eò improbita-
tis deuenerũt, vt dicant se non posse cupiditatib⁹ suis imperare,
easq; rationis imperio cohibere. Nè autẽ ad hanc tãtam deprauа- 41
Eccle. 18. tionem perueniamus, maximè nobis cõducit, illud Ecclesiastici
præcepti ob oculos semper habere, scilicet: post concupiscentias
tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Valdè etiam oportet
Prouer. 7. occasiones præsertim carnales vitare. Nam de muliere loquens
ait sapiens, multos vulneratos deiecit, & fortissimi quiq; inter-
B. August. fecti sunt ab illa. Et B. Augustinus quædam terribilia verba &
maxima admiratione digna profert, videlicet: Crede mihi, ce-
dros Libani, & ductores gregis sub hac specie corruisse vidi, de-
quorum casu non magis dubitabã quã Ambrosij, aut Hieronymi.
Orem stupendam, quis hæc audiens non contremiscit? Quis
B. Isidor. de se cõfidet? Idcircò D. Isidorus inquit: Iuxta serpentem positus

non

42 non eris diu illæsus, & propè ignem consistens, ferreus licèt sis, comburèris. Quamobrem cùm improba cogitatio te inuadere inceperit, protinus eam à te illa celeritate proijce, qua prunam, quæ in manum vel pedem tuum cecidit, proijcis. Hoc significat illi septuaginta fortes, qui custodiebant lectulum Salomonis, de quibus in Canticis dicitur; Omnes tenentes gladios & ad bella doctissimi: vniuscuiusque ensis super fœmur suum propter timores nocturnos. Lectulum veri Salomonis est anima fidelis, & hoc tanta est cura & diligentia obseruandum, vt propter custodiam eius enses euaginati sint, eo modo vt detineri non oporteat ad ipsos è vagina educendos: quæ omnia promptitudinem significant, qua malæ cogitationes expellendę sunt. Sed quæro, postquàm homo ad hanc deprauationem & corruptionem peruênit, 43 qua medicina curatur? Ad hoc respondeo, quod sicut hæc mulier huius morbi periculū nobis indicauit, ita eadem remedium ostendit, dicens. *Si tetigero vestimentum eius, salua ero.* Fateor enim multa ac varia huius morbi esse remedia, nullū tamen præsentius quā Christi vestem tangere, sed ea tamen fide, ea deuotione, ea reuerentia, ea fiducia, ea postremò religione, qua hæc mulier illam tetigit. O nunquā satis laudandā fidem. O nimis extollēdam prę conijs fœminæ fiduciam? Mirares, quis vnquam docuit eam solam vestem posse sanare? Et si tāta erat virtus vestis Christi Iesu, quantò maior & præexcellentior erit corporis & sanguinis sui efficacia? Vos ergo obsecro fratres, frequenter Sacrosanctā Eucharistiam sumite; tūc enim vestem Christi tangitis, eam nimirum, qua sacratissimum eius corpus tegitur. In sacra enim Hostia ve- 44 rum Christi corpus latet, in quod panis substātia versa est, quod tamen cādore illo, hoc est, panis imagine atque specie ità tegitur ac velatur, vt propheticū illud dicere possimus: Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. Inter mirabiles autem sacramēti huius virtutes & effectus præcipuè numeratur fomitis mitigatio: à quo fomite omnes prauæ cupiditates tanquā fluxus sanguinis deriuantur, quæ tamen huius ineffabilis Sacramenti virtute restringuntur. Hinc B. Bernardus ad monachos suos ait: Si quis vestrum iracundiæ, aut libidinis, aut inanis gloriæ turbidis motibus minus agitatur atque vexatur, gratias agat corpori & sanguini Domini, quoniam virtus sacramenti in eo operatur, quæ cupiditatum nostrarum fluxus reprimit & continet.

Canti. 3.

Isai. 45.

B. Bernar.

Sed ad hiſtoriæ finem veniamus, cum Dominus in principis 45
domum deueniſſet, turbamq́; lamentantem & tumultuantem
compeſcuiſſet, ſolumq́; Petrum, Ioannem, atque Iacobum dile-
ctiſsimos diſcipulos & parentes inſuper puellæ ſecũ ingredi per-
miſiſſet, ad iacentis cadauer accedens apprehenſa eius manu ait:
Thabita Cumi, hoc eſt: *Puella ſurge*. O mira diuinæ potentiæ virtus.
Ad hanc vnam vocem ſubitò excitata puella aperiens oculos
parentes, qui aderant, ſummo ſtupore ſummoq́; gaudio comple
uit. O quam meritò potuit dicere illud Pſalmi: Dextera Domi-
Pſalm. 117. ni fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me; non moriar, ſed
viuam & narrabo opera Domini. Res quidem notabilis fuit, q
Dominus ad hanc defunctam ſuſcitãdam tenuerit manum eius.
O ſumme Deus, quid ſibi vult, vt tua benedicta manu eius ma-
num apprehendas? Nonnè eam ſolo tuo verbo excitare poteras? 46
vt quid tenuiſti manũ eius? Voluit in hoc cæleſtis magiſter nos
docere clementiam, qua ſingulis diebus erga peccatorem vtitur,
qui cùm per peccatum mortuus ſit & inimicus eius factus ipſum
ad veniam & amicitiam ſuam inuitat dicens: Simus poſthac
amici. *Da aca la mano y no ayamas peccado de aqui adelante.* O bene-
dictus & glorificatus ſit talis Deus. Talis profectò clementia ta-
lem maieſtatem decebat. Eia miſer peccator tam ineffabile bo-
num nè contemnas, attende quid tibi dicat omnipotens Deus,
culpam tuam cognoſce, & qua pœna dignus ſis, niſi tantis bene-
ficijs & tam ſingulari clementiæ te gratum præbueris, contem-
plare.

In hoc etiam ſignificata fuit infinita immenſi Dei miſerico-
dia, qui cũ hominem in morte peccati ſummerſum videt, ei ma- 47
num fauoris ſui porrigit, vt ille ſubleuetur. Hanc manum S. Da
Pſalm. 143 uid poſtulabat dicens: Emitte manũ tuam de alto, eripe me de
aquis multis. At non ſufficit, q Deus manũ ſuam peccatori por-
rigat, ſed oportet vt ipſe peccator manum ſuam extẽdat, eamq́;
cum Dei petentis manu coniungat, id quod in ſe eſt, faciens. Sed
væ, væ, væ & millies væ, & quam multi ſunt, à quibus cùm Dñs
manum petat, ipſi chirothecam, ſeu manicã (quæ manus dunta-
xat ſimilitudinem habet) porrigũt. O infœlix hypocrita, à quo
cùm Dñs manum bonorum operũ & nõ fictæ, ſed veræ ſanctita
tis poſtulet, tu manicam operis & ſanctitatis fictæ præbes. Depo
ne has hypocriſes & porrige manũ veram, quæ eſt vera pœniten
tia,

48 tia, atque ita vitam accipies. At Dominus edito hoc insigni miraculo (vt refert B. Marcus) vehementer parentibus præcepit, vt nemo id sciret. O incommutabilis Deus, & quam profunda & secreta sunt iudicia tua. Mulierem illam, quàm nullus vidit, vtrùm te tetigisset & an sanitatem accepisset, tu ipse statim publicasti dicens; quis me tetigit? Hæc verò, quam multi viderunt te resuscitasse iubes, vt à nemine manifestetur. In hoc ostēditur apertè Dominum vnicuiq;, quod plus ei conuenit, imperare. Cuidā enim inquit apud S. Matthæum: Tē faciente eleemosynam nesciat *Matth. 6.*
sinistra quid faciat dextera tua: illum nāq;, qui vanitatis amicus est, hoc modo oportet admonere, apostolis verò, qui viri perfecti erant, ait; Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant *Matth. 5.*
opera vestra bona & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

49 Christus Redemptor noster, vt erat peritissimus & sapientissimus medicus diuersis pro diuersitate ægritudinum vtebatur remedijs: quibusdam enim imperabat, vt tacerent, alijs verò, vt loquerentur. Sancto prophetæ Oseæ iussit, vt meretricem quādam *Oseæ. 1.*
vxorem duceret, at Beatū Ioannem à nuptijs auocasse dicitur, vt sic in virginitate conseruaretur. In hoc etiam exēplo nos docuit, bona opera nostra atque diuina munera aliquando quidē prædicanda, aliquando verò silentio tegenda esse. Prædicanda quidem sunt, vbi hoc vel proximorum vtilitas, vel diuinæ gloriæ ratio postulat. Sic B. Paulus dona, quæ à Deo perceperat, & labores, quos euangelicæ prædicationis gratia pertulerat, longa oratione in posteriori ad Corinthios epistola describit; quod hoc ad eorū fidē corroborandā & pseudoapostolorum deprimendam perfi-
50 diam maximè conducebat. Sic etiam Dominus sanatæ mulieris beneficium publicari voluit, vt nutantem principis fidem hoc insigni miraculo confirmaret. At in altero miraculo cùm tam acriter parentibus silentium imponebat, non sibi sed nobis vtique prospiciebat, qui ob naturæ lapsæ infirmitatem inanis gloriæ morbo vehementer laboramus, vt hinc discamus hanc crudelissimam pestem vitare, & humilitatem omni studio diligere, quæ est radix & fundamentum omnium virtutum, qua animę ditantur gratia & magnam consequuntur coronam gloriæ, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eadem Dominica. XXIII. post Pentecosten

CONCIO SECVNDA

Confide filia, fides tua te saluam fecit. Matth. 9.

REST valdè necessaria est omnibus Christianis scire quid sit fiducia, nam ex ignorantia eius multæ his misertimis tẽporibus, sicut ex radice oriũtur rami, hæreses nefariæ prodierunt. Hæretici Germanici fidem & fiducia idem esse, & nullum inter vtramq; discrimen versari, sed per omnia identificari existimant. Quod quam sit à veritate alienum, ex his, quæ Dominus dixit, cum in nauicula transfretauit, apertissimè conspicitur; discipulis enim admirantibus ipse Dñs ait: Habete fiduciã, ego sum, nolite timere. Prius eos admonuit, vt fiduciam haberent, & ad hoc eos nè pertimescerent, hortatus est: in quo optima arte & stratagemate vsus est; voluit nãq; vnũ cõtrarium auferre, vt aliud introduceret. Habete, inquit, fiduciã, & vt illam habeatis, timorem & ignauiam deponite. Ex quo apertè constat, fidem non esse fiduciam. Nam contraria secundũ Aristotelem habent fieri circa idem, in eodemq; subiecto reponuntur; at contrariũ fiduciæ est timor, contrarium verò fidei est hæresis, & timor est in volũtate, in qua inest fiducia, fides deniq; in intellectu cõsistit, ergò fides & fiducia latissimè differũt, verũ est tamen, quòd fiducia ex fide oritur: nam quia credis aliquem hominem veracẽ esse, inde fit, vt cõfidas eum promissa sua esse præstiturũ. Quid autem sit fiducia, explicat eruditè D. Thomas dicens: Fiducia est spes roborata ex aliqua firma opinione procedens. Vbi sanctus Doctor non sentit illã esse virtutem à spei virtute distinctam, sed modum esse spei, nõ qualemcunq;, sed associatũ fortitudine. Ideoq; B. Paulus fiduciã eũ spe cõiũgit inquiẽs: Nos sumus Christi domus, si fiduciã & gloriã spei vsq; ad finem firmã retineamus. Hãc fiduciam in Deo & nõ in bonis tẽporalibus

Matthæ. 14.

Arist. ca. de contrarijs in post prædi.

B. Tho. 2. 2, q. 129. ar. 6. ad. 3.

Hebr. 3.

4 bus habere debemus, vt plurimi miseri homines faciũt. De quo rum quolibet in Prouerbijs dicitur. Substantia diuitis quasi murus validus circũdãs eũ. Existimat qui dives est, diuitias suas esse fortissimum murũ quo se ab omnibus casibus & infortunijs tueri poterit. Si annus sterilis est, non timet dicens; Nummos habeo, quibus me à fame defendam. Si quis ei minatur, ipse securum se reddit dicens; Multæ sunt mihi pecuniæ, nõ deerit aliquis perditus & dissolutus nebulo, qui de hoc hoste meo pro me vindicta sumat. O vana fiducia. Diuitiæ sunt velut murus papyri, siquidẽ nec à morte, nec ab ægritudine, nec à tristitia, nec ab ignorantia quempiam tuentur. Iccirco in Prouerbijs dicitur; Qui cõfidit in diuitijs suis corruet. Et B. Paulus hoc satis benè intelligebat, siquidem ad Timotheum scribens ait: Diuitibus præcipe, nõ sperare in incerto diuitiarum suarũ, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. O cælestem doctrinam, Dominus eam cordibus vestris affigat, vt nunquam obliuiscamini vos ipsos in ea exercere. Præcipe ait, id est, Doce, vnde etiam præceptor dicitur. Doce ergo diuites, ne in re tam caduca, quales sunt diuitiæ, confidant, sed omnem fiduciam in Deo collocent. Vt autem hæc fiducia bonum habeat fundamentum, eos sanctus vir hortatur, vt bene agere studeant. Sed, proh dolor, & qualiter modo deplorare possumus id quod Sanctus Isaias lugebat dicens: Non est, qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè, sed confidunt in nihili, 6 & loquũtur vanitates. Telæ eorũ non erunt in vestimẽtum, nec operientur operibus suis. Opera eorũ opera inutilia. O diuites ac potentes huius mundi per reuerentiam Dei aperite oculos & attendite, quam apertè Sanctus propheta vestram hic miserabilem vitam depingat. Omnia huius sæculi, pro quibus vos tot labores perfertis, & in quibus vestram fiduciam collocatis, Sanctus Propheta nihil, & telas, aranea atq; opera inutilia appellat. O quam merito eis hæc nomina imponit, & inutilia esse testatur, siquidem ex illis omnibus vos illam vtilitatem educetis, quam muli ex oneribus auri & argenti, quæ vehunt, solent educere. Iam aliquando vidistis mulos auro & argento oneratos, qui, cum iter faciunt, cooperti sunt pretio-

Prouerb. 18.

Prouerb. 11.

1. Timoth. 6.

5

Isai. 59.

Simile.

sis tapetibus & pulcherrimis pectoralibus adornati, & tunc eos 7
multitudo hominum comitatur. Denique hoc tanto apparatu
incedũt per iter, *En quanto dura la jornada*, at cum ad diuersorium
accedunt, auro, argento, & pulchris pectoralibus exonerantur,
atque omnibus ornamentis priuati in fœtidum stabulum includuntur, & ex cunctis illis diuitijs, & tam magno apparatu nihil
eis remanet præter quàm vlcera, quæ ipsis ex magno onere facta
sunt. Ecce quò põpa & apparatus mulorũ peruênit. O incõmutabilis Deus, & quã propriè hac similitudine apparatus magnatũ
huius sæculi depingitur. Quid enim diuites ac potẽtes huius mũ
di sunt, nisi quidã muli auro & argento onerati, qui dùm per viã
huius vitæ iter faciunt, suis dignitatibus & bonis temporalibus
onerati, tanta pompa, tam pretiosis ornamentis, & tot famulis
comitati incedunt, vt admirationem faciant. At cùm ad mortis 8
diuersorium perueniunt, omnibus illis diuitijs & apparatu spoliãtur, ipsi autem ijs, quæ possederant, exuti in fœtidam sepultu
ram includuntur, & vtinàm animæ eorum in horrenda infernorũ tormenta non detrudantur. Ex illis autẽ omnibus oneribus
nihil eis remanet præterquã vlcera, videlicet, peccata, quæ cum
illis commiserunt. Quid nanque Comiti, quid Duci, quid
Regi, quid Imperatori ex suis dignitatibus & imperio hora mortis remãsit, si illis abusi fuerũt? Profecto nihil aliud pręter vlcera,
quæ sunt negligẽtiæ & culpæ, cum illis dignitatibus commissæ.
Iccircò S. Propheta opera eorum inutilia nuncupat, qui confidunt in nihili. O cæci cæci, & quomodo vos diabolus decipit, vobis que credere, & existimare facit esse aliquid id, quod verè &
reipsa nihil est. Optimè Regius vates de dolis huius versipellis cũ
Psal. 103. Domino loquens inquit: Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. *B. Aug.* dum ei. B. Augustinus & Cassiodorus explicãtes hæc verba aiũt,
Cassiodor. illud, Ei, facere relationem draconis, ità vt sit sensus, quod Deus
Sup. Psalm. posuerit dæmonẽ, vt homo ei illuderet videns ipsum depressum
103. & de cælo vsque ad profundum terræ deiectum, eo quòd ipsi
D. Hieron. Deo se voluerit æquare. At D. Hieronymus, cui maior fides hac
in re est adhibenda, quia melius Hebraicam linguam callebat,
asserit illud, Ei, debere referri ad id, quod paulò antè præcesserat,
scilicet, Hoc mare magnum & spacioſum manibus, quod est hic
mundus, cui diabolus illudit; & ità est sensus, Draco iste, quem
formasti ad illudendum hominibus. Sed obijcies; Nũquid Deus

vult

10 vult, vt à diabolo subsannemur? Nequaquã profectò, sed permittit, vt ipse nos tẽtet, ad materiã maioris meriti; mundani verò oblectationis suam ab illo se decipi sinunt. Videtur mihi diabolus cum hominibus vti illo, quo vtuntur, *Los jugadores de juego de passa passa, embaydores que haẑẽ mil illusiones a la vista. Toma el embaydor dos vasos debaxo del vno pone tres pelotas, y debaxo del otro nada: y cõ la gran sutileza de sus manos sacalas de donde estauan y pone las debaxo del otro sin que sea visto.* Et tunc quærit ab ijs, qui adsunt; quid est hic? Ipsi verò respõdẽt, Tres pilulæ. Rursus interrogat, Quid sub hoc vase est? Et ipsi respondent: Nihil. Tunc ille vas eleuat, & ipsi decepti remanent, quoniam vbi cogitabant, illas tres pilulas esse ibi nihil vident, vbi autem putabant nihil esse, ibi tres illas pilulas conspiciunt. Dum vasa super mensam posita erant, fraus & dolus non 11 apparuit, postquàm verò ablata fuerunt, statim fallacia ostensa est. Sic diabolus est illusor & subsannator qui nos mille illusionibus decipit, malũ pro bono & bonum pro malo nobis ob oculos proponens; aliquando homines cum dignitatibus inuitat, eis persuadens in illis honores, voluptates, ac diuitias esse. Sed caue, ô miser, nè te decipiat, sub dignitatibus enim quàm plurimę murmurationes, odia, labores, & peccandi occasiones sunt quæ te in infernum pertrahẽt: at in illis non verum honorem, sed ignominiam, non tranquillitatem, sed tormentum, non diuitias, quibus satieris, sed cupiditatem plures habendi inuenies. Sub exercitijs verò sanctis, quæ sunt viæ ad æternam gloriam comparandam idem diabolus persuadet, nullam vtilitatem aut commodum in esse. Quis obsecro facit, vt Sathanas nos hoc modo illũdat? Vasa 12 certè, quæ supra mensam posita sunt, videlicèt, hæc terrena corpora, quæ sunt animarum tegumentum. Dum his miseris corporibus induti sumus, diabolus nos hoc modo seducit. Nã vasa, quę suprà sunt, impediunt, nè fraus appareat, at cum per mortem hęc vasa auferuntur, animæ sine velo & à carne expeditæ remanent, & vt sunt spirituales, vident facilè dæmonis astutias & calliditates: tunc in diuitijs, quibus hic infestissimus hostis eos inuaserat, paupertatem inueniunt, in honoribus dedecus, & in voluptatibus æternam damnationem. Hoc apertè conspicitur in illis duobus hominibus, de quibus Dominus apud D. Lucã in quadam parabola mẽtionem facit. Quorum alter diues erat, qui epulabatur quotidie splendidè, & induebatur purpura & byssо, alter ve-

Similc.

Lucæ. 16.

rò mendicus Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis vlceribus 13
plenus. Si quis ab eis, qui eos videbant, quæreret, quid sub illis
duobus vasis esset? responderent vtique in hunc modum; Sub
hoc vase, qui est dives epulo plurimæ sunt deliciæ, nimia satie-
tas, otiū, trāquillitas, fœlicitas, & paradisus quædā: sub altero aūt
vase, qui Lazarus est, multæ sunt miseriæ, afflictiones tristitiæ, &
amaritudines. O quomodo vestra opinione decipimini. Id Sa-
thanæ est illusio: auferantur vasa, & fallaciam conspicietis. Itaq;
ablata fuerunt vasa, cum isti duo homines ê vita decesserunt. Et
de diuite sic ait sacer textus: Sepultus est in inferno, & cum esset
in tormentis, vidit Abraham à longè, & exclamans dixit; Pater
Abraham mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in
aquam, vt refrigeret linguam meam, & hæc ei etiam denegata 14
fuit. De paupere verò sic dicitur: Factum est, vt moreretur men-
dicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Non ergo fra-
tres mei, vestram in rebus tam caducis fiduciam collocetis, si quī-
dem vere nihil vocantur: & ingens insania est propter hoc nihil
totum, videlicet, vitam æternam amittere.

Alij sunt qui fiduciam suam in hominum fauoribus ponunt.
Isti vident aliquos ad fastigium multarum dignitatum immeri-
tos ascendisse eo quôd inuenerunt qui eis faueret iccircò ipsi hu-
manos etiam fauores assequi conantur. Vna ex magnis huius
mundi miserijs est, nunquam deficere aliquem, qui improbis
Si nile. faueat. Hedera licet planta inutilis est, & quæ per se solam ascen-
dere crescendo nequaquam potest, tamen si parieti adhæret, sæ-
penumero altius quàm proceræ arbores ascendere solet. At, vt 15
experientia patet, paries nouus, & ex lapidibus politis ac sibi in-
uicem cohærentibus confectus, & ædificatus ipsæ hederæ infru
ctuferæ locū minime præbet, vt in altum ascendat: vetus autem
paries foraminibus plenus & qui vndiq; rimas facit hederæ ipsi
pro fulcimento magnopere inseruit, vt in altum se protrahens
ascendat. Sic in sacrosancta Ecclesia iusti qui sunt parietes noui
per gratiā pleni fortitudine (in quibus multæ virtutes tāquam la
pides iuncti cōnectæ & cōpactæ sunt nō consentiunt inutiles, ac
pessimos homines sibi adhærere, nec eis fauēt, vt ad alicuius di-
gnitatis gradū ascendāt. Homines verò improbi ac scelerati, qui
instar veterum parietum, pleni sunt foraminibus, & vndique
multitudine peccatorum & imperfectionum rimas faciunt, rui-

namque

16 namque minantur, isti alios sibi similes protegunt & sustentãt, eisque fauent ad ascendendum in dignitatum culmen, vt sic abominationes quas commiserint, protegant & tueantur, non aliter quam hedera defectus parietis, à quo sustentatur, operit. Væ autem vtrisque, videlicet, illis, qui fauent & quibus fauetur, omnes enim æternis supplicijs hoc persoluent. Væ filij desertores, *Isaiæ. 30.* dicit Dominus, qui ambulatis sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis & habentes fiduciam in vmbra AEgypti & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem & fiducia AEgypti in ignominiam. Verba ista scripsit Sanctus Isaias, in quibus Spiritus sanctus nos docet, fauores hominum esse velut vmbram absque existentia & vtilitate, à quibus ignominia & confusio magis quàm vtilitas educi solet. Cucurbita, id est, *La calabaça, Simile.*

17 Si plantetur iuxta cupressum tantum crescit, vt intra quatuor hebdomadarum spatium ipsam cupressum altitudine æquet, quinimò & superet, quæ hyberno tempore appropinquãte, vbi primum pruina è cælo cecidit in ipsam, statim marcescit & aresit. Sic plures sunt, qui breuissimo temporis spatio ad altissimas dignitates ascendunt, fauoribus magnatum huius sæculi adhærentes. Mirabile profectò est videre cupressum quinquaginta annorum spatium crescendo tardare, cucurbitam verò intra quinquaginta dies ipsam altitudine æquasse & superasse. Sic sæpenumero euenire solet, quòd vt aliquis Comes, Dux, Princeps, Rex, aut Imperator sit, plurimos annos expectauit, antequam dignitatem illam hæreditate obtineret possideretque, posteà verò alius homo perditus & flagitiosus, eo quòd adulator, parasitus,

18 seu forsan leno alicuius extiterit, ità breui tempore humanis fauoribus ad tantum dignitatis gradum peruenit, vt ipsi principi vel Regi imperare videatur. Ità ne, tam cito ascendisti, igit ur expecta. *Vendra vna elada, y verrys qual quedays.* Hoc est, iusta Dei permissione eueniet tibi aliqua tribulatio, videlicet, falsum crimen contra te dicetur, vel aliud infortunium huic simile patieris, quo à Principis gratia decidas, & sic marcidus, confusus, & ignominia affectus remanebis. Et sicut aliquando contingit, quod antequam pruina decidat, cucurbita marcescit, eo quòd cupressus ab aliquo scinditur; sic sæpenumero vani à fauoribus suis & statibus decidunt, quoniam principes, qui eis fauebant, à morte proscinduntur. Quocirca conue-

nien-

nientissimè sacra pagina fauores humanos vmbram appellat, & 19
Psal. 145. S. Dauid nos admonet dicens, Nolite confidere in principibus, nec in filijs hominum, in quibus nõ est salus; exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. In illa die peribũt omnes cogitationes eorum. Quid ais, ô Rex sancte vt non in filijs hominum confidamus: Iesus Christus homo est, ergò in eo non debemus confidere. Ad hoc respondetur, quòd omnes homines vocantur filij hominũ, quia geniti sunt ex hominibus, scilicet, ex patre & matre: at Christus Redemptor noster solum modò vocatur filius hominis, quia genitus est de matre sine patre, atq; ità non inuenietis in sacra scriptura ipsum filium hominum nuncupari; quin potius Spiritus sanctus inter eum & omnes homines hãc differen-
Psal. 40. tiã ponit dicẽs: Speciosus forma præ filijs hominum. In his ergò filijs hominũ nolite confidere, Quia exibit spiritus eius, scilicet, 20
eius hominis, in quo tu confidis, & sic qui in homine confidebatis decepti remanebitis. Narrat Plinius, Elephantes hoc modo à
Plinius. venatoribus capi: videlicèt, prius scire procurant quibus arbori-
Simile. bus ipsi Elephantes ad dormiendum adhærẽat & nitantur, quas venatores ità serrant, vt cùm elephas ipsis ad dormiendum adhæserit, statim arbor ipsa simul cùm elephante cadat, & ità à venatoribus capitur. Sic principes ac domini temporales, in quibus cõfiditis, quid ob secro sunt, nisi arbores in sylua huius sæculi plãtatæ; & cùm ipsis adhæretis, in eorum fauoribus cõfidentes, quã-
Matth 3. do minus cogitaueritis (Iam enim, vt dicitur apud D. Matthæũ, securis ad radicem arborum posita est) mors ipsos secabit, & vos decepti remanebitis amissa omni fiducia vestra. In illa die peribũt omnes cogitationes eorum. Quapropter (vt adiecit S. Pro- 21
pheta) Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Dño Deo ipsius, qui fecit cęlũ, & terrã, mare & omnia, quę in eis sunt, quoniã omnipotẽs est. Qui custodit veritatem in sæculum, quia verus est. Facit iudicium & iustitiã, quia iustus est: & quia misericors est, Dat escam esurientibus. Si incarcere es, Dñs soluit compeditos: si ignorantiã habes, Dñs illuminat cæcos. Si aduena es & amicis cares, accede ad eum: Quoniam Dñs custodit aduenas pupillum & viduam suscipiet. Fœlices illi, qui omnem suam fiduciam in hoc pijssimo & clementissimo Patre collocãt, & ad ipsũ
Prouerb. 18. in suis necessitatib⁹ cõfugiũt. Nam (vt in Prouerbiorũ libro dicitur) Turris fortissima nomẽ Dñi, ad ipsã currit Iust⁹, & exaltabi-

tur.

22 tur. Vbi alia translatio habet: Ad ipsum (scilicèt, nomen Domini) currit iustus: & in paraphrasi Chaldaica habetur, Ad ipsum curret iustus, & exaltabitur. In quo significatur, quàm perseueranter iustus in hac turri fortissima confidit, siquidem ait, currit, & curret. Atque ita vbi etiam nos legimus, Quoniam ipse liberauit me de laqueo venãtium, alia translatio habet, Quoniam ipse liberabit, &c. & sic legit etiam Beatus Hieronymus, & Beatus Augustinus: & in paraphrasi Chaldaica & in contextu Græco habetur, Quoniam ipse liberabit te de laqueo venantium. In quarum translationum varietate ostenditur infinita Dei protectio, siquidem tanta longanimitate mihi & tibi atque omnibus fauet, & fauebit. Et vbi nos legimus, custodit Dominus animas Sãctorum suorum, & de manu peccatoris liberauit eos, alia tran-
23 slatio habet, De manu peccatoris liberabit eos. Vbi etiam ostenditur, quam meritò quilibet in Domino confidere potest: qui enim te ab vno labore seu persecutione eripuit, te etiam ab alijs quam plurimis, quæ tibi euenerint, facillimè liberabit. Scire tamen vos hic volo, hæc duo nomina, Fides & fiducia hoc nostro sæculo quibusdam fidelium non perindè grata esse, vt olim fuerunt. Sicut enim pretiosos aliquos cibos, vbi canis ore fœdati sunt, fastidire solemus, ità cùm infœlicis ætatis nostræ hæretici rabido ore, hæc duo sacra nomina conspurcauerint, & ad sacrilega figmenta sua detorserint, horret quodammodo animus has virtutes attingere, easque fidelium mentibus commendare. Verùm quoniam fides Christianæ religionis fundamentum, fiducia verò incomparabilis Christianæ vitæ thesaurus est (quo mi-
24 sericordiam Domini impetramus, & tranquillam ac placidam vitam sine vlla inani formidine per illam Deo protegente ducimus) nullo modo committendum est, vt propter hæreticorum calumnias has tantas virtutes sua laude fraudemus. De fide nanque Beatus Cyprianus ait: Quantum vas fidei capacius afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus. Dei enim misericordia velut inexhaustus quidam bonorum omnium fonsest, à quo plus hauriet qui capacius fidei vas ad illum affert. Et de fiducia certum est esse etiam efficaciss imum instrumẽtum ad opem, & misericordiam Domini impetrandam. Ad cuius rei fidem non vnum aut alterum locum sed omnes penè Dauidicos hymnos afferre possem: vix enim vllus reperietur qui non virtutis huius.

Psalm. 90

Psalm. 16

simile

Cyprian. in Epist. ad De.

ius fructus, laudes, & exempla cõtineat. Inte (inquit) sperauerũt 25
patres nostri, sperauerunt & liberasti eos, ad te clamauerũt & sal
Psalm.21. ui facti sunt, in te sperauerũt & nõ sunt cõfusi. Et iterũ: Expectãs
expectaui Dominũ & intẽdit mihi & exaudiuit preces meas,
& eduxit me de lacu miseriæ & de luto fæcis, & statuit supra pe
trã pedes meos, & cætera quæ sequuntur. Quæ omnia mirabiles
huius virtutis (scilicet spei fortitudine roboratæ quæ fiduciaest)
fructus & effectus declarant. Et sanctus Isaias quã multis modis
Isai. 25. hanc quoq; virtutẽ cõmẽdat dicẽs: Deus noster iste spectauimus
eũ, & saluabit nos, iste Dñs sustinuimus eũ exultabimus & læta
bimur in salutari eius. Idẽq; alio in loco pios omnes inducit cùm
deo loquentes: Seruabis pacem Dñe pacẽ quia in te sperauimus,
Pro mensura etiam istius spei munera sua Deus fidelibus donat.
Psalm.32 Quod intelligens Regius Propheta Dñm precatur dicens: Fiat 26
misericordia tua Dñe super nos quẽadmodũ sperauimus in te.
Psalm.39 Huius virtutis diues erat idẽ sanctus Dauid cũ dicebat: Dñs soli-
citus est mei. Hoc est, quorsum ego rerũ mearũ curã & solicitudi
nẽ habebo siquidẽ omnipotẽs Deus de illis curã habet & pro me
solicitus est? O dulcissima verba cũctis mũdi opibus anteferẽda.
Atq; ita existimo quod siquidẽ cœlestis magister Iesus Christus
tot verba cõsumpsit totq; rationes adiecit ad persuadẽdã homi-
Matth.6 nibus hãc curã, quã nõ solum de necessitatibus spiritualibus suo
rũ verũ etiã de tẽporalibus habet (dicens apud D. Matthæum:
Respicite volatilia cęli, &c. Quis vestrum cogitans potest adijce-
re ad staturã suã cubitũ vnũ, & Considerate lilia agri quomodo
crescunt, &c.) Omnia hæc non tantũ retulit Dñs vt vos securos
redderet, se vobis pannũ ad corp⁹ induẽdũ & panẽ ad mãducãdũ 27
& alia corpori necessaria præbiturũ esse, sed vt ostẽderet quã im-
merito vos ipsos affligitis & præanguſtia oppressi estis quando
hæc vobis deficiũt: siquidẽ Deus, qui vestrarũ rerũ singularẽ soli
citudinẽ habet, & qui facile vobis prouidere pôt optime scit illa
vobis deficere, credere enim debetis, q̃ si de illis vobis non proui
det ideo est, quia vos has necessitates pati decet. Singulare etiam
Hier.39 exẽplũ fiduciæ fuit Abdemelech Aethiopis, cui Propheta Hiere-
mias, ante quã Nabuchodonosor Hierosolymã euerteret nomine
Dei sic est allocutus. Ecce ego inducã sermones meos super ciuita
tẽ hãc in malũ, & nõ in bonũ & liberabo te in die illa ait Dñs: &
nõ traderis in man⁹ virorũ quos tu formidas sed eruens liberabo

28te, & gladio non cades sed erit tibi anima tua in salutē quia in me habuisti fiduciā. O admirabilē huius sanctæ virtutis efficaciā. Notate obsecro, fratres, qualiter Deus à tāta strage mortuorū quāta in vrbe Hierusalē fuit, hūc hominē gentilē propter fiduciā ipsius eripuit. Hæc autē tāta spei & fiduciæ virtus nō ad mortuā & informem, sed ad viuā pertinet quā Christus Dñs (vt Beatus Petrus ait) resurrectione sua nobis contulit. De qua etiam Beatus Paulus dicit: Spes autem non confundit (hoc est) nunquam frustra, & inaniter iustus sperat. Ideo Sanctus Dauid vnunquenque nostrum admonet dicens: Spera in Domino & fac bonitatem. Nam super hac bonitate omnes Dei promissiones fundantur. Hoc Diuus Paulus erudit dicens: Non quod exciderit verbū Dei: nō enim omnes qui ex circuncisione sunt Israel hi sunt
29 Israelitæ, neq; qui semen sunt Abrahæ omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen. Id dest, Non qui filij carnis hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine. Hoc est, tam infallibilis est diuina promissio de hæreditate cœlesti conferenda filijs Israel, vt quantum est ex parte Dei nunquam sit defutura, sed firma, esto, quod in magna Iudæorum parte non compleatur propter eorum incredulitatem. Hic nobis ostenditur quam iusta sit Iudæorum & malorum Christianorum damnatio: quoniam sicut Abrahæ, & Isaac atq; eius posteritati in vmbra, & figura promissa fuit gloria: sic in nouo testamento eadem gloria non in vmbra, sed in veritate promissa est. At quia Iudæi in fide defecerunt, & mali Christiani in operibus, ideo merito vtriq; ab æterna hæreditate expelliūtur,
30 firma semper Dei promissione remanēte. Atq; ita assignans Beatus Paulus rationem ob quam in his Dei promissio non adimpletur inquit: Non qui filij carnis hi filij Dei, sed qui filij æstimātur in semine, idest, in veros Dei filios. Iustos hic Sanctus Apostolus filios promissionis appellat, quoniam vitas suas cum Dei promissionibus conformant. Exēpli gratia, Promissio Dei est illa, quæ apud Diuum Matthæum habetur, Regnum cœlorum dabitur genti facienti fructus eius: ergo fructus pœnitentiæ necessarij sunt ad hanc promissionem accipiendam. Et apud eundem Euangelistam dicitur, Regnum cœlorum vim patitur. Et à quo vim patitur, statim infra explicatur, scilicet, violenti rapiunt illud. Et alibi, Qui diligit me diligetur

1. Petr. 1, Roman. 5.

Roman. 9.

Matth. 21

à patre

à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. 31
Et sacratissima Virgo mater Dei apud Diuum Lucam inquit:
Luc. 1 Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.
Vbi misericordia Dei ipsum timentibus promittitur. Denique
Matth. 19. ipse Dominus cuidam adolescenti & in eo omnibus dixit, Si vis
ad vitam ingredi serua mandata. Qui autem hæc præstant filij
sunt promissionis, quoniam adimplent cõditiones, quibus Deus
dona sua pollicetur. Idcircò horum fiducia viua est atque firmis
sima. Ideo de vno quoque illorum in Prouerbijs dicitur, iustus
quasi leo confidens absque terrore erit. O singularem metapho
Simile. ram. Leo omnem suam fiduciam in capite & in pectore habet
eo quod ibi præcipuas vires retinet: sic iustus omnem fiduciam
suam in suo capite, qui est Iesus Christus, & in pectore suo, vide
licet, in bona conscientia collocat. Et quia quasi leo confidit ab- 32
sque terrore erit. Hoc modo Sanctus Dauid confidebat, sicut ip-
se testatur dicens: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei
Psal. 51. speraui in misericordia Dei in æternũ. Sed forsan dicet aliquis:
O pater ego non sum oliua fructifera in domo Dei, quin potius
arbor arida & sterilis: nec pectus bonæ conscientiæ habeo, imò
si oculos in vita præterita colloco mille abominationes, quibus
creatorem meum offendi intueor nec bonum aliquod opus
conspicio: nunquid à Dei misericordia diffidam? Nequaquam
profecto. Sed diligenter animaduerte quod Beatus Ioan-
1. Ioan. 2. nes inquit: Filioli mei hæc scribo vobis vt non peccetis sed & si
quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Chri-
stum & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris 33
autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Quam igitur fidu-
ciam poteris habere sub vmbra alarum & sub tanti intercessoris
protectione atque meritis quæ in conspectu æterni patris infini
ti sunt valoris? Si autem dicas te quotidie peccare & nunquam
meliorem vitæ modum accipere, ex quo tibi quædam diffiden-
tia oritur, ad hoc ego à te quæro si quotidie Iesus Christus filius
Dei pro peccatis, quæ tu committis mortem pateretur æquum
ne esset vt animo caderes? Minimè profecto. Firmissime igitur
crede mortem illam iam præteritam non minus tibi prodesse,
quam si quotidie pro te denuo ipse pateretur. Nam (vt Diuus
Hebr. 10. Paulus testatur) vna oblatione consummauit in sempiternũ san
ctificatos. Quapropter, ô peccator cum fiducia ad thronum di-

uinæ

34 uinæ misericordiæ accede, siquidē ibi tā fidelē tamque potētem aduocatum habes & integro corde, atq; sancto ac firmo proposito non peccandi remedium ad tua scelera postula. Pertimesce in indignationē Dei clemētissimi incidere si de eius ope & misericordia, vel paululum diffidas. Quam rem exemplo Moysi & Aarō intelligere licēt qui quoniam populo ad aquas contradictionis sitiente non nihil de diuinæ prouidentiæ cura propter perfidiam populi hæsitauerunt, in huius diffidentiæ pœnam ab ingressu promissæ terræ prohibiti sunt. De quo idem S. Moyses sic ait: Iratusque est Dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit, vt non transirem Iordanem nec ingrederer terram optimam, quam daturus est vobis. Ecce morior in hac humo non transibo Iordanem vos transibitis & possidebitis terram egre- *Deut. 4.*

35 giam. Quam quidem pœnam iure iurando firmatam amicissimus Dei Moyses, qui facie ad faciem cum Deo loquebatur nullis potuit precibus reuocare: quod & ipse significauit his verbis: precatus sum Dominum in tempore illo dicens: Domine Deus tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam manumque fortissimam, nec enim est alius Deus, vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. Transibo igitur & videbo terram hanc trans Iordanem? Iratusque est Dominus mihi propter vos nec exaudiuit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me. Ascende cacumen phasge & oculos tuos circunfer ad Occidentem & ad Aquilonem, Austrumque, & Orientem & aspice, nec enim transibis Iordanē istum. Hactenus verba Moysi, *Deut. 3.*

36 quibus intelligere licet, quam grauiter & molestē Dominus ferat, vel paululum de immensa eius bonitate ac prouidentia quēpiā dubitare. Quæ à me hucusq; dicta sunt fratres magnū vobis huius virtutis amorem & cupiditatē inijcere potuerunt, quæ habita tot fructus parit, neglecta verò tantam diuini numinis offensionem continet. Verum scire oportet virtutis huius assequēdæ nō minorem fortasse difficultatem, quā vtilitatem esse. Sic enim natura comparatum esse videmus, vt quæ sunt in rebus præstantissima, sint etiam ad assequēdum difficillima. Quod in hac virtute deprehendimus quæ vt præstantissima, ita etiam rarissima est. Itaq; animaduertere licet multos homines pietatem sectātes varijsq; virtutum opibus, hoc est, abstinētia, patientia, & miseri-

cordiæ, atq; eleemosynę operib⁹ ornatos, qui tñ vbi noua aliqua 37
calamitas impẽderit animum desponden t, affligũtur, anguntur,
spirituq; pusillanimitatis absorbentur, nec deficiẽtem animum
diuinæ miserationis & prouidẽtiæ spe fulciunt atq; sustentant;
qđ nõ leue infirmæ spei atq; fiduciæ argumẽtũ est. Id quod fre-
quẽter nec aduertimus neq; delictũ esse iudicamus nec in Sacra-
mento confessionis huius delicti mentionẽ facimus, cum tamen
hac animi cõsternatione aduersus diuinã misericordiam, bonita
tẽ atq; paternã prouidẽtiam delinquamus, cui debitũ honorẽ ne
gamus cũ hoc modo diffidimus. An non pijssimũ patrẽ filius of-
fenderet qui tristis & mœrens incederet eo ꝙ dubitaret an neces-
Simile. saria sibi ad vitæ vsum præbere vellet, cum maximè posset? Hoc
ergo peccati genere cõmunem illum piorum parentem offendit
quisquis præsidiũ ab illo calamitate aliqua circũuentus non spe- 38
rat. Ideo labãtem animũ atq; pene deficientem regius vates con-
fortat cũ ait: Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me:
Spera in Deo quoniã adhuc cõfitebor illi salutare vultus mei &
Deus meus. In hodierna sancti Euãgelij lectione mira fiducię vir
tus apertè mõstratur. Duo quippè miracula, quæ in ea referũtur
quia cũ fiducia hi duo necessitate oppressi ad Dñm accesserunt
patrata sunt. Quocirca ne ab Euangelicæ lectionis propositio re-
cederemus de huiusmodi fiducia copiosè egimus.

Ait ergo sanctum Euangelium, *Loquente Iesu ad turbas ecce princeps vnus accessit & adorabat eum dicẽs: Dñe filia mea modo defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam & viuet.* Afflictio & labor
hunc principem cõmouerunt vt ad Dñm tanta reuerentia acce-
deret. Vnde infertur nos quotiescũq; à Dño laboribus opprimi- 39
mur ei ob id gratias agere debere si quidẽ nos incitãt vt ad ipsum
confugiamus. *Hase Dios con nosotros como el muchacho, que juega a la pelota, que tiene vn açote en las manos con que la açota para que corra. No es su intencion quebrar la con los golpes y açotes que le da, sino hazerla correr: porque en cessando de açotalla luego dexa de andar y se cae en el suelo.*
Sic cum Dñs nos flagellat non ideò est, vt nos euertat, sed, vt per
Psal. 15. iter suæ diuinæ legis nos currere faciat sicut illi, de quibus S. Da-
uid ait, Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea acceleraue-
runt. Adeo enim miseri & negligẽtes sumus vt cessantibus Dñi
flagellis nos etiã à bonis operibus cessemus & velut mortui rema
neamus. Quid autem erit si nec dum flagellis ad ipsum accedere
volumus,

40 volumus, quin potius ipſis deteriores reddimur? In ſacro Iudicũ libro loquẽs Sacra ſcriptura de illis barbaris nationib⁹, quas Dñs in terra promiſionis inter Hebræos reliquit ſic ait: Hæ ſunt gentes, quas Dñs dereliquit vt erudiret in eis Iſraelẽ, & oẽs, qui non nouerãt bella Chanan æorũ & poſteà diſcerẽt filij eorũ certare cũ hoſtibus & habere cõſuetudinem præliandi: dimiſitq; eos, vt in ipſis experiretur Iſrael vtrũ audirẽt mandata Dñi, quæ præcepe rat patribus eorũ per manũ Moyſi an non. Illas etiã nationes ibi reliquit vt Hebræi cum timore Dñi incederent animaduertẽtes ſe eius auxilio paſsim egere vt ab hoſtibus defenderẽtur. Sed tãtum fuit illorũ ingratorum ſcelus, vt cum aduerſarijs non ad præ liãdum addiſcerẽt, ſed cum ipſis ſacrilege cõfœderati ſunt vt im pietatẽ eorum imitarentur. Atq; ità inquit ibi ſacer textus: Itaq; *Iudicum. 3.*

41 filij Iſrael habitauerũt in medio Chananęi & Ethęi & Amorrhęi & duxerunt vxores filias eorũ ipſiq; filias ſuas filijs eorũ tradide runt & dijs eorũ ſeruierunt. O diabolicam peruerſitatẽ gentis ſa crilegæ, quæ omnia quæ Dñs in bonũ ordinauit ipſi in malũ cõ uerterũt. Sic ſunt miſeri peccatores qui ex laboribus à Deo miſ ſis, vt ad ipſum cõuertantur occaſionem peruerſionis & indu rationis accipiunt. Qui ex paupertate, ex perſecutione, ex infa mia, &c. occaſionẽ ſumit ad horrenda ſcelera cõmittenda iſte id, quod Deus ad bonũ ad emendam ipſius ordinauit in malum cõ uertit. Per infinitã ergo miſericordiam Dei vos obſecro fratres ne admirabilibus Dei artificijs abutamini & in veſtris neceſsitatib⁹ ad ipſum cõfugite ſiquidẽ ad ſubueniendum vobis paratiſsimus eſt, attẽdite qualiter poſtquã hic homo ab illo fauorẽ implorauit

42 maxima prõptitudine ſurgens ſequebatur eũ. Sic ipſe per Regiũ pſalmographũ promiſerat dicẽs: Clamauit ad me & ego exaudiã *Pſal. 90.* eum, cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum. Hoc eſt (vt Sanctus Theodoretus exponit) non modo eum à grauioribus rebus liberabo verum etiam illuſtrem faciam.

Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum. O ſingularẽ clemẽtiam & miſe ricordiam huius cæleſtis magiſtri, qui vt homini afflicto & maxi ma neceſsitate oppreſſo ſubueniret cõcionẽ interponit erudiens in hoc eccleſiaſticos vt munera ſua propter pietatẽ & nõ propter lucrum aut mercedem exerceãt. Inter corpora lucida quædam lu men gratis præbent, vt ſol, luna atq; ſtellæ, quæ gratis illuminãt abſq; eo ꝙ cum illis nutrimentum aliquod diſpẽdatur. At verò

si ignis lumen præbiturus est oportet vt ei ligna, aut fomites aut 43
aliqua nutrimēta, in quibus operetur applicētur. Sic enim Sacro-
sancta ecclesia quidā velut sol, luna, & stellæ absq; aliquo lucro
Baruch. 3. & mercede illuminat: de quibus illud Baruch dici potest: Stellæ
dederunt lumē in custodijs suis & lætatæ sunt: vocatæ sunt & di
xerūt, adsumus. Non ait, vēdiderunt lumen, sed, dederūt, & hoc
maxima cū lętitia atq; diligētia. Alij sunt inferni titiones, quib⁹
vt lumen præbeāt maximā lignorū copiā applicari oportet, hoc
est magno lucro & mercede afficiēdi sunt alias nihil efficient. O
2. Corint. 12 quam paucæ stellæ nūc in mundo sunt quæ cū D. Paulo dicāt;
Philip. 2. Nō quæro quæ vestra sunt sed vos. Oēs enim (vt idē Apostolus
ait) quæ sua sunt quærunt, nō quæ Iesu Christi. Hic etiā diuinus
magister diuites oēs docuit, vt cū diligētia & pietate egenis pro-
2. Corin. 9. ximis subueniāt: nam (vt ait Apostolus) Qui seminat in benedi- 44
ctionib⁹ de benedictionib⁹ & metet: hoc est, Qui seminat in elee
mosynis de eleemosynis & metet. Vocat Sāctus Apostolus elee-
mosynam benedictionē, quoniā ipsa sola in vltima benedictio-
Matth. 25. ne specificāda est, quādo, scilicet, Dñs dicturus est, Venite bene-
dicti patris mei, esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c.
Et quoniā eleemosyna pauperes prouocat, vt ipsum Dñm & be
nefactores benedicāt ac pro ipsis deprecentur. Insuper & ait ibi
S. Apostolus: Qui parce seminat parce & metet. Idcircò oportet
Osea. 5. nos illis esse similes, de quibus Propheta Oseas inquit: In gregi-
bus suis vadēt ad quærendum Dñm. Sic qui diuites ac potentes
estis Deū in pauperibus magnis donis onerati quærere debetis,
quibus nō de peioribus, sed de melioribus quæ possidetis donan
Num. 13. dum est. Quādo filij Israel in terram promissam ingressi sunt (vt 45
sacra refert historia) tempus erat cū iā præcoquæ vuæ vesci pos-
sunt, in quo apparet quanta pulchritudine nobis Deus dona sua
elargitur & quātum desideriū nobis placendi ostēdit, vt nos etiā
illi placere studeamus. Noluit vt Hebræi terrā promissionis hy-
berno tēpore ingrederentur quādo terra arida & infructifera est:
sed voluit vt ingrederētur tempore verno cum terra pulchra est
& fructus arborū maturi sunt. Et ob hanc etiā causam hominib⁹
mundum dedit mēse Septēbris (vt Hebræi Doctores testātur) cū
terra & arbores folijs, fructib⁹, ac pulchritudine abūdant. Nos au
tem tāquam mali deterius & vilius Deo reddimus, id verò quod
melius est dæmonis seruitio dicam⁹. Ne simus igitur fratres sicut

Hebræi

46 Hebræi illi, qui (vt sacra pagina cõmemorat) ad cõflandum idôlũ monilibus, annulis aureis, atq; inauribus se eo tẽpore spoliarũt, cũ ad emẽdum ea, quæ sibi ad vitã sustentãdam necessaria erant inter hostes cõmorantes auro atq; alijs diuitijs indigebant. Atq; ita facer textus ibi ait: Inter hostes nudũ cõstituerat Aarõ populũ. O quam multi hodie istos impios idôlolatras imitãtur, qui vxores suas ac filios suos diuitijs & facultatibus spoliãt, vt cum ipsis, idôlis suis, videlicet, ludo ac voluptatibus inseruiãt, illi autẽ nudi & impotentes ad auxiliandum pauperibus remanẽt. *Exod.32.*

Et ecce quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius, & repente sanata est. Mirabile certe; q̃ puella quã Dñs resuscitauit, duodecim annos nata erat, & hæc mulier etiã per duodecim annorũ spatiũ ægritudine fluxus sanguinis
47 laborabat. Itaq; cũ puella ista in lucẽ edita est, vetula hæc suo morbo ægrotare cœpit: & cum vetula sanitatem accepit. In itinere puella vitam finiuit, vt ex B. Marco Euangelista patet, vbi sic dicitur: *Marc.5.* Adhuc eo loquente veniunt nuntij ad archysinagogum dicentes: Quia filia tua mortua est. Hæ sunt sortes & mutationes quas Deus in nostris negotijs facit: super quosdam enim manum dexteram ponit, super alios verò sinistram, hoc est, alijs otium & tranquillitatem, alijs labores & afflictiones præbet. Huic desideratissim⁹ filius nascitur, illi peroptatus moritur. Sed ne existimetis has manus ità perseuerare: solet enim, *Cruzar las manos como Iacob.* Nam si tibi hodie prospere successerit, pertimesce, ne mane quid aduersum cõtingat, vel è cõtra. Ad hoc propositum S. Propheta psalmum illũ compositum, qui sic incipit: Confitebimur tibi Deus, cõfi
48 tebimur & inuocabimus nomen tuũ narrabimus mirabilia tua. Afflictus erat Rex Dauid & populus eius, eo quod in quodã prælio ab hostibus superati essent, & illi nimis elati Dijs suis pro victoria reportata gratias agerẽt. Ipse verò sic ait: Cõfitebimur tibi De⁹, &c. Hoc est: Aliquãdo Dñe tibi gratias agemus pro victoria, quam de hostibus, qui nos modo superarũt, tuo auxilio reportabimus. Nam hîc est potẽtissimi Dei stylus, scilicet: Hũc humiliat, & hunc exaltat, ne quis cum prosperitate in superbiã efferatur, vel cũ laboribus in desperationẽ veniat. Proiecto sancto Daniele in lacũ leonum, sa- *Dan.27.* cerdotes idolorum superbia elati & maxima lætitia affecti sunt eo quod existimabant iã à cordibus suis spinã ablatã esse: sed nõ post multos dies sanctus Daniel liber & incolumis euasit, ipsi autẽ nefa

rij ſacerdotes in lacũ miſsi breuiſsimo tẽporis momento à leonibus 49
deuorati fuerunt.

Cæterũ Dñs, qui piũ mulieris furtũ placidiſsimè tulit, miraculũ, quod patratũ erat, latere noluit. Itaq; conſpiciẽs ait: *Quis me tetigit?* cui Petrus, *Præceptor* (inquit) *turbæ te comprimũt & dicis, quis me tetigit.* Cui Dñs: *Tetigit me aliquis, ego enim ſenſi de me virtutem exiſſe.* Ab illa ergo fœmina, quæ pie, humiliter, ac fidenter ſolã veſtis eius fimbriã tetigit ſe tactũ fuiſſe ait, nõ ab illis, qui corpore tantũ non etiã mẽte ac ſpiritu ipſum cõprimebãt. Quo exẽplo (vt alia prætermittamus, quæ in ſuperiori cõcione diximus) hoc etiã aliud colligere poſſumus quod Apoſtolus ait: In eccleſia malo quinq; verba ſenſu
1. Cor. 14. meo loqui quã decem millia verborũ in lingua. Hoc quod Apoſtolus de prophetiæ atq; linguarum donis intellexit, nõ incommodè ad prædicãdi rationẽ trãſferre poſſumus. Quiſquis enim precibus 50
ſuis ac fide & reuerẽtia, ac humilitate atq; fiducia (quibus hæc fœmina inſtructa erat) diuinæ miſericordiæ viſcera pulſat, verè Dñm
Pſalm. 65. tãgit, eiuſq; in ſe ſpiritũ & virtutẽ trahit. Fœlix ergo ille qui vere cum ſancto Propheta dixit: Holocauſta medullata offerã tibi. Ille holocauſta medullata Deo offert, qui ei oratiões amoris, humilitatis, fiduciæ, ac deuotiõis plenas offert: & ille holocauſta ſine medulla offert, qui orationes abſq; amore & abſq; deuotione atq; attentione offert. Hi verò, ſiue clerici, ſiue laici ſint licèt magnum pſalmorum, aliarumq; precationũ numerũ, vel vt pẽſum quoddã ſine vlla animi attẽtione exoluũt, ore quidem Dñm benedicẽtes, corde aũt per circulos & plateas delicijs operã nauãtes, premũt quidem illi Dñm non autẽ tangunt, quia ſolo corpore & nõ ſpiritu tangũt: iccircò virtutẽ & gratiã ab eo minimè percipiũt. Quid igitur ſuper 15
1. Corin. 14. eſt fratres? Nempè illud B. Pauli: Orabo ſpiritu, orabo & mẽte pſallam ſpiritu, pſallã & mẽte. Cæterũ ad eorũ ſolatiũ qui ꝺũ pièatq; religioſè orare proponũt mens ipſa ex inſita naturæ fragilitate huc ac illuc ſine cõſenſu vagatur hoc adijciẽdum putò, ſcilicet, ꝙ horũ oratio vſq; adeo ingrata Deo non ſit, vt etiã immerito ſuo & impetrãdi vi nõ careat. Hoc enim à prima illa animi deſtinatione habet, quæ niſi cõſenſu noſtro reuocetur, piæ orationis fructũ atq; meritum retinet. Eſt etiam ſuper hũc locũ valde notãda miſerrima ſors ſcelerati Chriſtiani & improbi ſacerdotis. Nã mulier hæc eſt fimbria veſtimẽti Ieſu Chriſti Saluatoris mũdi medicinã ad ſuã ægritudinẽ fecit: ipſi verò ex ſacratiſsimo corpore huius ſuperni Dñi venenum

52 nenum faciũt, quò ſe ob ſuam malitiã interimũt, ad ipſum mortali
peccato accedẽtes. Niſi mãducaueritis meã carnẽ, & biberitis meũ
ſanguinẽ nõ habebitis vitã in vobis: dixit ſumma veritas. Res qui- *Ioan.6.*
dem certiſsima eſt, carnem noſtrã eſſe multorũ malorũ radicem &
fundamentũ. Quã obrem merito beatus Apoſtolus inquit: Debi- *Rom.8.*
tores ſumus nõ Carni, vt ſecundũ Carnẽ viuamus ſi enim ſecũdũ
carnẽ vixeritis moriemini. Iccirco cũ nobis primus parens Adã car
nẽ ſuam Cõmunicauit, ſimul etiã tranſitũ id eſt, *paſſo y corriente* dedit
quò mala eius ac miſerię in nos fluerẽt. At Deus Optim⁹ Maxim⁹
aliã puriſsimã & ſanctiſsimã carnẽ, videlicet Ieſu Chriſti filij ſui
condidit, eamq; in nobis collocat, vt per ipſam trãſitũ in nos ſuorũ
bonorũ faceret. Atq; ità idem S. Apoſtolus inquit: Sicut in Adam *1. Corin. 15.*
53 omnes moriuntur ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Caro pri
mi parẽtis Adã nobis nocuit, & caro Ieſu Chriſti Saluatoris mũdi
nobis prodeſt & remediũ præbet. Serpentẽ ſanctus Moyſes contra
ſerpentẽ poſuit: nunc autẽ Deus carnẽ ſuã ad hibuit vt vulneribus,
quę caro noſtra generat, medeatur. Ex vipera vnde venenum exit, *Simile.*
Inde etiam theriaca medicamentũ, videlicet, cõtra ipſum venenũ.
conficitur. Venenum viperæ ſuaptè natura tendit ad cor, ipſumq;
penetrat & inficit: Hæc autẽ vipera venenoſa ita à pharmacopola
præparatur, vt iam interficere nõ poſsit. Quinimo certis quibuſdã
medicamẽtis cor ipſum cõfortantibus ſic pręparatur & cõponitur,
vt ei tantu modo remaneat hoc quod eſt in cor velociter tendere: at
cũ tot medicamentis præparata ſit, potius ipſi cordi prodeſt quam
obeſt. Sic caro noſtra venenũ eſt, quod ſtatim ſuis turpibus pręſio
54 nibus & appetitibus in animã tendit. Sed ità Deus hanc carnẽ in ſe
ipſo, in ſacratiſsimo Virginis Mariæ vtero præparauit, ipſam cum
diuinitate cõiungens, vt ex carne quę venenũ eſt, quandã diuinam
cõfecerit theriacã, quæ illico ad cor atq; animã tuã tẽdit, & id quod
caro tua veneno infecit, ſanat, & cor fortificat ne veneno carnis ſuc
cũbat. O benedictus & glorificatus ſit talis Deus. Collaudate fra-
tres hũc cœleſtem reparatorem, qui tot taleſq; inuentiones in no-
ſtrum remedium quæſiuit. Sed væ improbo ſacerdoti, cui propter
ſcelera ſua, hæc cœleſtis medicina in venenum conuertitur. O pa-
tres ſacerdotes, aperite, obſecro, mentis veſtræ oculos animaduerti
te ſtatum, in quo Deus vos cõſtituit, & nẽ rebus terrenis cõtamine
mini. Attendite illud, quod Dñs cũm ſacerdote Aaron loquens di- *Num.18.*
xit, ſcilicet: Nihil poſsidebitis, nec habebitis partem inter eos: Ego

pars & hæreditas tua in medio filiorũ Israel. Vbi alia translatio habet: In terra eorũ nihil possidebis, nec habebis: & sic est etiã in con 55
textu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Vbi singularis abdicatio & priuatio rerũ terrenarũ, quę in cuiuslibet sacerdotis corde debet esse, apertissimè significatur. Cęterũ si hoc Deus sacerdotib⁹ legis veteris præcipiebat, quid, obsecro, æquũ est vt sacerdotes legis gratię faciant, siquidẽ tã ineffabiliũ Sacramentorũ ministri sunt? O vtinã patres mei vis huius argumẽti vos cõuincat ad corda vestra ab his terrenis reb⁹ & multò magis à vitijs euellẽda, & omninò separãda.

D. Ioan. Clymac. c. 15. Vt aũt cõspiciatis, quantũ hoc malũ sit, vobis rẽ quãdã admirabilẽ, quã refert D. Ioãnes Clymacus, narrare volo. Scilicèt, q cùm sapiẽtissim⁹ vir quidã ab ipso audiret, hæresim esse grauissimũ peccatũ, ei hãc dubitationẽ proposuit; Si hoc ità est, quomodò sancta Ecclesia illũ, qui hęreticus fuit, & iterùm puro corde ad fidẽ cõuertitur, 56
ad diuina sacramenta recipit, illũ verò, qui fornicationẽ commisit, licet ab illa retrahatur, ipsamq; cõfiteatur, apostolica cõstitutio à sacra cõmunione per aliquot annos priuari iubet? Et sanctus vir fatetur, se quæstionis propositæ causam penitus ignorare: vt planè videatis quid luxuria sit, siquidẽ hominẽ etiã post pœnitentiam indignũ aliquo modo sanctę cõionis relinquit. Ego tñ existimo huius prohibitionis causam esse, quoniã hoc libidinis peccatũ cùm carne cõmittitur, & hoc diuinũ cõmunionis sacramentũ in carne & corpore, ore ac manibus recipitur, & ob hoc luxuria huic diuino mysterio tã cõtraria est, ipsiq; fornicario tã iusta pœna imposita fuit.

Loquẽs B. Apostolus de mulieribus sic ait: Debẽt mulieres velamẽ
1. *Corin.* 11. habere super caput suũ propter angelos. Iàm eo tempore mulieres profanè se cõponere solitæ erãt, licèt non tantũ, vt his tẽporibus fieri videmus, & ideò S. Apostolus eas hortatur, vt ad eccleſiã non discoopertis capitibus cõueniãt propter angelos, qui sunt sacerdotes. 57
Maximè oportet eum, qui ad celebrandum tã altum ministerium ad altare accedit, nimiam puritatem & quietudinẽ habere, iccircò fœminæ admonentur, vt cum maxima honestate & pudicitia ad Ecclesiam conueniant, nè angelis, videlicèt, sacerdotibus sint alicuius inquietudinis seu dissolutionis occasio. Sed, proh dolor, & quantæ obliuioni hæc sacrosancta doctrina his miserrimis temporibus tradita est: siquidẽ mulieres in Ecclesias tanta profanitate ingrediuntur, vt suis ornatibus & corporum cõpositionibus miseros homines ad cupiditatem ipsarum ne dum ad lasciuiam inuitare videan-

videantur. Tot ſibi adhibet illices quæ ſe ornat, ideſt, *Tantos ſeñuelos pone la que ſe compone*, quot partes ſui corporis eleganter componit. Atq; ità cuilibet illarum illud Ezechielis dici poteſt: Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decôrem tuum. Caupones, qui domũ in triuijs habent, ramos aut ſigna indicãtia ibi vinum venundari, in qualibet illarũ viarum proſoribus aut in parietibus appendunt, vt ſic omnibus pateat ibi aliquid vendi. In hunc modũ faciunt mulieres ſe profanè exornantes: in omnibus enim ſui corporis partibus ſigna vẽditionis vanitatis collocãt. Incapite, *Sõ ſeñales deſto los enriçados, Volantes, y guirnaldas, en la cara los falſos y artificioſos colores, en el cuello los ricos collares, Joyas y cadenas, &c.* Atq; ità omnia ſui corporis membra vanitatẽ & impudicitiam prædicant. Atq; vtinam in eccleſias nõ veniant aliquẽ quæ ſeruos Dei ſolicitent: hoc enim improbum & Sathanicum munus plerunque magis à fœminis quã à viris exercetur. Ipſæ enim illud à matre Eua hæreditaſſe videntur, quæ primum officium, quod exercuit, *y el primer paſſo, que echo, fue para ſer alcahueta del demonio.* Nõ enim Sathanas per ſe ſolum auſus eſt primum parẽtem Adamum vincere; & ipſa adeò efficax fuit, vt primo verbo, quod ei locuta eſt, ipſum & nos omnes deiecerit & proſtrauerit. Deus nos à tã crudeli peſte eripiat. Cùm Alexander Magnus iuuenis & Gentilis eſſet, & ab amicis ſuis fuiſſet inuitatus, vt pulcherrimas Darij filias, quas bello captas detinebat, videret, reſpondit, Se occaſionem non eſſe præbiturũ, vt ille, qui homines ſuperauerat, à fœminis vinceretur. O magnam in chriſtianos & maximè in ſacerdotes, Cõfuſionem, ſi id, quod hic iuuenis æthnicus fecit, præſtare non ſtudent. Quandò pauo noctu è ſomno euigilat, maximos clamores edit, exiſtimans ſe pulchritudinem amiſiſſe, & pulcherrimas, quas habebat, plumas ſibi fuiſſe ſublatas. Sic Chriſtiani & præcipuè eccleſiaſtici magnã curam de ſuæ caſtitatis pulchritudine habere debẽt, & ſi forſan in aliquo negligentes extitêre, pertimeſcere debent, an illam amiſerint. In hoc corpore myſtico, quod eſt eccleſia, ipſi ſunt cor, in quo præcipue vitæ fundamentũ & ſenſus atq; operatio cõſiſtit; ſic in eis omnis virtus & ſanctitas ſplẽdeſcere debet. Et ſicut membra viciniora cordi viuaciora ſunt, ſic eos, qui cũ ipſis cõuerſantur, ad ſeruitiũ & amorẽ Dei inducere debẽt, ità, vt q eos viderint, dicere poſſint, ſatis apertè cõſpicitur hos cũ eccleſiaſticis cõuerſari, ſiquidem in ſanctis exercitijs adeò feruidi & diligẽtes exiſtunt. Inter ea autem,

Ezech. 16.

Simile.

Simile.

Simile. autẽ, ad quæ nos ſuo ſancto exẽplo magis prouocare debent, vnũ 61
eſt caſtitas. Nã ſicut in humido pariete colores & picturæ nõ benè
ſignãtur propter quod oportet prius, vt illa humiditas areſcat: ſic in
hominib⁹ ſenſuali turpitudine humidis nõ benè virtutes imprimi
poſſunt, iccircò oportet, vt prius in ipſis hæc humiditas arefiat. De
niq; hîc notãdũ eſt, q cũ primũ hęc mulier fimbriã veſtimẽti Dñi
tetigit, in eodẽ inſtãti ſanata eſt. Vbi apertè oſtẽditur, quã ad punctũ (vt aiũt) Deus ſuorũ fideliũ ſeruorum neceſsitatibus ſubuenit.

Theodor. in hiſt. religioſa. B. Theodoretus narrat, quãdam deuotã & diuitẽ fœminam hoſpitio domi ſuæ excepiſſe quẽdam ſeruũ Dei eremitã nomine Iulianũ. Cui cum ipſa ad mẽſam magna cũ deuotione miniſtraret, ecce famuli ei nuntiant, filiũ ipſius ſeptenariũ in puteum cecidiſſe: illa autẽ eos tacere iuſsit, inſuper & puteũ cõtegi, & q nullus ſeruitiũ, quod Deo in ſeruo ſuo fiebat, impediret. Cui tam prõpto ſeruitio, 62
quale hæc pia mulier exhibebat, oblita ferè amoris materni pijſsimus Dñs alia ſingulari prõptitudine ſubuênit: nã ſanctus ſenex to
ties vbi eſſet puer quæ fuit, quouſq; ipſi id, quod euenerat ei narra
uerũt. Qui ſtatim ſimul cũ omnibus à mẽſa ſurgẽs in puteũ perrexerũt, & ibi infantem ſuper aquã ſedẽtem & virga ipſam percutiẽ
tẽ, ac ſi ſuper firmã terrã, maxima cũ lætitia perſpexerũt. O benedict⁹ & glorificatus ſit talis Deus, q tãta celeritate & prõptitudine
ſuorũ fideliũ ſeruitutib⁹ correſpõdet. Quis ergo hęc audiẽs ei⁹ diui
no amore nõ inflãmat, eiq; maximo cũ feruore inſeruire nõſtudet?

Confide filia, fides tua te ſaluã fecit. O Chriſte ſumma veritas, quomodo Dñe cũ tu ſis, q miracula facis, ea fidei recipientis attribuis?
Nũquid miracula edere nõ ſunt tuæ dũtaxat omnipotẽtiæ opera?

Simile. Maximè profectò. Quare ergò ea fidei attribuis? Ad hoc reſpon- 63
deo, q quia Deus fidei eſt fideiiuſſor, ideò ait, illã miracula facere.
Debet tibi aliquis centũ aureos, & ad hoc fideiiuſſorẽ præſentat, q
fideiiuſſor poſteà tibi numos ſoluit. Si verò ab aliquo interrogêris,
an debitor tuus, qui tibi cẽtũ aureos debebat, ſoluerit, dicis q ſic; &

Marci. 9. verè ipſe nõ ſoluit, ſed eius fideiiuſſor. Sic cũ Dñs ſit fideiiuſſor fidei, ſi quidẽ dixit, Omnia poſsibilia ſunt credenti, licèt ipſe ſit, qui
miracula facit, dicit tñ ea fidẽ operari; ſicut etiã quia iuſtorum fidei
iuſſor eſt, inquit de illis: Qui vos perſequitur, me perſequitur. At-

Actuũ. 9. q; ità in Actibus Apoſtolorũ ad Paulũ dixit: Saule Saule, quid me perſequeris? Et q eis benefacit, ipſi etiã benefacit, vt idẽ Dñs apud

Matth. 25. D. Matthæũ teſtatur dicens; Amen dico vobis, quãdiu feciſtis vni

de

54 de his fratribus meis minimis mihi feciſtis. Et ità hæc bona præmijs remunerat in hac vita cũ gratia, & in alia cùm gloria, ad quã nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA. XXIIII.

poſt Pentecoſten

CONCIO PRIMA.

Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, cũ videritis abominationem deſolationis, &c. Matth. 24.

ADintelligẽdum quorſum Dñs hæc verba dixerit, oportet ſcire, q̃ ipſo *De templo quadam die exeũte acceſſerũt diſcipuli eius, vt oſtenderẽt ei ædificationes templi,* 2 *ipſe autẽ reſpondens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amẽ dico vobis, Non relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui nõ deſtruatur.* Voluit diuinus magiſter in hoc nos docere, vt quoties res pulchrę, magnę & ſumptuoſæ nobis ante oculos ꝓpoſitæ fuerint, ſtatim ad memoriã finis, quẽ cito habituræ ſunt cõfugiam⁹, atq; ita nos minimè turbabunt. Si tibi aliquid voluptuoſum in memoriam venit, ne te cõturbet, & Deum te amittere faciat, protinus remediũ applica; videlicet, recordare omnia huius mundi quam breuiſſimè peritura eſſe: Recordare finẽ voluptatũ eſſe tormentũ ęternum, finẽ voracitatũ eſſe ægritudines, finẽ, & metam huius vitæ eſſe vermes & corruptionẽ, finẽ deniq; peccati mortalis eſſe infernũ: & (vt Beatus Apoſtolus ait cũ dixerint pax & 1. *Ad Theſſa. 5. cap.* 3 ſecuritas, tunc repẽtinus eis ſuperueniet interitus. Sic eis euenit, de quibus ſanctus Dauid ait: Manducauerũt, & ſaturati ſunt nimis & deſiderium eorũ attulit eis, adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum & ira Dei aſcendit ſuper eos. Ecce finem, quem voluptates, luxuriæ atq; abũdantiæ huius ſæculi habent. Vnde apparet q̃ licèt aliquãdo Deus permittat, vt impij ac ſcelerati ea, quæ deſiderant, conſequãtur, tamen in medio ſuarum voluptatũ & gaudiorum ab ipſo Domino puniũtur, ſicut Balthaſar & Holopher- *Daniel. 5.* nes puniti fuerunt. Atq; ita quidã ex amicis ſancti Iob agens de *Iudith. 16.* improborum fœlicitate inquit: Velut ſomniũ auolans nõ inuenietur trãſiet ſicut viſio nocturna. Nam ſi illi, qui ſomniant ſe voluptatib⁹ affici, velditiſsimos theſauros reperire, aut ſapidiſsimas

epulas

epulas mãducare, cũ è somno euigilant, deceptos se se inueniunt, 4
multo profecto magis deceptos & illusos se peccatores in hora
mortis reperient, quando tota vita præterita eis somnus breuissi-
mus apparebit. O vtinã hæc peccatores ꝓfunde animaduerterẽt:
magnã sine dubio ex illis educerent vtilitatem. Quando sanctus
Rex Ezechias in suæ ætatis flore nuntiũ à Deo missum accepit se
statim esse moriturũ, cùm posteà profusis lacrymis quindecim
annorũ spatium ad viuendum obtinuisset, considerãs vitæ breui
tatem quid sibi in residuo tempore vsq; ad mortem faciendũ erat
Isai. 38. dicere cœpit his verbis: Recogitabo tibi omnes annos meos in
amaritudine animæ meæ, vt cum me in iudicium vocaueris, pa-
ratum inuenias. Et statim cum ipso Deo in hunc modum loqui
cœpit: Dñe si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies
me & viuificabis me. Idest, siquidẽ vita hominis adeô breuis, mo 5
mẽtanea, & laboribus atq; miserijs plena est, hoc Dñe argumẽto
mẽã planè negligentiam increpasti, & me ità conuicisti, vt (siqui
dem res ita se habet) alium viuendi modũ deincepsumere consti
tuã, atq; ità, Fiet in pace amaritudo mea amarissima. Quæ verba
alij clarius verterunt hoc modo: Cedet mihi in incolumitatẽ hæc
amaritudo amarissima; hoc est, ex his amarissimis lacrymis sua-
uissimos vitæ & iustitiæ fructus carpam. Quãdo olim homines
initio mundi maiori simplicitate viuebant, eis Dñs largiorẽ vitã
præbebat, at, vt vidit eorum malitiã crescentem, ipsosq; tempore
abutentes eam abbreuiare constituit. Ita Regius Propheta testa-
Psal. 89. tur dicens: Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, quoniã
omnes dies nostri defecerũt, & in ira tua defecimus. Anni nostri
sicut aranea meditabũtur. Ob scelera nostra, inquit S. Dauid De⁹ 6
nobis vitã abbreuiauit & sicut tela aranearũ (quæ vno flatu rum
pitur & dissoluitur) reputata est. Et de hominib⁹ peruersis ait idẽ
Psal. 36. S. Propheta, Noli æmulari in malignãtibus, nec zelaueris facien
tes iniquitatem; quoniam tanquam fœnum velociter arescent,
vt in gehennæ fornacem mittantur. Atq; ità loquens B. Ioannes
de execranda Babylonia inquit: In vna die venient plagæ eius,
mors, & luctus, & fames, & igne cõburetur, quia fortis est Deus,
qui iudicabit illam; vbi alij transtulerunt, Fortis est Deus, qui iu-
Apocal. 18. dicauit illam: & sic est etiam in contextu Græco. In quo significa
tur, ꝙ tam cito vltio & condẽnatio impiorum veniet, vt iam pro
præterita reputari possit. Et est notandum hîc, idem esse, Iudica-
bit,

7 bit, quod, condemnabit, cùm actualiter mittet illam in gehennam.
Et apud D. Matthæum, vbi nos legimus, Omnis arbor, quæ non *Matth.3.*
facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur, alia translatio
habet, Exciditur, & in ignem mittitur: & sic est etiam in contextu
Græco. Vbi quoq; significatur breuitas, qua super improbos sup-
plicia veniẽt. Si autẽ aliquem peccatorẽ diu & per multorũ anno-
rũ spatiũ viuere cõspicitis, recordamini eius, quod in sacra pagina *Eccles.8.*
scriptùm est. Attamen peccator ex eo quod cẽties facit malum, &
per patientiam sustentatur, ego cognoui, quod erit bonum timenti
bus Deum. Nàm centum vel mille aut duo mille anni sunt velut
momentum respectu æternitatis alterius sæculi, in quo impij se
ipsos in perpetua confusione videbunt, sicut ille, de quo in sacra
scriptura dicitur; Dñs omnipotẽs tradidit eum in manus fœminæ, *Iudit.16.*
8 & confodit eum; vbi alij transtulerunt, Et cõfudit eum: vbi signifi
catur, illum per mortem ad æternã inferni confusionẽ descendisse.
Cõmodum igitur & vtilitatẽ fratres mei ab hac vtilissima doctrina
à cælesti magistro tradita educite, & huius mundi res cõsideratione
breuitatis earum cõtemnere addiscite; animaduertite enim omnes
illas & vos breuissimè esse finiendos, sicuti verè alij vobis meliores
perierũt. Cũ S. Patriarcha Iacob (vt refert sacra scriptura) in AEgy
pto morti iã esset propinquus, filiũ suũ Ioseph sic est allocutus: Si *Gene.47*
inuẽni gratiam in conspectu tuo, facies mihi misericordiã & verita
tem, vt non sepelias me in AEgypto, sed condas in sepulchro maio
rum meorum. Nec contentus fuit venerãdus senex hoc sibi filium
suũ promisisse, sed ei dixit, Iura ergò mihi. Voluit hic S. Patriarcha
in medio terrę, in qua filij eius habitaturi erãt, sepeliri, vt videlicèt,
9 ipsi sepulchrum parẽtis sui ante oculos haberent, & recordarẽtur,
se alia die esse morituros. Videntes enim sepulchrum occasionem
haberent ad sic dicendum, siquidem mors tantum Patriarcham su
perauit, sine dubio nos etiam vincet. Cùm autem iure iurando S.
Patriarcha filium suum Ioseph astrinxit, nõ ideò fuit, quià de eius
obediẽtia dubitauerit, sed vt ipse occasionẽ haberet, qua Pharaoni
diceret: Adiurauit me Pater meus, in Sepulchro meo sepelies me,
nè Rex Pharao existimaret, sanctum Ioseph ex propria voluntate
voluisse parentem suũ in terrã Chanaan ad sepeliendũ asportare:
eò quod ille terrã AEgypti non diligebat. Et circa hæc omnia San
ctus vir prudẽtia calluit. Inquo docemur, non debere nos alicui oc
casionẽ præbere, vt cogitet nos eum non diligere, & beneficijs eius
esse

eſſe ingratos. Maiorem igitur nunc occaſionẽ habemus ad aſsiduè 10
in noſtro fine ac morte cogitandum, ſiquidèm ante oculos noſtros
in Eccleſijs, vbi quotidie cõuenimus tot ſepulchra nobilium habe
mus, qui maxima põpa & grauitate vixerunt, & tandẽ per mortis
ianuas, ſicuti quilibet pauper, tranſierunt. Cũ ergò fratres intelliga
tis, quam citò per eaſdem ianuas ingreſſuri eſtis, in quo confiditis?
Quarè diuinã maieſtatẽ veſtris horrendis peccatis offendere aude-
tis? O quã meritò cuilibet veſtrũ id dicere poſſum, quod famuli Re
4. *Reg.* 18. gis Syrio Regi Ezechiæ dixerũt, ſcilicèt: Quæ eſt iſta fiducia, qua
niteris? In quo cõfidis, vt audias rebellare? An ſperas in baculo arũ
dineo, atq; confracto Aegypto, ſuper quem ſi incubuerit homo, cõ
minutus ingredietur manũ eius, & perforabit eam? O infœlix pec
cator, qui in vita fragiliori arundine confidis, quæ cum minus cogi
taueris, confringetur, & tu in infernũ perpetuò torquendus cades. 11

Cæterùm Dño è templo egreſſo atq; in monte Oliueti conſi-
dente acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò, & ab eo huius tantæ rui
næ tempus quæ ſierũt. *Dic* (inquiũt) *nobis, quãdo hæc erunt, & quod ſi-*
gnum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? Quia enim diſcipuli tem
plum illud perpetuò duraturum arbitrabantur, neq; vnquam niſi
cum ipſo mũdo ruiturum, ideò de vtraq; re ſimul quærũt, ſimulq;
Dñs vtriuſq;, ſcilicet, ruinæ atq; iudicij ſigna prodit in ſacro ho-
dierno Euãgelio, vbi ſic ait: *Cum videritis abominationem deſolationis,*
quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto qui legit, intelligat.
Danie. 9. Hoc in loco Dñs Danielis Prophetæ clariſsimũ vaticinium citat,
qui ſic ait: Poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, &
non erit eius populus, qui eum negaturus eſt: & ciuitatem & ſan-
ctuarium diſsipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſti 12
tas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio, &c. vſq; ad finem capitu-
li. Vocatur hic hebdomada numerus ſeptem annorum, quia ſicut
hebdomada dierum, ſeptem diebus conſtat ita hebdomada anno-
rum ſeptem annis conſtabat. Non ſegniter certè Dominus ani-
maduerti voluit, nempè vaſtationem ciuitatis & templi poſt mor
tem Chriſti à Propheta prænuntiatam, quæ eſt efficaciſsimum ar-
gumentum aduentus Chriſti Redemptoris noſtri. Si enim poſt
eius mortem ciuitas illa deſolanda erat, & deſolatio perpetuò du-
ratura prædicatur, ſequitur ergò Meſsiam non modò iam veniſſe,
ſed etiam pro mundi ſalute immolatum fuiſſe. Quia igitur ſalutis
& vitæ noſtræ fundamentum, fides in Chriſtum eſt, quæ hoc ar-

gumento

13 gumento euidentissimè confirmatur; ideò Dominus ait; *Cùm videritis abominationem, &c. Qui legit, intelligat*: hoc est, Quisquis desolationem hanc viderit, manifestè colligat, venisse, ac passum esse iam Christum, post cuius aduentum & mortem abominatio delationis cõsecutura erat. Vocat autem illam abominationem, quoniã ab idololatris & abominandis hominibus ciuitas vastãda erat, nempè ab exercitu Romanorum. Et ait, stantem in loco sancto, quia verè stetit Romanorum exercitus in eo; non enim obiter occidit Hebræos, sed perseuerans desolando locum illum sanctum & ciuitatem. Quòd autem hæc sit abominatio, de qua hîc loquitur Dominus, apertè D. Lucas testatur, qui hanc diuini Magistri *Luc. 21.* responsionem referens ait: Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tũc scitote, quia appropinquauit desolatio eius. Deus
14 in desolatione illius magnificentissimi templi ad instar medici se *Simile.* habuit, qui, cum ægrotus aliquis acutissima febri laborat, iubet ad euitandum maius malum, vt ei vas aquæ frigidissimæ potandum præbeatur, at prætermissa ea occasione iubet, ne aquam bibat, q̃ si non vult, vas ipsum, per quod ægrotans potabat, frangi præcipit. Sic Deus Hebræis in malum propensis propter consuetudinem AEgypti carnes in templo sacrificare imperauit, ne, videlicet, in idololatriam laberentur. Sed postquam diuinus medicus in cruce dixit, Consummatum est, iam non erat tempus illas carnes offerendi; & quoniam ab illis mortiferis sacrificijs se se abstinere noluerunt, ideò ipse templum deturbari & solo æquari iubet. Magnam certè Deus pœnam illis imponit, à quibus occasionem ac dispositionem loci, temporis, atque aliorum mediorum aufert,
15 quibus ipsi ad seruitium eius commoueri solent: nam cum hæc habent, magnum ab eodem Deo beneficium accipiunt. Satis benè hoc Regius Propheta intelligebat: Siquidem cùm à facie Ab- *2. Reg. 15.* salonis filij sui fugeret, Sadoch sacerdoti dixit; Reporta arcam Domini in vrbem, si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam. Non dixit, Si inuenero gratiam in oculis Domini, restituet mihi regnum, sed, Ostendet mihi arcam. De regno verò dixit; Si autem dixerit mihi, Non places, præsto sum; faciet mihi quod bonum est in cõspectu suo. Vbi apparet, ipsum pluris fecisse, arcã videre, quam regnum cõsequi: arca enim ei motiuũ erat, quo plus Deũ diligeret, in memoriã nanq; ei reuocabat ingentia beneficia, quæ in populũ Israeliticum contulerat.

Hæc

Hæc etiã veritas ex illo, quòd in Regũ historia legitur, cõprobatur. 16
3. Reg. 9. Vbi Dñs cũ Salomone sic locutus est: Si autẽ auersione auersi fueritis vos & filij vestri, non sequẽtes me neq; custodientes mandata mea, sed abieritis & colueritis Deos alienos, auferã Israel de superficie terræ, quã dedi eis, & templum, quod ædificaui nomine meo, proijciã à conspectu meo. Grãde profectò suppliciũ fuit, Hebræos tantũ fauorẽ amisisse, quale erat tẽplum, in quo Deus eos auditurũ se esse promiserat. Et cũ Dñs ait, Si auersione auersi fueritis: significat, se non ob quæcunque peccata hoc supplicio homines punire solere, sed ob illa, quæ ipsi maxima cùm malitia & ex proposito ac perseuerãtia cõmittunt, hoc enim in illa verbi reduplicatione denotatur. Est autẽ hic valdè põderandũ, Dominũ peccatores, antequã eos cũ diluuio puniret, per centũ annorũ spatium expectasse. Nàm
Gene. 6. licèt in sacro Geneseos libro dixerit, Non permanebit spiritus meus 17
(id est anima, quæ à me creata est) in homine in æternum, (id est, per longũ tempus) quia caro est, (hoc est, carnalis) eruntq; dies eius centũ & viginti annorũ, id est, eos ad pœnitentiã expectabo per centum & viginti annorũ spatiũ, antequã ipsos cũ diluuio euertam, tamẽ quoniã ab illa Dei patientia, & cõminationibus, quibus dum fabricaretur arca Noe, eis minabatur, vtilitatem educere noluerunt, ideò ex illa tota summa centũ & viginti annorũ Deus viginti ab-
B. Hierony. stulit & abbreuiauit, sicut B. Hieronymus super hunc locũ adnota
super Gene. uit. Itaq; ipse post centũ annos istos puniuit, Aegyptios verò octo
6. ginta expectauit, vt ex sacro Exodi volumine colligitur, vbi volẽs
Exodi. 7. Sacra scriptura recensere flagella & euersionem illius infœlicissimi regni inquit: Erat autem Moyses octoginta annorum. Dùm annos sancti Moysi Prophetæ cõmemorat, voluit spiritus sanctus in hoc 18
duo significare. Alterũ, vt videremus, cui Deus populũ suũ cõmendabat, videlicèt, Viro seni & non adolescentibus profanis & inexpertis. Atq; ità per Isaiam Prophetã minatur, se ob populi peccata pueros principes esse daturum. Alterũ verò, vt intelligeremus quã lõgo tẽpore Deus AEgyptios expectauerit, antequã ipsos puniret. Nã cũ S. Moyses in lucem editus fuit, iã AEgyptij nefariam illam crudelitatẽ, qua pueros Hebrẽos suffocabant, & alias quã plurimas tyrannides committebant, ob quas funditus euerti merebãtur, sed pijssimus, Deus eos octoginta annis, vt cõuerterentur, expectauit. Minus spatiũ tẽporis eis cõcesserit, quã illis quos diluuio subuertit, eò q̃ maiora beneficia accipiẽtes atrociora crimina perpetrabant.

Hebræos

19 Hebræos autem quadraginta annis tantum modò expectauit, quoniam iniquitates eorum maiores, quam Ægyptiorum erant, & his quadraginta annis innumerabilia portenta & miracula Dominus in omni illa terra operatus est, vt ex Apostolorum Actibus apparet, à quibus perpauci vtilitatem eduxerunt se ipsos ad sanctissimam Iesu Christi fidem conuertentes respectu plurimorum, qui in infidelitate sua summersi remansere: quam obrem eos Dominus in hoc mundo tanta seueritate punire voluit.

Exponens ergò cœlestis magister magnitudinem illius vastationis inquit. *Tunc qui in Iudæa sunt, fugient ad montes*: Tanta enim erit vis atque potentia inimicorum, vt nulli nisi per fugam pateat ad salutem aditus. Fugient, inquam, ad montes, vt inter feras tuti lateant, quibus inter homines nullus erit tutus latendi locus.

20 Exaggerat deinde fugæ necessitatem, cum ait. *Qui est in tecto non descendat, tollere aliquid de domo sua, & qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam*: Tāta enim fugiendi necessitas erit vt relictis omnibus vitæ suæ quisque consulat. Quid igitur, qui fugere non poterunt? Horum miserrimam conditionem protinus exponit, cùm ait: *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus*, Quæ, videlicèt, dum vel ventrem gestant, vel pueros lactant, ad fugiendum minus expeditæ sunt. Atque ad ipsum facit, quod deinde sequitur: *Orate, nè fuga vestra fiat in hyeme, vel Sabbatho*, Quando non licèt longum iter conficere. His omnibus modis vastationis huius magnitudinem Dominus significat. In hoc ostensum fuit odium magnum, quo Deus peccatum insequitur, siquidem populus ille, quem elegerat ob suā infinitam clementiam, & non pro meritis ipsius, tanto rigore ab eo

21 postea destructus & euersus fuit. Non ipsum elegit, quia populus magnus erat, vt Sanctus Moyses in Deuteronomio perpendit dicens; Cōstituit terminos populorum iuxta numerū filiorum Israel. Hoc est, (vt interpres quidam ait) Tot erant populi gentiū & adhuc plures, quot erant capita, & singulares personæ Israelis; & cùm tam multi essent gentium populi ex tot gentibus & linguis solos tantū filios Israel in populum & peculium sibi altissimus elegit. Quod beneficium amplificās Moyses ait. En Domini Dei tui cœlum est, & cœlum cœli, & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & elegit eos, & semen eorum post eos. Quod perinde est acsi diceret; Non egebat Deus vestro famulatu, qui cœlorum Dominus est, sed

Deut. 32.

Deut. 10.

sola bonitate sua elegit vos atq; dilexit, & non vulgari quidē sed ar- 22
ctissima dilectione. Id enim significat cū ait, Conglutinatus est &c.
Nihil certè erat in illo populo, siue gratiæ, siue naturæ, siue fortunæ,
quod Dominum ad huius tātæ electionis beneficiū excitare potuis
set. Ruditatē enim eius apertissimè extrema illa dementia declarat,
qua morante diutius Moyse in monte cū Domino ad Aaronē cō-
Exod.32. uenientes dixerunt: Fac nobis Deos, qui nos præcedāt; Moysi enim
huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. Quod perinde est ac si dicerent: Hic Moyses, qui nos promissis suis ex terra Ægypti eduxit, intelligens, se quod promisit, implere non posse, vt nos, videlicet, in terram lacte & melle manantē introduceret, pudore & metu correptus in recōditas rupes aut obscura nemora se abdidit, nosq; dereliquit, quo circa tu nobis Deos fac, qui nos in hoc itinere præcedāt, quorū auspicijs & virtute Chananæo 23
rum terrā occupare valeamus. Animaduertite quæso fratres cæcitatis huius magnitudinem; ab homine exigunt, vt Deos faciat. Quis trūcus aut saxum hoc postularet? Quin & illud non minoris insaniæ conflato iam vitulo dicunt: Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Recentissima adhuc extabant insignia illa miracula atque portenta, quæ Dominus in eorum gratiam patrauerat; præsertim cū ipsis etiā stupentibus vndis per mediū maris nouū & inuium humanis gressibus iter aperuit, & phalanges atq; currus Pharaonis contortis inter se maris vorticibus summersit. Tamen ea cæcitatis magnitudo eorum mentes oppresserat, vt conflato recenter vitulo dicerent. Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerūt de terra Ægypti. Satis vel hoc vno argumēto liquere puto fratres, quanta eo tempore fuerit huius populi ruditas & ignorantia, vt omittam eius rebel- 24
lionem & perfidiam, quæ hoc eodem indicio perspicitur. Cæterùm hoc non obstante Deus hunc populum in tantæ dignitatis gradum
Deute.32. perduxit, vt Moyses in Deuteronomio dicat; Circunduxit eum, & docuit, & custodiuit, quasi pupillam oculi sui; sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eos, & portauit in humeris suis. Quibus igitur alijs verbis paternam erga hunc populum prouidentiam potuit sanctus vir significare, quam his, quibus testatur, Deum eos tanquam pupillam oculi custodisse? Quid enim diligentius, quàm pupillam oculi custodimus? Quid illud etiā, quod instar aquilæ alas suas expādit,

& por-

25 & portauit in humeris suis? Sed videamus, quò hæc tanta sublimitas (vbi peccatũ interceſsit) collapſa ſit: vt hac ratione intelligamus, quò nos eleuet gratia, quò culpa deijciat. Cùm igitur in hanc dignitatem populus ille euectus eſſet, ad Deos alienos conuerſus eſt; quo ſcelere ità Dominus fuit ad iracundiã prouocatus, vt totum illũ adeò vehementẽ amoris ignem in ardentiſsimum ignẽ verteret indignationis, quem tremendis verbis & longa oratione Moyſes in cantico ſuo ex preſsit, cùm Dominum ſic loquentem inducit: Ignis accenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni nouiſsima, deuorabitq; terram cum germine ſuo, & montium fundamẽta comburet. Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor; iuuenem ſimul ac virginem lactentem cum homine ſene. Et dixi, Vbi nam ſunt? Ceſſare faciam ex hominibus *Deute. 32.*

26 memoriam eorum. Expendite quæſo fratres ſingula huius indignationis verba. Quot enim verba, tot fulmina ſunt, quibus Dominus iræ ſuæ magnitudinem & peccati odium hac tam multiplici atque horrenda pœnarũ atrocitate declarauit. Deniq; vbi diuina patientia & miſericordia immiſsis quotidie nouis Prophetis eos ad meliorem mentem reuocare voluit, nec impetrauit, vbi diu illos fruſtrà expectauit, eos tandem repulit à conſpectu ſuo. Sic enim dixit ad Sanctũ Hieremiam: Eijce illos à facie mea, & egrediantur. Quòd ſi dixerint *Hiere. 15.*
ad te, Quò egrediemur? dices ad eos: Qui ad gladium, ad gladiũ, qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem, dicit Dominus. Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies: gladiũ ad occiſionem, & canes ad lacerandũ, & volatilia cœli & beſtias terræ ad deuorandũ & diſsipandũ, & dabo eos in ſeruorem, hoc eſt, (vt alius interpres vertit) in diuexationem vniuerſis regnis terræ. En fratres quantum ſit peccati virus atque malitia, quòd tantam amicitiam in tantã inimicitiam cõmutauit. Verùm hæc omnia, quę impleta fuerũt, cùm Chaldęi Hieruſalẽ deſtruxerunt, quanuis fuerunt maxima, leuia tamen ſunt prę his, quæ ſequũtur: illa enim captiuitas Babyloni-

27 ca ſeptuaginta annorum fuit, ea verò, quæ per Romanos facta eſt, (de qua in pręſenti Euangelio Dominus agit) per mille iam & quingẽtos annos & eo plus durat, neq; vnquã reuocata eſt. Cuius lamentabilem hiſtoriam Ioſephus, qui in ea obſidione interfuit, deſcribit. *4. Reg. vlt.*
De quo B. Auguſtinus ad Iſichium ſic ait: Nã & Ioſephus talia mala dixit populo illi accidiſſe, vt vix credibilia videantur. Tanta enim *B. Augu. ad Iſichiũ.*

strages hominum in illa ciuitate facta fuit, vt fame, ferroq;, & peste 28
vndecies centena millia hominum conciderint (Hinc patet quod
B. Tho. 2. 2 perquàm doctè ait Beatus Thomas, scilicet, filios optimo iure puni-
q. 108. ar. ri propter peccata parentum, sicut propter peccata Ægyptiorum pe-
4. ad. 2. rierunt primogeniti eorum, & propter peccata Hebræorum eorum
filij in hac vastitate mortui sunt) Reliqui verò, qui mortem euaserũt
in duriorem morte captiuitatem inciderunt. Nonaginta enim mil-
lia hominum in captiuitatem ducta fuerunt, qui per varias mundi
plagas iusto Dei iudicio dispersi sunt. Habitantibus enim illis He-
bræis inter fideles ad fidem conuersos eis esset motiuum & occasio
continuò in memoriam reuocandi sacratissimam Christi Redem-
Psalm. 58 ptoris nostri mortem. Quod videtur in Psalmo quinquagesimo
octauo prædictum fuisse & prænuntiatum, vbi dicitur: Deus osten
dit mihi super inimicos meos, nè occidas eos, ne quando obliuiscan 29
tur populi mei: Disperge illos in virtute tua, & depone eos protec-
tor meus Domine, quia, scilicet, in tuæ pretiosissimæ passionis me
moriam remanent. Denique tanta fuit calamitas illa, vt hîc summa
veritas dicat: *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mũ*
di vsque modo, nec fiet. Quæro, non erit maior tribulatio tempore An
tichristi? Dico, hanc fuisse maiorem, siquidem hîc Christus Seruator
noster hoc dicit, sed intelligitur maiorem fuisse apud Iudæos tantũ.
Nihilominus longè maior erit tempore Antichristi in toto orbe po-
tissimè aduersus fideles.

Et addit Dominus, *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fiet salua omnis*
caro; sed propter electos breuiabuntur dies illi. Super quo inquit Beatus
B. Augu. Augustinus; Non debemus ambigere, quando euersa est Hieroso-
ad Isichiũ ma, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circuncisione credide- 30
rant. Quanquàm Israelitæ in deserto peccauerũt, cum vitulum ado-
rarũt, (vt sacra narrat historia) rectè tamen intellexit Sãctus Moyses
Exod. 32. inter plurimos malos aliquot bonos esse solere. Ideò ait; Siquis est
domini, iungatur mecum, statimque congregati sunt ad eum om-
nes filij Leui. Sic cum Hierusalem euertebatur, licèt in ea plurimi es-
sent mali, aliqui etiam boni erant, quos Dominus ibi ad maiorem
ipsorum coronam torqueri voluit. Sancto Thobiæ Angelus hic di-
Tobia. Vl- xisse à sacra pagina memoratur: Quia acceptus eras Deo, necesse
timo. fuit, vt tentatio probaret te. Nunquid virtus illius sancti viri in mul-
tis misericordiæ operibus, quæ quotidie faciebat, non probata erat?

Nequa-

31 Nequaquã omnino. Apertius enim cognoscimus, quis fuerit sanctus vir in occasione, quam habuit amittendi timorem & amorẽ Dei propter paupertatem & cęcitatem, ad quã deuenerat, quam in sepeliendis mortuis & alijs sanctis operibus, cũ Deus ei fauebat, exercendis. Apertius etiã ostensum fuit, quã armatus his armis erat S. Iob in infortunijs, quę passus est, quã in operibus pietatis, quæ exercuit, siquidẽ cũ tot casibus & infortunijs, videlicet amissione facultatũ salute, & filiorũ morte expugnatus esset, tamen casus ita repẽtinus eũ nunquã imparatũ potuit inuenire, vt vnũ duntaxat verbũ incõpositum loqueretur. Sic voluit Dñs, vt electi, qui in Hierusalem commorabantur, illis grauissimis tribulationibus probarentur. Et licet verisimum sit, ipsum Deũ iustis ad resistendũ contradictionibus aduersariorũ vires & fortitu
32 dinẽ præbere, atq; ita sancto Ezechiel dixit, Vt adamantẽ & vt silicẽ dedi faciem tuã; in quo significauit, illum, qui iustũ persequitur, sibi ipsi nocere, siquidẽ Deus pollicetur, se ei faciẽ adamãtinam præbiturum, (*Que dando en el golpe, resulte en quien lo tira, y no haze impression en el diamante*) nihilominus tamen sanctus propheta inquit: Non relinquet Dominus virgam peccatorũ super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Ideò hic dicitur: *Propter electos breuiabuntur dies illi.* *Ezech.3.* *Psal.124.*

En fratres, qualis à radice peccati fructus proueniat, en quale sit stipendiũ eius, en magnitudo diuinæ iustitiæ: en quo odio Dominus prosequitur impios, dũ quos ipse plãtauit, euellit; & quos vsq; ad sidera eleuauerat, vsq; ad inferos detraxit. Quam miserabilem tragœdiam & causam eius breui Dominus sermone per
33 Hieremiã Prophetam cõplectitur, cum ait: Reliqui domũ meã, dimisi hæreditatẽ meam, dedi dilectã animam meã in manus inimicorũ meorum. Ecce quã appellat domum suam, hæreditatem suam, (quodq; tenerrimum est) animam suã. Summũ enim erat, appellare eos animã suam: sed supra summum etiam adiecit aliquid maius,, nẽpe dilectam animã suam, quam tamen, vbi peccatum intercesit, tradidit in manus inimicorũ. Hoc etiã idem Dominus significauit, cũ Prophetã Ieremiã vocãs, ei dixit: Vade & posside tibi lũbare lineũ, & pone illud super lũbos tuos: (hoc est, cinge corpus tuũ quadã fascia lintea) quod prẽceptũ sanctus vir opere cõpleuit. Et factus est sermo Domini ad eũ secũdò dicens: Tolle lũbare, quod est circa lũbos tuos, & vade ad Euphratẽ, & *Ieremia.12.* *Ieremia.13.*

abscõde ibi illud in foramine petræ, & abscõdit illud in Euphrate 34
sicut præceperat illi Dñs. Post dies autem plurimos dixit Dñs ad
eũ: Vade ad Euphratẽ & tolle inde lũbare, quod præcepi tibi, vt ab
sconderes illud ibi. Et abijt S. Propheta ad Euphratẽ, & tulit lũ
bare de loco, vbi absconderat illud, & ecce cõputruerat lũbare ità
vt nulli vsui aptũ esset. Et factũ est verbũ Dñi ad eum dicens, sic
putrescere faciã superbiã Iuda & superbiã Ierusalẽ multã: popu
lum istum pessimũ, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in
prauitate cordis sui, abieruntq; post Deos alienos. Sicut enim ad
hæret lũbare ad lũbos viri, sic agglutinaui mihi omnẽ domum Is-
rael & omnem domũ Iuda, vt essent mihi in populũ, & in nomẽ,
& in laudẽ, & in gloriã, & nõ audierunt. *O vala me la beatissima Tri-*
nidad, & quæ res tam stupenda videre populũ, quem Deus tã sin-
gulari amore sibi coniunxit, tam ingratũ extitisse, vt à Dño tãto 35
odio habitus esset, vt dicat, computrescere faciã eum, & erit sicut
lumbare istud, quod nulli vsui aptũ est. O terribilẽ Dei seueritа-
tem: O tremendã omnipotentis iustitiã. Quis tam ferreus est, qui
hæc audiens non contremiscat? Ideò dilectissimi fratres, incredu
lis relictis ad nos ipsos veniamus: hęc enim Philosophia nõ ad eos
modo, sed ad nos quoq; multò magis pertinet, vt potè qui longè
maiora beneficia quã illi per Christum Saluatorẽ nostrum recepi
mus. Quantũ enim à lege distat euangeliũ, tantum beneficia no-
stra illorum beneficia superant: illorũ enim beneficia magna ex
parte ad corporis vsum pertinebant, nostra verò ad mẽtis cultum
& ornatũ spectant. Quæ cùm ita sint, quid hic aliud consequi ne
Heb. 2. cesse est, nisi quod Apostolus admonet, cum ait: Propterea à abun
dantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè pereſ- 36
fluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est fir-
mus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustã merce-
dis retributionẽ, quomodo nos effugiemus, si tantã neglexerimꝰ
salutẽ? Si enim diuinorũ beneficiorũ abusus & ingratitudo talem
illi populo cladẽ peperit, quid nobis ab eodẽ iudice Deo timen-
dũ est, qui longè plura & maiora recepimus, nec illis tamẽ melio
res, sed forsan peiores redditi sumus? Volens aliquando Dñs He-
Osea. 10. bræos illos supplicio afficere, dixit per Oseam Prophetã: Iuxta
desiderium meũ corripiam eos, congregabuntur super eos populi
cũ corripientur propter duas iniquitates suas. Perpendite fratres
quomodo ꝓpter duas iniquitates eos Dñs iuxta desideriũ suum
punire volebat, nũc autẽ inter nos, qui cælesti euangelij doctrina

37 sum? illuminati & eruditi, nō duę solū iniquitates sed innumerabiles reperiētur. Certè si quis cōmunes Christianorū huius ętatis mores & vitā diligēter considerauerit, eāq; cū fide, quā profitētur cōtulerit, nō poterit, si vel micā cerebri habeat, nō vehemēter admirari, cū tātū inter vitæ regulā & vitā ipsam interesse videat. Certè infideles ipsi, si vtrūq; perpēderent, vix in animū inducere possent, nos ea firma & vera esse credere, quę cōfitemur. Cicero enim de diuina prouidentia cū Epicuro philosopho disputans, vel suo vel Epicuri nomine impossibile esse ait: eū, qui Deū proborum & improborū rationē habere credat, nō dies noctesq; diuinū numen timere. At nos fratres hoc ipsum & incōcussa fide credimus, & suppliciorum atq; præmiorū magnitudinē eadē fide instituti nouimus: cū tamen multi ab hoc trepidationis affectu adeò lōgè
38 absint, vt vix hoc ipsum illis vnquā in mentē veniat. Quid igitur dicemus hos ob innumera flagitia, quæ passim cōmittunt, amisisse fidē? sicut illi, de quibus Dñs per Sophoniā Prophetā ait: Scrutabor Hierusalē in lucernis, & visitabo super viros defixos in fœcibus suis, qui dicunt in cordibus suis: Non faciet bene Dñs & nō faciet malè. Hoc est: Ita ego Hierusalē scrutabor, vt nec vnus maneat, ad omnes illos supplicio afficiendos, qui suis in peccatis fixi sunt, ob quorum multitudinē eò deuenerunt, vt amiserint fidem dixerintq; in cordibus suis, (quod ore nequaquā proferre audēt) Nec Deus nos puniet propter flagitia nostra, nec nobis propter virtutes nostras aliquod præmiū cōpensabit. An dicemus hos improbos Christianos fic fidē amisisse? Nullo modo: sed eā multis modis impeditā & obscurā eos habere. Vt enim arbitrij nostri li-
39 bertas peccatorū multitudine debilitatur, quanuis non extinguatur, (semper enim liber ad peccandū vel non peccandū homo remanet) ità fides quo magis homo delinquit, & peccata peccatis addit, eò magis obscuratur & impeditur, nunquā tamē nisi hæresis perfidia intercidit. Vt igitur lucerna intra modiū cōdita splendorē quidē suum detinet, sed obiectu tamē adiuncti corporis, ne aerē illuminet, impeditur ità fides, quę in Christiani hominis mēte in baptismi sacramēto infusa est, incōcussa semper manet quāuis peccato intercedente non perindè vt anteà vim suam emittat.

Cicero lib. 3. de nat. Deorum.

Sophon. 1.

Simile.

Hoc igitur in causa est fratres, curtā multi fideliū, q fidei lumine instituti imperuestigabiles cęlestis glorię diuitias & sempiterna Gehennæ supplicia pijs & improbis cōstituta, & rationē de tota

vita ad verbū vſq; ocioſum eſſe reddendā firmiſsimè credūt, fla- 40
gitioſe tamen viuant; quia quāuis harū rerū fidē habeant, mortuā
tamen habent, quę vitalē illam vim & acrimoniā, quā ante habe-
bat, amiſit: propter quod in eandem ferè calamitatē & vaſtatio-
nem, in quam Hebręi deuenerunt, nos quoque incidimus. Olim
enim per totum penè terrarum orbem florēte adhuc Romanorū
imperio Chriſtiana religio protendebatur, at vero noſtra ætate
quota nobis Chriſtiani orbis portio relicta eſt? An nō apertè hic
videmus eundē Dominū in eadē cauſa eandē omninò ſententiā
protuliſſe, eademq; ſeueritate vſum fuiſſe? An non videmus hic
Rom. 11. illud Apoſtoli vaticiniū impletū? Ait enim: Si aliqui ex ramis fra
cti ſunt, tu autē cū oleaſter eſſes, inſertuses in bonā oliuā, noli al- 41
tū ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis nō pepercit,
nec tibi parcet. Vere enim Iudæi legitimi & germani filij Dei
erāt, nos cōtra hoſpites teſtamētorū & peregrini; illi naturales ra
mi oliuę, nos inſertitij. Si ergò adeò ſeuerè Dñs cū naturalibus ra
mis egit, vbi aduerſus eū peccatū eſt, quid nos ſperare par erat, ſi
in ſimilia crimina inciderimus? Hoc ergò nomine multò magis
nobis quā illis timendū eſt. Sic enim Dñs per Prophetā Ieremiā
Ieremia. 25. ait: Ecce in ciuitate, in qua inuocatū eſt nomen meū, ego incipio
affligere, & vos eritis immunes? Non eritis immunes dicit Dñs.
Ierem. 6 Vbi autē nos apud eundē legimus, Ecce ego adducā mala ſuper
populū iſtum, quia verba mea non audierunt, alia trāſlatio habet
Ecce ego adduco mala; & ſic eſt etiā in contextu Græco, & in pa
Ierem. 23. raphraſi Chaldaica. Et vbi nos legimus, Ecce turbo dominicę in-
dignationis egredietur, & tēpeſtas erūpens ſuper caput impiorū,
alia translatio habet, Ecce turbo dominicæ indignationis egredi- 42
tur: & ſic eſt etiā in contextu Græco, & in paraphraſi Chaldaica.
In quo ſignificatur, adeo citò ac adeó ineffabiliter ſuper impro-
bos ſuppliciū venturū eſſe ſi ſe in meliorē viuēdi ſtatum nō rece-
perint, vt illud iam præſens putare poſsint. Cæterū cū hęc tanta
diuinę ſeueritatis atq; iuſtitię vis mētes hominū perterrefaciat, &
pœnitētiā inducat, nō deſunt impijs ſua diuerticula, ad quę cō
fugiant, quo ſe in ſceleribus ſuis perdurātes cōſolentur & tuean
tur: interquę vnū vulgatiſsimū eſt ſpes pœnitēdi in hora mortis.
Ait enim miſer peccator: Cū morti proximꝰ fuero, tunc teſtamē
to reſtituā, tūc ſalutaribus ſacramētis deuotè ſuſceptis in pace diſ-
cedā. O ſtulte ſtulte, memēto quòd ſicut Dñs de illa Hieroſolymę
vaſtita-

43 vastitate loquēs dixit in euāgelicæ lectionis initio: *Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus*, Sic ad nostrū propositū potest dici: Væ illis, qui in instanti mortis agone salutaris vitæ propositū cōcipiūt. Parū enim idoneū tempus est inchoandi nouā vitā, cum vita deficit, sine qua noua vita esse nō potest. Nemo igitur salutis suæ præsidiū in sola extrema pœnitētia ponat. Ante oculos sem per illa Beati Iob sententia habenda est: Si repēte interroget, quis respondebit ei? Repentè autē Dominus interrogat, cū hominē in ea hora imparatū & multis sceleribus irretitū inuenit. Quid ergò tunc tēporis homo peccatis assuetus respondere æquissimo iudici poterit, qui toties ab eo etiam admonitus respicere noluit? De quibusdā peccatoribus dixit Propheta Oseas: Quia ventū semi- *Iob.9* *Osea.8.*

44 nabūt, & turbinē metēt. Insanum & ab omni ratione alienum est existimare, quòd si seminas in corde tribulos, collecturus sis triticū satietatis & consolationis. Ventus peccatū est, & turbo tempestas æternaq; dānatio, quā in hora mortis, si verā nō egerit pœnitentiā, certissimè peccator percipiet. Et quā laboriosum quamq; difficile sit, eam vt oportet, in illa extrema hora agere, vos quodā exemplo Antiochi Regis Asiæ in mortis agone constituti docere & significare volo. Hunc enim crudelissimū carnificē, templiq; & religionis euersorē superius ille iudex acerbissimo viscerū & internorū dolore percussit; & ita factū est, vt qui supra humanum modū elatus erat, tūc humiliatus ad terrā in gestatorio portaretur, manifestā Dei virtutē in semetipso contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirēt, ac viuētes in doloribus carnes eius efflue rent, odore etiā illius & fætore exercitus grauaretur. Itaq; his do- *2. Macha. 9.*

45 loribus pressus multis miris q; modis se Domino satisfacturū promittebat. Primū enim Hierosolymā pollicitus est libertate se donaturū, & Iudæos pares Athenien sibus facturū, & tēplum etiam sanctū (quod prius spoliauerat) optimis ornaturū, & pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præbiturū. Quid his amplius requires? Addit etiā aliud nouū atq; mirandū, se, videlicet, Iudæū futurū, peragratoq; omni loco terrę prędicaturū Dei potē tiā, quā in dolorū suorū acerbitate cognouerat. Quid his maius à Rege Iudæorū nationi & religioni infestissimo promitti potuit? Audistis fratres, quā multa atq; miranda rex hic instante mortis hora pollicitus fuerit: sed quē tandē fructū hac pœnitentia, quam nō Dei sed sui ipsius amor expresserat, fuerit assecutus, declarat

sermo diuinus, cũ protinus subdit: Orabat ille sceleſtus Dominũ, 46
à quo nõ esset misericordiã cõsecuturus. Quis igitur eorũ, qui vitam omnem in ludo & otio varijsque voluptatibus consumpserũt, qui periurijs, odijs, detractionibus, adulterijs, & terrenis opibus inexplebili cupiditate congerendis, omniq; turpitudinis genere animã suam commacularunt, certam sibi salutem in extrema illa pœnitentia polliceatur, qui regem hunc tam magna eodẽ tempore proponentẽ à diuina misericordia excluſum & ad sempiterna supplicia damnatum videat? O deplorandam perditorũ hominum cæcitatem, o amentiam, o delusarum mentiũ stuporem, quæ hanc tantam rem neq; aduertunt, neq; cogitant, neque sibi opportuno tẽpore consulere volunt, quoniã illa extrema hora ad veram agendam pœnitẽtiam impeditissima est, quę totam hominis mentẽ atque animum requirit, quam alio atq; alio vocãt 47
mille dolorũ & curarũ agmina, quæ ægrotantem & migrare parantem vndiq; obsident, & velut captiuũ tenent: hoc est enim, quod mysticè in hac sacra lectione Dominus significauit, cum dixit: *Orate ne fuga vestra fiat in hyeme*, Quod hoc tẽpus ad fugam minus commodum sit. Non minus autem ad fugam sæculi atq; pec cati tempus mortis parum aptum est. Quandò vxor deflet paruuli plangunt, familia perstrepit, medici vadunt & & redeunt, ingrediuntur & egrediuntur, alia subinde atque alia medicamenta nihil profutura mutantes, dolores verò ipsi atque corporis æstus & imbecillitas vsque adeò hominis mentem occupatam tenet, vt vix aliud cogitare possit, quam quod illum pungit. Quisquis igitur peccatum hoc tempore deserere vult, is verò in Sabbatho atque hyeme, hoc est, tempore valdè difficili fugã meditatur. Hæc 48
igitur extrema pœnitẽtia periculi plenissima est, vt potè quę magis ab instanti necessitate magisq, ab amore sui, quam ab amore Dei proficisci videatur.

Sed dicetis forsitã: Quid igitur faciemus, vt hoc tantũ periculũ effugere valeamus, & vt ad pœnitentiã statim agendã incitemur? Ad hoc respõdeo, vnũ ex efficacioribus remedijs esse, ob oculos semper habere id, quod Dñs in fine huius sancti Euãgelij tractat, scilicet, tremẽdũ iudiciũ, post quod ęterna inferni supplicia impios expectant. Solẽt medici in grauioribꝰ morbis septimũ quẽq; *simile.* diẽ diligenter obseruare, quẽ illi criticũ appellãt, in quo aiũt naturã ipsam ad vim morbi repellendam acrius incitari. Quo fit, vt

si eo

49 si eo die quo aliquã spem salutis concipere poterant, æger nihilo-
melius valeat, periculosissimè illum ægrotare dicant. Si igitur fra
tres, hoc adeò insigni fidei nostræ dogmate (quod ad cõmouen-
dos animos potissimum est) nihil obdurati homines mouentur,
non video quid illis aliud proponi possit, quo ad agendam pœ-
nitentiam moueantur. Hoc efficacissimo remedio vtebatur san-
ctus Dauid, & pœnarum illarum æternitate stupefactus & attoni
tus aiebat: Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente ha *Psal. 76.*
bui: meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scope
bam spiritum meum. Quid autem cogitabat? Nimirum inextin-
guibilis illius ignis æternitatem, & implacabilem diuini numinis
iram. Subdit enim: Nunquid in æternum proijciet Deus, aut
non apponet vltra, vt complacitior sit adhuc? aut in finem mise-
50 ricordiam suam abscindet à generatione in generationem? aut
obliuiscetur misereri Deus? & continebit in ira sua misericordias
suas? Videte quam multis verbis eandem æternitatis sententiam
repetierit. Sed singula, quæso, huius loci verba expendamus.
Meditatus sum (inquit) nocte cum corde meo. Nocte inquam
(cum omnia silent, nec tumaltuantes familiæ strepitus mentis
aciem aut perturbat, aut alio deflectit) tunc inquam terrena om-
nia atque temporaria infra me relinquens in ipsam æternitatem,
quæ omne tempus continet mentis oculos attollo, & non modò
sempiternam beatarum mentiũ fœlicitatẽ, sed sempiternã etiam
improborũ pœnam considero: quibus, videlicet, nullus ad diuinã
misericordiã prõmerẽdam aditus patet, quę res vsq; adeò animũ
meũ stupefacit & attonitum reddit, vt in hęc admirationis verba
51 me prorumpere faciat: Nunquid amator hominũ Deus, quos ad
imaginẽ suam cõdidit, & acerbissima morte redemit, in æternũ
à se proiecturus est? neq; vllis aut precibus aut sacrificijs placan-
dus? Itàne fiet, vt gratiæ ac misericordiæ suæ fluenta à generatio-
ne in generationem, hoc est, in omnia sæcula sæculorũ abscindat
nec illam fluere solito cursu patiatur? Ità nè fiet, vt obliuiscatur
misereri Deus, qui ab ipso mundi exordio, etiam cum improbos
puniuit, nihil vnquam fecit, quod non misericordiæ suæ sale con
diret? Quomodo ergo fieri potest, vt eius rei obliuionem capiat,
in qua semper versatur? Deniq; cur is, cui semper proprium
est misereri & parcere, tantum iræ suæ permittet, vt miseri-
cordiam, quæ in omnibus eius operibus elucet, quasi victam

&

& captiuam teneat? Huius ergò æternitatis consideratione stupefactus sic vitam meam instituere decreui, vt ante tremẽdi iudicis tribunal iudicatus appeream, non iudicandus: scio enim eos, qui seipsos iudicãt, ab eo minimè iudicari. Quid nos ad hęc dicemus fratres, qui has tam longas hyemis noctes non in hac pia meditatione, sed in somno aut chartarũ ludo insumimus, cùm sancti omnes sacris vigilijs integras noctes consumpserint? Cur quæso vel vnã tantum noctis horã huic studio nõ impendimus? Per infinitã Dei misericordiam vos obsecro, vt posthac sic faciatis, quo his sanctis considerationibus cõmoti vos ipsos incitetis ad agendã de hinc verã pœnitentiã; cum qua ditati gratia consequamini posteà gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. 1

In eadem Dominica. XXIIII. post Pentecosten

CONCIO SECVNDA.

Cùm videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, qui legit, intelligat. Matth. 24.

B. Hilar. *B. Hieron.* BEATVS Hilarius hoc Danielis Prophetæ vaticiniũ de Antichristo exponit. Et B. Hieronymus in homilia huius Sancti Euãgelij ait: Potest autem hoc (scilicet quod Dñs inquit) simpliciter aut de Antichristo accipi aut de imagine cæsaris. Venerabilis 2

Beda. etiam Beda de Antichristo posse intelligi affirmat: quia abominatio est illud, quod maximè abhorretur; & qui maiori quã omnes homines odio habebitur, erit ille perditionis filius; ideò per

B. Augu. super Matth. antonomasiã vocatur absolutè abominatio. B. quoq; Augustinus inquit: Antichristus ideò abominatio dicitur, quia aduersus Deũ veniens honorem Dei sibi vendicabit; desolationis autem, quia

2. Thess. 2 bellis & cædibus terram desolaturus est. Et ità ait Diuus Paulus, quòd reuelabitur homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ità vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquàm sit Deus.

Hic

3 Hic infœliciſsimus homo (vt ait B. Hieronymus & alij multi) na- *B. Hieron.*
ſcetur Babyloniæ quæ ſignificat confuſionem, quoniam omnẽ mũ *ſup. Dani.*
dum in confuſione ponet, & ex tribu Dan originẽ ducturus eſt. Et
hæc eſt cauſa (vt ait Magiſter & alij Doctores) quia tribus Dan inter *Magiſt. li.*
cæteras tribus in Apocalypſi deſignatas nõ numeratur, ſed loco ei⁹ *qui dicitur*
ponitur tribus Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph, vt patet in Geneſis vo *ſpeculũ na*
lumine, quia ex eo naſciturus eſt Antichriſtus, qui cum eius ſectato *turale.*
ribus ab illo ſacro numero expelletur. Quod præuidens patriarcha *Apoca. 7.*
Iacob dixit: Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita mordens vn *Gene. 38.*
gulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. In ſancta Dei Eccleſia eſt via *Gene. 49*
& ſemita; Via eſt vita plana & communis necnon vulgaris ſæcula-
rium, ſemita verò eſt arcta Eccleſiaſticorum religioſorumque vita.
Et erit coluber in via, quia ſæculares quaſi coluber tortuoſus multis
4 laqueis atque aſtutijs ſeducet, ſcilicet, per miracula falſa. Atque ità
inquit Diuus Paulus; Cuius eſt aduentus ſecundum operationem *2. Theſ. 2*
Sathanæ in omni virtute & ſignis & prodigijs mendacibus & in om
ni ſeductione iniquitatis. Et Beatus Gregorius inquit, quòd dũ eius *B. Greg. li.*
miniſtri Chriſtianos torſerint falſa facient miracula. Penſemus er- *32. Mora.*
gò (ait) quæ erit humanæ mentis tentatio illa, quando pius martyr *c. 26.*
corpus in tormentis ſubijciet, & tamen tortor ante eius oculos mira-
cula faciet. Quis tunc non formidabit, quando is, qui flagris cruciat,
miraculis coruſcat? Habebit etiam ad homines decipiendos inſig-
nes ac præclaros literatos & prædicatores. Quod teſtatur Beatus *Iob. 41.*
Iob dicens: Sub ipſo erunt radij ſolis. Super quod ait Beatus Grego- *B. Greg.*
rius: Quid per radios ſolis niſi cacumina ſapientium deſignãtur? Im
5 pendet etiam hominibus ingentia bonorum temporalium dona,
quibus eos ad ſuam obedientiam attrahat: erit enim ditiſsimus, quià
ſecundum Beatum Hieronymum nullus rex tunc regnabit præter *B. Hieron.*
illum, ipſe enim ſolus erit rex in toto terrarum orbe. Qui modò ob *ſup. Dani.*
quamcunque rem & minimam occaſionem oblatam mortaliter de
linquunt, quid, obſecro, facerent, ſi eis magna dona offerrentur, aut
grauiſsimis tormentis ipſi opprimerentur? De Iudæa Dominus per
Hieremiam prophetam conquerebatur dicens: Facilitate fornica- *Hiere. 3.*
tionis ſuæ contaminauit terram. In hoc verbo, Facilitate, amplificat
Dominus grandem illius gentis peruerſitatem. Et Sanctus Dauid *Pſalm. 9.*
ait: Propter quid irritauit impius Deum (*Que palabra tan ſentida ſi el*
hõbre ſintieſſe. Pero eſta tan peruertido que no la ſiente.) Quare, ô homo
miſer,

miſer, peccas, quando peccas, & irã Dei prouocas? Videtur S. Prophe- 6
ta hîc cœlũ (vt aiunt) manibus voluiſſe capere, & verba hæc magna
ſpiritus ſui afflictione dixiſſe. O humanã miſeriã eorũ, qui abſq; lu-
cro vel mercede infinitã ſui creatoris maieſtatẽ pro quacumq; re mi
nima offendunt. Sicut faciebant illi, de quibus ipſe per Ezechielem
Prophetam ait: Violabant me ad populum meum propter pugillũ
hordei & fragmẽ panis, hoc eſt, pro rebus viliſsimis & abſq; aliqua
Simile. occaſione. Venator poſtquã aues circũdedit, & retia teten dit, manibus ſtrepitũ facit, & tunc ipſę perterritæ ad volandum ſe eleuant, & in retia incidunt. Sic diabolus cum hominibus ſe gerit, eos enim ma nuum ſtrepitu terret, (ideſt, *Con vna palmada*). Et in retia ſua incidere facit. O incommutabilis Deus, & quam magna confuſio eſt, videre quàm facile & quàm paruis rebus Sathanas nunc homines decipit, & in retia ſuarum tentationum incidere facit. Quid igitur face- 7
ret ille, qui modò propter beſtiarum voluptatem, aut propter honoris cupiditatem, aut propter parum lucrum horrenda ſcelera committit, ſi tam crudeliter oppugnaretur, ſicuti homines tempore Antichriſti expugnabuntur? Ex hoc infertur, quàm innumeri futuri ſunt illi, qui ab Antichriſto ſuperandi ſunt, maximè ex diſſo
D. Paulus. lutis & in ſuis moribus deprauatis. Iccircò Diuus Paulus poſtquã di
vbi ſupra. xit, Cuius aduentus eſt in omni ſeductione iniquitatis, addidit; His, qui pereunt eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant men dacio: & ijs, qui per ſemitam gradiuntur, (qui ſunt perfecti) erit ceraſtes, qui eſt ſerpens cornutus. Per cornua ſignificantur crudeliſsima tormenta, quibus ipſe ac miniſtri eius iuſtos cruciabunt. Per quæ etiam ſignificatur eius potentia, quæ tanta erit, vt de 8
Iob. 41. eo Sanctus Iob dicat: Non fugabit eum vir ſagittarius, hoc eſt ſe-
B. Grego. cundum Beatum Gregorium; Non fugabit eum aliquis prædicatorum nec omnes ſimul. Elias quoque & Enoch licet ipſum terrebunt, eum tamen non fugabunt, quin imò ipſe eos interfici iubebit, & eorum corpora in forum vrbis Hieruſalem proijci, neq; conſen-
Apoc. 11. tiet illos ſepeliri, vt verbis clariſsimis in Apocalypſi habetur. Quæ omnia Deus in maiorem illius perditiſsimi hominis confuſionem permittet, quia (vt ibidem dicitur) Poſt dies tres & dimidium reſurgent à mortuis immortales & impaſsibiles, & videntibus eos inimicis eorum aſcendent in cœlum. Et concluſit Sanctus Patriarcha

Iacob

9 Iacob dicens, quòd hic coluber & ceraſtes erit mordẽs vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Equus eſt tota virtutum machina, vngulæ, earum fundamenta, quæ ſunt articuli fidei. Præcipuum autem, quod Antichriſtus violare ac deſtruere conabitur, erit fides, vt homines ea deſtructa ab omnibus virtutibus & earum exercitijs decidãt. Tremenda profectò res eſt, Deum tantam dæmoni concedere facultatem, vt tam magnam tempeſtatem aduerſus Eccleſiam excitet, quam tam ſingulari amore proſequitur, & cui (vt ſcriptum eſt) in fine ſingulariter eſt fauturus.

Vt autem hoc rectius intelligatis, notate obſecro, quòd (quemadmodũ Sanctus Daniel expoſuit) ſtatua illa diuerſis metallis compacta monarchiam Babyloniæ Regis Nabuchodonoſor ſignificabat; ità explicari poteſt deſcriptio illa, quã ſponſa in Cãticis de imagine Chriſti ſponſi ſui poſuit, quæ non ſolùm ſignificat, qualis ipſe in ſe ſit, verum etiam eius monarchiam & regnũ, quod in hoc mundo habet, denotat. In hac imagine caput eſt aureũ, reliquę verò partes non ſunt tantæ perfectionis; quia, cũ dixiſſet, Caput eius aurũ optimum, adiecit ſtatim, Comæ eius ſicut elatæ palmarum, oculi eius ſicut columbæ &c. & tandem concludit dicens: Crura illius colũnę marmoreæ, quę fundatę ſunt ſuper baſes aureas. Itaq; principiũ & finis aurea ſunt. Iam de fide habemus, quanta charitate & perfectione initiũ huius monarchię Chriſtianę in Sanctis Apoſtolis ac cęteris credentibus floruerit; ſcriptam etiam reperimus innumerabilem ſanctorum martyrum, Doctorum, & confeſſorum multitudinem, qui vſque ad Conſtantinum extiterunt, & in fine Eccleſiæ credentes etiam maximę perfectionis futuri ſunt, quibus Deus tũc ingẽtes fauores & gratias cõmunicaturus eſt. Hoc autem probatur primò, quia tunc ſacro ſancta Eccleſia maiores quam vnquam pertulit, afflictiones paſſura eſt, & in maioribus periculis verſabitur propter Antichriſti perſecutionẽ, quæ maior & vniuerſalior omnium erit, & ſiquidẽ victoriã reportatura eſt, quibus obſecro armis eam reportabit, niſi eiſdem quibus in initio ipſa tyrannides imperatorum ſuperauit, hoc eſt, firmiſſima fide, abundantiſſima charitate, & perfectiſſimis virtutibus, ſicut Beatus Paulus fatetur dicens, arma, quæ tunc mundi poteſtates vicerunt ſpiritualia fuiſſe? Arma inquit militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus

Daniel. 2.

Cant. 5.

10

11

2. Cor. 10.

ſcien-

scientiam Dei & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in 11
obsequium Christi. Illo etiam tempore Iudæorũ natio, quæ eo vsq;
in infidelitate & perfidia sua futura est, ad Christianam fidem con-
uertetur, & Christum Redemptorem nostrum verum Messiam &
verum Deum cognoscent, sicut vtrumq; asserit testamentũ. Et cre-
dere est, Dominum ipsis tunc esse fauturum, qui in Ecclesiam eius
magnis donis gratiæ ditati ingredientur; ad quod facit illa celebris
Zacha. 12 Sancti Zachariæ Prophetia, in qua sic habetur: Effundam super do-
mum Dauid & super omnes habitatores Hierusalem spiritum gra-
B. Augu. lib. 20. de ciuit. Dei. c. 30. tiæ & precum, & aspicient ad me, quem confixerunt. Beatus Augu
stinus testatur, hanc prophetiam de extrema mundi ætate & de He
bræorum conuersione loqui: quod & apertè colligitur ex illo Apo-
calypsis, vbi Diuus Ioannes de eo tempore loquens, & ad hæc Za-
Apoca. 1. chariæ verba alludens inquit, Ecce veniet cum nubibus, & videbit 13
eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eũ
Israel. 2, omnes tribus terræ. Insuper obseruandum est, Prophetam Ioelem,
cum de Ecclesiæ Christianæ initio vaticinaretur, hæc verba dixisse;
Et effundam de spiritu meo super omnem carnem; quibus verbis Sã
ctus Zacharias de eiusdem principio agens loquitur, cùm ait; Effun-
dam spiritum gratiæ & precum. Ex quo apparet vtraque tempora
in abundantia gratiæ & virtutis similia futura esse. Sed ad hoc nihil
Roma. 11. apertius & clarius est quam illud, quod B. Paulus de Hebræis lo-
quens inquit, scilicèt: Quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mun-
di, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quantò magis plenitudo
eorum? Et infra: Si enim amissio eorum reconciliatio est mũdi; quę
assumptio, nisi vita ex mortuis? Videlicèt, à minori argumentum cõ
cludens. Nam si Iudęi magna ex parte nõ recipientes fidem Christi, 14
se se virtute, religione, & gloria spoliarunt, & Deus Ecclesiam ex
Gentibus sibi confecit, eamque in gentibus bonis locupletauit, quo
vel ista ratione, inuidia, atque æmulatione studio accensos Iudæos
in eiusdem fidei assensum induceret, vt ibidem paulò anteà dicit B.
Paulus: Dico ergò; Nunquid sic offenderunt, vt caderent? Absit: sed
illorum delicto salus est Gentibus, vt illos æmulentur. Id est, illorum
offensio & ruina salus est Gẽtibus, vt ad æmulationẽ Iudæos prouo
carent. Si igitur (quod Beatus Paulus & Beatus Augustinus illum
enarrans argumentantur) Deus, vt gentium exemplo ad verã Chri-
sti fidem Iudæos pertraheret, gentes ipsas amore complexus salua-

esse

15 esse voluit, & non tantum saluas, sed etiam donis cœlestibus ditatas, rationi maximè consentaneum est dicere, quòd Dominus eosdem Iudæos, cùm se conuerterint, ipsumque singulari amore prosequuti fuerint, eos in quàm & sanctam Ecclesiam, in quam fuerint ingressi, donis ingentibus ditabit: atque ità erunt pedes aurei sicut & caput, hoc est, finis sicut principium. Hoc etiam Regius Propheta in quodam Psalmo elegantissimè dixit, vbi de Christi Saluatoris mundi regno ac de natiuitate & augmento eius quadam singulari metaphora rerum rusticarum agit, & inter alia inquit: Exitus matutini & vespere delectabis. Quemadmodum in die, quo æstus viget, tempora hilariora & magis læta sunt mane & vespere, quandò recedente calore aura lenis hinc indè sufflat: sic in hoc regno Iesu Christi principium & finis læta erunt, & spiritualibus consolationi-
16 bus plena. Cùm hoc igitur ità sit, quærè Deus permissurus est, quòd Ecclesia, quam ipse tanto amore prosequitur, sic vexetur & opprimatur? Ad hoc respondeo, Deum quidem id esse permissurum, ad maiorem electorum imperfectorum purgationem, & ad maiorem perfectorum coronam, & vt etiam nunc peccatores confundantur, qui pluribus sceleribus onerati saluari absq; pœnitentia & labore aliquo cogitant. Quapropter Beatus Petrus ait: Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Et si iustus vix (ideſt laborioſe & difficulter) saluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? Sed est valdè ponderandum, quòd loquens Propheta Dauid de sacrosanctæ Ecclesiæ principio, (vbi iusti grauissimos labores & tormenta passi sunt) & de fine, in quo (etiam vt Dominus hîc testatur) ipsi ingentes labores sunt perlaturi, inquit; Exitus matutini & vespere delectabis.
17 Quomodò illos voluptatibus afficiet, siquidem alij plurimos labores passi sunt, alij verò patientur? Ad hoc respondeo, hunc esse Dei erga fideles suos stylum, quòd in maioribus corporalibus laboribus eorũ corda voluptatibus & spiritualibus consolationibus adimplet. Idcircò in Prouerbijs dicitur: Non contristabit iustum quidquid acciderit ei, impij autem replebuntur malo. Satis aperte hoc in Diuo Petro apparuit; de quo in Actibus Apostolorum sic dicitur: Cùm proditurus esset eum Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Mirabile profectò, quòd cùm sanctus vir in tãto esset periculo, sciretq; sequenti die mortis supplicium se esse subi-

Psal. 64. Simile.

1. Petr. 4.

Prouer. 12.

Actuũ. 12.

turum, tamen maxima cum tranquillitate & quiete dormiebat, 18
nam lætitia cordis omnes labores ac pericula corporis superabat. Inter iustos & impios hoc differt, quòd iusti magna cum tranquillitate in catenis & carceribus dormiunt, impij verò suarum conscientia rũ stimulis in mollibus lectulis & suauissimis sindonibus quiescere nequeunt. Hæc autem suauitas & consolatio est vnus ex fontibus, vndè iusto perseuerantia in bono profluit: sicut peccatori ex voluptate oritur debilitas & inconstantia, ità vt de eis dici possit illud Ecclesiastici, Homo sensatus in sapientia manet sicut sol, nam stultus
Eccles. 27. sicut luna mutatur. Quis verus sapiens est, nisi iustus? Quis verò amens, nisi peccator, qui res æternas cum huius mundi caducis & pe
Simile. rituris commutat? Lux solis propria ipsius est, lux verò lunæ est participata: sic lux iusti propria ipsius est: non enim virtute aliena nitet, non gloriatur de maiorum suorum nobilitate, aut honore, aut mune 19
ribus, aut bonorum temporalium abundantia, sed propria virtute
Galat. 6. sua nititur, sicut Beatus Apostolus scribit dicens: Opus suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & nõ in altero. At demens peccator, quia in se obscurus est, lucem alienã mendicatur, vt sic nitere possit, de maiorum suorum operibus se iactans. Lux quoque iusti plena est ad instar solis, quoniam vndique perfectus est; peccator verò quamuis ex vna parte lucem habeat, ex alia tenebrosus est; hoc est, si partim virtute præditus est, ex alijs par-
Similia. tibus vacuus & sicut luna obscurus est. Nam si liberalem se exhibet, iracundus & ad vltionem pronus est: si honestus, superbia inflatus est &c. Denique sol in luce, quam habet, permanet, luna verò minimè: sic iustus in virtute perseuerat, & licèt plurimis laboribus oppri
matur, nunquam impatientia obtenebrescit; peccator autem sicut lu 20
na passim mutatur, & quæcũque minima occasio ipsum, paruam, quam habet, lucem amittere facit.

Sed valde hic notandum est, quarè Dominus in præsentiarum dicit; *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.* Nunquid solùm aduersus eos, qui in Iudæa fuerint, hæc tribulatio ventura est? Ad hoc respondent aliqui, cœlestem Magistrum eos, qui in Iudæa fuerint, voluisse peculiariter recensere, quoniam primi, qui Antichristo credi-
Ioan 5. turi sunt, obstinati Iudæi erunt. Quod & insinuasse videtur Dominus, cùm dixit: Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Et Diuus Paulus

ait,

21 ait, Antichristum esse venturum in omni seductione iniquitatis his, 2. Thess. 2.
qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.

Fugiant ad montes. Quorsum ad montes ire iubentur. Quoniam cùm peccandi est periculum, securiores sunt homines inter bestias quam inter alios homines. Teterrimus enim Sathanas adeò pernicioſus est, & adeò pernicioſæ eius astutiæ sunt, vt Spiritus sanctus nobis consulat, ab ipsis tanquam à manibus eiusdem dæmonis fugiendum esse. Atque ità vbi nos legimus. Eruere quasi auis de manu aucupis, alia translatio habet, Eruere quasi auis de insidijs aucupis: & in alia translatione habetur, Eruere quasi auis de laqueo aucupis: & sic est etiam in contextu Græco & in paraphrasi Chaldaica. Prouer. 6.

22 Nihilominus tamen dixit Sanctus Dauid: Eripe me Domine ab homine malo & à viro iniquo eripe me; & non ibi dicit, Eripe me Domine à diabolo malo. Vndè colligitur, quàm valdè necessarium sit impiorum consortium & familiaritatem vitare, qui aliquomodo ipso dæmone magis nociui sunt. Et apertè hoc conspicitur, siquidem diabolus eos pro adiutoribus & instrumentis suis accipit, vt cum ipsis efficiat, quod per se solum facere non potest. Idcircò sanctus vir tanta instantia à Domino postulabat dicens: Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ; vbi alij transtulerunt, Eripe animam meam ab impio, framea tua, hoc est, ense tuæ potentiæ. Psal. 139. Psalm. 16.

Et qui in tecto sunt, non descendant tollere aliquid de domo sua &c. Hic nos Dominus admonet, vt ad vitandum mortis spiritualis peri-
23 culum nihil curemus de rerum temporalium amissione, quin imò cùm Dominus nos illis priuauerit, oportet, vt ob id ei gratias agamus ipsum deprecantes, nè à nobis gratiam suam, fauorem, ac diuinum spiritum auferat. Pro singulari beneficio Sanctus Dauid hoc postulabat inquiens: Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia, vel (vt alij verterunt) Et offeremus cor sapiētię. Idest, cum potentiam tuam declaraueris nobis flagella mittens, ea, quæ firma reputabamus, & quæ non animaduertebamus in tua esse potestate, experientia malorum nostrorum cognoscemus non esse plus, quàm tu Domine ea disponis & conseruas: atque ità confidemus in vitio, sicut in vitio tantum. Sed væ væ & millies væ & quàm ali- Psalm. 89

ter inter Christianos sit. Quot enim nunc existunt qui res tempora- 24
les tanti faciunt, vt nè illas amittant, grauia & horrenda scelera com
mittant. O insani insani, non intelligitis quantum malum sit pec-
catum? Nullum venenum interficit animal, vbi ipsum generatur.
Simile. Venenum basiliscì ipsum basiliscum non interficit, sicut nec vene-
num viperæ ipsam necat; solùm peccatum tale venenum est, vtid
in quo concipitur, videlicet animam interficiat: vos autem miseri
vultis potius vitam animæ quàm res temporales amittere.

At verò vt diuinus Magister doceret, illos futuros esse fœlices,
qui tunc conuersationem Antichristi & ministrorum eius vitaue-
rint, addit; *Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus*, quia expedi
te fugere non valebunt. Atque hoc ipsum facit, quod inde sequitur;
Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbatho; quando non
licet longum iter conficere. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non* 25
fuit ab initio mundi vsque modò nec fiet. Per Ezechielem Prophetam
Zeche.5. minatus est Dominus Hebræis dicens: Quia superastis gentes, quæ
in circuitu vestro sunt, & in præceptis meis nõ ambulastis. Ecce ego
ad te (scilicèt Hierusalem) & ipse ego faciam in medio tui iudicia in
oculis gentium, & faciam in te, quod non feci, & quibus similia vl-
trà non faciam. O Deus infinitæ maiestatis, quid ais Domine? An
tribulatio Antichristi non erit qualis non fuit ab initio mundi nec
fiet? Ità quidem. Vel tribulatio etiam, qua Ægyptum flagellasti,
maior fuit, quàm illa, qua Hebræos percussisti, Quomodo ergò in-
quis, Faciam in te quod non feci & quibus similia vltra non faciam?
In hoc Dominus suum tenerrimum amorem, quem erga Hebræos
habebat, demonstrauit, siquidem minus supplicium maius appel-
lat. Ac si diceret; Maius mihi videtur hoc supplicium quàm Ægy- 26
ptiorum, quoniam ibi seruos puniebam, nunc autem supplicium
in filios exerceo. Benedictus sis Deus meus, siquidem ità in mani-
bus tuis flagellum crescit, vt enim illud accipis ad flagellandos filios,
Simile. semper tibi maius quàm est, apparet. Cùm mulier aliqua in vico
graues ictus audit, & cùm è domo exit, videt puerum aliquem per-
cuti, parum de illo curat; at verò si videt filium suum ab aliquo per-
cuti, vix puerulus tangitur, cùm ipsa vociferari & conqueri incipit.
Non mirum, ille enim filius eius est, & ictus paruus ipsi matri mag-
nus apparet, quippè qui ictus, quo filius cæditur, matris viscera per-
tangit. Sic Deus magnum flagellum vocat illud, quo Hebræos, qui

sui

27 sui filij erant, flagellare volebat. Hic autem sine aliqua exaggeratione intelligitur illud, quod Dominus ait videlicet, *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit &c. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Nō enim labor ille plus quàm tres anni & dimidium durabit, vt ex Apocalypsi patet, vbi dicitur; Data est illi potestas facere menses (id est facere mala in mensibus) quadraginta duos. Et Sanctus Propheta Daniel inquit, se audiuisse virum iurantem per viuentem in æternum, quia in tempus & tempora & dimidium temporis. Et paulò inferius hoc de Antichristo explicat dicens: A tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille ducenti nonaginta, qui sunt tres anni & dimidium. Et hoc, quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sor-
28 tem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Quod hinc ad nostram doctrinam educere possumus, est (vt Beatus Hieronymus testatur) hanc abominationem iam incepisse, quoniã licèt Antichristus non nisi prope finem mundi venturus est, eius tamen sequaces à primo reprobo, qui fuit Cain inceperunt, & in vltimo finientur. Itaque sicut electi membra sunt Iesu Christi Saluatoris mundi, ità præsciti sunt Antichristi desolatoris mundi membra.

Apoca. 13

Danie. 12

Psal. 124.

Vt autem videamus vtrùm illius maledicti capitis simus membra nec nè, oportet, qualia sint eius membra sciamus, quæ Sanctus Iob in figura cuiusdam immanis belluæ depinxit dicens: Quis reuelabit faciem indumenti eius? & medium oris eius quis intrabit? Per gyrum dentium eius formido. Corpus illius compactum squamis
29 se prementibus, vna vni coniungitur: halitus eius prunas ardere facit, & oculi eius vt palpebræ diluculi; de ore eius lampades procedunt, sicut tedæ ignis accensæ: de naribus eius procedit fumus, sicut ollæ feruentis, in collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egestas: membra carnium eius cohærentia sibi; cor eius indurabitur quasi lapis. Hæc pessima membra repræsentant decem peccatorum genera, quæ partes Antichristi sustinent. Facies debilis significat hypocritas, qui exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes, & qui falsa humilitate fingunt se honores fugere, cũ ipsi nihil aliud desiderent. Et hæc est ars & artificium, quo ad ipsos comparandos vtuntur, instar accipitris, qui, cum ardeam inuadere

Iob. 41.

simile. intendit ab illa se elongat, & nullam ipsius rationem habere videtur, in vnam atque aliam partem volans, quo vsque ipsam in volatu superat, & ità facilius ipsam capit. Quæ licèt illum à se longè semoueri videat, ipsa tamen clamores edit, quoniam instinctu naturali cognoscit illum id facere, vt facilius ipsam capiat. Sic hypocritæ fingunt, se nolle honores & dignitates, vt sancti & humiles reputentur, & ità animos magnatum decipiant, vt ipsos maioribus dignitatibus afficiant. Os significat mendaces, de quibus lampades procedunt, sicut tedæ ignis accensæ. Teda, quando comburitur, bene olet & malè illuminat, eo quòd flamma eius fumo miscetur; sic mendacium benè sapit ei, qui illud audit. Sunt enim multi, qui ab ore recitantium mendacia per multum temporis spacium pendent, quia ipsis delectantur, sed malè illuminant, quin potius non illuminant, sed obcæcant & decipiunt. Dentes significant murmuratores & detractores famæ proximorum, nam dentes dicuntur à demendo, & isti honorem proximi demunt. Nares significant iracundos & impatientes, qui quacunque minima occasione indignantur, & ab illis procedit fumus, sicut ollæ feruentis, quæ sunt verba aspera, quibus proximos suos conturbant. Oculi incensi significãt cupidos, qui nihil vident, quod nõ cupiãt. Halitus, qui prunas ardere facit, significat libidinosos, qui suis obscęnis verbis proximos in sensualitatis igne accendũt. Collũ forte significat inobediẽtes & rebelles, qui diuinę volũtati parere nolũt. Cor lapideũ significat duros & obstinatos, qui nulla reprehensione aut inspiratione emolliũtur. Mẽbra deniq; carnis significant effœminatos, qui se se mutuò ad libidinẽ prouocant. Hoc autẽ corpus totũ squamis, videlicèt, excusationibus cooperitur, quoniam omnes isti peccatores si ab aliquo reprehẽdũtur, se ipsos à suis sceleribus excusant, & nullus eorum culpã suã cognoscere vult.

Simile.

Vnusquisque igitur vestrum fratres charissimi oculos in se ipso figat, & aspiciat, an in se ipso aliquod horum flagitiorum regnet, & hinc cognoscet, vtrum membrum sit Antichristi nec nè. Quòd si membra eius vos esse comperitis, per viscera misericordiæ Dei nostri vos oro, vt nunc, siquidem per tempus licet, vera pœnitentia conuertamini, & cœlestis capitis Iesu Christi membra efficiamini, vt ità pleni gratia ad gloriam eius tendatis, ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius, qui cum patre & Spiritu Sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen. Amen. Amen.

FINIS

SALMANTICAE,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
M. D. LXXXV.



INDEX OMNIVM concionum huius operis.

Dominica in Albis; Euangelium, cum esset sero die illa &c. Ioan. 20, pag. 1. & pagi. 12. &. pag. 23.

Dominica. 2. post Pascha; Euange. Ego sum pastor bonus Io. 10. pag. 33. &. pag. 43. &. p 53.

Dominica. 3. post Pascha; Euan. Modicū & iam non videbitis me Ioa. 16. pagin. 62, &. pagin. 24. &. pagin. 83

Dominica. 4. post Pascha, Euang. Vado ad eum qui misit me Ioan. 16. pag. 92. &. 104. &. pagin. 116

Dom. 5. post. Pascha Euang. Amen Amen dico vobis siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis Ioa. 16. pa. 125. &. pag. 136. &. pagin. 246

Feria, 2. in litanijs maioribus: Euang. Quis vestrum habebit amicum. Lucæ. 11. p. 159. &. p. 172

Feria. 4. in litanijs maioribus, Euang. Subleuatis Iesus oculis in cœlum Ioan. 17. concio vnica. p. 185.

Dom. infra oct. ascensionis domini, Euang. cū venerit paracletus quē ego mittam vobis à patre. Ioan. 15 p. 197, & pa. 209. &. pagi. 218

Dom. 2. post Pentecost. Euangeliū homo quidam fecit cœnam magnam, & inuitauit multos Lucę. 14. p. 227. &. pag. 238. in cuius sermonis fine, nempe. p. 245. de sanctissimo eucharistię Sacramēto agitur

Domini. 3. post Pentecost. Euang. erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores vt audirēt illum, Luc. 15. p. 250. &. pag. 260.

Domini. 4. post Pentecost. Euange. Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, Luc. 5. pag. 272. &. pagi. 283

Domin. 5. post Pentecost. Euange. Amen dico vobis nisi abundauerit iustitia vestra Matth. 5. pa. 295. &. pag. 306

Domi. 6. post Pentecost. Euang. Cū turba multa esset cum Iesu, nec haberet quod manducaret. Marci. 8. p. 317. &. pagi. 328.

Dom. 7. post Pentecost. Euan. Dixit Iesus discipulis suis Attendite à falsis prophetis Matth. 7. p. 340. &. pag. 352

Dominica. 8. post Pentecost. Euang. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum Lucæ. 16. pag. 364. &. p. 378

Dominica. 9. post Pentecost. Euang. quum appropinquaret Iesus Hierosolymam, Lucæ. 19 pag. 392. &. pag. 406

Dom. 10. post Pentecost. Euange. Dixit Iesus ad quosdā qui in se cō fidebant. Lucæ. 18. p. 420. &. p. 432

Domin. 11. post Pentecost. Euangelium. Exiens Iesus de finibus Tyri Marc. 7. pag. 445. & pag. 447

Domin. 12. post Pentec. Euang. Beati oculi qui vident quæ vos videtis Lucæ. 10. pa. 469. & pa. 483

Domin. 13. post Pentecost. Euange. cum iret Iesus in Hierusalem transibat per mediam Samariam. pag. 497. & pag. 52

Domi. 14. post Pentec. Euan. nemo potest duob⁹ dominis seruire Matthei. 6. p. 525. & p. 538

Domin. 15. post Pentecost. Euangelium ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim Luc. 7. pagin. 555. & pag. 571

Domin. 16. post Pentecost. Euang. cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum. Lucæ. 14. pa. 587 & pa 682

Dominica. 17. post Pentecost. Euan. Accesserunt ad Iesum pharisæi & interrogauit vnus ex eis legis doctor Matth. 22. p. 619. & p. 634.

Dom. 18. post Pentecost. Euan. Ascendens Iesus in Nauiculam Matth. 9. pag. 653. & pag. 668

Domin. 19. post Pentecost. Euang. loquebatur Iesus principibus Sacerdotum & Pharisæis in parabolis Matth. 22. p. 682. & 697

Dom. 20. post Pentecost. Euang. erat quidam regulus Ioan. 4. pag. 717. & pag. 740

Dominica. 21. post Pentecost. Euan. simile est regnum cœlorum homini regi Matthei. 18. pagin. 766. & pagi. 784

Domin. 22. post Pentecost. Euange. abeuntes Pharisæi consilium inierunt &c. Matth. 22. pagin. 808. & 829.

Domin. 23. post Pentecost. Euange. loquēti Iesu ad turbas. &c. Matth. 9. pag. 860. & p. 870

Domi. 24. post Pentecost. Euang. dixit Iesus discipulis suis cum videritis abominationem &c. Matth. 24 p. 891. & p. 908

IN.

INDEX AVTHORI-

tatum Sacræ ſcripturæ, quæ ſpar-ſim in hoc opere ab authore explicantur, ſe-cundum ordinem veteris ac noui teſtamenti.

Ex Geneſi.

2  *Actum eſt veſpere & mane dies vnus. pagina. 314. nume. 23.*

Faciamus hominem ad imaginem p. 28. num. 16. & p. 844. nume. 48

Et factus eſt homo in animã viuentem. pag. 13 num 12

Tulit Deus vnam de coſtis Adam. p. 33. nume. 30

Formatis Dominus Deus cunctis animantibus terræ. p. 48. nume. 16

Cur præcepit vobis Dominus. p. 26. nume. 11

Quia feciſti hoc. p. 217. num. 26

Timui eo quod nudus eſſem. pag. 347. numer. 21

Adam vbi es. p. 410. nume. 15

Inimicitias ponam inter te & mulierem p. 461. nume. 15

Fecit dominus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas. p. 711. num. 44

4 *Poſſedi hominem per Deum. pag. 187. nume. 7*

Sanguis fratris tui Abel clamat. p. 372. num. 26

Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius. p. 429. num. 29

Nonne ſi bene egeris recipies & c. p. 706. nume. 28

6 *Fac tibi arcam de lignis leuigatis. pa. 3. num. 8*

Non permanebit ſpiritus meus in homine. pagi. 374. num. 33. &. pagi. 896. nume. 17.

Ponam fœdus meum tecum & ingredieris arcam tu & filij tui. p. 414. nu. 55

8 *Ædificauit Noe altare Domino pag. 172. nume. 2*

9 *Nequaquam vltra interficietur omnis caro pag. 378. num. 38*

13 *Erat Abraham diues valde. p. 474. num 14*

14 *Da mihi animas cæteras tol e tibi. pa. 49. num. 19*

15 *Scio quod peregrinum futurum ſit. p. 758. num. 56*

17 *Tu ergo cuſtodies pactum meum pag. 37. num. 11*

18 *Scio quod præcepturus ſit filijs ſuis. p. 126. num. 6*

Quia ſemel cœpi loqui. p. 128. num. 12

Clamor Sodomorum multiplicatus eſt. p. 372. num. 26

Descendam & videbo vtrum clamorē. pag.373.num.29
Nunquid perdes iustum cum impio. pag. 414.num.27
20 Redde viro suo vxorem & orabit pro te.p.192.num.24.&.p.401.nu.28
Et ego scio quia in simplici corde feceris. p.454.nume.29.
21 Non tibi videatur asperum super puero.pa.111.num.21
In Isaac vocabitur tibi semen.pagin.137. nume.5
Exaudiuit autem Deus vocem pueri,pag. 151.num.26
22 Creuit igitur puer & ablactatus est. p.103.nu.34
Expectate hic cum asino ibidem.
25 Si sic mihi futurum erat.p.156.nu.30
Deprecatus est Isaac Dominū pro vxore sua.pag.195.num.31
26 Quare imposuisti nobis. pagin. 401. num.30
29 Videbātur pauci dies præ amoris magnitudine.p.64. num.7
Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis &c.p.833.num.15
Diuidant eos in Iacob.&c.ibidem.
30 Da mihi liberos alioquin moriar. pag. 156.num.30
Respōdebit mihi eras iustitia mea.p.754. num.42
31 Immutasti mercedem meam.p.281. nume.28
32 Si contra Deum fortis fuisti.pagi.128. num.11
37 Ito & vide an fratres &c. pagi.25. nume.6
38 Fiat Dan coluber in via &c. p.809. num.3
42 Non descendet filius meus vobiscum. pa.109.num.17
43 Non videbitis faciem meam. pa.143. num.23
47 Cum vocauerit vos Rex.p.15.num.11
Sed condas in sepulchro maiorum meorū. p.893.nume.8
48 Do tibi partem vnam extra fratres tuos.p.198.nu.26
49 Sicut aqua effusus es.p.51.num.23
50 Aspertate ossa mea vobiscum de loco isto.p.566.num.33

Ex Exodo.

1 Surrexit rex nouus &c.pag.598.nūmer.36
2 Ascendit clamor eorū ad Deum. pa. 372.num.27
3 Vidi afflictionem populi mei. pa.226. num.27.&.p.654.nume.5
Immolabis Deum super montem istum. p.313.num.21
Videbat quod rubus arderet & non comburetur.p.649.num.46
45 Sponsus sanguinum tu mihi es. pagin. 105.nume.4
Non sum eloquens ab heri & nudius tertius.p.148.num.7
Virga in terram proiecta in serpentē vertebatur.p.717.nume.61
7 Erat autem Moyses octoginta annorū, p.296.nu.18
8 Fecitq; Dominus iuxta verbum Moysi.p.173.nume.4
11 Descendent omnes serui tui isti ad me. p.129.num.13

12 Non comedetis ex eo crudum quid. p. 283. nume. 1
Factum est in noctis medio percussit dominus. p. 107. nu. 9
13 Signum est inter me & vos. pag. 609. nume. 24
14 Et videte magnalia domini. pagin. 130. num. 17
15 Inimicos persequar & comprehendã. pag. 52. num. 28
18 Proside viros potentes. pagin. 48. nume. 14
20 Ego sum dominus Deus tuus fortis Zelotes. pag. 43. nume. 1
Ego sum Dominus Deus faciens misericordiam. p. 143. nu. 12
21 Si quis proximum percutiat &c. pagi. 381. num. 12
22 Si egressus ignis inuenerit spicas pagi. 293. num. 11
Si pignus à proximo tuo acceperis &c. p. 668. nu. 2
23 Aut dimitte eis hanc noxam. p. 153. num. 20. & p. 445. num. 3
Ne forte peccare te faciant in me. p. 259. nume. 26
Sub pedibus eius quasi opus lapidis Sapphiri pag. 754. nume. 43
28 In veste summi sacerdotis &c. pag. 819. nu me. 36
32 Dimitte me vt irascatur furor meus. p. 50. num. 20
Fac nobis Deos qui nos præcedant. pagin. 898. num. 22
Ostende mihi faciem tuam. pagin. 86. nume. 9
Reuersus est Moyses de Monte portans duas tabulas. p. 117. nu. 2
Occidet vnusquisque fratrem suum. pag. 415. num. 28
Iratusq; valde proiecit de manu tabulas & confregit eas. p. 518. num. 23
33 Videbis posteriora mea. p. 355. nu. 10
Populus tuus quẽ eduxisti de terra Ægypti. pa. 654. nu. 6

Ex Leuitico.

1 Sacerdotes effundant sanguinem &c. pagi. 793. nu. 28
5 Sacrificium ab oleo & incenso immune sit p. 439. nu. 25
6 Quẽ nutriat sacerdos subijciens ligna. pag. 55. nume. 6
10 Sanctificabor in his qui appropinquãt mihi. pag. 38. nume. 16
Oblata est hodie victima pro peccato. pag. 62. nume. 2
14 Si pauper est pro delicto assumat agnum pag. 32. nu. 28
26 Nullus hominum sit in tabernaculo, p. 156. num. 29
Quod si non audieritis me. pagin. 169. nume. 29

Ex Numeris.

16 Nunquid parum est tibi quod eduxisti nos. pag. 322. nume. 17
Et omnis globus tuus stet contra Dominum. p. 572. num. 4
Prouideat dominus hominem. pagin. 50. num. 20
24 Et semẽ illius erit in aquas multas. p. 748. num. 24
26 Factum est grande miraculum &c.

pagina.760.numer.61
31 Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa.pa.13.nu.7

Ex Deuteronomio.

2 Neque dabo vobis de terra filiorũ Esau pa.143.num.22
6 Erunt q̃ hæc verba quæ ego præcipio tibi.pa,349.num.29
Diliges dominum Deum tuum &c.pag. 479.vsque ad.482.&.pagin.488. &.489 &.405
7 Deus magnus & terribilis &c.pagi. 502.nu.16
8 Adduxit te dominus quadraginta annos.p.60.nu.21
10 En domini Dei tui cælum est &c.pa: 897.num.21
13 Non audies verba prophetæ illius.pag. 352.nume.2
Iam præcoquæ vuæ vesci possunt.pagina. 848.num.45
Si audieris in vna vrbium tuarũ dicentes aliquos &c.p.587.nu.2
18 Nihil possidebitis,nec habebitis partẽ inter eos.p.887.nu.54
21 Non arabis boue simul & asino.pagi. 40.num.21
23 Ingressus vineã proximi tui comedes. vuas pa.146.num.31
24 Memẽto quæ fecerit dominus Deus vester Mariæ in via.p.98.num.21
28 Si audire nolueris vocem domini Dei tui.p.164.n.5 &.p.406 num.2
29 Custodite ergo verba pacti huius. pa. 105.num.39
32 Videte quod ego sim solus.p.139.n.10
Vtinam saperent & intelligerent.pagi. 167.nu.25
Inuenit eum in terra deserta pagin.271. nume.32

Ex Iosue.

1 Sicut obediuimus in cũctis Moysi ita & obediemus tibi.pa.336.nume.36
2 Innoxij erimus à iuramento hoc.pagi. 474.num.15
6 Vociferamini tradet enim vobis Dominus ciuitatem.pa.176.nume.13
7 Iosue vero scidit vestimenta sua.pag. 166.nume 21
Achan filius Charmi regulam aureã fuit furatus.pag.707.nume.31
10 Sol contra Gabaon ne mouearis.pagi. 129 num.15
14 Nosti, quid locutus sit dominus ad Moysen.p.361.nume.30

Ex libro Iudicum.

2 Fecerunt filij Israel malum, in conspectu domini pa.406.nu.2
4 Addiderunt filij Israel facere malum in conspectu domini.pag.406 num.3
5 Quare habitas inter duos terminos.pa. 179.num.22
7 Clamauerunt que gladius domini & Gedeonis.p.176.num.14
Videbatur mihi quasi subcinericius panis pag.249.num.34

Ex primo Regum.

1 Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati

mutati. pag. 133. num. 25
2 Arcus fortium superatus est. pagina. 166. num. 20
Impij in tenebris conticescent. pagi. 215. nume. 20
Donec sterilis peperit plurimos. pagina. 768. num. 33
11 Inuasit timor domini populum. pagin. 413. num. 24
12 Nolite recedere à tergo domini. pagin. 335. num. 23
13 Egressi sunt de castris Philistinorum. p. 167. num. 24
15 Apprehendit summitatem pallij eius. pag. 152. nume. 18
16 Et dominus est cum eo. p. 380. nu. 7
17 Qua progenie es, ò adolescēs. p. 720. n. 8
18 Acceptus in oculis omnium. pag. 467 nume. 32
Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid. pag. 3. num. 8
23 Saul & viri eius in medū coronæ cingebant Dauid. p. 7. nu. 19
25 Nabal erat pessimus & malitiosus. pag. 375. num. 35

Ex secundo Regum.

2 Recede & noli me sequi. pagin. 430. nume. 32
7 Inuenit seruus tuus cor suum. pag. 183. num. 35. & p. 408. nam. 32
8 Filij autem Dauid sacerdotes erant. p. 29. nume. 19
9 Nunquid superest aliquis de domo Saul &c. p. 784. nume. 2
22 Mansuetudo mea multiplicauit me. p. 703. num. 19
24 Immisit dominus pestilentiā in Israel. p. 80. num. 20
Ego sum qui peccaui & ego iniquè egi. p. 343. num. 10

Ex tertio Regum.

2 Si custodierint filij tui vias meas. pag. 276. nume. 14
5 Nunc non est Sathan. pa. 4. nu. 9
8 Ne putandum est quod vere Deus habi tet super terram. pa. 416 nu. 32
8 Nebula implenit domum domini. pag. 453. nume. 26
9 Si autem auersione auersi fueritis &c. p. 896. nume. 16
17 En colligo duo ligna. p. 707. num. 32.

Ex quarto Regum.

1 Homo Dei Rex præcepit vt descendas. pagi. 160. num. 4
2 Pater mi, pater mi, currus Israel. pagi. 54. nume. 3
4 Mors in olla vir Dei. pa. 727. num. 31
5 Iratus Naaman recedebat. pagi. 756. nume. 49
7 Videbis oculis tuis & inde non comedes. p. 99. num. 22

Ex secūdo Paralipomenō.

1 Postula quod vis vt dem tibi. pagina. 136. num. 2
6 Audi preces, quas fudit famulus tuus coram te. pag. 424. nu. 14
16 Confortamini & agite diligenter. p. 573. nume. 9

19 *Sit timor domini vobiſcum. pag.373. num.30*
28 *Non introducetis huc captiuos. pagin. 22. num.31*
36 *Peccaui ſuper numerum arenæ maris. pag.129 num.15*

Ex primo Eſdræ.

8 *Erubui petere auxilium à rege. &c. p. 542. num.52*

Ex Tobia.

3 *Benedictum eſt nomen tuum Deus patrum noſtrorum. p.88. num.15*
Et nunc domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum. p.106. nu.8
12 *Tempus eſt vt reuertar ad eũ qui miſit me. p.118. nume.6*
Bona eſt oratio cum ieiunio &c. pagin. 161. nume.7
14 *Qui acceptus erat Deo neceſſe fuit vt tentatio probaret. p.900. nu.30*

Ex Iudith.

1 *Si defecerint tibi iſta. pagin.137. numer.15*
4 *Scitote quod exaudiet Dominus orationes veſtras. p.163. num.11*
15 *Fugit mens & conſilium eorum. pag. 107. num.10*

Ex Iob.

1 *Manus tuæ fecerunt me. pagin.141. num.18*
Vir erat in terra Hus, nomine Iob. pagin. 114. num.31
Circuiui terram & perambulaui eam, & e pag 536. num.34
Erat vir ſimplex. p.307. num.2
Ego euaſi ſolus vt nunciarem tibi. pagi. 382. nu.15
3 *Quaſi effodientes theſaurum gaudent ꝗ. pa 51. nu.25*
5 *Ingredieris in abundantia ſepulchrũ. pa. 278. num.20*
Eruete de manu gladij in bello. pag.392. nume.3
8 *Si diluculo ſurrexeris ad Deum. pa. 147. num.3*
Vſquequo loqueris talia. p. 435
9 *Si repente interroget, quis reſpondebit ei. p 900. nu.43*
11 *Defeſſus ſecurus dormies. pagin. 393. nume.5*
13 *Manum tuam longe fac à me. pagin. 452. num.22*
14 *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti. pag.451. num.21*
Fœnum quaſi bos comedet. pagina. 716. nume.58
15 *Ante quam dies eius impleantur peribit. p.584. num.41*
16 *Rugæ meæ dixerunt teſtimonium contra me. pa.372. nu.27*
19 *Miſeremini mei quia manus domini tetigit me. p.452. nu.22*
Fugite à facie gladij. pagina. 215. numer.33
Adhæſit os meum carni meæ. pag.814. num.20
20 *Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. pag.91. nu.25*
Nõ videat riuulos fluminis torrentis mel

lis

lii & butyri. pag.241.num.10
21 Quoties lucerna impiorum extinguetur.pag.228,nu.4
Quid est omnipotens vt seruiamus ei.pag. 372.num.26
24 Ad modicum eleuati sunt & non subsistent pag.69.nu.23
26 AEdificauit sicut tinea domum suam pag.370.num.20
28 Semitam ignorauit auis nec intuitus est oculus vulturis.pa.264.nu.11
Omne preciosum vidit oculus eius. pagi. 358.nu.21.
30 Quasi rupto muro & aperta ianua.p. 104.nu.37
Pharetram suam aperuit.p. 408.num.8
31 Quis mihi tribuat auditorem.pa.176. num.15
Ab infantia creuit mecum miseratio.p. 331.nume.9
32 Non accipiam personam viri. pag.6. nume.16
33 Nunquid nosti ordinem cœli. pagina 327.nu.31
Persomnium in visione nocturna. &c. 702.num.17
36 Depone magnitudinem tuam absque tribulatione.p.279.num.8
41 Halitus eius prunas ardere facit &c. p.101.nu.29.&.pa 917.nu.29
Corpus illius quasi scuta fusilia.pag.638. num.13
Non fugabit eum vir sagitarius. pagina. 910.nume.8

Ex Psalmis.

1 Erit tanquam lignum quod plantatũ est pag.356.num.13
Et folium eius non defluet. pagina. 431. nume.34
2 Apprehẽdite disciplinam nequando iracatur dominus.p.709. nume.37
4 In tribulatione dilatasti mihi.p.73.n. 35.&.p.854.num.14
Irascimini & nolite peccare. pagin.301. nume.19
Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.p.336.nume.26
5 Mane astabo tibi & videbo. pagina. 142.num.3
6 Quoniam non est in morte qui memor sit tui.p.578.nu.22
8 Domine Dominus noster quam admirabile.p.142.num.21
9 Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.p.148.nu.7
Tibi derelictus est pauper orphano tu eris adiutor.p.224.nume.19
Cognoscetur dominus iudicia faciens. pa. 23.nume.2
Secundum multitudinẽ iræ suæ non quæret.p.385.nu.23
Propter quod irritauit impius Deum.pa. 909.nume.5
10 In domino confido.p.7.nu.19.&.pa. 632.num.42
11 Secundum altitudinẽ tuã multiplicasti filios hominis.p.690.nu.24
Tu domine custodies nos p. 180. nume.25
Eloquia domini argentum igne examinatum &c.p.707.num.32
13 Ne vnquam obdormiam in morte pa. 358.num.20
14 Qui ingreditur sine macula.pagin.30. nume.21

Ad nihilum deductus eſt incõſpectu eius malignus.p.758.num.54

15 *Dominus pars hæreditatis meæ.pagin. 252.num.14*

Sanctis qui ſunt in terra eius. pagin. 333. nume.16

Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum.pa. 882.num.39

16 *Clamaui quoniam exaudiſti me.pag. 134.num.29*

Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrã. pa.180.nume.27

Ego cuſtodiui vias duras. p.500. num.11

Et de manu peccatoris liberauit eos.pagi. 877.nume.22

Auribus percipe lacrymas meas. pagin. 145.nu.28

Eripe animam meam ab impio. pag.915 num.22

17 *Clamor meus in conſpectu eius introibit in aures eius.p. 148.nu.6*

Ignis à facie eius exarſit.p.210.nu.4

Saluum me fecit quoniam voluit me.pa. 125.nu.3.&.p.808.num.3

Cum ſancto ſanctus eris. p. 351.num.34

18 *Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis pa.137.nu.6*

Connertẽtur ad veſperam & famem patiẽtur vt canes.pag.228.num.4

Si mei non fuerint dominati &c.p. 816. num.27

Exultauit vt gigas.p.233.num.17

20 *Deus Deus meus reſpice in me.pa.92. nume.3*

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.p.452.nu.23

21 *Erue à framea Deus animam meam. pa.119.nume9.*

Tu autem domine ne elongaueris &c.p. 336.num.2

22 *Dominus regit me.pag.59.nume.20. & interger iſte Pſalmus explicatur.p. 287.nume.17*

Virga tua & baculus tuus.p.56.num.10 &.pa.805.num.65

24 *Oculi mei ſemper ad Dominum.pagi. 61.num.26*

25 *Lauabo inter innocentes manus meas. pa.436.num.12*

26 *Exquiſiuit te facies mea. pagina.88. nume.15*

Vnam petij à domino hanc requirã. &c. pa.417.num.34

Exaudiat illum de cœlo ſancto ſuo. pagi. 458.num.6

27 *Ad te domine clamabo Deus meus ne ſileas à me.p.290.nume.21*

29 *Ad veſperam demorabitur fletus & admatutinum lætitia.p.314.num.24*

Ego dixi in abundantia mea nõ mouebor amplius p.75.nu.6.&.p.197.num.3

30 *In manus tuas commendo ſpiritũ meũ pag.135.num.31*

Factus ſum tanquam vas perditum. pag. 9.n.26

31 *Beatus vir cui non imputauit dominus &c.p.848.nu.48*

In chamo & fræno maxillas eorum conſtringe &c. pa.855.nu.18

Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea. p.488.nu.12

Fallax equus ad ſalutem. pagina. 724. nume.21

32 *Non ſaluatur rex per multam virtutem.p.355.nume.11*

33 *Guſtate & videte.pag.497.nu.3*

Non derelinquent omnes qui sperant in eo. pag. 355. num. 12
34 Dissipati sunt nec compuncti. pagin. 287. nu. 13
Omnia ossa mea dicent tibi. p. 448. n. 12
35 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ p. 493. num. 3
36 Subditus esto domino & ora eum. pa. 135. num. 33
Delectare in domino. p. 158. nu. 35
37 Sicut onus graue grauatæ sunt super me. p. 455. & pa. 456
Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. pa. 381. nu. 11
38 In imagine pertransit homo &c. pa. 849. nume. 61
39 Gladium euaginauerunt peccatores. pa. 76. nu. 9
Cor meum dereliquit me. pa. 183. nu. 35.
Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna. pa. 378. num. 3
Dominus solicitus est mei. pa. 878. nu. 26
41 Quemadmodum desiderat cervus. pa. 94. nume. 3
Quare tristis es anima mea. p. 7. num. 18
Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuũ.
43 In te inimicos nostros ventilabimus cornu p. 665. nu. 39
44 Diffusa est gratia in labijs tuis. pagi. 110. num. 19
Vnxit te Deus Deus tuus. p. 261. nu. 2
45 Deus noster refugium & virtus. p. 137. nume. 6
Auditam fac mihi mane misericordiam tuam. pa. 153. num. 22
46 Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. pa. 343. nu. 9
48 Laborabit in æternum. p. 543. nu. 16
Comparatus est iumentis insipientibus. pag. 845. num. 50
Confitebitur tibi cum benefeceris ei. pagi. 108. nume. 14
Inclinabo in parabolam aurem meam. p. 77. nume. 12
49 Inuoca me in die tribulationis. pagi. 139. nume. 11
Eruam te & honorificabis me. p. 459. n. 7
50 Lauabis me & super niuem dealbabor. p. 442. nu. 31
Cor mundum crea in me Deus. pag. 479. nume. 29
Tibi soli peccaui. pa. 772. nu. 28
52 Dixit insipiens in corde suo non est Deus. pa. 372. nu. 25
54 Vespere & mane & meridie narrabo. p. 41. n. 24 & p. 314. nu. 23
Ecce elongaui fugiens. pag. 484. nu. 3
Virum sanguinum & dolosum. pa. 403. nume. 35
56 Exurgam diluculo. pa. 147. num. 3
57 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum. p. 584. nu. 40
Supercecidit ignis & non viderunt solē. p. 85. nu. 7
58 Deus meus misericordia eius præueniet me pag. 290. nu. 22
60 Dum anxiaretur cor meum. pagin. 7. nume. 18
62 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. pa. 34. nu. 2
In terra deserta inuia & inaquosa. pagi. 320. num. 11
In matutinis meditabor in te. pagi. 147. nume. 4
64 Visitasti terram & inebriasti eam. pag. 398. num. 21

Exitus matutini & vesperę delectabis. p.913.nu.15
65 Transiuimus per ignem & aquam.p. 23.num.5
Holocausta medullata offeram tibi.pagi. 886.nume.50
67 Pluuiam voluntariã segregabis Deus. p.108.num.26
Cogitaui dies antiquos.pag.907.nu.44
Meditatus sum nocte,ibidem.
Sicut deficit fumus deficiant.pagin. 200 nume.12
Mirabilis Deus in sanctis suis.pag. 416. nume.31
68 Veni in altitudinem maris. pagi.105. nume.3
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueũ. pag.249.num.34
72 Domine in ciuitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges.p.90.nu.21
Ad nihilum redactus sum & nesciui.p. 41.num.24
Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.p. 198.nume.4
73 Ne tradas bestijs animas confitentes tibi.p.394.nu.7. & p.145.nu.28
74 Cum accepero tẽpus ego iustitias iudicabo.p.307 n.3.& p.358.num.20
75 Quoniã cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquiæ cogitationis. &c.pag. 204.num.24
76 Deus in sancto viatus.pa.680.n.37
77 Elegit Dauid seruum suũ p.59.n.19
Panem Angelorum manducauit homo, pag.248.nu.30
Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum.p.325.nu.19
Immissiones per Angelos malos.pagin. 410.nn.13
78 Dixi custodiã vias meas.p.834.n.17
79 Singularis ferus depastus est eam. pa. 28.nume.17
Qui deducis velut ouem Ioseph.pagi.37. nume.11
Respice domine vineam istam &c.pagi. 519.num.26
83 Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.p.221.num.12
Ibunt de virtute in virtutem.p.67.nu.7
84 Iustitia & pax oscultatæ sunt.p.25. nume.7
85 Lætetur cor meum vt videat nomen tuum.p.158.nu.35
88 Si dereliquerint filij eius legem meam p.346.nume.19
89 Non profanabo testamentum meum. pag.37.nume.11
Et eruditos corde in sapiẽtia.p.915.n.23
90 Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium.p.877.nu.22
Scapulis suis obumbrabit tibi.p.25.n.8
93 Quia non repellet dominus plebem suã &c.p.768.nu.17
97 Qui regis Israel intende. pagin. 59. nume.20
100 Oculi mei ad fideles terræ.pag.254. num.11
101 Factus sum sicut nicticorax in domicilio.p.257.num.20
102 Benedic anima mea domino & omnia quæ intra me sunt.pa.308.num.7
103 Quam magnificata sunt opera tua domine.p.761.num.54
Draco iste quem formasti.p.872.num.9
104 Dilexi quoniam exaudiet Dominus. p.316.num.30

106 Errauerunt insolitudine. pag. 564. num. 29

Omnem escam abominata est. pag. 762. num. 67

107 Exaltare super cœlos Deus &c. pag. 655. nume. 10

109 De torrente in via bibit. pagi 80. numer. 19

114 In Obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. p. 770. nume. 21

115 Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. pa. 187. nu. 8

Quid retribuam domino. p. 182. num. 31.

117 Circundederunt me sicut apes &c. p. 788. nume. 14

118 Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum. p. 779. num. 46

Constitue super eum peccatorem & diabolus stet à dextris eius. p. 801. nu. 14.

Tempus faciendi domine, dissipauerunt legem tuam. p. 610. nume. 26

Iustificationes tuas custodiam nõ me derelinquas. p. 687. num. 16

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. pag. 596. nu. 29

Et veniat super me misericordia tua domine. p. 518. num. 21

Fiat ei maledictio sicut vestimentum quo operitur. p. 512. nu. 5

Operiatur sicut diploide confusione sua ibidem.

Nam & testimonia tua meditatio mea est. pag. 839. num. 32

Prius quam humiliarer ego deliqui. pag. 433. nume. 5

Anima mea in manibus meis semper, p. 309. num. 10

Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi. p. 676. nu. 25

Funes peccatorum circumplexi sunt me. pa. 306. nu. 33

Iniquos odio habui p. 301. num. 19

Da mihi intellectum & scrutabor legẽ tuam. p. 78. num. 15

Reuela oculos meos & considerabo. pagi. 71. nume. 29.

Nisi quod lex tua meditatio mea est. p. 61. nume. 26

Erraui sicut ouis quæ perijt. p. 267. nu. 22 &. 24

Longe à peccatoribus salus. pa. 262. nu. 5,

Omnis consummationis vidi finem. pagi 89, nume. 19

Præueni in maturitate & clamaui. pag. 147. nume. 3

Viam mandatorum tuorum cucurri,

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ p. 310. nume. 10

Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis. pagin. 350. nume. 31

Intellectus bonus omnibus facientibus eã pa. 644. nume. 14

Hæreditate acquisiui testimenia tua in æternum p. 163. num. 34.

120 Leuaui oculos meos in montes. pagin. 147. num. 2

Dominus custodit te ab omni malo. pagi. 688. nume. 19

121 Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem. p. 1, num. 1

122 Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum p. 540. nume. 7

124 Qui confidunt in domino sicut mons Sion. p. 138. nume. 9

MVTATIONI

127 *Labores manuum earum quia manducabis p.81.num.24*

128 *Dominus iustus concidet cervices peccatorum p.407.nume.5*

129. *Sustinuit anima mea in verba eius. p.37.nu.6 & p.323.nu.19*

130 *Domine non est exaltatum cor meũ. pag.421.num.5*

132 *Ecce quam bonum & quam iucundum p.26.num.9*

133 *Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini p.368.nume.13*

Benedicat tibi Dominus ex Sion ibidem. nume.15

136 *Filia Babylonis misera. pagin. 623. num.15*

138 *Omnes vias meas præuidisti. pagin. 783.num.60*

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es. p.761.nu.65

140 *Dirigatur domine oratio mea. pagi. 143.num.24*

141 *Effunde in conspectu eius orationem meam. p.154.num.24*

143 *Immitte manum tuam de alto. pag. 452.nu.25.& p.868.num.47*

144 *Prope est dominus omnibus invocantibus eum p.76 nume 8*

Voluntatem timentium se faciet. pagin. 143.num.24

145 *Nolite confidere in principibus &c. pag.876.nume.19*

147 *Lauda Hierusalem dominum. pagi. 498.num.4*

150 *Laudate dominum in sanctis eius. p. 416.num.31*

Ex Prouerbijs.

1 *Fily misi te lactauerint peccatores. pa. 751.num.33*

2 *Qui ambulat fraudulenter revelat arcana &c pa.815.nume.22*

3 *Honora dominum de tua substantia. p.42.nume 13*

4 *Iustorum semita quasi lux splendens pa.308.num.7*

5 *Quare foueris fili mi ab aliena & foueris in sinu alterius p.686. nume.12*

6 *Fauus mellis composita verba. pa.116 nume.1*

Erueris quasi auis de manu aucupis. pag. 915.num.21

7 *Vade ad formicam & considera vias eius pag.508.nume.34*

Non pecces in multitudine ciuitatis. pag. 760.nume.62

8 *Legem ponebat aquis ne transirent fines suos. p.206.nume.30*

10 *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius. p.235.num.24*

14 *Risus dolore miscebitur. pagin. 91. nume.24*

Vbi non sunt boues præsepe vacuum est. p. 448.num.10

15 *Melius est vocari ad olera cum charitate. p 320.num.12*

Os fatuorum ebullit stultitiam. pag 781. num.55

16 *Qui attonitis oculis cogitat praua perficit malum. p.734.num.51*

18 *Substantia diuitis quasi murus validus pag.871.nume.4*

Turris fortissima nomen domini &c. pa. 876.num.21

21 *Desideria occidunt pigrum. pag.285. nume.6*

22 *Diues*

22 Diues & pauper obuiauerunt sibi pag. 83. nume. 28
25 Fili præbe mihi cor tuum. pagi. 647. nume. 41
28 Beatus homo qui semper est pauidus. pag. 39. num. 17
Qui declinat aurem suam ne audiat legẽ. p. 143. num. 24
29 Qui ad indagandum facilis est. pagi. 305. num. 30
31 Mulierem fortem quis inueniet. pagin. 102. nume. 31
Considerauit semitas domus suæ &c. p. 861. nume. 35

Ex Ecclesiaste.

1 Generatio præterit & generatio aduenit. p. 69. num. 23
Ad locum vnde exeunt flumina reuertũtur. p. 128. nume. 10
2 Omnia quæ desiderauerunt oculi mei. pag. 120. num. 13
4 Funiculus triplex difficile rumpitur. p. 174. num. 7
6 Amico fideli nulla est comparatio p. 710. nume. 41
9 Nescit homo finem suum. p. 107. n. 9.
35 Fortissimus non habebit in illis patientiam. p. 389. nume. 36

Ex Canticis.

1 Botrus cypri dilectus meus mihi. pagi. 317. num. 2
Filij matris meæ pugnauerunt contra me. pagi. 101. nu. 28
Trahe me post te. pag. 13. num. 4
Vineam meam non custodiui. pagin. 102. nume. 33
Equitatui meo in curribus Pharaonis pa. 276. num. 14
2 Dilectus meus qui pascitur inter lilia. pa. 246. num. 24. & pag. 35. num. 7
Vox turturis audita est in terra nostra. p. 145. num. 28
Introduxit me rex in cellam vinariam. p. 93. num. 4. & p. 644. nume. 32
En ipse stat post parietem nostrum. p. 76. nume. 7
Sicut malus inter ligna siluarum. p. 702. nume. 16
Sicut lilium inter spinas. p. 702. num 16
Dilectus meus mihi & ego illi. pa. 350. nume. 32
Vox turturis audita est. p. 451. nume. 19.
Ordinauit in me charitatem. pagin. 482. num. 38
3 Egredimini filiæ Sion. pa. 42. nu. 2
Tenui eum nec dimittam. p. 109. num. 16
Num quem diligit anima mea. pag. 647 num. 42
Vniuscuiusq; ensis super femur suum &c. pa. 867. num. 42
4 Fauus distillans labia tua. pagin. 148. nume. 6
Veni coronaberis de capite Amana. pag. 251. num. 4
Sicut vitta coccinea labia tua. pagin. 33. nume. 1
Sicut fragmen mali punici genatua. pag. 430. num. 31
5 Venter meus intremuit ad tactũ eius. pag. 759. nume. 45
Manus meæ destillauerunt Myrrham. ibidem.

Caput eius auru optimum &c. pagin. 911. num. 10
Totus desiderabilis. p. 55. nu. 8
Descendat dilectus meus in hortum suum. pag. 362, nu. 32
Manus eius tornatiles. p. 446. nu. 6
Crura eius columnæ marmoreæ. pagin. 523. num. 37
6 Pulchra vt luna, pag. 67. num. 6
Descendi in hortum nucum. pagin. 201. nume. 14
7 Quid videtis in Sunamite nisi choros castrorum. p. 503. nu 19. &. pag: 222 nume. 15
Coma capitis tui sicut purpura regis. pag. 677. num. 27
8 Quæ est ista quæ ascendit de deserto &c. p. 533. nu. 26. &. pa. 119. nu. 10.
Fortis est vt mors dilectio. pagin. 648. nume. 45
Quæ habitas in hortis, amici auscultant. pag. 131. num. 19
Fuge dilecte mi & assimilare capreæ hinnuloque cervorum p. 212. nume. 11

Ex libro Sapientiæ.

2 Liberabit illum de manibus contrariorum. p. 447. nume. 8
Dixerunt impij cogitantes apud se non recte. p. 52. nu. 26
Invidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. p. 257. num. 21
Coronemus nos rosis. p. 120. num. 11
3 In paucis vexati in multis bene disponentur, p. 81. num 22
5 Err auimus à via veritatis, quid nobis profuit superbia. pa. 71. nu. 7
Tanquam vmbra transierunt. pagin. 131. nume. 20
Lassati sumus in via iniquitatis. pag. 280 nume. 26
6 Initium sapientiæ, verissima est disciplinæ concupiscentia. p. 285. nu. 5
9 Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. p. 95. nume. 12
10 Transuexisti illos per aquam nimiam p. 24. num. 3
Deduxit iustum per vias rectas. pa. 276. nume. 13
14 Acerbo luctu dolens pater &c. pagi. 759. nume. 59

Ex Ecclesiastico.

1 Timenti domino bene erit. pagin. 96. nume 13
2 Serua timorem Dei & in illo veterasce. pag. 359. num. 24
3 Plurima super sensum hominis ostensa sunt tibi. pa. 347. nume. 27
Qui diligit Deum exorabit pro peccatis. p. 750. num. 30
Quanto magnus es humiliate in omnibus pag. 15. num. 10
Deus honorauit patrem in filijs. pag. 143, nume. 22
4 Congregationi pauperum amabilem te facito &c. p. 757. num. 52
5 Noli anxius esse in diuitijs iniustis pa. 541. num. 10
7 Noli quærere fieri Iudex &c. pagin. 413. num. 22
9 Colloquium eius quasi ignis exardescet pag. 101. nume. 29
10 Principatus sensati stabilis erit. pag. 277. num. 15

Ini-

Initium omnis peccati superbia. pagina. 718. num. 2

21 *Ne laudaueris hominem in vita sua. pag. 470. num. 3*

Est qui locupletatur parce agendo. pagin. 365. nume. 6

12 *Pondus super se tollit qui honestiori se communicat. pa. 258. nu. 25*

14 *Viro cupido & tenaci ad quid aurum pa. 366. nume. 7*

Omnis caro sicut fœnum veteraſcet &c. p. 726. num. 27

Ante mortem benefac amico. pagi. 358. nume. 19

15 *In medio Ecclesiæ aperuit os eius. pag. 24. nume. 4*

Reliquit hominem in manu consilij sui. p. 446. nume. 53

17 *Posuit oculum ipsorum super corda illorum. p. 467. nume. 31*

Misericordia viri quasi sacculus. p. 243. n. 15. & pag. 839. num. 33

18 *Effundet super eos misericordiam suã pa 457. nume. 3*

Nihil est tibi in hoc seculo. pa. 463. nu. 20

Cum consummauerit homo. p. 51. nu. 25.

Nefueris mediocris in contentione ex fœnore. p 354. num. 8

21 *Non est sensus vbi est amaritudo. pagi. 108 nume. 12*

Quasi rhomphea bis acuta hominis iniquitas. p. 763. nume. 2

23 *Gloria magna est sequi dominum. pa. 555. nume. 1*

Anima callida quasi ignis ardens & t. p. 762. & num. 67. num. 69

24 *Spiritus meus super mel dulcis. pagi. 12. num. 2*

In omnibus requiem quæsiui pagin. 120. nume. 12

28 *Verbis tuis facito stateram & frænos. p. 815. nume. 23*

31 *Amaritudo animæ minorans virtutẽ. pag. 108. nu. 12*

33 *Homo sensatus credit legi Dei & lex illi fidelis. p. 350. num. 32*

35 *Qui cõseruat legem multiplicat oratio nem. p. 350. nu. 31. & p. 147. num. 4*

Oratio humiliantis se nubes penetrabit. p. 129. nume. 14

39 *Iustus cor suum tradidit. pagin. 147. nume. 2*

51 *Modicum laboraui & inueni multam requiem. p. 70. nu. 26*

Ex Isaia.

1 *Super quo percutiã vos, vltra addentes præuaricationem. p. 731. nume. 41*

Cum multiplicaueritis orationem. pagi. 144 nume. 23

Super quo percutiam vos vltra pa. 22. nu. 31. & p. 812. nu. 15

Incensum abominatio est mihi. pa. 429. nume. 28

Lauamini mundi estote. pa. 328. nu. 2

3 *Vestimentum tibi est, princeps esto nostri. pag. 58. num. 16*

Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi. pag. 133. nume. 29

4 *In die illa erit germen domini in magnificentia p. 209. num. 2.*

5 *Væ qui coniungitis domum ad domũ. pa. 234. num. 21*

Væ qui trahitis quasi vinculum plaustri peccatum. pa. 324. nu. 22

7 Propter hoc dabit vobis signum. pagi. 229. num. 3
8 Accelera, spolia, festina. pagina. 842. nume. 42
9 Succensa est quasi ignis impietas &c. pa. 795. num. 36. & p. 624. num. 16
Nouissimo aggrauata est via maris Galilææ. p. 770. nume. 23
Lætabuntur coram te sicut lætantur in messe. pag. 284. num. 2
Vocabitur princeps pacis. pa. 1. num. 1
10 Computrescit iugum à facie olei. pagi. 389 nume. 36
Væ Assur virga furoris mei. pagin. 175. num. 12
Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam pa. 121. nu. 16
11 Et erit iustitia cingulum lumborum eius & c. p. 512. nu. 5
13 Sicut excussio oleæ duarum vel trium oliuarum. p. 707. num. 32
Super montem caliginosum leuate signum pag. 215. num. 19
15 Dominus fundauit Sion & in ipsa sperabunt. p. 224. num. 20
16 Audiuimus superbiam Moab pagin. 99. nume. 24
Emitte agnum domine. p. 53. nu. 1
19 De radice colubri egredietur regulus. pag. 449. nume. 14
20 Væ coronæ superbiæ ebrijs Ephraim. pa. 837. nume. 25
23 Sume tibi Citharam. pa. 404. num. 39
26 A facie tua domine concepimus. pagi. 424. num. 12
Misereamur impio & non discet iustitiã. pag. 730. num. 39
Indulsisti genti domine &c. ibidem.
Vade populus meus ineubicula tua. pagin. 8. num. 19
Viuent mortui tui. p. 17. nu. 17
27 In illa die visitabit dominus in gladio suo duro. p. 123. nume. 20
28 Pedibus conculcabitur corona superbiæ pag. 231. nume. 12
Coangustatum est stratum. pagi. 119. n. 9. & pa. 540. num. 7
Idcirco hæc dicit dominus: ecce ego mittã & c. pa. 829. num. 3
30 Ad vocem clamoris tui. pagin. 128. num. 12
Habentes fiduciam in vmbra. pag. 875. num. 16
32 Et erit fructus iustitiæ pax. pagin. 25. num. 7
38 Recogitabo tibi omnes annos meos &c. p. 892. num. 4
In pace amaritudo mea amarissima ibidẽ
40 Duplicia suscepit pro omnibus iniquitatibus. p. 748. nume. 44
Sicut pastor gregem suum pascet. pagin. 56. nume. 9
44 Laudate cœli quoniam misericordiã fecit dominus p. 598. num. 53
46 Facta sunt simulacra eorum bestijs & iumentis &c. p. 538. num. 1
Redite preuaricatores ad cor. pagi. 632. num. 41
Ad fontes aquarum potabit eos. pa. 532. num. 23
49 Nunquid obliuisci potest mulier. pag. 35. num. 5
51 Væ qui trahitis iniquitatem. pag. 529. nume. 13
Vnum vocaui eum & benedixi eum pa. 35. nume. 7.

53 *Quasi agnus coram tondente se obmutescet. pa 53. num. 2*
Si posuerit pro peccato animam suam. pa. 797. num. 41
54 *Filij mendaces &c. pa. 97. nume. 16*
Ad punctum in modico dereliqui te. pag. 79. num. 28
Lauda sterilis quæ non paris. pa. 432. nu. 2. &. pa. 681. num. 40
55 *Omnes sitientes venite ad aquas. pagi. 705. num. 25*
56 *Lætificabo eos in domo orationis meæ. pa. 158. nu. 36*
57 *Iustus periit & non est. pagina. 74. nume. 3*
Veniat pax. pa. 1. num. 2
58 *Si vere conuerteris pag. 78. nu. 14*
Si abstuleris de medio tui cathenam. pag. 589. num. 9
59 *Telas araneæ texuerunt. p. 279. n. 23. & p. 871 num. 6*
Ova aspidum fregerunt. p. 579. num 27
Elongatum est iudicium à vobis. pag. 98. nume. 19
61 *Spiritus dñi super me p. 265. num. 15*
Misit me vt consolarer. pag. 74. nu 2
62 *Voluntas mea in ea pa 207. nume. 31.*
63 *Tu domine Pater noster, & Redemptor noster. p. 154. nume. 23*
65 *Ante quam clament ego exaudiam. pa 404. nu. 15*
Qui ponitis fortunæ mensam. pagin. 296. nume. 3
66 *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum. p. 320. nu. 10*
Egredietur & videbunt cadauera virorum. pa. 11. num. 30
Super humilem requiescet spiritus meus. pagin. 769. num. 19

Ex Hieremia.

1 *Ecce ego conuocabo omnes cognationes pa. 174. nu. 8*
Quid tu vides Hieremia p. 300. num. 15. &. pag. 374. nu. 32
2 *Recordatus sum tui quoniam secuta es me in deserto. pa. 189. nu. 14*
Prohibe pedem tuum à nuditate. pagin. 247. num. 28
Aperuerunt super te os suum. &c. pagi. 801. num. 53
3 *Facilitate fornicationis suæ. pag. 909. nume. 5*
4 *Denigrata est super carbones facies eorum. pa. 31. nu. 25*
Vsque quo morabuntur in te cogitationes noxiæ. pa. 329. nu. 5
Si reuerteris à me Israel. pagina. 464. nume. 22
5 *Stupor & mirabilia facta sunt in terra pag. 47 nume. 16*
Iccirco percussit eos Leo de Silua. pagina. 164. nume 5
6 *Ecce ego adducam mala. pagin. 904. num. 41*
7 *Noli orare pro populo hoc. pagin. 150. nume. 13*
10 *Israel virga hæreditatis eius pag. 161. num. 6*
12 *Vsquequo lugebit terram, & herba omnis siccabitur. pa 74. nu. 3*
Si cum peditibus currens laborasti. p. 82. num. 25
Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi. pa 522. nu. 35

17 *Perdix fouit, quæ non peperit. pagin. 363.nume.35*
21 *Ecce ego conuertam vasa belli. pagin. 165.nu.17*
Et erit anima sua tanquam spolium. pa. 386.num.26
23 *Si interrogauerit populus iste. pagin. 46.num.9*
Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur pag.904.nu 41
25 *Misit dominus prophetas consurgens diluculo.p.383.nu.1*
Assumam Nabucho donoser seruum meũ pagi.804.nume.63
44 *Facientes faciemus omne verbum.p. 852.num.13*
Quia plus fecit quam potuit iccirco perierunt.pag.99.nume.24
47 *Ecce aquæ ascendent ab aquilone.pa. 80.nume.19*

Ex Threnis.

1 *Peccatum peccauit Hierusalem .pagi. 164.nume.6*
2 *Cogitauit dominus dissipare murum filiæ Sion.p.175.nume.10*
3 *Sedebit solitarius & tacebit.pag.77. nume.10*
Nos iniquè egimus.p.127.nume.7
Bonum est viro cum portauerit iugum ad adolescentia sua p.484.num.5

Ex Baruch.

3 *Stellæ dederunt lumen.p.884.nu.43*
6 *Vnde vobis nitum sit quia non sunt Dij &c.p.775.nu.38*

Ex Ezechiele.

1 *Planta pedis eorum quasi planta pedis vituli.pa.675.num.21*
2 *In pascuis vberrimis pascam oues meas pa.41.nu.23*
3 *Si dicente me ad impium morte morieris.pag.49.nume.17*
5 *Sume gladium acutum & capillos tibi rade.p.370.num.21*
Ecce ego ad te, & ipse ego faciã in medio tui iudicia.pa.616.nu 25
10 *Rotas vocauit volubiles audiente me. pa.571.nume.2*
13 *Violabant me propter pugillum hordei.pa.311.num.14*
15 *Lignũ vitis eo modo quo dedi igni ad deuorandum.p.a.195.nu.33*
16 *Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ. p.102.num.31*
Ecce ego extendam manum meam. pag. 318.num.6
18 *Omnes animæ meæ sunt. pagin. 309. nume.9*
19 *Quare mater tua leæna. pagina, 333. num.15*
23 *Insaniuit libidine super concubitum eorum.p.306.nu.34*
29 *Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti. &c.p.778.nu.45*
32 *Qui cum circuncisis dormierunt. pagi. 69.num.21*
33 *Dic ad eos viuo ego.pa.138.nume.9*
34 *Suscitabo super eas pastorem vnum.p. 35.num.6*
40 *Et ecce murus foris secus &c. & vidi virum qui ædificium illud metiebatur. &c.pag.766.nume.10*

44 Et facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis. pagina. 342. numer. 7.
47 Ab hoc templo aquæ egrediuntur. p. 213. num. 13

Ex Daniele.

4 Regnum tuum transibit à te. pagina. 195. nume. 32
9 Post hebdomadas sexaginta duas &c. Vsq; ad finem capitis. pa. 894. num. 12

Ex Osea.

1 Ablactauit eam quæ erat absq; misericordia pa. 660. num. 24
2 Ecce ego lactabo eam. pa. 483. nume. 2
Perditio tua ex te israel p. 392. nu. 7
Vadam post amatores meos p. 260. n. 24.
Iccirco conuertam & sumam fructum meum p. 169. nume. 29
Comedent eam bestiæ agri. pagin. 394. nume 7
4 Particeps idolorum Ephraim dimitte eum. pa. 40. nu. 20
Vnusquisq; non iudicet & nō arguatur vir.
Super capita montium sacrificabant. pa. 313. num. 21
Peccata populi mei comedent. pagi. 825. num. 52
Oblita es legis Dei tui obliuiscar filiorum tuorum & ego. pa. 318. nu. 4
Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. pa. 342. num. 8
Spiritus fornicationis decepit eos. p. 426. num. 18
5 Ego scio Ephraim & Israel non est absconditus à me. p. 502. num. 17
Et respondebit arrogantia Israel in facie sua pa. 297. num. 6
6 Propter hoc dolaui in prophetis &c p. 693. num. 33
Misericordiam volui & non sacrificium. pa. 694. num. 35
7 Reuelata est iniquitas Ephraim. pagi. 380. num. 9
Dies regis nostri, cæperūt principes furere à vino. pa. 825. nu. 54
Ephraim quasi columba seducta pag. 40. nume. 20
8 Me inuocabunt Deus meus. pag. 194. num. 28
Quia ventum seminabunt & turbinem metent. p 905. num. 43
Quasi aquila in domum domini. pagina. 393. nume 4
9 Quasi vuas in deserto inueni Israel. pa. 284. num 4
Gloria eorum à partu, ab vtero & à concepcu. pa. 719. num. 6
Ephraim quasi auis aduolauit. pagin. 251. num 2
Area & torcular non pascet eos. pagin. 169 num. 30
Noli lætare Israel, noli exultare. pag. 84. nume. 3
10 Ephraim vitula docta diligere naturā. p. 386. nume. 25
Seminate vobis in iustitia & metite in ore misericordiæ pagin 313. num 20. & p. 862 nume. 37
11 Ego quasi nutritius Ephraim. pa. 34. nume. 3
12 Manibus prophetarum assimilatus sum. pag. 55 num. 8

Et inuoluit ad Angelum. pa. 128. nu. 11
14 Eius qui in te est misereberis populi. p. 517. num. 20
Ero quasi ros Israel germinabit sicut lilium. pag. 370. nume. 19
21 Dines effectus sum. p. 235. num. 24

Ex Ioele.

1 Vocate cœtum congregate senes. pagi. 174. nume. 7
Gens ascendit super terram meam. pagi. 431. nume. 34
Residuum erucæ comedit locusta &c. pa. 716. num. 27
2 Scindite corda vestra & non vestimẽta vestra p 600. num. 41
Effundam spiritum meum super omnem carnem p. 170. n. 34. pa. 912. num. 13
Filij Sion exultate in domino &c. pagi. 378. nume. 3

Ex Amos.

3 Si eruat pastor de ore leonis p. 46. nu. 7
6 Væ qui opulenti estis in Sion. pag. 552. nume 41
8 Occidat sol meridie p. 96. nu. 14
Emittam famem in terram non famem panis pa. 273 num 3

Ex Michæa.

2 Væ qui cogitatis inutile pa. 675. nu. 23
Ne alloquamini loquentes &c. pag. 696. nume 42
4 Et nunc quare mœrore contraheris pa. 7. nume. 18
6 Indicabo tibi ô homo quid sit bonum &c. pa. 839. num. 31
7 Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit racemos vindemiæ. p. 535. nu. 32

Ex Naum.

1 Dominus patiens & magnæ fortitudinis. pa. 30. nume. 13

Ex Abacuc.

1 Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ. pa. 327. nu. 33
2 Si moram fecerit expecta eũ. p. 8. n. 28

Ex Sophonia.

1 Vlulate habitatores pilæ pa. 287. nu. 13
Scrutabor Hierusalem in lucernis &c. pag. 903. num. 38
3 Væ prouocatrix & redempta ciuitas &c. 395 nu. 12. &. pa. 309. num. 38

Ex Zacharia.

1 Reuertar ad Hierusalem in misericordys pa. 328. nume. 2
11 Si bonum est in oculis nostris afferte mercedem p. 46. nume. 8
Sume tibi vasa pastoris stulti p. 46. n. 10
Sumpsi mihi duas virgas. pag. 407. nu. 6
12 In die illa proteget dominus habitatores Hierusalem. p. 784. nu. 2
Effundam super domum Dauid &c. pa. 912. nume 12
14 In die illa erunt labetes in domo Domini pa. 785. nume. 5

Ex Malachia.

2 Labia sacerdotis custodient scientiam. pag. 348. num. 26.

3 Ego Deus & non mutor. pa. 126. nu. 6

Ex Matthæo.

3 Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. pag. 424. nu. 13

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur. pag. 893. nu. 7

6 Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius. pag. 365. num. 19

Si lumen quod in te est tenebræ sunt. pagi. 185. num. 5

9 Non veni vocare iustos sed peccatores. pag. 265. num. 14

Misericordiam volo & non sacrificium, pag. 60. num. 40

10 Exeuntes foras excutite pulverem. pa. 112. num. 25

11 Venite ad me omnes qui laboratis. pag. 746. num. 19

12 Progenies viperarum, pa. 257. num. 21

13 Fulgebunt iusti sicut sol, pag. 82. n. 27

14 Hic est sanguis meus. pa. 42. num. 26

Habete fiduciam ego sum, nolite timere. pag. 870. num. 2

16 Vade post me Satana. pag. 93. num. 6

Pater noster qui es in cælis. pa. 145. n. 30

18 Dico vobis quia si duo ex vobis. pagina. 176. num. 14

19 Facilius est camelum per foramen acus transire. pag. 365. num. 4.

20 Filius hominis venit dare animam suã pag. 41. nu. 25

Potes bibere calicem. pa. 63. num. 4. & pag. 104. num. 2

Conuentione autem facta ex denario diurno pag. 205. num. 26

Sustinete hic & orate mecum. pagi. 532. nume. 22.

21 Nunquam ex te fructus nascatur. pag. 356 nume. 14

23 dicunt & faciunt. pag. 59. nu. 9

Dilatant Philacteria sua. pa 676. nu. 26.

24 Quemadmodum gallina congregat pullos suos pag. 35. nu. 5

25 Quandiu fecistis vni de his minimis, pag. 163. nu. 13

26 Et progressus pusillum procidit in faciem suam. pag. 129. num. 13

Ex Marco.

10 Potestis bibere calicem quem ego bibo. pag. 104. num. 2

Erant autem in via ascendentes Ieroſolymam. pag. 105. num. 4.

13 De die autem illo vel hora nemo scit, pag. 188. num. 11

Ex Luca.

1 Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. pag. 25. num. 8

Invenisti enim gratiam apud Deum, pag. 163 nume 11

2 Gloriam in excelsis Deo p. 493. nu 32

6 Beati qui nunc esuritis p. 40. num. 22

9 Neque duas tunicas habeatis. pagina. 366. num. 8

Factum est dum complerentur dies assumptionis illius p. 105. num. 3

10 Videbam Sathanã sicut fulgur de cælo cadens.

cadentem pagin.399.nume.24

11 Si oculus tuus fuerit simplex. pa.306. nume.1

12 Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem.p.357. nu.16

Ignem veni mittere in terram.pag.146. nume.31

Quis putas es fidelis dispensator & prudens.pag.47.nume.13

Baptismo habeo baptizari.pa.63.num.4

Stulte hac nocte repetent à te animã tuã. pag.106 nume.7

13 Requiritur sanguis prophetarum.pag. 193.nume.25

15 Gaudium erit in cœlo super vno peccatore.pa.103.num.55

Congratulamini mihi quia inueni ouem. pagin.62.nume.27

16 Recordare fili quia recepisti bona in vita tua p.83.nu.28.&.pa.90.nu.22.

18 Oportet semper orare.pag.130.nu.17

21 Vidit quandam pauperculam viduam &c.pa.707.num 31

22 Quod facis fac citius pa.92.num.2

Orate ne intretis in tẽtationẽ.p.179.n.24

Ex Ioanne.

1 Erat lux vera quæ illuminat.pa.196. nume.36

Dedit eis potestatem filios Dei fieri pagin. 338.num.30

Gloriam quasi vnigeniti à patre. pagin. 371.num.24

3 Lux venit in mundũ & dilexerunt homines magis tenebras pa.713.nu.48.

4 Ego cibum habeo mãducare p.54.n.4

6 Ego sum panis viuus p.44.nu.2

7 Siquis sitit veniat ad me. pagi.12.nu. 1.&.pag.44.nu.2

7 Spiritus Sanctus nondum erat datus. pag.100.nu.25.&.pag.16.nu.15

8 Qui ex Deo est verba Dei audit. pagin. 275.num.9

Ego sum lux mundi.p.44.nu.2

9 Scimus quia peccatores non exaudit. p. 135.num.33

10 Qui pastor est ouium proprias oues vocat.pa.48.nu.16

12 Princeps huius mundi eijcietur foras.p. 123.num.20

Ego sum lux mundi.p.78.num.15

Videntes discipuli indignati sunt. pagin. 381.nume.10

Sinite illam vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.pa.567.nu.38

14 Quia ego ad patrẽ vado. p.681.nu.39

Ego sum via veritas & vita.pagin.44. nume.2

Pacem meam do vobis pacem relinquo vobis.pa.2.nume.5

15 Iam non dicam vos seruos.pagin.631. num.39

Ego sum vitis vera.pa.317.num.2

16 Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum pa.11.num.31

Venit hora vt omnis qui interficit vos.pa. 80.num.19.& p.306 nu.1

17 Manifestaui nomen tuum hominibus. pa.270.nume.31

18 Si me quæritis sinite hos abire. pagin. 50.num.21

20 Ascendo ad patrem meum.pagi.141. nume.16

21 Cum esses iunior cingebas te.pagina. 65.num.9

Ex Actis Apostorum.

1 Hic possedit agrum de mercede iniquitatis. pag. 769. nume. 19
3 Scio quia per ignorantiam feciſtis. pag. 426. num. 20
5 Ibant gaudentes â conſpectu Concilij. pag. 106. num. 8
8 Quomodo poſſum ſi non aliquis oſtenderit mihi. pag. 71. nume. 29.
In felle amaritudinis & obligatione peccati video te eſſe. pag. 769. nume. 20
9 Quis es Domine. pa. 18. nu. 8
Ibat per viam gaudens. pag. 222. num. 13
15 Iugum quod neque nos neque patres noſtri, &c. pagi. 121. nu. 15
20 Ego ſcio quod poſt diſceſſionem meã intrabunt lupi rapaces. pa. 144. nu. 13
Attendite vobis & vniuerſo gregi. pag. 48. nume. 14.
Mundus ſum à ſanguine omnium. pagina. 708. num. 34

Ex Epiſtola ad Roma.

1 Qui factus eſt ex ſemine Dauid. pagina. 35. num. 7
Accepimus gratiam & apoſtolatum ad obediendum. pag. 37. num. 12
Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum. pag. 240. num. 7.
Sicut non probauerunt Deum habere in notitia. pag. 321. num. 13
Quia cum Deum cognouiſſent non ſicut Deum glorificauerunt. pagi. 475. numero. 19
Reuelatur ira Dei de cælo. pa. 409. nu. 11
Non eſt acceptio perſonarum apud Deũ. pagina 6. num. 16
Tu autem ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor. pag. 21. 30.
An diuitias bonitatis & patientiæ & longanimitatis eius contemnis, ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, &c. pa. 514. numero. 11. Vſque ad pag. 516. num. 16
Si autem tu Iudæus cognominaris, &c. late explicatur. pa. 619. nu. 3
Iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat. pag. 265. num. 15
4 Traditus eſt propter peccata noſtra. pa. 16. num. 13
5 Tribulatio patientiam operatur, pagina 10. num. 28
Iuſtificati ergo ex fide. pagin. 25. nume. 7
In ſimilitudines carnis peccati. p. 251. n. 3
Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. pa. 222. num. 14
Spes autem non confundit. pagina, 879. num. 28
6 Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. pag. 69. nu. 24
Sicut exhibuiſtis membra veſtra. pagina. 35. num. 19
7 Non quod volo bonum hoc ago. pagina. 186. num. 5
Video aliam legem in membris meis. pag. 96. num. 13
Peccatum operatum eſt mihi mortem. pa. 41. num. 24
8 Lex ſpiritus liberabit me à lege peccati & mortis, pag. 795. num. 36
Fratres debitores ſumus non carni, &c. pag. 623. nu. 13
Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. pag. 133. nu. 27

Postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.pa.111.nu.23
Certus sum quod nec mors, nec vita.pagi.109.nume.16
Spiritus sanctus postulat gemitibus inenarrabilibus.pa.769.nu.18
Omnis creatura ingemiscit. pagina. 75. num.4
Si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis.pag.17.nu.16
9 *Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ. pag. 252.num.6*
Non quod exciderit verbum Dei &c.p. 879.nume.28
10 *In omnem terram exiuit sonus eorũ. pag.376.nume.6*
Dines in omnes qui inuocant illum. pagi. 367.nume.11
11 *Quandiu ego sum gentium Apostolus pag.572.num 5*
Illorum delicto salus est gentibus. pagin. 912.num.13
12 *Date locum iræ.pag.781.nu.56. & pa 858.num.27*
Reformamini innouitate sensus vestri.p. 545.nume.16
Sicut in vno corpore multa membra habemus p.357.num.18
Dico enim per gratiam quæ data est mihi &c.pa.852.num.8
Qui miseretur in hilaritate p.243.n.16
Spe gaudentes.pa.222.num.14
Habentes donationes secundum gratiam pagin.134.nume.30
Qui præest in solitudine pa.58.nu.17
13 *Induimini dominum nostrum Iesum Christum.p.,12.num 5*
Qui diligit proximum, legem implenit. pag.121.num.15
15 *Vt refrigerer vobiscum.p.258.nu.24*
Quæcunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt.p.74 nu.2
Deus autem repleat vos omni gaudio & pace in credendo.p.222.num.13

Ex Epistola prima ad Corinthios.

1 *Placuit per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.pa.114.nu.16*
1 *Contemptibilia elegit Deus & ea quæ non sunt ibidem.*
2 *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus.pa.235.num.23*
3 *Tanquam paruulis in christo lac vobis potum dedi.pa 340.num.2*
4 *Quid habes quod non accepisti pagin. 365.num.16*
Quid vultis in virga? veniam ad vos.pa. 348 nume.25
Tanquam purgamenta huius mundi pag. 225.num.24
Vsque in hanc horam & esurimus.pagi. 38.num.14
5 *Si mortui non resurgunt neq; Christus resurrexit.p.16.nu.14*
6 *Iam quidem delictum est in vobis omnino.pag.24.nu.5*
Cadite supernos & abscondite nos &c. pa.768.num.15
Glorificate & portate Deum in corpore vestro.pa.469.nume.37
7 *Nolite fraudare inuicē p.190.num.18*
9 *Omnia omnib⁹ factus sum p.258.n.24*
Nescitis quod in stadio currunt &c.pag. 511.num.1

Qui in agone eſt ab omnibus ſe abſtinet. p. 387. nume. 28

10 *Nolo vos ignorare fratres &c. pagin. 888. num. 5*

Omnia in gloriam Dei facite pagin 557. num. 8. & pagi. 299. nu. 12

Petra autem erat Chriſtus. pagina. 160. nume. 3

Tentatio vos non apprehendat niſi humana pa. 108. nume. 13

Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis pa. 81. nu. 22

11 *Iudicium ſibi manducat & bibit. pag. 250. nume. 35*

Quoti ſcunque manducabitis panem hũc. pag. 10. num. 29

Mulieres velamen habeant propter Angelos. pa. 888. num. 57

12 *Diuiſiones gratiarum ſunt pagi. 680. num. 38*

13 *Charitas omnia credit pagina. 376. nume. 37*

Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate pag. 347. num. 22

Tempum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos. pag. 224. num. 21

14 *Si orem lingua, mens mea ſine fructu eſt. pa. 183. nume. 36*

15 *Gratia Dei ſum id quod ſum. pagin. 41. num. 24*

Fratres mei dilecti ſtabiles eſtote. pagin. 41. num. 24

Primus homo de terra terrenus &c. pag. 846. nume. 53

Ex Epiſtola ſecunda ad Corinthios.

1 *Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. pa. 87. nu. 13*

Deus de tantis periculis nos eripuit. pagi. 173. num 6

2 *Ex multa tribulatione & angustia ſcripſi vobis. pa. 84. num. 4*

Id quod in præſenti eſt momentaneum. p. 80. num. 19

4 *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. pa. 216. nume 22*

5 *Charitas Chriſti urget nos. pagin. 50. nume. 22*

Deus erat in Chriſto mundum reconciliãs pag. 274. num. 6

6 *Cor noſtrum dilatatum eſt. pagi. 765. nume 8*

Vos enim eſtis templum Dei viui. pagin. 766. num. 9. & pa. 416. num. 32

Hortamur vos ne in vacuum gratia Dei recipiatis pa. 253. num. 10. & pa. 113. num 28. & p. 746. num. 20

Pro Chriſto enim legatione fungimur. pa. 39. num. 12

7 *Repletus ſum conſolatione ſuperabundo gaudio pa. 213. nu. 14*

9 *Qui ſeminat in benedictionibus &c. pag 844. nume. 44*

11 *Huiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt operary ſubdoli pag 345. num. 15*

12 *Signa apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in patientia. pagina. 266. nume. 18*

Ne magnitudo reuelationum extollat me pag. 133. num. 27

13 *Pacem habete & Deus patis erit vobiſcum. pag. 5. num. 14*

Ex Epiſtola ad Galatas.

2 *Tu cùm Iudæus sis, gentes cogis iudaizare. pa. 244. nume. 19*
Et nos in Christo Iesu credimus. pagina. 745. nume. 15
4 *Quoniam estis filij Dei misit Deus spiritum filij sui. pag. 154. nu. 23.*
5 *Fructus spiritus est charitas, gaudiũ, pax p. 157. nu. 33. & p. 211. nu 8*
Manifesta sunt opera carnis. p. 437. n. 17
6 *Operemur bonum ad omnes maxime ad domesticos fidei. p. 326. nu. 29*

Ex Epistola ad Ephesios.

1 *Qui operatur omnia secundum consiliũ voluntatis suæ. pag. 125. nu. 3*
Benedictus Deus & Pater domini nostri Iesu Christi &c. p. 683. nume. 2
Caput super omnem Ecclesiã. p. 261. n. 3
2 *Deus autem qui dives est in misericordia. p. 780. num. 52*
Ipse est pax nostra qui fecit veraque vnũ pag. 1. num. 1
4 *Dedit quosdam pastores & doctores. pa. 48. nume. 14*
Solicite seruare vnitatem in vinculo pacis. pa. 3. nu. 8. & pa. 171
Nolite contristari Spiritum sanctum. p. 771. nu. 25. & pag. 170. nu. 34
Donec occurramus omnes, in vnitatem fidei. pa. 312. num. 17
5 *Estote imitatores Dei pa. 555. num. 2*

Ex Epistola ad Philippẽses.

1 *Desiderium habeo dissolui & esse cum Christo pag. 106. nume. 7*
Confido quod qui incepit in vobis bonum opus perficiet vsque in diem Iesu Christi. pag. 507. nu. 33
2 *Si qua consolatio in Christo si quod solatium &. pa. 443. num. 34*
In similitudinẽ hominũ factus p. 251. n. 2
Lucetis sicut luminaria in mundo. pagin. 28. num. 15
3 *Si quomodo occurram ad resurrectionẽ. pag. 17. nu. 16*
4 *Petitiones vestræ cum gratiarũ actione. p. 127. num. 9*
Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. pag. 198. num. 5

Ex Epistola ad Colossẽses.

1 *Adimpleo ea quæ desunt passionis Christi pa. 42. nu. 28. & p. 220. n. 7.*
2 *Spolians principatus & potestates pa. 123. num. 21*
Neq; vos decipiat per Philosophiã & inanem fallaciam. p. 828. nu. 43
3 *Mortui enim estis & vita vestra abscõdita est cum Christo. p. 82. nu. 27*

Ex Epistola prima ad Thessalonicenses.

4 *Nõ vocauit nos in immũditiã p. 571. 3*

Ex Epistola secunda ad Thessalonicenses.

5 *Spiritũ nolite extinguere pagin. 170. num. 34*

Ex Epistola prima ad Timotheum.

6 *Diuitibus præcipe & c. pa. 871. num. 5*

Ex Epistola secunda ad Timotheum.

4 *Prædica verbum, insta opportune importune. pa. 278 nu. 18*

Ex Epistola ad Titum.

1 *Omnia munda mundis. pa 563. nu. 26*

Ex Epistola ad Hebræos.

2 *Propterea abundantius oportet nos obseruare &c. pagin 122. num. 19. & potissimum. pa. 850. num. 2*

5 *Factus est omnibus obedientibus sibi. pa. 143. nume. 24*

10 *Habentes itaque fratres fiduciam in sanguine Christi &c. pa. 888. nu. 18*

11 *Christus assistens pontifex. p. 54. nu. 5*

Fides est substantia rerum sperandarum. pa. 104. nu. 37

Fide obtulit Abraham Isaac. p. 137. nu. 5

12 *Pacem sequimini cum omnibus. pagi. 291. nume. 24*

Contemplantes nequis desit gratiæ Dei. p. 747. num. 21

13 *Iesus Christus heri & hodie ipse in sæcula. p. 400. nu. 25*

Ipsi enim peruigilant p. 371. num 23

Beneficentiæ eius nolite obliuisci. pagin. 370. nume. 19

Ex Epistola Sancti Iacobi.

1 *Si quis vestrum indiget sapientia. pag. 139. num. 11*

Omne datum optimum, pag. 5. nume. 13

Quidat omnibus affluenter. p. 243. n. 16

2 *Dæmones credunt & contremiscunt. pa 850. num. 3*

Qui offendit in vno factus est omniū reus. pa 772. nu. 29

3 *Fructus iustitiæ in pace seminatur. pa. 293. nu. 29*

Si quis verbo non offendit hic perfectus est vir. pa. 859. num. 28. & 29

5 *Tristatur autem aliquis vestrum, oret æquo animo. p. 194. nu. 28*

Multum valet deprecatio iusti assidua. p. 135. num. 31

Si quis ex vobis errauerit à veritate & cōuerterit quis eum. p. 636. num. 9

Ex Epistola prima D. Petri

1 *Certus sum quod velox est depositio tabernaculi mei. p. 65. num. 10*

Scientes quia non corruptibilibus auro & argento redempti estis pa. 270. nu. 30

4 *Vnusquisq; sicut accepit gratiam. pag. 357. nume. 18*

5 *Deus autem omnis gratiæ qui vocauit nos. pa. 87. nu. 13*

Cum apparuerit princeps pastorum. pagi. 44. nume. 3

Ex Epistola secunda Diui Petri.

1 *Vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ. pa. 16. nume. 13*

Ex Epistola prima Diui Ioannis.

2 *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. pa. 41. num. 25*

3 *Qui odit fratrem suum homicida est.p.* 763.*num.*2
Si reprehenderit nos cor nostrum &c.p. 458.*nume.*4
*Videte qualem charitatem dedit nobis Deus.pag.*141.*num.*26
Si cor nostrum non reprehenderit nos pa. 127.*num.*7
4 *Perfecta charitas foras mittit timorẽ p.*7.*num.*20
5 *Qui scit fratrem suum peccare peccatũ non ad mortem pa.*74.*nu.*4

Ex Apocalypsi.

1 *Hæc dicit qui tenet stellas septem.pag* 44.*num.*3
Similem filio hominis vestitum podere.p. 329 *nume.*5
2 *Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ p.*114.*num.*31
*Dedit illi Deus vt pœnitentiam ageret. pa.*21.*num.*3
3 *Vtinam frigidus esses aut calidus pag.* 437.*num.*15
*Suadeo tibi emere à me aurum.pagi.*505. *nume.*26
Siquis mihi aperuerit cœnabo cum ipso.p. 246.*nu.*25
*Tene quod habes.p.*61.*nume.*25
*Vidi animalia sancta plena oculis ante & retro p.*813.*nume.*18
*Ecce sedes posita erat & supra sedem sedens.pa.*376.*nume.*38
5 *Redemisti nos Deo in sanguine tuo. pa.* 61.*nume.*24
Dignus es domine accipere librum.pagin. 11.*num.*30
6 *Et exiuit alius equus rufus.pa.*4.*n.*10.
*Vidi subtus altare animas interfectorum &c.pag.*742.*num.*7
7 *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna pa.*512.*num.*4
12 *Ecce draco magnus rufus &c.pagin.* 835.*num.*20
*Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli.p.*836.*nume.*23
13 *Et vidi de mari bestiam ascendentẽ. pag.*352.*num.*3
Data est illi potestas facere menses.pagin. 917.*nume.*27
18 *Fortis est Deus qui iudicabit illam.pa.* 892.*nume.*6
*Poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te pag.*241.*nume.*9
19 *Vidi vnum Angelum stantem in sole pa.*239.*num.*3
*Byssinum iustificationes sunt sanctorum pa.*248.*nu.*30
*Et audiui vocem quasi vocem tubæ magnæ.pa.*691.*nu.*27
*Vidi equitem sedentem in equo albo &c. pa.*708.*num.*35
20 *Beatus & sanctus qui habet partẽ in resurrectione prima.pa.*17.*num.*6
21 *Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis.pa.*12.*num.*1
*Et absterget Deus omnem lachrymam. pag.*72.*num.*32

FINIS.

INDEX RERVM ET SENTENtiarum memorabiliū, quæ toto hoc opere continentur, ordine Alphabetico digestus.

¶Prior numerus Paginam, secundus numeros in paginis contentos indicat.

A

ABSENTIA amorē sedat. pagina. 101. nu. 28

Absentia Dei deploranda. pag. 109 nu. 17

Absentia Christi vtilis fuit ad aduētum spiritus sancti in discipulos. p. 110. 19. & p. 99. 23. & p. 125

ABRAham quare in die ablactationis Isaac cōuiuium fecerit, & nō in die natiuitatis. p. 103. 34

Per absolutionem pœna æterna in temporalem commutatur, & aliquando omnis. p. 30. 23

ABSTinentiā ad legis diuinæ obseruātiā maximecō ducere. p. 512. 3

Abstinentia subtilem facit intellectum. p. 72. 30. & p. 605. 5

ACCIpere aliquid à Deo maior libertas est quā alteri elargiri. 185. 3

Acceptio personarum sine peccato esse nequit. p. 822. 44

ACCEDERE ad Christum curare debet peccator. p. 254. 11.

Accedit homo ad Deum & abeo recedit non passibus corporeis, sed affectibus mentis. Ibidem.

ADVENtus Christi, omnia bona nobis attulit. p. 398. 19. & eisdem inuitat. Ibidem. nu. 21

Aduentus Christi causa fuit pax, & reconciliatio inter Deum & homines. p. 1. 1

ADAM fuit sapiētissimus scientia à Deo sibi infusa. p. 487. 13

Adæ non cōicauit Deus sciētiā particularē, & quare. Ibidē. nu. 14

Adā fuit à paradiso ablegatus, quia se excusauit. p. 780. 51

ADIMplere quæ defuerunt passioni Christi quid sit. p. 220. 7

Adulatores aliorum peccata persoluent p. 820. 52. regesq; præcipue lędunt. Ibidem.

ADVlator est proximi homicida. p. 824. 49. vbi malitia huius criminis detegitur adulator aptè tibicini comparatur. p. 824. 51

ADVOcatorū, scribarū, & procuratorū vitiū quoddā periculosissimū. p. 615. 42. & 729. 35

Aduocatorū nullus in sanctorū calēdario repert⁹, vno dēpto, p. 616. 43

Aduocatos, & procuratores sub reatu peccati mortalis obligari scire & manifestare, an lis sit admittenda nec ne, pag. 729. 35.

ÆGRITudo, vide in verbo, labor, & in verbo, tribulatio.

Ægritudines impartitur De⁹ hominibus propter ipsorum peccata, & vt sint occasiones saluādæ animæ. p. 663. 32

Ægritudo corporis maximè conducit

cit ad donaDei comparanda.pa. 162.10
AFFECtionum noſtrarum incli natio ſignum eſt ſalutis aut dam nationis,pag.68.18.
B.Agathę ſpontaneus ad martyriũ acceſſus,pag.106.8
Aiot vtraq; manu pro dextera vtebatur,pag.197.2
Alexandri Magni notanda ſententia,pag.889.50
D.Ambroſij notabilia verba in hora ſuæ mortis,pag.222.15
AMICI Dei neceſsitatis tempore cognoſcuntur,pa.368.13
Amicitiæ Hierogliphica explicatur.p,495.37
Amici,qui ad bonum inuitant conſeruandi, qui vero ad malum deſerendi,pag.461.15.&40.20.
Inter amicos primum præceptum obſeruandum eſt ne vnus propter alium peccet, pag.461.15
Amicitia huius vitæ communiter mercenaria eſt,pagi.826.57
AMOR, vide etiam in verbo dilectio,&in verbo Charitas.
Amor Chriſti erga homines,pagi. 92.1.& pagi.105.3.& pa.270.30.
Amor Dei erga homines. pa. 34.3. &78.14.&673.17.
Amor iuſtorum erga Deum, pagi. 65.nume.10
Amoris vis effecit,vt crudeliſsimã mortẽ Chriſtus parui penderet, pag.63.3
Amor Dei origo eſt omniũ beneficiorum,quæ nobis confert, pag. 125.2.
Amoris remedium,pagi.101.28
Amoris magni & parui diſcrimen, pagin.66.12.conſpicilijs comparatur ibidem
Amor proximorum & Dei, idem, pag.479.31
Amoris ratio clauditur in his duobus verbis Deum & tuum, pagi. 491.25.
Exdefectu amoris doloris defectus procedit,pag.493.31
Amor & odium neſciunt iudicium veritatis,pag.601.45
Amor quare morti comparatur,pa. 648.45.
Amoris fuit prima lex, quã Deus homini dedit, pagi. 486. vſque ad 488.
Amoris præceptum in lege Scripturæ Deus maximè cõmendauit pag.488.16.
Amor conciliatur maximè per ſenſum viſus,p.467.32.
Amoris præceptum cur mãdatum nouũ appelletur à dño,p.490.21
Amor Ciſtæ Arithmeticæ apprime comparatur, pagin. 424.34.
Amori diuino omnis animæ virtus eſt ſubijcienda,pag.495.36.
Amare debem⁹ Chriſtũ quia ꝓ nobis ꝓpriũ ſanguinẽ fudit,p.105.5
Amoris vis,pa 649.46,& 651.53.& 628.24.&.pa.808.2.
In Amore Dei ſuperfluitas inueniri nequit,pag.650.50.
Amor ſalutis flagrans omnia impedimenta ſuperat. pag.672.14.

Amoris virtus excellens super omnes alias virtutes. p. 629. 31
Amator non est, qui non semper amat. p. 809. 4
ANIMÆ rationales opes & diuitiæ Dei sunt, hominum fide cõmissæ, & Deo cum libuerit reddendæ. p. 309. 9
Animæ rationalis excellentia. pa. 310. 11
Anima rationalis à solo Deo creatur. Ibidem.
Animam quidam peccatores pignorant, quidam vendunt. pagi. 311. 14
Anima, vt coram diuino conspectu pulchra & decora reputetur non debet habere vitia cum virtutibus coniuncta. p. 605. 12
Anima sancta lunæ assimilatur. pagi. 67. 16
Anima per cõuersionem ad Deum pulchra redditur, & si conuertatur ad terram decorem, & virtutem amitter. p. 16. 17
In Animã transferre laborem, quẽ corpus passurum erat iniustissimum esse scelus. p. 385. 24
Anima nostra quanti sit valoris. pa. 79. 44
His qui Animi ægritudine laborãt nunquam ficta ratio deerit qua seipsos decipiant atque errorem suum tueantur. p. 601. 44
ANGELOS à Deo relinqui quo modo intelligatur, p. 266. 19
In Angelis licet tristitia esse non possit potest tamen esse origo eius, & quo pacto. p. 782. 58
ANNVLVM ad significãdam fidelitatem, nõ ad decorem manus inuentum. p. 247. 28
Antichristi tempore ecclesia in maiori quam nũquam periculo versabitur. p. 91. & 913.
Antichristi tempore sancti perfectissimi erunt. Ibidem.
Antichristo crediturí sunt primi omnium Iudæi. p. 914. 20
Antichristi partes sustinent decem peccatorum genera. p. 917. 29
Antichristus potissimũ fidem violare conabitur. p. 911. 9
Antichristus abominatio dicitur, & quare. p. 908. 2
Antichristus in Babylonia, & ex tribu Dan nasciturus est, & quare. p. 909. 3
Antichristi tempore maxima erit humanę mẽtis tentatio. p. 909. 4 & ideo innumeri tunc sunt superandi. p. 910. 7
APOStolorum fortitudo in prædicatione euangelij, ex Spiritus sancti gratia. p. 226. 21
Apostolis quare commissa sit prædicatio euangelij. p. 214. 16. & quare ad id, rudes Deus elegerit. p. 337. 29
Apostolis dati sunt labores ad eorum meritum & nostrum exemplum. p. 72. 32
AQVILÆ naturalis instinctus, vt filios veros cognoscat. pa 299 nu. 13
ARGVERE quid sit p. 121. 14

Argui mundum de iuſtitia à Spiritu ſancto quid ſit. p. 114. 30. & argui de iudicio. p. 122. 19
ARMA conceſsit animātibus irrationalibus natura, & hominibus illa negauit. p. 4. 11
Ariſtotelis ſuperbia. p. 240. 5
Arca Noè comminatio fuit diuinę vltionis. p. 377. 41
ARRHAntia definitur. p. 297. 7 Vide etiam in verbo ſuperbia.
D. Auguſtini de dignitatibus aurea ſententia. p. 618. 50.
AVARITIA curarum & ſolicitudinum fons & origo. 537. 37
Auarus ſeruit diuitijs & non imperat, iuſtus imperat illis & non ſeruit. p. 837. 38. & 544. 19
Auari cupiditas. p. 234. 21. p. 236. 26. p. 334. 19. p. 365. 4. & 541. 10
Auarus alijs & non ſibi diuitias cōparat. p. 366. 7. & p. 541. 10
Auari miſeria. p. 541. 10
Auaritia difficulter curatur. p. 614. num. 38
Auari quare vocantur hydropici. 614. 39
Auaritia religioſorum inter omnes difficillime agnoſcitur, & difficillime curatur. p. 615. 41
Auari Idolorum cultores quare nũ cupentur à D. Paulo. p. 537. 38
Auaritia eſt capitale vitiũ. p. 538. 41
Auaritia execratur. p. 614. vſque ad 617
B
BEATITudinis definitio ex Ariſtotele. p. 240. nu. 5
Beatitudo huiuſ ſęculiquę. p. 470. 10
Beati habent bona ſecura & perpetua, & vnde proueniat illis hæc firmitas. p. 4. 4
Beatitudo nimia ſolicitudine quærenda. p. 553. 46
Beatos eſſe omnes naturaliter volumus. p. 685. 4
Opus infiniti exercitij quod beati habēt eſt diligere eum qui infinite bonus eſt quiq; infinitè eos diligit. p. 700. 10
Beati colorē ſuæ naturæ ſeruāt, etiā ſi nigri fuerint erfectius tamen & nitidius redditum. p. 701. 12
Beati è cęlis reprobos in inferno vidēt, vnde maiores gratiarū actiones Deo reddunt. p. 10. 29
Beati nullis legibus ibi ſunt adſtricti. p. 626. 23
Beati eadem diuina eſſentia, qua Deus, beatificantur. p. 229. 6
Beatus ſua gloria gaudet nec alteri⁹ beati gloriæ inuidet. p. 230. 10
Beati omnes ſimul, nec quilibet ſe ſolo non poſſunt cōprehendere Deum omnibus modis quibus poſsit comprehendi. p. 232. 15
Beati quo pacto ſint cōtenti gloria à Deo illis tributa exēplis appoſitiſsimis manifeſtatur. p. 699. 7
Beati plus ibi nos diligūt, quā cum erant in mundo. p. 741. 5
BEneficiorū origo in Deo eſt amor in hominibus liberalitas. p. 125. 2.
Beneficia impetrat & ad ea idoneos facit oratio. p. 126. 6
Beneficia largiri hominib⁹ ab æterno decreuit Deus & quare. Ibid.
Bene-

Beneficiorū memoria. p. 140. 13. & 400. 27. & 401. 29. & 781. 54
Beneficiorum eſt expoſcēda à Deo ſtricta ratio. p 790. 21
Beneficij conſeruationis magnitudo. Ibidem.
Beneficia Dei homines quodāmodo cōpellūt ad eūdiligēdū. 244. 17
Cū de beneficijs quę Deus hominibus cōfert ſacra ſcriptura loquitur inquit ipſum Deū illa accipere, & quare. p. 246. 24
Cū ad beneficia recipiēda homines accedunt Deus magnā, ſi poſſet, caperet lætitiā, triſtitiā vero cū eius dona reſpuunt. p. 258. 23
Beneficia hominibus collata poſt incarnationē antecellunt præſtitis ante incarnationē. p. 317. 2
Beneficia à Deo collata magni æſtimāt iuſti, improbi vero parui pēdunt. p. 322. 26
Propter beneficium redemptionis magis quā propter alia Deo gratias reddere tenemur. p. 77. 32
Beneficia Dei ſūt prędicāda. 469. 37
Benefactorē ipſum, bonis à Deo acceptis offēdere ſūma abominatio, p. 475. 18. propter quam cōſueuit Deus reges ab ipſorū regnis priuare, ibidē: hæc ſolet eſſe fons & origo omnium errorum. ibi. nu. 19
Summo benefactori ſumme tenemur. p. 531. 19
Pro beneficijs aceptis nemo ſe iactare, ſed humiliare debet, & quare. pag. 771. 24
BELLorum peſtiū, tempeſtatū, & famis, quæ ſit cauſa. p 709. 37 & p. 811. 12
Bellū Chriſtianis inferētes nō cenſendi ſunt homines, ſed ira Dei peccata vleiſcens. p. 174. 9
Bellandum eſt non ſolū oratione, ſed armis. p. 178. 20
D. Bernar. peccatorē conuertit ſua prędicatiōe miro quodāmodo. 275 10. & eiuſdē pro cōuerſione alteri⁹ pecatoris notāda induſtria. 459. 8
BLAſphemia eſt creaturā ſibi arrogare q⁹ ſoli Deo datū eſt. 674. 19
BONOrum ſpiritualium guſtus eorum deſideriū auget. p. 12. 2
Bona ſpiritualia in hac vita guſtam⁹ in patria eiſdē inebriamur. 497. 3
Bona cęleſtia ſuperabundantia, firmia & ſtabilia ſunt. 498. 4. bona huius vitæ cōuerſo. 5
Bona tēporalia, vide etiā in verbo conſolatio, & in verbo voluptas.
Bonis huius vitæ venari licet æternæ vitæ beatitudinem. 229. 7
Bona huius vitæ mēſuram habent, alterius vero tormenta nequeūt menſurari. p. 90. 21
Bona tēporalia quæ nobis De⁹ elargitur per pauperes repetit, quod ſi ea libēter tribuimus ipſis De⁹ ac ſi nō dediſſet gratificat. p. 440. 25
Bona tēporalia mutuo homines ab alijs ſeparare faciunt. p. 520. 29
Bonorū temporaliū nimia ſolicitudo increpatur. 546. &. 23. & 548 29. 553. 44. hæc à fidei noſtræ confeſsione diſſentit. 552. 41
Bonorum temporalium abundātia

plurimorum malorum esse fontem. p.82. 29
Bonorum huius vitæ inconstantia, & mutabilitas. p.885.47
Bonorum temporalium cupiditas desiderium æternorum impedit. p.234. 22
Bonorum & malorum sors, & sortis discrimen. p.81. 26
Boni communis desiderium laudatur. pag.445.2

C

CAPREÆ & hinnuli certuorũ proprietas in fugiendo venatorem. pagi.213.nu.11
Charith quid sit, & quid significet, & cuius rei sit figura. p.69.18
CARO spiritui repugnat. p.186. 5. & p.438.20
Qui carni seruit plurimis dominis seruit. p.529.13
Quo caro imbecillior est eo debiliores sunt passiones ab ea prodeuntes, & ècontra. p.549.33
Caro etiam in iustis rebellis est, & immmunda. p.623.14
Capharnaum sola, ciuitas Dei nuncupatur, & quare, p.654.4
CÆLI delicias quodammodo ex huius vitæ delicijs cognoscere possumus. p.229.7
Cæli pulchritudo. p.230.10
Cælum quare desertũ appellatur. p.266.21.
Cælorum duplex motus. p.286.8
Cælestiũ rerum sermo licet sit clarissimus improbis obscurus videtur. p.77.11
CÆREMONIÆ sanctæ ecclesiæ sunt magni faciendæ. p.431. 33. & quare nu.35
Cœna Dei quare magna dicatur, p. 229.6
CHRISTVS comparatur Grypho animali. p.33.43
Christus pastor & princeps pastorum est. p.44.3
Christus quare pluribus voluit nominibus appellari. p.55.8
Christus nunquam in sacra pagina filius hominũ vocatur, & quare. p.876.19
Christus necessitatem, & salutem nostram, suam esse reputat. pa. 61.26
Christus venit in mundum vt esset consolator. p.74.2
Christus libenter obtulit se morti pro hominibus. p.94.7
Christus verus hominum amicus. p.188.11
Christus vulturi assimilatur. pagi. 264.12
Christus quare pro peccatoribus venisse dicatur. p.265.15. eorumq; peccata in suis humeris portauit. p.271.32
Christi diuitiæ. p.367.10
Christi diligentia in conquirendis peccatoribus. p.269.26
Ex Christi clarificatione orta est clarificatio Dei in mundo. pagi. 196.35
Christus cur plus gentibus se communi-

municauit cũ præcipue Iudæis promiſſus fuerit.p.432.2
Chriſtum imitare debemus.p.555. & p.556.&quo pacto.p.557.nu. 6.&.p.517.nu.18.&.p.470. 3
Chriſti cor ſua natura miſericors erat,& quare.p.569.44. & nunc eſt etiam in cælo ſicut antea exorabilis.p.517.18
Chriſtus ſępiſsime etiam non rogatus miſericordiam miſeris impẽdit.p.599.39
Chriſti conuerſatio quam vtilis & neceſſaria.p.642.27
Chriſtus quare à Phariſæis perſequebatur.p.635.5
Chriſti paupertas.p.827.58
Chriſti humanitas quicquid gratiarum recepit in ſalutem hominũ redundauit.p.690.25
Chriſtus neminem ſanabat corporaliter, quin ſimul ſpiritualiter. p.674.18.& pro diuerſitate ægritudinum diuerſis vtebatur medijs.p.869.48
Chriſti corpus efficax ad humanã ſalutem p.585.44
Chriſtus nunquam promouendæ ſalutis humanæ officium intermiſit.p.562.22
In Chriſto dicuntur propaſsiones illi affectus, qui in nobis paſsiones appellantur. p.569.43
Chriſtus quatenus Deus faciebat miracula propria poteſtate: at quatenus homo poteſtate excellentiæ illa faciebat.p.679.33
Chriſtum nobis promeruiſſe primam vocationem & iuſtificationis gratiam quid ſit.p.797.40
Chriſtus cur ſuos laudauit. p.472. num.8
Chriſtus pro corona habet peccatores. p.252.5
Quare Chriſtus tantum factus fuit homo.p.589.21
Chriſtus quare peccatoris habitum aſſumpſit.p.251.2
CHARITAS vide in verbo, amor,& in verbo,dilectio.
Charitas non amittitur per partes, ſed tota ſimul.p.527.7
Charitas omnibus virtutib⁹ formas præbet.p.649.48. & ſine ea nulla abſolute virtus vera dicitur. p.494.35
Charitatis erga proximos defectus quam grande malum. p.612.31 & p.653.2
Charitas quare dicitur veſtis.p.695 39.& quare nuptialis veſtis.40
In charitate perfectio chriſtiana eſt ſentialiter conſtituitur, licet huius perfectionis manifeſtatio in varijs virtutum actibus.p.899.28
Vbi charitas eſt ſemper eſt hora benefaciẽdi & ianua aperta. p.593. 29. & ad hoc nihil illis eſt impedimento. nu.20
Ex charitatis defectu prouenit cõpaſsionis defectus.p.334.18
CIBI ſpiritualis & corporalis diſcrimen.p.98.21
CIVITAS quando fugienda. p.294.34
CLERICORUM pelliceum candi-

dū, & capilli rasi in corona, quid significent. p. 716. 59
COGItatio mala fons omnium malorum. p. 329. 5. & p. 675. 23. earūq; expulsio à charitate prouenit. Ibidem.
Cogitatio rerum cælestium necessaria. p. 147. nu. 2
Cogitatio morosa peccatum est, m. & increpatur. p. 675. 22
Cogitationis prauæ primus motus non est in manu nostra, & si illā illico expellamus nō peccamus, sed meremur. p. 675. 22
Cogitationib⁹ bonis Deo ligamur. p. 677. 28
Cogitatio morosa bona, laudatur. p. 679. 25
COGNoscere potest aliquis probabiliter ex se ipso qualis habeatur à Deo. p. 351. 33
Cognitio sui per humilitatē homini maxime necessaria. p. 15. 10
COMMunio est inter nos, & Christum sicut inter corpus, & caput eius. p, 657. 13
Communio est inter sanctos ecclesiamq; triumphātem, & inter ecclesiam militantem. p. 657. 14
Alia est cōmunio inter sanctos respectu bonorū operū. p. 657 15
CONIugatorum labores & defectus. p. 237. 30
CONFessor ad imponendas pœnitentias prudentia indiget. pa. 32. nu. 27
Confessoris finis non propria vtilitas, sed gloria Dei esse debet. p. 244. 18; & p. 294. 34
Confessio annua intemperātiæ frequens est. p. 345. 17
Confiteri sępe peccata & cum conscientię examine maxime vtile. p. 31. 24
CONCionator cum Deo cōuersari debet, nec totum tempus cōsumere in studio librorum mortuorum. p. 204. 23
Cōcionatoris finis, qui esse debeat. p. 214. 17
Concionator est legatus Dei. pag. 274. nu. 6
Concionator oblata occasione nimius, idest largo, in concione esse potest. p. 278. 18
Concionatoris constantia quanta esse debeat. p. 699. 36
Concionatoris munus. p. 97. 17
Concionator scelera cōmunia, vt propria sentire tenetur. p. 98. 19. & non debet defatigari in cōcionando. p. 278. 18
Concionatores se mutuo adiuuare debent p. 298. 18.
Cōcionatores oportet esse vere imitatores sobrietatis & paupertatis Christi. p. 604. 7
Cōcionatores curare debent bonis operibus & exemplis nomen & autoritatē comparare. p. 744. 3
Concionatores quare nullum fructum faciunt. p. 281. 29
Concionatores ijs temporibus non recte munus suūobire, signo quodam demonstrat p. 707. 31
Concionatores, qui gentiliū & alio

rum huiusmodi librorum, verba & modos loquendi furantur, increpantur. p. 707. 32. & p. 821. 42 & qui subtilia & non vtilia prædicãt, p. 821. 41. & qui quęstiones scholasticas exagitãt, & flosculos rhetoricæ adducunt. p. 708. 33

In Concionatoribus vitium curiositatis summe odibile. p. 821. 42

Concionatores nutrices sunt populi. p. 340. 1

Cõcionator verba operibus, & opera verbis ęquare debet. p. 245. 20

Concionatores omnes quare vnus nũcius dicantur. p. 244. 17

Concionatoris finis nõ propria vtilitas, sed gloria Dei esse debet. p. 244. 18

Concionatores, oratores sunt Christiani. pag. 348. 24. & quales esse debeant. Ibidem.

Cõcio, vide in verbo eloquiũ diuinũ

Quod concionatur omnibus, id quilibet sibi prædicari debet existimare. p. 98. 21

CONsolatio diuina delicata est non patitur aliena. p. 582. 33

Cõsolatione cælesti quis indigne. p. 581. 31

Consolationes humanę, consolationes diuini spiritus impediunt. p. 119. 8. vide etiam in verbo, bonum temporale, & voluptas.

CONsilium ab hominibus sapiẽtibus, & virtuosis sumendum. p. 332. nu. 14.

Consilio maxime indiget iracundus. Ibidem. 13

Sine consilio negotia grauia non sunt expedienda. Ibidem nu. 12

CONTemplatio, vide etiam in verbo, oratio.

Contemplandum assidue est villicationis rationem reddendam esse. p. 384. 20

Contẽplationis mysteriorum Dei necessitas. p. 544. 18. & hoc debet esse nostrum cõtinuum exercitium. p. 864. vsque ad 867

Contemplatio non sine exercitijs pœnalibus exercẽda. p. 641. 23

Cõtemplatiua vita debet simul cũ actiua copulari. p. 641. 23

CONVersatio cum Deo. p. 67. 15 & p. 283. 1. eiusdem necessitas. p. 68. nu. 19. & p. 75. nu. 5. & p. 76. 7. eiusdem vtilitatis. p. 293. nu. 31 & p. 320. n. 11. & ex absentia eius maxima proflunt incommoda. p. 321. nu. 13

Conuersatio hominum fugienda. p. 76. nu. 8. & potissimum fœminarum. p. 454. 28.

Conuersatio hominis à muliere vitari debet. p. 101. 29

Conuersatio malorum fugienda. p. 114. nu. 31. & p. 453. nu. 27

Conuersatio & ocium amorem accendit. p. 101. 28

Cõuersatur Deus cum hominibus iustis iucunde. p. 284. 3

Cõuersatio nostra de salute animę semper deberet esse. p. 476. 22

Quælibet vero alia impertinens & perniciosa est. p. 477. 23

Cum Conuersationẽ iusti peccator

admittit ſaluti proximus eſt.
CONuiuium Dei quare cœna nõ prandium appellatur, pagi. 28.3
COR hominis quam variabile, p. 802.57
Cor hominis maius eſt omnib⁹ quę ſunt in toto terrarũ orbe, p.131.21
Cor eſt primũ & prȩcipuum, quod nobis à Deo poſtulatur, & quare p.478.28. circa quod quoddã ęnigma explicatur, pa.633.43.
Ex alijs quę Cor nõ ſunt, partẽ De⁹ poſtulat, ex corde vero non partem, ſed totum integrum exigit, pag 630.34
Ex Corde exeunt duo vberrima amoris flumina, pa,479.29
Cor noſtrum eſt inquietum donec ad Deum veniat, pag.685.10. & pag.630.33
Cor hominis mitigandum non eſt vi, ſed ratione pag.155.27. & qualiter in oratione eſt ſedandum. ibid. nu.28. & pag.156.num.29
Coram Deo eſſe dicuntur homines & cũ eo conuerſari quãdo alicui laudabili operi incũbũt, p.284.2
COR Rectio fraternalis laudatur, pag. 451.19. & ab ea ceſſandum quando nullus ſperatur fructus, pag.451.20
Correctio iuſti virga eſt in peccatorẽ, pag.290.20. & eſt gratia quod Deus illi fauet. Ibidem.
CREAtura cum inſeruit peccatori ſeruitute & tirannide opprimitur, p.169.29
Creaturæ irrationales ingratitudinẽ peccatoris accuſant, p.372.27
Creaturæ vniuerſæ ſunt ſpecula in quibus attributa Dei enittent, p. 846.54
CRV Delitas hominum execratur, pa.175.n.11. & pag.394.nu. 7. & pag. 593.nu.19. & pag. 800. vſque ad pag.803.

D.

DAMNA ſpiritualia non ſentire ſtultorum eſt, pag.84.3
Damnatorum dolor, pag.68.20.
Damnatorum maximum tormentum pœna damni, pag 69. num. 22. & pag.360.nu. 26. huius tortor eſt Deus, pa.69.nu.22.
Damnati patiuntur in inferno pœnas coſas, pagi.69.nu.20. & 22
DÆMOnes non habent fidem, pag.850.3.
Dæmon cum aliquem tentat prȩcipue Deum ignominia afficere prętendit, pag.454.30
Dæmones Deum odio habent non ſecundum quod Deus eſt, ſed ſecundum quod punitor eorum eſt, pag 526.6
Dæmon conatur, vt iugum Dei nõ ſuaue ſed arduũ nobis videatur, pag.533.27.
Dæmonis onus ingens, pag.538.1. & non poteſt ſaluare nec iuuare portantem, pag.539.2
Dæmonis conditio quæ, pag. 604. 9. quam improbi ſequuntur. ibidem.

Dæmonem plurima polliceri & nihil dare niſi crudeliſsima tormẽta.pag.662.29
Dæmon nunquam tentandi officium intermittit,nunquam laſſatur,pag.831.7.
Dæmonis mos eſt ſi quempiam perſequi incipiat eum velle omnino perdere, ſi Deus permiſerit, idẽ & mos iniquorũ. pa.212.10.
Dæmon monachi habitu indutus prædicationem habuit ad populum,pag.286.8.
Dæmonis vultus horror.pa.361.28
DECEptio maxime abominanda eſt,pag.217.26
DELEctatio conſeruat operantẽ in opere.p.508.63.& p.563.n.24.
Deliciarum huius mundi breuitas conſideranda,pag.693.8
DESIderium Chriſti domini moriendi pro hominibus,p.92.1
Deſiderium operandi ſancta exercitia maxime conducit ad ea operanda.284.nu.4
Deſiderium verum & fraudulentum,pag.285.6.
Deſideria floribus comparantur. Ibidem.num.5
VtDeſiderata homines obtineant, maximis ſe exponunt periculis, pag.13.5.
DESPeratio eſt maximum omniũ peccatorum,pag.449.nu.14.
DETractio & murmuratio in fœminis communis morbus, pagi. 816.& 817
Detractionem præcipuè fugere tenentur maiores reipublicæ, pag. 259.27
DEVS omnibus adeſt eorum deſideria & neceſsitates cognoſcẽs antequam illum deprecentur.p. 78 num.14
Nomen Deus vnde dicatur, pagina.644.33
Deus qui eſt vera lux conſulendus eſt in noſtris difficultatibus. ibidem.num.15
Nomen Deus omnes excellentias ac perfectiones infinitas in ſe includit,pag.644.33
Deus aſperitate inuenitur.p. 89.17
Deus ſolus diligi vult.p. 111.nu. 21
Deus quare orare velit.p.126.6.
Deus Leo, Vrſus & alijs huiuſmodi nominibus appellatur ad inſinuandum iram ſuam,homo vero vt indicet amorem & humanitatem.pag.228.2
Deus quare dicatur pars hæreditatis beatorum,pa.232.14.
Deus dedit filium ſuum vt eſſet doctor & interpres ſuæ voluntatis, pag.378.2.
Deum vt impios & ſceleratos puniat diuerſis vti miniſtris, pagin. 409.nu.12
Deus non ſolum quærit quia peccamus ſed quia ad eum non conuertimur,pag.410.15.
Quod Dei miniſtros minas ac potentias hominum non pertimeſcant,pa.414.25
Deus occaſionẽ quærit ad hominũ peccata excuſanda,pagi.426.18

Deus ſuperabundanter beneficia nobis largitur.pa. 458.4
Deus omni tempore paratus eſt audire peccatorem & ei ſubuenire, pag.458.6
Ita Deus homines diligit vt bonum quod alij in alios conferunt ſibi imputet,pag 493.32
Deus nunquam laſſatur peccatoribus remedium adhibere ſi ipſi ad eum ſe conuertere volunt,pa. 517.19
Deus antequam hominem creaſſet non appellabatur Dominus ſed Deus,pag.525.nume.1.& quare num.3
Deus nequit dominiũ ius & actiones,quam ſuper hominem habet relinquere,pag.626.4
Deo ſeruire regnare eſt, pag. 527.7
Deus ſeruos ſuos in laboribus reficit,pag.532.23.& quo res difficiliores ſunt eo maioribus auxilijs eos adiuuat,pag.533.25
Deus cum difficilia imperat difficultates amouet, pagi. 532.27
Deus paucos quos in mundo ſeruos habet magnifacit, pagi. 536. numero.34.
Deus qui maiora præſtitit vtique & minora præſtabit, pagi. 537. num 39
Dei munera aliquando prędicanda aliquando ſilenda, pa. 869.49
Deus ſecundũ ſe nõ eſt odibilis:per accidens tamen aliquãdo oditur ab impijs quatenꝰ punitor illorũ eſt & pœnarum illator,p. 539 4
Deo & Diabolo ſimul ſeruire nõ poſſumus,pagi. 540. 7
Dei prouidentia,pag. 551.num.40 & pag.720.nu.30
Deus non tantum Dominus, magiſter, ductor, tutor, & cuſtos vitę noſtræ eſt ſed etiam pater,pa. 552.nu.43
Deo nos eſſe ſimiles deſiderandum eſt, pagina. 555. nume. 2. quare hoc intelligitur.
Deus paratus eſt cuilibet poſcẽti auxilium ſuffragari, pagina. 592. nume. 17.
Dei conditio quæ,pa.604.8.quam probi ſequitur.ibidem.
Deus tantũ gaudet peccata remittere, & tantum illa deteſtatur vt venia illorum non petita ea ſępe condonet,pa.635.16
Deus ſe debitorem noſtrum oſtendit eoquod ad eo petimus,debiti ſolutionem.pa.674.18
Deus queritur fruſtra & veraciter, pa. 285.6
Deus non expectat vt ſua ineffabilia bona ab eo poſtulemus, ſed ip ſe nos inuitat & ad ea vocat,pag. 697.num.2
Deum gratis donare quomodo intelligatur,pag.701.14.& pa.72. 15.& pa.73.19
Siquidẽ Deus omnia viſibilia propter hominem fecit congruũ eſt, vt homo propter Deum omnia faciat,pag.648.45
Deus pluſquam ab eo petitur prębere ſolet diabolus viceuerſa

p.662. nu.28.&p.780.52
Deus in lege veteri nomina iustitiæ,&rigoris sibi imponebat in lege vero gratiæ nomina amoris.p.43.nu.1
Deus omnes vult & neminem contemnit.p.750.26
Deus diuersis modis homines sanat.728.32
Deus ex hominum peccatis occasionem sumit vt ipsi benefaciat, homines vero ex acceptis à Deo beneficijs è contra.p.831.à nu.1. vsque ad.8
Deo cõtradicere grauissimum malum.p.832.10
Deo quantũ debeamus explicatur. p.841.39. vsque ad.844
Deo gratias suauissimum verbum est, & ex ore beatæ Mariæ prodijt.p.435.10
Deuotio lætũ reddit iustum in suis tribulationibus.p.290.22
Dies hominis quare suus &nõ Dei appelletur.p.402.&pa.403.& pag.404
Dies quos nuntiauimus,dies nostri appellantur: dies vero rationis, dies Christi dicitur,& quare.p. 507.&508
Dies spiritualis iusti quid sit, vnde incipiat,&vbi terminetur.p.314
DIFfidentia increpatur.p.687.14 vide etiã in verbo, fiducia.
Diffidentia Deo summe detestabilis,&quã seueris supplicijs ab eo puniatur.p.646.nu.42.&.667. nu.44.&p.881.34
Diffidentes efficaci ratione conuincuntur,p.551.38
Diffidentia fons est omnium scelerum.p.138.8
DIGnitates sapientes viri renuũt, insipientes vice versa.p.379.6. &p.380.8
DILECTIO, vide etiam verbo amor,& charitas.
In dilectione proximi quis ordo seruandus.p.482.39
Dilectionis præceptum adimpleri summe Deus desiderat.p.488.17 sine cuius adimpletione nequit gratia aut gloria consequi. pagi. 489.nu.20
Diligere Deũ ex totis viribus quid sit,p.481.36. ex tota virtute.nu. 37.& ex omni mente.p.482.38 & p.647.nu.40.& 41.& ex toto corde p.479.nu.30.&.480.n. 34.& p.481.nu.35.& p.647.nu. 40.& cur addatur ex toto corde tuo.p.480.nu.32.& p.629.n.33
Diligere proximum sicut te ipsum quid sit.p.482.nu.39.& p.650. num.50
Modus diligendi Deum est eum diligere sine modo.p.650.nu.50
De dilectione Dei præceptum, in hac vita potest adimpleri. pagi. 626.nu.23.sed non perfecte.pa. 627.nu.25.à beatis tamen perfecte adimpletur.p.629.25
Circa dilectionem Dei cur tria tantum præcepta sint à Deo posita circa dilectionem vero proximi septem.p.651,nu.54

Dili-

Diligere proximos debemus amore deſiderij.pa.628.28
At Deum amore complacentiæ,p. 629.nu.27.& 628.nu.28
Diligendus eſt magis coniunctus quã extraneus,pag.482.40
Diligendi nulla eſt ratio quæ non incitet ad Dei dilectionem,pagi. 645.nu.35.
Cur de dilectione Dei eſt præceptum,& non dediligendo nos,pa. 490.nu.23
Dilectio qua Deus aliquem diligit eius electionem præcedit,in nobis è conuerſo,pag.125.n.2.
Diligere ad filios attinet, timere ad ſeruos,pa. 646.39
Dilectio Dei & ſubuentio proximi quolibet tẽpore fieri & non ſtatuto,pag.593.20
Id quod diligimus nimis, plerumque Deus à nobis tollit vt ipſum ſolum diligamus,pag.585. num. 43.& pag.111.num.21
Diligentia ſeruorum Dei,pag.562. nu.22.& pa.563.nu. 24. & vnde proueniat.nu.23
Diligentia pro ſalute ſpirituali proximorum & in virtutum operatione ſumma adhibenda,pagina 459.nu.8.& pag.573.nu.9.
DISCordias ſeminare Sathanæ munus eſt: vnde ſuſurrones illi aſsimilantur, pa.26.11.
DIVItiæ temporales vide etiam in verbo bonum temporale,) vires& idolum ſunt diuitis,pa.235. num.24
Diuitiæ temporales non ſunt prohibitæ, ſed iniquus affectus eas acquirendi,pag.241.nu.8.& nimia earum ſolicitudo,pag.548. nu.29.& pag.553.nu.44.
Diuitiarum appetitus appetitur in infinitum,pag.615.40
Diuitiæ inutiles à pagina.871.vſq; ad pag.874
Diuitiæ inter bona exteriora, infimum locum obtinent, pa.670.8
Diuitiæ & dignitates nequeunt homines ab afflictionibus vitæ humanæ liberare,pa.724.21
Diuitiæ quot malorum ſint cauſa & occaſio,pa.521.n.31.& pa.541. nu. 10. & quot afflictionũ & tribulationum,pa.542.n.13. & quã graue onus ſint,pa.545.n.20. & quam fallaces,pa.547.nu.27.
Diuitiarum diſpenſatio, pagi.370. num.21
Diuitiæ cur iniquitatis nomine à Chriſto inſigniuntur, p.391.40
Diuitiæ non ſunt honorandæ, ſed virtutes,pa.755.nu.45
Diuitiæ neq; invita neque in morte proderunt,pa.542.11.
Diuitũ modus execrandus in augẽdis diuitijs,pag.370.20
Diuitem ac potentem curare quam ſit difficile,pa.724.37.
Diuitis & pauperis diuerſus finis, pag.242.13
Diuites ne in diuitijs confidant, pa 871.4.
Diuites naui mercibus & iumento numis oneratis appoſitiſsimè com-

comparantur. pagi. 542. 12
Si diuites esse cupitis veras diuitias amate. p. 547. 26
Diuitum & voluptuosorum homi num minima perseuerãtia in vir tute. p. 325. 26. & quare nu. 27
Dominus temporalis sibi subditos benigne gubernare debet. pagi. 276. 13
Donis acceptis, qui bene vtitur me retur copiosiora accipere. pagin. 524. 39

E

ECCLESIA locus pascuæ di citur. p. 284. 17
Et spicæ comparatur. p. 70. nu. 24. & horto. p. 353. 6. & subuculæ comparatur. p. 261. 4
Ecclesia quid significet, & in quo differat à synagoga. p. 136. 3
Ad Ecclesiam vocari mera gratia Dei est. p. 289. 17
Ecclesiæ immunitatem frangendo magna Deo fit irreuerentia. pa. 412. 19. quæ à Deo seuere punitur. Ibidem nu. 20
Quando Ecclesias magnis redditibus Constãtius ditauit mira vox in aëre audita. p. 367. 10
Ecclesiasticorum auaritia. pa. 366. nu. 8
Ecclesiastici redditus in vsibus ecclesiasticis sunt expendendi. Ibidem nu. 9
Ecclesiastici sunt cor Ecclesiæ. pa. 889. 60
Ecclesiasticos in exercitijs spiritua libus priores debere esse probat. p. 558. 10
Ecclesiastici sunt alijs dignitate priores. p. 858. 10
Ecclesiastici sunt qui peculiariter discipulorum Christi nomen ha bent. p. 558. 10
ELEEMOSYNA vide in verbo, misericordia in pauperes.
Eleemosynæ celeriter priusquã im portunis precibus cogatur elargiendæ. p. 390. 37
Eleemosyna præcipue facienda ijs qui Christum sequuntur. p. 326. 29. & p. 333. 16
Eleemosynã elargire quantum pro sit. p. 439. 25
Eleemosynæ elargiendæ obligatio p. 331. 11
In eleemosynæ largitione ad Deũ & non ad pauperem est attẽden dum. p. 333. 17
ELOQVIA diuina vide etiam in verbo, concionator.
Eloquia diuina diligentissime, & auide audienda sunt. p. 273. 3
Ex diligentia aut tepiditate qua ho mo diuina eloquia audit dignos citur sit ne peccator an iustus. p. 275. 9
Eloquia diuina à peccato hominẽ extrahunt. Ibidem.
Eloquij diuini virtus ac efficacia. Ibidem nu. 10
In eloquio diuino audiendo tepidi tas, & negligentia, eius fructum & mirabilem effectum impe-

ditt

dit,pag.286. 8
Eloquium diuinum audiẽtibus aliquãdo nocet propter eorum malitiam. Ibidem.
Eloquia diuina audire negligentes duplici pœna ſolẽt puniri a Deo p:218.15
Eloquium diuinũ audiẽdum eſt in ieiunio cibi corporalis, & inordinatarum paſsionum. p. 319. 13
Qui eloquia diuina, aut nõ audiũt, aut paruam rationem earum habẽt, quibus ſupplicijs a Deo puniantur. p. 309. 39
Cum eloquia diuina alicui nõ proſunt periculoſiſsimum habere morbum ſignificat, p. 462, 17
Eloquij diuini myſteria non ſat eſt intelligere, ſed guſtare oportet. p. 466. 28. & ob id ad audienda eloquia diuina ſæpe illiterati ſũt propenſiores. Ibidem.
Eloquia diuina medicamentũ valdum ad animas conuertendas. p. 811. 10
Ad eloquia diuina præparatos nos debere accedere. p. 655. 8
Eloquium Dei qui ſpernunt grauiter à Deo punientur. p. 112. 26
Eloquium Dei remediũ eſt noſtrorum ſcelerum. p. 113. 25
Eloquiũ diuinũ quiete prędicandũ & audiendũ eſt. p. 277. 16
Eloquiũ Dei eſt vnũ ex præcipuis inſtrumentis ad ſalutem animæ. p. 448. 10
Eloquium diuinum aliqui audire nolunt, & ideo ſæpe fidem amittere ſolent. p. 448. 11
EPIScoporum rochetus, tiara, Baculus, quid ſignificet. p. 716. 57. & annulus eorũ quid ſignificet. p. 24. 28
EVCHAriſtia quæ diuinus eſt cibus debet multoties ruminari vt proſit. p. 56. 10
Verba legis, quæ præcipiebant agnum edendũ eſſe non crudũ, ſed aſſum ſignificant guſtum quo conari debemus edere cæleſtem agnum Ieſum Chriſtum in euchariſtia. p. 283. 1
Cæleſtẽ agnũ Ieſum Chriſtũ ſpiritualiter manducat qui aliquod ſanctũ exercitiũ operatur. Ibidẽ
In Euchariſtię ſũptione vult Deus vt gaudio & guſtu afficiamur. p. 284. 2
Euchariſtiæ aſsiduitas contemptũ minime parit, quinpotius reuerentiam. p. 293. 31
Euchariſtiæ aſſumptionis mirabiles effectus. p. 667. 42. inter quos pręcipuus eſt fomitis mitigatio. Ibidem nu. 44
Euchariſtiæ excellentia. p. 245. 22
In Euchariſtia magnificẽtia Dei erga homines oſtẽditur, p. 246. 23
Euchariſtia eſt vitæ ſpiritualis cõplementum. Ibidem: & ſpirituales vires auget. p. 248. 30
Euchariſtia vocatur cœna. Ibidem
Ad Euchariſtiam accedens purus, humilis & fidelis eſſe debet. pa. 247. nu. 26. & pag. 248. n. 29. & p. 887. 52

Eucha-

Eucharistia quare sumentibus non profit. p. 248. 30
Eucharistia digne sumentibus gladius est inimicos interficiēs: indigne vero sumētibus gladius quo iugulātur. p. 749. 34. & p. 887. 52
Eucharistiā præcedere debet reconciliatio cum fratre læso, & quando. p. 316. 29 Et, aliquando sumitur pro, quia. p. 1. nu. 1. & 2
Ethnicæ cuiusdam mulieris ad fidē conuersæ mirabilis euentus ex colloquio & conuersatione hominis. p. 101. 29
Euangelica doctrina secundum necessitatem audientium prædicāda. p. 365. 4
Euangelium comparatur agro floribus referto. p. 272. 2
In euangelica & cælesti doctrina etiā si millies prędicetur semper noua & admirabilia cōsiderāda, & tractāda reperiētur. p. 634. 2
EXEMplum malorū quantā vim habeat p. 571. &. p. 572. &. p. 819. 35. & p. 820. 30. &. p. 759. 18
Exēplo deprauato & pessima persuasione, proximum qui decipit eum interficit. p. 217. 26
Exemplum maioris magnā habet vim. p. 244. 19. & p. 571. 3. & p. 572. 4
Exemplum bonum proximis debetur. p. 313. 21
Pro exemplo malo quantum persoluendum. p. 382. 13
Exercitia pœnalia corporis præcedere debent contemplationem. pag. 278. 20
Excusant se homines quaque minima re ab obedientia Dei. pagi. 239. 3
EZECHIÆ regis vita incolumis seruata fuit propter successionem & natiuitatē Christi domini. p. 153. 20

F

FACIES & contrafacies animæ. p. 88. 16
FAVORES non minoris periculi sunt homini, quam labores p. 212. 11
Fauores & numi in mundo duo lauacra sunt cuiuscunque maculæ. p. 329. 4
FESTVM diem nō frangi dum quis erga egenos proximos misericordiæ opera siue corporalia siue spiritualia exercet. pa. 600. nu. 40.
Festos dies quibus exercitijs celebrare debemus: & vitium quod in ipsorum celebratione cōmitti tur increpatur. pag. 598, 56. & p. 606. vsque ad. 612
Festa quare sunt sancta. p. 610. 26
In festis dieb⁹ quare expoſcit De⁹ seruilium operum cessationē. p. 610, 25
Fœlix homo quem Christus à rudi turba segregat. p. 463. 19
FLATVS Dei quid effecerit in homine. p. 15. 12
Flatus Dei & flatus hominum effectus, & discrimen. p. 28. 15

Fidei

FIDEI definitio.p.850.2
Fidem qui habent ſunt à Deo benedicti.p.473.11
Fidei & obedientiæ vigor oſtenditur.p.504,23. & p.520.27
Fidei plures acceptiones. p. 619.19
Fidei neceſsitas.p.738.63
Fides quot modis poſsit eſſe maior in vno quam in alio. p. 851. vſq; ad 813. 11
Fidei laus.p.877.24
Fides in peccatoribus non amitti tur,ſed debilitatur & obſcuratur. p.903.39
Fides virtutum omniũ eſt ductrix. pa.103. nu.36
Fidei labefactata eſt ex eo quod multi non prædeſtinati ad eam ſe conuerterunt.p.282.32
Fidem amittere aliquando permit tit Deus,& quare.p.346.19
Fidei & fiduciæ diſcrimen.p.870.2
Fidelitas Dei erga homines.p. 323. nu.20
Fidelitas erga hoſpites. Ibidem.
Fidelis tantum appellari meretur homo, infideles & hæretici bru ta animantia.p.479.66
Fidelitas duplex in diſpẽſandis, & acquirendis diuitijs. pagi.370. nu.20
FIDVCIA adhibenda verbis Dei.p. 137.4. & p. 139.12. &p. 154.23 &p.687.15
Fiducia quid ſit.p.870.3
Fiducia & ſpes perfecta animi formidinem depellit. pag. 6. vſque ad pagi. 19.20
Fiduciam in Deo, & non in bonis temporalibus habere debemus. p.871.4.& p.876.21. neque in fauoribus humanis.p.874.14.& & p 875.17.& p.876.19
Fiducia laborãtium & afflictorum in Deo figenda.p.335.23
Fiducia nimia miſericordiæ Dei in peccatoribus ad peccandum. pa. 336.24
Fiducia ſine credulitate eſſe nequit & credulitas ſine fiducia nihil impetrat à Deo.p.659.21
Fiduciam niſi habeas impoſsibile eſt ſanari.p.665.38
Fiduciæ virtus commendatur.pa. 665.& p.966
Fiducia efficaciſsimum inſtrumentum ad Dei miſericordiã,& alia bona comparãda,à p.877. vſque ad p.881.
Ad fiduciam habẽdam exhortatio. Ibidem.
Fiducia vt præſtantiſsima ſit rariſsima.p.881.36
FILIVS Dei, vide in verbo Chriſtus
Filius Dei ille dicitur, qui actiones ſuas in Deum dirigit.p. 299.13
Filiorum verorũ Dei ab ijs qui vere non ſunt diſcrimen. p.363.35
Filiorum multiplicatio beneficiũ Dei.p.748.24
Filius nunquam punitur pœna ſpirituali pro patre, niſi communicet in culpa: bene tamen corporali.p.585.45
Filij huius ſæculi quare deuotionẽ habent

habent erga ſanctos qui mortui ſunt, non tamẽ erga ſanctos qui ipſis conuiuunt, & conloquuntur. p. 706. nu. 29
Filiorum crudelitas erga patres exe cratur. p. 856. nu. 19
Filij inobedientes, & inhonorantes patres quibus ſupplicijs puniantur. p. 750. nu. 32
Filiorum erga parentes obedientię & honoris obligatio. p. 750. 30
FINIS, vide etiã in verbo mors.
Finis dat eſſe rebus, & quare. p. 710 nu. 40
Finem eſſe omnium rerum, ſemper eſt conſiderandum. Ibidem.
Finis conſideratio legem diuinam facilem & omnes labores ſuaues reddit. p. 89. 19
Finis voluptatũ huius ſæculi quis ſit, & quòd ſit ſemper meditandus. p. 891. 2
D. Franciſci ſobrietas extollitur. p. 695. 4. & eiuſdẽ profundiſsima humilitas. p. 423. nu. 9.

G

GAVDium, vide in verbo voluptas, & in verbo, bonum.
Gaudium ſpiritale non ſolũ voluptates humanas expellit, ſed animum reficit ad expellendos labores. p. 157. 34
Gaudium ſpiritale generat in mente caſtum timorem ad non peccandum. p. 158. 35
Gaudium verum à Spiritu ſancto profluit. p. 211. 8
Gaudium maius ſit in cęlo de inno cente iuſto, quàm de peccatoris conuerſione, & oppoſitum quomodo intelligatur. p. 271. 34
GLORIA, vide in verbo, cælũ.
Gloriæ deſiderium. p. 106. 7
Gloriæ pulchritudo. p. 230. nu. 10. & p. 338. nu. 32. tranquillitas, & ſatietas. pag. 698. & 699. & gaudium. p. 700
Gloria accidẽtalis Chriſti non fuit ſufficiẽs præmium laboribus ſuę paſsionis. p. 205. 26
Gloriæ retributio iuſtis facienda quare in ſingulari ponatur. pag. 368. nu. 13
Gloriam quo plures ingrediuntur eò magis gaudẽt beati. pag. 700. num. 10
Ad gloriam conſequendam diuina lex obſeruanda. p. 685. 10
Ad gloriam primus paſſus eſt terrenarum rerum abnegatio. p. 684. num. 7
Gloriæ inanis cupidus creatori ſuo iniuriam irrogat, p. 307. 4
Glorificare Deũ ſicut Deum quid ſit. p. 476. nu. 20. aliud eſt glorificare Deum. nu. 21
Grammatica diaboli p. 774. 35
Gratia hominibus data eſt in menſura: Chriſto autem nõ ita, pagi. 261. nu. 2
Gratia effluxit à Chriſto in apoſtolos, & in totam eccleſiam, Ibidẽ nu. 3
Gratiæ excellentia. p. 270. 29

Gratię amiſsio excæcat mentem, pag.347.21
GRATItudo (vide etiam in verbo ingratitudo,) in brutis etiam reperitur, pag.524.40
Grati vt ſimus quærere debemus modos & inuentiones, pa.474. num.16
Vt gratus Deo ſit ille, qui in proſperitate eſt debet ſuæ paupertatis reminiſci, pag.474.15
Gratias Deo reddere, debet eſſe cõtinuum noſtrum exercitium, pa. 473.13
Gratiarum actio poſt menſam, pa. 339.num.34
Gratiarum actio pro beneficijs acceptis & bonis tẽporalibus, pa. 180.nu.26.& pa.364.n.16.& pa. 596.vſque ad pa.680.nu.37
Gratiarũ perpetua actio, debet eſſe vita noſtra, pag.597.33
GVLA quot pariat incommoda, pag.605.nu.4
Gulæ dediti magno ſupplicio debent puniri, pag.439.21
Guſtus bonorum ſpiritualium, eorum deſiderium auget, pagina 12.num.2

H

HEBRÆOrum cæcitas, pagina, 264.num.11
Hebræi vnde ſibi arma parauerint ad bellandum, pag.151.15.
HÆREticorum calliditas, pagina, 343.num.11
Ex hæreticorum falſo Euangelio damna ſubſecuta, pagina. 345. num.17
Hæretici meritò ſpinæ & tribuli appellantur, pagina. 346. numoro.18
Hæreticorum multiplices ſectæ argumentum ſunt ſui mendacij, pag.353.4
Per hæreticos experitur Deus diligamus illum nec ne. pagin. 352. nume.2
Hæretici licet inter ſe ob diuerſitatem hæreſum digladientur, tamen vnanimiter eccleſiam Dei perſequuntur, pag.624.16
HED Erę vas aquam retinet & vinum refundit. pag.275.11
HISTOria notanda cuiuſdam qui bona opera inani concitatus gloria exercebat, pagin.388. nume.32
HOMINem, habere Deum in patrem ſumma dignitas eſt. pa. 141.num.16
Homo arbori inuerſæ comparatur, pag.146.1.
Homo non in minori periculo verſatur cum fauores accipit, quam cum labore vexatur, pagin.212. nume.11
Hominis ignauia in quærendo Deum, pagina.269. num.26. & pag.842.nume.42
Homo adiutus gratia ad maiorem dignitatem quam ea quæ eſt angelorum euehi poteſt, pagina. 270.num.29

Quare hominem creauit Deus post alia omnia. p. 491. nu. 25
Hominis centrum Deus. p. 492. 27 & hæreditas & possessio propria eius. nu. 28
Homo quare mundi voluptatibus non satiatur p. 492. 28
Homines in bono ab incepto statim desistũt, in malo diutissime perseuerant. p. 506. 28
Hominibus multa mala euenire solent quando à bonorum societate segregantur. pagi. 521. nume. 30
Hominum fortunæ pendent à prouidentia diuina. pag. 551. 40
Homines sua natura procliues ad otium & inimici laboris. pa. 692 num. 31
Hominum cæcitas. pagi. 693. 33. & p. 845. nu. 50
Hominum duritia, & malum genium. pag. 781. num. 54. & pag. 782. nu. 57
Hominem esse Dei imaginẽ quid sit. pag. 844. nu. 48
HONOR est præmium virtutis & perconsequens ambitiosis indebitus p. 618. nu. 49
HONESTAS Romanarum mattonarum. p. 237. nu. 31
HOSTEM superare arte potius quam viribus gloriosius est. pa. 180. 25
HVMILitas qua ratione dicatur temperantiæ pars. pagi. 421. numero. 3
Humilitatem vt doceret hominibus, Christus Dominus manifestatus est discipulis in vulneribus clauorum. pag. 14. nu. 8. vbi, mira de humilitate.
Vt humilitatis esset magister filius Dei à patre æterno fuit missus. pag. 420. 2
Humilitatem sibi imputare, & appropriare vnaquæq; virtus cum alijs contendit. p. 421. nu. 3
Humilitate omnes tentationes iustus superat. pag. 422. nu. 6
Humilis bona quæ habet licet magna sint parui pendit. pagi. 422. num. 8
Humilitate profundissima fuit præditus Diuus pater noster Franciscus. pagin. 423. num. 9. quæ ab altissima Dei cognitione processit. Ibidem. nu. 11
Humilitate mediante iustitia exercetur, pag. 424. nu. 12
Humilis debet esse anima & pudore affecta in conspectu Dei licet sancta sit, quanto magis si sit peccatrix. pagina. 430. numero. 31
Quod humilitas in mente operatur hoc anchora in naui. pag. 443 num. 33
Ad humilitatem consequendam duo esse singularia itinera. p. 443 cum sequentibus.
Ad humiliandum iustos aliqua permittit Deus in eis leuia peccata. pag. 574. nu. 10
HYpocrita operatur bene vt hominibus placeat. p. 296. nu. 5

Hypocrisis radix superbia est, pag. 297. 6
Hypocrita creatori suo iniuriam irrogat, pag. 307. 4
Hypocrita vulpi & alijs rebus assimilatur, pag. 341. 4
Hypocritæ ab alijs etiam hypocritis secelant, pagina. 800. numero. 7
Hypcrisis execratur, pagina. 868. num. 47
IACOB lucta cum angelo, planctus suspiria, & oratio Iacob fuit pag. 128. 11
IDOLOlatria quomodo inuecta est, pag. 759. nu. 59
IEIVNIum orationi fauet, & sensualitatem reprimit, pagina. 161. num. 7
Ieiunium, abstinentia, & mortificatio carnis laudatur, pagin. 438. num. 19
IESVS vide in verbo Christus.
Iesus nomen mirabilia continens, pag. 516. 17
Ad imaginem Dei cur factus homo, pag. 472. 9
Imago Dei per fidem, spem & charitatem in homine restauratur, pa. 472. num. 10
IMPRObus vide in verbo peccator.
Impius vide in verbo peccator.
IMPœnitentes additionem peccatorum peccatis propter impœnitentiam merentur, pagina. 222. nume. 31
Ante Incarnationem cupere Deo assimilari multorum malorum fuit causa, post incarnationem vero omnium bonorum est fons & origo, pagi. 556. 7
INCONstantia hominum oftenditur, pagina. 513. numero. 7. & vnde profluat, numero. 8. & pagina. 514
Inconstantia vnum est, ex reprobationis signis, pagina. 514. numero. 9
Inconstantia hominum in bonis operibus, pagina. 505. numero. 25.
Inconstantiores esse solent voluptatibus dediti, pagina. 505. numero. 27
INFERni pœnæ profunde considerandæ, pag. 907. nu. 49. & pa. 714. num. 52
Inferni æternitas ponderatur, pagin. 796. 38. &. pag. 907. nu. 49
INFIDelitatis peccatum grauissimum est omnium peccatorum pag. 103. 35
Infidelium omnia opera an sint mala, pag. 791. 23
INGRATITVdo nostra erga Deum execratur, à pag. 522. nu. 33. vsque ad pagi. 524. nume. 39. & pag. 599. num. 37. & pag. 902. num. 35
Ingratitudo non est mortale peccatum nisi interior adsit contemptus, pag. 524. 40
Ingratitudo omnium malorum fons & origo. p. 599. 37

Ingratus feli aſsimilatur. pagi. 169. num. 31
Ingratos qua vltione Deus puniat. pag. 475. 17
Ingratitudo malum Deo nimis odibile. pag. 474. nu. 16. & pag. 524 num. 89
INIMICI quam vtiles ſint. p. 789. 16. & p. 860. 31
Inimici virgæ ſunt & flagella Dei. p. 804. nu. 63
Inimici dilectio præeminet dilectioni amici: & de excellentia huius dilectionis. pag. 786. nu. 8 vſque ad nu. 12
Vt inimicis benefaciamus conſiderationes. pag. 859. nu. 30
Inimicorum dilectione perfectio Chriſtiana conſtituta. pag. 859. num. 28
Inimicorum dilectionis præceptū vt obſeruetur, Deus ſe obligat opem ferre. p. 785. 4
Inimicis, qui pareere nolūt non ſolum in vita æterna, ſed in hac, à Deo puniri probat. pagi. 804. num. 62
Inimicos diligendos eſſe. pagi. 590 num. 12. & pag 511. & pag. 784 & pag. 785
Inimicos alicui multiplicari quare permittit Deus. pagina. 788. numero. 14
Inimicos non tantum diligere, ſed beneficijs afficere debemus, & quare. p. 858 nu. 26
INIVRiarum remiſsio quomodo debet fieri. pagi. 803. nu. 60. & pag. 804. num. 61
Iniurias illatas perferre maximum ſignum eſt hominem cum Chriſto ſpiritualiter reſurrexiſſe. pagi. 9. nu. 25
Ad iniuriarum remiſsionem faciendam notanda exhortatio. p. 806 vſque ad. 808. & pa. 765. nu. 6. & p. 316. nu. 30
Cum iniuria afficimur magis dolē dum de peccato proximi quam de iniuria nobis illata. pag. 765. num. 6
Iniurias proximo remittendi nullus eſt numerus. pag 790. nu. 20 & p. 765. nu. 7
Iniurias proprias maxime dolent homines, Deo vero illatas parū ſentiunt. p. 108. 12
Iniurias improborum, iuſti verborum manſuetudine ſuperant. p. 266. nu. 18
INN Ocētia excellentior eſt, quā pœnitentia. p. 271. nu. 34
INS Pirationes diuinas admittere filiorum Dei eſt. pagina. 363. num. 35
INTE Llectus ſubtilitas pingui ventri aduerſatur. p. 72. 30
INTEntio bona in operibus quā neceſſaria. p. 590. 10
Intentio bona ſe ſola non facit opus aliquod laudabile. pag. 306. num. 1
Intentio depranata, bona opera, mala reddit: bona grata & accepta D. 590. nu. 12

Ab intentione opus bonitatem habet. p. 605. nu. 10
INVIDIA definitur. pag. 257. num. 21
Inuidia à diabolo ortum habet. Ibidem.
IOSIÆ regis religio vnde ortum habuerit. p. 364. nu. 2
IRA origo multorum malorum. p. 302. nu. 21
Ira ratione regulata bona, viceuersa mala. p. 695. nu. 38
Ira grauius peccatū est eorum quæ in proximum committuntur. Ibidem.
Ira instrumentum est virtutis. pag. 303. nu. 24
Ira anteire non debet reprehensionem & supplicium, sed zelus honoris Dei. Ibidem. nu. 25
Irasci in fratrem, & irasci in vitia fratris non sunt idem. pagi. 301. num. 19
Ira in principio comprimenda est. pag. 305. nu. 30
Ira in Deo esse non potest, nisi translatiue, & qua ratione. pag. 694. nu. 37
Ira in Deo iudicium rectum dicitur. pag. 695. 38
Iracundus maxime consilio indiget. pag. 332. nu. 13
Ismael quare eiectus fuerit à domo Abraham. p. 301. 31
IVDÆ Orum natio superba semper extitit. p. 297. 6
IVDEX debet esse iustitiæ executor. p. 374. 32
Iudices & gubernatores debent esse iustitia, & misericordia adornati. pag. 411. nu. 17
Iudex iniquus qui dicatur. pag. 113. num. 28
Iudex condemnare aliquem non debet, nisi admissa prius rei confessione. pag. 373. nu. 29
Iudex non debet esse pauper, nec cupidus. pagina. 374. nume. 31. & 32.
Iudex eligendus non est, qui non est manſuetus. pagina. 376. numero. 38
Qui iudicat intentiones, & cogitationes suorum proximorum munus Dei vsurpat. pagin. 675. num. 21.
Iudices prætendere debent, vt timeantur non tanquam homines simpliciter, sed tanquam homines Dei authoritatem habentes. pag. 413. 24
Iudex non debet esse acceptator personarum. pagina. 412. numero 20.
IVDICIVM facere quid. pag. 839. nu. 32
Iudicium temerarium pagina. 375. numero. 34. & pagina. 674. numero. 20
Iudicium diligens examinatio præcedere debet. pagin. 374. nume. 33. nec præceps debet esse. Ibidem.
Iudicium finale futurum vix iniqui sibi persuadere possunt. pagina. 114. nume. 32. & pagi. 115. num.

num.35.
In iudicio finali quantum trepidandum, pag. 389. nume.34. & pag. 586. nume. 47. & pag.775. nume.37 & pag.776.nume. 39. & pag.793.num. 29
In iudicio finali quam arcta sit reddenda ratio, pagina.775. numero.37
In iudicio finali quanta erit ira Dei pag.768.num.15
Iudicare idem quod declarare,pag. 121. num.21
IVSTIficationem, quam nobis Dominus moriendo meruit resurgendo largitus est,pagina.16. nume.14
Ad iustificationē peccatoris requiritur propria fides & propria dispositio, pagina. 674. numero. 19. & pagina. 679. numero.35
Iustificationem impiorum Deus desiderat,pag.265.nu.14
IVSTItiæ varię definitiones,pa. 309.num.8
Iustitia alia vera alia ficta & simulata,pag.307.num. 3
Iustitia aliquādo significat omnes virtutes.pag.309.num 8
Iustitia triplex ad Deum,ad nos,ad proximum.ibidem.
Iustitia non fit nec iudicium quando iustus cum impio punitur, pag.414.nu 27
Iustitia & misericordia sunt duo Dei manus, pagina. 452. numero.22.
Iustitia ministrorum virga & purpura quid significent, pagina. 717.num.60
IVSTus visceribus Dei dominatur,pag.644.nu.33
Iustus dignius meretur spiritualem & corporalem consolationem,quàm mercenarius mercedem,pag.199.num.8.
Iustus non cogitat se aliquam peculiarem gratiam habere, quam alij non habeant, pagina. 436. num.13
Iustus habet virtutem in omnibus suis actionibus, pagina.354. numero.9
Iustus arbori comparatur. Ibidem. & nuci comparatur cum tribulationibus est oppressus.pag.201 num.14
Iusti spiritualia pascua animæ suæ omni tempore præbere contendunt,pagi.41.23
Iusti quo magis morti appropinquant rectius operantur & viuunt, peccatores verò è contra. pag.51 num.24
Iusto res quę seruit Deo seruit,pag. 74.nu.3
Iusti verè & realiter sunt reges, pa. 528,num.10
Iustis quomodo tristitia conuertatur in gaudium, pag.81.23
Iusti non solum sua sed aliorum scelera lachrymantur, pagina. 84. num.3
Iustorum & peccatorum hominū discrimen.pag.210.num.5

Iustis quare Deus mittat tribulationes. p. 218. 3

Iusti fasianibus, & impij vulpibus apprime comparantur. pag. 712. nu. 45

Iusti in aliorum iustorum conuersatione, & communicatione requiescunt ac delectantur. pagi. 258. num. 24

Iusti cum peccatoribus libēter conuersantur, vt eos lucri faciant. Ibidem.

Inter iustos & peccatores, quæ differentia versetur, pagi. 713. numero. 50

Iusti cupiunt perfectiones occultare imperfectiones vero manifestare. p. 418. 37

Iniustis cur dicantur esse imagines sanctissimę Trinitatis, Iesu Christi Beatæ Mariæ, & Apostolorum. p. 419. 41

Qui se iustum esse existimat magis periclitatur, quam qui maiora scelera commisit. pag. 437. num. 15

Iustis debet esse incitamentum in conspectu Dei esse. pagi. 502. nume. 18. & ex hoc illis prouenit æquanimitas, & tolerantia in afflictionibus. p. 503. 20

Iustorū præcipua diligentia debet esse in conseruando Dei amore. pag. 648. nu. 43

Iusti filij Dei nuncupantur in sacris literis, quo nomine nec dum Angeli insigniuntur. pagi 785. num. 5

Iustorum orationes quantum prosunt. pagi 740. nu. 1

L

LABORVM calamitatum, seu tribulationum fructus maximus, & eximiæ vtilitates. pagina. 581. num. 32. & pagi. 882. num. 39. & pagi. 853. nume. 12. & pag. 855. nu. 17. & à pagi. 670. vsque ad pag. 673. & p. 73. nu. 33 & pagi. 81. nu. 22

Labor seu tribulatio iustum purgat, & improbum consumit. pagin. 23. nume. 1. & pagi. 287. num. 13

In laboribus omnibus, seu tribulationibus ad Deum nos debere confugere, & in eius esse conspectu. pagi. 608. nu. 19. & pagina. 192. num. 22. & fructus quos ex hoc capiemus. pagina. 608. numero. 19

Labor, seu tribulatio à peccato præseruat. pag. 72. nu. 31

Laborem si Deus non immiserit quærere debemus. Ibidem.

Labores iustorum solatur Dominus. Ibidem. numero. 32. & pagina. 198. nume. 6. & pagi. 212. nume. 10. & pag. 913. nu. 17

Labor qui patienter fertur, post modum cōuertitur in gaudium. pagi. 88, nu. 14

Labores & tribulationes quare iustis immittat Deus. pagin. 218 num. 3. & pagi. 287. nume. 13.

& quare plures ipſis tribuantur. pag. 80. nu. 21
Laborum, tribulationum, peſtium tempeſtatum, & calamitatum, quæ ſit cauſa. pagina. 709. numero. 37
Poſt labores & tribulationes delicias dat iuſtis Deus. pagina. 23. num. 3
In laboribus ingentia ſpiritualia bona Deus operatur. pagina. 669. num. 4
In laboribus non animo linquendum. pag. 753. nu. 41
Labores quantum eſt ex ſe, efficiunt vt homines ordinentur, & peccata relinquant. pagina. 670 num. 6
Labores iuſtorum breuiſsimi. pag. 79. num. 18. malorum vero vice verſa. Ibidem. & pagina. 87. num. 13
Labores iuſtorum dulciſsimi reddūtur ex conſolatione Chriſti. pagi. 213. nume. 13. & pagi. 554. num. 47
Labores à manu Dei emanare nobis, conſiderandum, quod ſufficiens patientiæ cauſa eſt pag. 38 num. 15
Laboris præmium non ſolum in cœlo, ſed in terra Deus aliquando perſoluit. pagin. 81. nu. 23
Labores ægritudines, & tribulationes concordiam, & confraternitatem gignunt. pagin. 520. num. 28
Labores impium debilitāt, iuſtum vero fortiorem reddunt. pag. 22 num. 16
Laborum tolerantia pro adimplendis humanis appetitibus. pagi. 323. nu. 21
Laborum excellens exitus. pa. 754 num. 43
In laboribus & tribulationibus enitet Dei prouidentia, & quare. pag. 854. 14
In laboribus, & infortunijs iuſtus cognoſcitur. pagina. 901. numero. 31.
Vt à laboribus magnis eripiamur fœliciter, quid faciendum. pagi. 854. nu. 15
Ex laboribus quos ad conuerſionem eorum Deus mittit, impij occaſionem peruerſionis, & indurationis aſſumunt. pagi. 88 3. num. 41
Labor, vide paupertas, & patientia.
LABYrinthus. ideſt, laborintus. pag. 256. nu. 17
LACEDÆMOnum ſacrificiū pro victoria parta. pagina. 180. num. 24
LACHRYMAS quare Deus profudit ſuper Hieruſalem. pagina. 395. num. 11. & pagin. 397. num. 17
Lachrymarum, & calamitatum fructus. pag. 581. 32
LAVDES Deo reddere. pagi. 680. & pag. 681
Vt laudes coram Deo ſint acceptæ à pura conſcientia procedere

oportet. pag 681. nu.39
Hunc laudandi Deum vocibus, & canticis modum, Christus docuit. pagi. 527. nume. 32. & postea eo vsus est Paulus. pag. 522. num. 33
In laudibus humanis prudentia & temperantia est necessaria, vt prosint & non noceant. pagina 471. num. 7
LECTIONIS sacræ vtilitas. pagina. 117. num. 4. & pagi. 78. num. 26
Lectio sacrarum scripturarum mẽsa est in qua mens reficitur pag. 290. num. 27
Ex lectione sacrarum scripturarũ oritur deuotio. Ibidem.
Lectio sanctorum librorum animi tristitiam tollit. pagina, 117. numero. 2
LEX diuina definitur. pagi. 276. num. 13
Lex gratiæ quare sic appelletur. pagina. 121. num. 16. quæ præstantior est antiqua. Ibidem, numero. 15. & pag. 232. nu. 36
De legis executione notanda historia. pag. 411. num. 18
Legis executio cum cordis compassione debet coniungi. pagin. 412. num. 19
Lex Dei quare iugum appelletur. pagina. 532. num. 22. & pag. 534 num. 28
LIBERALITAS Dei immẽsa. pagina. 674. num. 18. & pagi 967. num. 2. & pag. 662. nu. 24. & pagi. 780. num. 52
Liberalitas erga pauperes ostendenda. pag. 146. num. 41
Liberali iniuria fit, si eius dona non accipiantur. pagina. 242. num. 11.
Liberalitas, quare tribuatur Spiritui sancto. pag. 140. nu. 15
LIBIDO hominum mentes excæcat. pag. 85. nu. 6
Libidinis remedia. Ibidem. nu. 8
LINGVA difficillime & à nemine fere frænatur. pagina. 638. nume. 30. & pagina. 814. nume. 19. vsque ad pag. 820. & pag. 834 num. 18
Linguæ peccata facile committuntur, & difficillime soluuntur: & quare. pag. 678. num. 31. & pagi. 815. nu. 24
Linguæ custodia quot afferat vtilitates. pagina. 817. & pag. 818. & 819
Lingua inter alia quæ homo habet magis ad peccandum prona. pagi. 884. num. 17
LITERARVM, & characterum primus autor fuit Deus. pagi. 117. nu. 3
Literarum & characterum Græcorum author fuit Cadmus. Ibidem.
Literarum & characterum Latinorum author fuit Nicostrata, vel Carmenta, Ibidem.
LVX diuina necessaria est ad perserutanda, & custodienda Dei mandata. p. 79. nu. 16

Lucis diuinæ effectus. Ibidem.
LVXVRIA hominẽ ligat. pagi. 240. num. 6
Luxuria hominem reptare facit. pag. 726. nu. 28
Luxuriam esse lepram omnes insicientem, & facile adhærentem. pag. 501. nu. 13
Luxuriam statui nullo peculiari esse nuptam, vt omnes aggrediatur, & superet. pagina. 512. numero. 13
Luxuria sacramento Eucharistiæ maxime contraria, & quare. pagi. 888. nu. 56.
Ad luxuriam superandam, & extinguendam voluit Deus vt homines perferrent labores, & tentationes spirituales. pagina. 501. num. 15.
Luxuriosus non vnius tantum turpitudinis voluptate contentus est, sed plures alias inquirit. pagi. 240. nu. 7

M

MALA quæ nos hic premunt ad Deum nos ire compellunt pag. 855. nu. 17
MANDATorum Dei obseruatio conducit ad reportandam victoriam temporalẽ de hostibus. pag. 191. nu. 20
Mandata Dei continuo præ oculis habenda. pag. 349. nu. 29
MANSVETudo corda ira inflammata mitigare solet. pagin. 644. nu. 31
Mansuetudo Christi Domini. pag. 112. num. 24. & pag. 643. nu. 30. & pag. 376. nu. 38
Mansuetudo iudici & prælato necessaria. p. 376. nu. 38
MANVS duplex iusti, dextera & sinistra, spiritualis & temporalis. pag. 147. nu. 2
B. V. MARIA magistra fuit discipulorum post Ascensionem Domini. pag. 203. nu. 20
B. virgo Maria quare à Christo in cruce pendenti mulier, & non mater fuit vocata. pagina. 686. num. 11
B. virginis Mariæ ordo vitæ, reuelatus ab ipsa. S. Elisabeth vidua. pag. 162. nu. 10
MARITVS vxorem docere, & reprehendere tenetur. pagi. 237. num. 31
Martyrum corpora cum eisdemmet vulneribus resurrectura sunt pag. 701. nu. 13
MATRImonij voluptatibus licitis aliquando non est fruendum. pag. 190. nu. 18
Matrimonium in remediũ animæ non in damnationem est institutum. pag. 237. num. 29
Matrimonij labores & defectus. pagi. 237. nu. 30
MEMENTO hæc particula quare in solo secundo præcepto decalogi fuerit addita, pagina. 595. numero. 27. & pagina. 596 num. 28

Mens

MENS noſtra quibus detinetur vt in obedientia Dei perſeueret. pag. 61. nu. 25
MERCATORES, & campſores quare infames reputentur. p. 252. nu. 8
MERCENarius dicitur qui propter mercedem temporalem ecclesiaſticum accipit beneficium. pag. 57. nu. 14
MESSIÆ aduentum iam fuiſſe efficaciſsimo argumento probatur. p. 894. num. 12
MILITV Minſolentia. pag. 167 num. 24
MINISTRI Reipublicæ qui ſint eligendi. p. 253. nu. 3
Miraculum quare dicatur. pag. 733. num. 49
MISERI Cordiæ opera omni tempore exercenda. p. 861. nu. 35. & diligenter 858. 25
Miſericordiæ laudes. p. 839. 33
Miſericors confidenter miſericordiam à Deo expoſcet: vicissim miſericors. p. 806. nu 67.
Miſericordia diſponitur homo ad omnes alias virtutes, quæ ad gloriam ſunt neceſſariæ. pagi. 840. num. 36
Miſericordia Dei quid ſit. pag. 784 num. 2
Miſericordiam cum à Deo efflagitamus petimus, vt leges quas ipſe ſanciuit violet. pagina. 518. num. 21
Facies Dei eſt eius miſericordia. p. 570. nu. 45
Quare dicatur miſericordia. p. 582. num. 35.
Vt miſericordiam exerceamus efficax remedium eſt alienæ neceſsitatis viſus. pagina. 594. numero. 23.
Miſericordiæ opera quanti Deus æſtimet. pa. 600. nu. 41. & quod pluris facit ea quam audire rem ſacram. Ibidem.
Miſericordia Dei in condemnandis peccatis. p. 675. 6
Qui miſericors eſt pauperi operibus opitulatur, & ſi ijs non poteſt ſaltim verbis conſolatur. p. 612. nu. 32
Miſericordia Dei aliqui abutuntur male in illa confidentes ad peccata efficienda. pag. 696. nu. 41. & pag. 965. nu. 38
Miſericordia in ſpiritualibus neceſsitatibus magis vtilis eſt, & neceſſaria. p. 447. nu. 9
Miſericordiã â Deo poſtulare pro obſequio reputat Deus. pag. 182 num. 30
Miſericordiæ defectus ex defectu charitatis procedit. pagina. 334. num. 18
Vt miſericordiæ opera erga egentes proximos exerceamus oportet nos mutuo inuitare & congregari. p. 447. nu. 8
Miſericordia homines afficere Deo nunquam ceſſat. pagina. 457. numero. 3
Miſericordia definitur. pag. 339. nu. 18. & p. 582. nu. 35

Miſericordia Chriſti Domini imitanda. p. 328. nu. 2. & p. 331. nu. 9 & p. 582. nu. 34

Qui miſeretur pauperis, confidenter à Deo miſericordiam poſtulare poteſt. Ibidem nu. 11

Miſericordia Chriſti Domini etiã in iudicio apparebit. pagi. 376. num. 38

Miſericordia Dei oſtenditur, & extollitur, pagi. 817. 19. & p. 592. nu. 16. & 17. p. 599. nu. 39. & p. 607. nu. 17. & p. 693. nu. 38. & p. 780. nu. 52

Miſericordiæ defectũ ſeueriſsime Deum punire probat. p. 660. 24.

Miſericordia Dei erga homines. p. 165. 18. & p. 36. nu. 8

Miſericordia in pauperes fructuoſa. p. 243. 14

Miſericordiæ opera iuſtum & eius gratiam conſeruant in hac vita. Ibidem, nu. 15

Miſericordia exercenda eſt cum lætitia, Ibidem nu. 16

Miſericordiæ Domini multę, quædam procedentes, quædam ſequentes. p. 291. nu. 25

Miſericordiæ affectum Deus præcordijs hominum infixit. p. 569. nu. 42

Miſericordiam efficienti innumera Deus pollicetur bona. p. 661. num. 26.

Miſericordia & pietas inſignis Codri Athenienſium Imperatoris erga patriam. p. 36. nu. 18

Miſericordia, vide eleemoſyna.

MODI cum vocat Chriſtus dira tormẽta quę pro nobis paſſus eſt propter ſingularẽ amorem erga nos. p. 65. nu. 9

MODVS ſeruandus in poſtulandis, & obtinẽdis à Deo rebus neceſſarijs. p. 159. nu. 1. vſque ad nu. 6

MONAchus, vide religioſus.

MORS per peccatũ Adæ in omnes homines eſt ingreſſa. pagi. 575. nu. 13

Qui mortui ſunt mundo, & viuunt cum Chriſto quo ſigno dignoſcantur. p. 375. 34

Mors Chriſti apta fuit ad redẽptionem totius mundi, quo ad ſufficientiam, & non quo ad efficaciam. p. 41. nu. 25. & p. 61. 24

Mors Chriſti, calix, mare, & iter ad patrem appellatur. p. 104. 2

Mors iuſti deploranda. p. 74. nu. 2 p. 583. nu. 37. & quare. p. 38. peccator autem qui in peccato obijt multo magis deplorãdus. nu. 38

Mortem quare deſiderant iuſti dãnati verò eam abhorrẽt. p. 74. nume. 9. p. 106. nu. 7. & 8

Ad cõſanguineos & amicos in morte alicuius cõſolandos. pag. 382. nu. 36. & 584. 42.

Mors expletmentum eſt pœnitentię pro peccato inflictæ. p. 95. 12

Mortis præparatio neceſſaria eſt. p. 107. nu. 9

Mortis tempore plures peccatores dolore mortis perculſi proclamant, ſed Deum obſecrare neſciunt

ciunt. Ibidem. nu. 10
Morte sua Christus Dominus nobis iustitiam attulit. p. 121. nu. 15 & p. 122. nu. 17
Mors Christi causa fuit supremi honoris quē in cælis, & in terris habet. p. 195. nu. 32.
Mortis hora cōtinuo vt præsens aduertenda. p. 376. nu. 39
In mortis hora quātum perhorrescit anima peccatrix. pagi. 404. num. 38
Mors est amicus fidelis. p. 710. 41
Lex pœnalis moriendi habet multam annexam misericordiam. p. 576. nu. 16
Mortis hora inopportuna est vt sicut decet Dei recordemur. p. 578 num. 23
Mortis memoria quam vtilis. pag. 566. nu. 33. pag. 568. nu. 39. & pa. 577. nu. 19
Mortis consideratio sensualitatem reprimit. pag. 567. num. 37. & p. 578. nu. 24
Morte præuenit Deus aliquādo bonos ante quam coinquinentur, & impios priusquam in deterius dilabantur. p. 584. 41
Ad mortis extremum instans non est differenda peccatorum pœnitentia. p. 905. nu. 43
Mortis debitum varijs ętatibus nos persoluere voluit Deus, & quare. p. 576. 7
Mortis exemptio nullis sanctorum concessa est, & quare. pagi. 575. num. 15
MOYSES quare terram promissionis ingressus non fuerit. pag. 160. nu. 3
Moysis lenitas & patientia. p. 376. num. 37
MVLIERIS conuersatio fugiēda. p. 101. 29
Mulierum conuersatio fortitudinem hominis tollit. p. 33. 31
Mulieris cuiusdam mirabilis euentus ex hominis conuersatione. pag. 101. 29
Mulieres olim magis æstimari quā nunc. p. 777. nu. 42
Pro mulieribus cum quibus nubere volebant homines, aliqua reddebant. Ibidem.
Mulierum comptus & ornatus huius tēporis increpatur. pag 889, num. 58
MVNDVS datus est mense Septembris, & quare. pagi. 884. num. 45
Mundi omnes res nihil sunt. pag. 132. nu. 22. & p. 231. nu. 13.
Mundi huius filij prudentissimi, & expediti ad res mundi, hebetes autem, & tardissimi ad res diuinas sunt. pagi. 606. nu. 14. & 675. nu. 23
Mundus Christum Dominum, & eius sectatores persequitur. p. 87 num. 12
Mundus honore afficit mundanos & deprauatos homines: iustos autem tribulationibus. pag. 218. num. 3
Mundus suis sectatoribus in hac vi

ta voluptates offert: in morte autem fletum & luctum. pa. 228 num. 3
Mundus mare est in quo mundani retia sua tendunt. pagi. 279. num. 23
Mundani suis negotiationibus intenti, araneis telas suas texentibus comparantur. Ibidem.
Mundanorum cura, & angor muscæ comparatur. pagina. 280. nu. 24
Quod mundanæ res gaudium non auferant damnati confitentur in inferno. Ibidem. nu. 26
Mundani ex hoc mundo pauperes egrediuntur, iusti vero diuites. Ibidem.
Mundus congruenter sacculus nũcupatur. p. 463. 20
MVRMVRator draco nuncupatur, & quare. pagina. 835. numero. 20
Murmurationum septem species. pag. 835. nu. 21
Murmuratio vbique regnat. p. 836. num. 22

N

NEGLIGentissimi sumus in rebus spiritualibus, & diligentissimi in corporalibus. pagi. 732. num. 44
NERONIS temeraria, & impia aliorum suspicio. pagi. 375. num. 35
NOBILitas metallum est aptũ ad recipiendas quascunque virtutes. p. 720. nu. 9
Nobilitas cum virtute coniuncta plurima bona opera parit. pagi. 720. nu. 10
In nobilitate parentum nemo sinem confidere nec gloriare debere. p. 719. nu. 6
Nobiles aliqui propter mercedem temporalem recipiunt ecclesiasticum beneficium. pagina. 57. num. 14
NONA Ginta nouem oues in deserto à pastore derelictę nouem choros Angelorum significat. p. 266. nu. 19
NVMI, & fauores in mũdo duo lauacra sunt cuiuscunque maculæ. p. 329. nu. 4

O

OBEDientiæ insignis vis. p. 520. 27. p. 54. 23.
Obedientia quæ laudabilis. pagi. 856. nu. 20
Obedientia â brutis discipotest. p. 291. nu. 24
Obediens est diuinę legi suapte natura iustus, peccator vero inobediens. p. 276. 14
Obedire Deo, & ad beneplacitum suæ voluntatis incedere nostræ saluationis est punctus. pag. 289 num. 17
OBLIGatur vnusquisq; ad exequendum officium quod accepit. p. 379. 5

OBLIVIO in Deo quid sit. pa. 318. nu. 5
Obliuio parui pensionis est signū. p. 318. nu. 5
OBSEquia hominum memorantur semper Deus. p. 300. 15
Obsequia hominum in eorum gloriam, & non in vtilitatem Deo cedunt. p. 299. 13
Obsequia exhibita magni æstimat Deus. p. 323. 15
OCCASIO bona non omittenda. p. 725. nu. 23. & 746. 20
Occasio præsertim carnalis vitanda. p. 866. 41
Occasio bene operandi, tempus est opportunum ad bene operandū p. 356. 13
Oculi sunt cordis nuntij. p. 467. 31
In oculis animus habitat. Ibidem.
Oculi solent esse causa amissionis cordis. p. 480. 33
Oculos intueri significat in sacra scriptura intentionem attendere p. 254. nu. 13
OCCVLtatio peccatorum, vide in verbo peccatum.
ODIVM Dei non potest in aliquo homine reperiri. p. 449. 14
ODium intrinsecum cordis animā in infirmitate peccati detinet. p. 303. 26
Quod eum qui odit, aut nocet, nos nunquam velimus scire. pag. 758 num. 56
OFFENsio proximi etiam verbo vitanda. p. 315. 26
OPVS bonitatem habet à fine. p. 296. nu. 3. & ab intentione. p. 605 nu. 10. & vide, intentio.
Opus bonum publicum plurimos mouet ad aliud simile faciendū. p. 313. 21
Opera pœnalia & flagella iusti, signa sunt æternæ lætitiæ. pag. 314. nu. 25
Opera nostra non sunt accepta à Deo sine diuina gratia. pag. 122. num. 17
In operibus nostris magis attenditur amor & deuotio quibus fiūt quam earum multitudo. p. 149. nu. 8
Opera nostra nisi à corde exeant nihil sunt. pag. 478. nu. 28. ex quo meritum operum præcipue oritur. p. 752. nu. 37
Opera nostra tantum valent quantum operibus Christi conformātur. p. 557. nu. 6
Opera nostra aliquando prædicanda, aliquando tegenda. pag. 869 num. 49
Opera bona meritum habent à gratia. p. 262. 7
Opera bona facta reminiscere licet si non tanquam propria opera, sed vt Dei beneficia consideremus. p. 428. & 429. 27
Opera bona à depravata conscientia prodeuntia Deo sunt ingrata. p. 429. nu. 28
Opera nostra tantum valent quantum pōderis in amoris statera habent. p. 494. 33
Opera interiora pluris Deus facit quam

quam exteriora. pa. 600. nu. 41
Opera omnia noſtra debent regulari voluntate Dei pag. 605. nu. 11
Quando opera laudabilia facimus coram Deo nos eſſe & cum eo conuerſari p. 284. 2
Operari bene, ſemper expedit dū tempus datur. pa. 354. n. 8
In operibus intentio, vide verbo, intentio.
Operandi recte quod ſit opportunum tempus. pa. 356. nu. 13
Ex operibus dignoſcitur Chriſtianus non ex ſolis verbis pagi. 362 nume. 33
Opus exterius ab interiori valorē accipit. p. 600. nu. 41
Opitulatur Deus in ſe confidentibus. p. 323. nu. 19
ORATIOnis fructus pa. 126. & pa. 132. nu. 24. & p. 112. nu. 17. & pa. 466. nu. 30
Orationis efficacia pa. 129. nu. 14. & p. 172. nu. 2
Orationis effectus. pag. 136. num. 2
Oratio hominem cum Deo coniungit. pag. 127. num. 8
Oratio aſsimilatur catenæ qua à Deo homines trahuntur ibidem
Oratio beatorum eſt noua mentis explicatio. p. 127. num. 9
In oratione mens cū omnibus ſuis potentijs diſponitur ad maiora beneficia recipienda pagin. 128. nume. 10
In oratione cor potius quam genua flectendum eſt. pa. 129. num. 25
In oratione non curat Deus verborum elegantiam. pag. 148. nu. 7.
Oratio vnius, multos aliquando iuuat pa. 130. nu. 18
Orationis aſsiduitas neceſſaria. pa. 130. num. 17. &. pa. 182. nu. 32. & pa. 736. nu. 58
Orationis perſeuerantia commendatur. 757. vſque ad. 759
Orare alios pro nobis non ſat eſt, ſed noſmet accedere ad orandū debere. p. 741. nu. 16
In oratione quæ poſtulantur ſæpe numero Deus differt vt in oratione perſiſtamus pa. 182. nu. 18. & pa. 181. nu. 29
In oratione quid petendum eſt pa. 132. nu. 22. &. pa. 156. nu. 29
In orando ſegnities & negligentia magnatum & aliorum pag. 150. nu. 13. & pa. 152. nu. 18
In oratione vulnera noſtra Deo ſunt manifeſtanda p. 436. nu. 14
In oratione pluſquam alibi tentantur homines à dæmone pag. 155. num. 26
In oratione cor colligi debet pagi. 183. nu. 35
Orationi omne tempus eſt opportunum p. 434. nu. 7
Orat apud ſe ſuperbus non apud Deum, & quare. pa. 434. num. 8
Oratio quare inter dona Spiritus ſancti connumeretur. pagi. 134. nume. 30
Oratio perfecta quatuor habet conditiones pa. 131. nu. 20. &. pagin. 135. nu. 31. vſque ad. 34
Oratio fieri debet in nomine Chriſti

sti domini. pa. 141. nu, 18. & pag. 157. num, 32
Orationi hominis obedit Deus, quia homo obedit Deo pag. 143. nu. 24. & quia homo amat Deū. pag. 144. num. 25
Oratio coniuncta lacrymis, iucunda nimis Deo est. pag. 145. nu. 28
Oratio nimis congrua est naturę rationali. pa. 149. nu. 4
Oratio maxime iucunda est Deo. p. 148. n. 6. & p. 187, nu. 8
Orationes & preces iustorum quā tum prosint, pa. 740. nu. 1
Oratio cōseruat bona opera ac sine ea marcescit virtus p. 149. nu. 10.
Orationi alterius omnino fidendū non est, ibidem & p. 151. nu. 16
Oratio propria magis prodest quā aliena, & quare pag. 151. num. 16
Oratio Dñica septē continet petitiones, in quas omnes nostræ necessitates referuntur p. 145. n. 29
Orationis dominicę verbum, panē nostrum, quotidianum explicatur p. 602. nume. 3
Oratio non debet esse proprietaria pa. 154. n. 24
Oratio debet esse attenta ibidem. nu. 25. & p. 183. nu, 35. & 37
In oratione qualiter cor hominis sedandum est, pag. 155. num. 27. & pag. 156. num. 29
Oratio ieiunio coniūgi debet vt dęmonis tentationes superentur. pa. 162. num. 9
Oratio simul cū afflictionibus multum iuuat ad comparanda Dei dona. ibid. nu. 10
Oratio duas habet alas quibus ad Deum conscendit, ieiunium & eleemosynam.
Oratio optimū armorū genus est ad victoriā tēporalē reportandā p. 168, num. 26. pag. 176. num. 13
Oratio pluriū potentissima est pa. 173. n. 5. p. 176. n, 13. p. 194. nu. 28
Oratio funiculus est quo Dei manus ligantur ne de peccatoribus vindictam sumat. p. 174. nu. 7
Oratio tentationem fugat pa. 179. nu. 24. pa. 326. num. 29
Oratio pretiū est quo aliquo modo beneficia Dei emimus p. 187. n. 7
Oratio vt sit accepta Deo ab amico fieri debet p. 188. 10. & p. 190. 16
Oranti iusto siccitas & tædiū sæpe contingit ex diuina permissione ad maius illius meritū pa. 189. 13
Oratio alterius quærēda & postulāda est, dummodo sit iustus pag. 192. num. 24
Oratio vocibus sonoris decantata deuotionem prouocat & tristitiam expellit p. 194. nu. 28
Oratione interueniente decreuit Deus beneficia conferre hominibus pa. 195. num. 31
Oratio efficax cum cōscientiæ puritate ac bonis operibus coniuncta esse debet pa. 224, nu. 21
Orationes à peccatoribus factæ absque eo quod exeāt à peccatis nō exaudiuntur. pa. 407. nu. 5,
Orationes vt prosint cum amore & deuotione debent offerri.

Ordo

ORDO maxime diligitur à Deo pag.326.num.30
OTIVM ampliſsimus Sathanæ & multorũ malorũ aditus eſt. pa.102.nu.31.&.pag.45.num.22
Otium peccatorum linguæ fons p. 815.num.24
Otium execratur pa. 596. nu.8.&. 861.num.36
Ad otium vitandum conſideratio optima p.861.nu.35.& exempla appoſitiſsima p.862.nu.37
OVIS animal timidũ nimis p.39 17.eadẽ animal ſociabile p.39.19
Ouis à paſtore inuenta humanã naturam ſignificat pa. 266.num.19
Ouis nomine appellãtur homines, & Angeli propter innocẽtiã in qua fuerunt creati pa.269. nu.20

P.

PANEM appellare quẽcunq; cibum oblatum, phraſis eſt Hebraicæ linguæ pa.602. num.2
PACIS definitiones p.36.& pa. 638.nu.13.& pa.783.nu.62
Pax animæ cũ Deo fructus eſt iuſtificationis pa.25.nu.7
Pacis duplex genus pax Dei & pax mũdi p.2.5.& vtriuſq, effect⁹ ibi.
Pax filia eſt charitatis & vnitas à charitate procedens pa.3.num.8
Pax eſt dulcius & ſuauius bonum omnium bonorum pa. 1.num.2
Pacẽ quærũt in omnibus ſuis actionibus creaturæ inſenſibiles & rationales pa.2.nu.3.& nu.4
Pacis nomine omnia bona ſimul intelliguntur pag.25.nu.6
Propter pacem venit dominus Ieſus in mundum p.1,nu.1.& nu.2
Qui in pace erga Deũ viuunt etiã erga proximũ eã habent p.25.nu.8
Ex pace cũ Deo duplex effectus ad mirabilis circa proximos oriũtur ibi.9
PARENtes habere fideles ex mera gratia & liberalitate Dei eſt pa.289.nu.18
Parẽtũ in educãdis filijs negligẽtia p.460.nu.12.& pa.749.num.28
Parẽtibus quare inditus eſt, tã efficax erga filios amor p.747. n.23 de hocq; amore vide p. 856. 857
Parentes quibus in domibus & quibus magiſtris pueros educãdos tradant aduertere debent p.836.n.74
Parentes Deus aliquando filijs orbat,& quare pa.585.nu.43
Parentum bonorũ orationes erga filios plurimum inconſpectu Dei valere, & improborũ parentum ſcelera filijs multorum laborum eſſe cauſam probat p 585.nu.45
Parentes relinquendi ſunt quando impediunt obſeruantiam diuinę legis pa.686.nu.12
Parentum obligatio erga filios pa. 748.nu.25
Quales patres tales filij, quales domini tales ſerui pa. 760. num.61
Pater æternus quare dicitur homo in Euangelio p.689,nu.22
Patris æterni facies eſt filius eius pa.210.nu.4
Pater æternus amantiſsimus homo eſt pa.689.num.22

Patrem noſtrum eſſe Deum ſumma dignitas eſt p.141. nume.16
PASSIO quæcunque inordinata humanam excæcat mentẽ pa.85.nu.6
Paſsionum humanarum vis pagin. 301.num.18
PATIENTIA ſanctorum in perferendis tormentis. pagi.225. nume.24
Patientia & manſuetudo iuſtorum pag.38.num.14
In patientia dignoſcitur ſeruorum Dei probitas.pa.60.nu.11
PAVPERES eſſe permittit Deus vt erga ipſos diuites pietate vtantur, & hæc eſt ingens Dei miſericordia erga diuites pagin. 669.nu.4
Paupertatis vtilitates. pagin. 827. nume.60
Paupertas eſt ſponſa diſcipulorum Chriſti pa.827.num.59
Pauperes appoſitiſsime agaſonibus comparãtur pag.390. nu.39
Pauperibus quantum Deus faueat & quibus afficiat honoribus pa. 661.num.27
Pauperibus opem ferre debemus, non tantum quia conſanguinei ſunt ſed quia loco Chriſti in terris ſunt,pa.595.num.26
Pauperes mundus contemnit & Deus magni facit pa.580. nu.29
Pauperi ſtatim ſubuenire perfecta charitas eſt.pa.292.nu.28
Erga pauperes obliuio maxima eſt, & erga iumenta firma memoria pa.335.nu.22
PECCATA odio magno proſequitur Deus pa.897.nume.21. & pag.899.nu.26
Peccata & calamitates noſtrorum fratrum, vt noſtræ lugendæ ſunt pa.396.num.13
Propter peccata Deus luget, & ipſi peccatores hilares ſunt p.455.n. 32.&.468.nu.34
Peccati proprius locus ſola eſt deprauata voluntas pa.456.nu.34. & non interficit quouſque conſentit voluntas pa.776.num.40
Peccata omniũ rerũ domini maieſtatem violant.pag.467.num.33
Peccatorum graue pondus cur peccatores non ſentiant p.455. n.33
Peccata ſingula quibus hominum ſtatibus ſint nupta pa.501.nu.13
Peccati definitio p.681.nu.41
Peccata infidelium magis merentur veniam quam fidelium.pag. 565.nu.32
Peccatum eſt nihil p.639.nu.35
Peccatum quam grande ſit malum oſtenditur p.587.588
Peccatum venenum eſt quod opera licet de ſe ſtudioſa ſint inficit & Deo odibilia reddit pag.584. nume.5
Peccata alijs peccatis ſemper ſunt coniuncta.pag.589.nu.9
Peccati venialis multa remedia p. 682.nu.42
Propter peccata futura magis timetur dãnatio à Chriſtiano prudenti, quam propter peccata præteri-

terita pagi.687.num.16
Peccata occulta curatu sunt difficil lima pa.734.nu.51
Peccata proximorum nostrorum sunt excusanda non amplifican da pag.427.num.21
Primi motus pecc. ta non sunt, & quare pa.301.n.20
Peccatū mortale vocatur debitū ab effectu p.769.num.18.& qua ratione num.20
Peccatū magnū debitū est, & quare p.770.nu.22.&p.773.nu.21
Peccatū Christianorū tantò maius est, quāto maiores gratias & fauo res acceperunt pa.770.num 22
Peccatum ex se est contristatiuum & expulsiuum Dei, & quare p. 771.num.25
Peccatum expellit gratiam demeri torie p.771.num.26
Peccati auersio, pœna damni, con uersio autem pœna sensus est pu nienda ibid.
Peccata casibus declinationum cō parantur p.774.num.34
Peccati mortalis grauitas p.791 24
Peccatum ideo peccatum quia vo luntarium pa.795.nu.34
Peccata subditorum superreges & gubernatores ac super omnē po pulum incidere pa.402.num.31
Peccata quibus mulieres præcipue damnantur quatuor p.20.nu.27
Peccata nostra tela sunt quibus à Dęmone oppugnamur pag.164 num.4
Peccata iræ Dei causa sunt, & Deū excitant vt de eis supplicium su mat p.165.nu.19
Peccatum voluntatem malitia, & intellectum cæcitate tetigit pag. 209.num.3
Peccata manifesta facilius quam oc culta vitantur p.234.nu.20
Peccata publica quare execranda. pag.313.nume.22
Peccatum esse maculam quomodo intelligatur pa.329.nu.3
Peccatum quodlibet in principio est comprimendū pa.305.nu.30
Peccatum ignorantiam peperit p. 346.nu.20
Ex peccandi assiduitate aliquando fides amittitur ex permissione diuina pa.346.nu.19
Propter peccata nostra labores & calamitates Reipublicæ accidūt pa.392.n.3.& p.406.nu.2. & pa. 407.nu.15.ex quibus electi mag nam capiunt vtilitatem, præsci ti è conuerso p.407.nu.6
Peccati malitia perfecte non cerni tur in hac vita, solūque effectus eius dignoscuntur pa.355.nu.10
Peccata delatoris officium habent erga Deum contra peccatorem. pa.372.num.26
Peccatum non solum peccatorē in famia afficit, sed totam Rēpubli cam inficit pa.381.nu.10
A peccato hominem liberari maxi mum est Dei beneficiū p.355.11
Peccatum quod mox per pœniten tiā nō diluitur suo pondere aliud trahit pag.450.nu.17

Peccata assuefacta difficillime eradicantur. p. 450. nu. 18.
Peccati occultatio in cõfessione, propter pudorẽ fugienda p. 18. n. 21.
Euentus mirabilis cuiusdam fœminæ quæ propter pudorem occultauit peccatum quoddam in cõfessione p. 19. nu. 23
Peccatum infame aut turpe non reputatur in mũdo omne quod est contra legem Dei pa. 298. nu. 10
Peccare est propriam voluntatem, Dei voluntati anteponere pagi. 629. num. 4
Quando peccatur contra Deum sufficit pœnitere, quando verò cõtra proximum vltra hoc requiritur restituere pa. 652. nu. 55
Peccãdi assiduitas cor impœnitens reddit p. 21. nu. 30
Peccandi occasiones nõ minori studio quam peccata ipsa fugiendæ sunt pa. 500. nu. 11. & pag. 464. num. 22. & pag. 453. nu. 25. & pa. 462. num. 26
In peccatis commoratio signum est reprobationis pa. 21. nu. 29
Peccatis initio medendum est pag. 305. nu. 31. & p. 306. nu. 33
Qui peccandi occasionem non fugit dignus est vt Deus in eis permittat cadere p. 454. nu. 30
Non peccare existente occasione donum Dei peculiare ibid.
PECCATORES quos plus diligũt, inficiunt magis pa. 500. num 10
Peccatores publicos separandos ab hominum consortio esse, gubernatorum industria pa. 499. nu. 9
Peccatorem laudare magnum malum p. 470. nu. 30
Peccatoribus prodesse solet iustorum laus p. 471. num. 7
Peccatoribus confusionem parere deberet se in conspectu Dei, peccata committere p. 502. nu. 17
Peccatores sua depraua ta voluntate diaboli serui efficiuntur & ei famulantur p. 527. nu. 7
Peccator seruus est tot dominorum quot vitiorum p. 528. nu. 11
Peccatoribus plurimis vitam Deus abbreuiat ne deteriores fiant pa. 584. num. 40
Peccatorẽ iustificare magis est quã cœlum & terram creare pa. 679. & pag. 680
In peccatore omnes brutorũ bestialitates sunt inclusæ pa. 623. nu. 13
Peccator maris inquietudini apprime comparatur pag. 663. nu. 33.
Peccatores cum sint innumerabiles quare vnius nomen obtineant. pag. 714. num. 53
Peccatores non sunt suis sceleribus contenti, sed alios sibi associare student p. 588 num. 6
Vt peccatori fides & merita aliena prosint ipse ex parte sua se disponat oportet pa. 658. nu. 17
Peccatores remedio a Deo institu-
to ad cõdonanda peccata, abutũtur ad non cõdonanda p. 665. 37.
Peccatores in vnum conueniunt & copulantur p. 637. nu. 12. quæ cõcordia constantiores in suis sce-

leribus facit p.638.nu. 13
Peccatores ſemper, etiam quando proximos offendũt, Deũ principaliter offendunt pa.772. nu.28
Peccatores deridendi pagina.774. nume.33
Non peccatorem tantum ſed omnes eius complices & coadiutores æternis flammis cruciandos. p.777.nu.43.& p.778.num.46.
Peccatoris teſtamentum horrendũ pa.777.nu.44
Peccatorum timor quantus eſſe debet p.779.nu.48
Peccatorem à peccatis ſe excuſare quam malum pa.780.nu.51
Peccator ob ingratitudinẽ grauius punitur in inferno pa.783 nu.61
Peccatorum inhumanitas pagi.51. nume.53
Peccatoris debitum quam grande. pag.805.nu.65
Peccatores ſe mutuo iuuant vt malum inceptum compleant. pagi. 833.num.14
Peccatorum congregationes quo remedio curandæ pag.833.nu.15
Qui peccatori faueat nunquam deeſt p.874 n.15.& pag. 875.nu.17
In peccatoribus libertas liberi arbitrij non amittitur ſed debilitatur & obſcuratur, ſimiliter & fides. pa.903.nu.39
Peccatoris cuiuſdam mira conuerſio eo quod D. Bernardum concionantem audiuit p.275.nu.10.
Peccator, qui promiſſum Deo præſtitum non adimplet cui compa-

ratur. pagi.11.nu.32
Peccatores dum alios nequiores ſe conſiderant innocentes ſe exiſtimant p.436.nu.12
Peccatores, ad eorum damnationẽ quę acriter accuſabunt p.713.48
Peccatorum luctus & pœna poſt diſceſſum ab hac vita pa. 228.nu.3
Peccatoribus ſires cœleſtes dicantur ænigmata videtur p.77.n.11
Peccatores ſuis prauis operibus dicunt non eſſe Deum p.372.n.25
Peccator vide præſcitus,
Peccatorum impudentia in peccando.pa.371.num.24
Peccator publicus alijs eſt cauſa peccandi pa.298.nu.11.&.12
Peccatores perſpicaciores ſunt in ſuæ perditionis negotijs quam iuſti in rebus ſuæ ſaluationis p. 386.nu.27
Peccatoris finis ſemper eſt malus ſiue bene ſiue male faciat pagin. 604.nume.8
Peccator à paruis in maiora ſcelera deuenire conſueſcit p.449.n.14
Peccatorem eſſe cæcum pagi. 437. nume.16
Peccatoris cõuerſionẽ maximi eſtimat Chriſtus Dñs pag.252.nu.6
In peccatoris conuerſione duplicẽ finem habet Deus p.252.num.7
Peccator in plangendis peccatis ni ſticoracẽ, ſeu noctuã imitari debet.pa.257.nu.20
Peccatoris cor labyrintho comparatur.pagin.256.nume.18.
Peccator dolorem peccatorũ perfe-

ctum non à se sed à Deo habet p. 256.n.17
Peccatorem iustificare magis est quam ei gloriam conferre ibid.
Peccator quare vitam iusti sustinere nequeat pa.258.nu.28
Peccatori quare res mũdi maximæ apparent p.262.nu.7
Peccator oui perditæ conueniẽtissime comparatur pa.267.nu.22
Peccatorem quærit Deus non propter id quod est, sed propter id quod esse potest pa.269.n.27
Peccatores ex hoc mundo pauperes egrediuntur, iusti vero diuites p.280.n.26
Peccator publicus sibi & alijs nocet pa.298.n.9.&.11
Peccatorum bina facies p.301.n.19
Peccatorẽ odire quare liceat, ibi.20
Peccator peccãdo non solũ est iniustus sed proditor p.310.nu.11
Peccatores quidam animã vendũt, alij eam pignorant pag.311.n.14
Peccatores & infideles quibus vt ministris Deus vtitur ad aliorũ vltionem, postmodum à Deo puniuntur p.275.n.11
Peccatores, absque corde esse dicũtur p.183.n.35
POENA dãni maxima est omnium quas damnati patiuntur. p.69.n.22.& p.360.n.26
Pœna est grauissima Deũ non punire aliquos peccatores p.83.n.19
POENA Alia vitæ actiuæ exercitia quantũ conferant p.640.n.19
POENI tẽdũ est de peccato quõtiescũq; memorię occurrit practice p.254.nu.13. Quid sit practice occurrere quidq; speculatiue, ibi.
POENItentiam protrahentes animam pignorant p.311.nu.14
Pœnitentiæ efficacia admirabilis pag.442.n.30
De pœnitentia nunquam cogitantes animam vendunt. ibidem.
Pœnitentiam Deus interualllo aliquo temporis sperat pa.399.n.23
Contra eos qui pœnitentiam differunt p.565.n.30.& pa.577.n.21. & p.905.n.43
Pœnitentiæ sacramenti institutio p.18.n.20.& quare post resurrectionem fuerit institutum & nõ in nouissima cœna p.21.n.28
Pœnitẽtia in extrema vitæ hora laboriosa & difficilis p.905.nu.44
PERSEcutiones non pati signũ est condemnationis p.218.nu.3
PERSEVErantiæ donum quotidie petimus cum dicimus sanctificetur nomen tuum &c. pag. 509.nu.37
Perseuerantiæ in bonis operibus necessitas p.505.n.25.& pag.508 nume.34
Perseuerantia diuinæ miserationis præcipua causa. pa.325.num.26.
Perseuerantia in peccato pagi.235. nume.15
Salus perseuerantibus solum datur pag.507.n.32
Homo perseuerans breuiter perfectionem consequitur p.508.n.36
Ad perseuerantiam consequendã val-

valde conducit beneficiorum ac ceptorum memoria p.510.n.42
Qui nō perseuerat in bono incepto merita comparata amittit pa. 509.n.38.& deterior quam antea redditur pa. 501.n.40
Perseuerantia in premium aliarum virtutum à domino elargitur sicut & incōstantia in pœnā peccatorum p.813.n.6
Perseuerantia supplet defectum fidei p.736.n.58
Perseuerantia etiam iniquissimo homini vim infert vt postulata concedat p.737.n.61
PHARIsæorum opera ex defectu optimi finis condemnantur pa.296.num.4
Phariſęi existimabant praua desideria & odium non esse peccata, & quare p.300.nu.17
Pharisæos quare Christus dominus genimina viperarū appellauerit pag.259.nu.22
Pharisæi nō habebant verā iustitiā sed simulatam pa.307.nu.3
Pharisæorū status inter Hebræos perfectissimus erat & quare nūc pharisæos infames appellamus pag.253.n.9
Pharisæi Christo aduersabantur quia ipsi etiam idem concionandi munus exercebant p.589.n.8
PHILIPPI Macedonis iussu, Philosophi sui regni celebrē quę stionem ventilarunt p.131.n.21
PHILOsophorū nullus in quo beatitudo consisteret cognouit. pag.240.n.4
Philosophis gētilib⁹ quare nō profuerūt virtutes morales p.564.29
PIETAS vide misericordia.
PIGRItia Christianorū in rebus spiritualibus increpatur pa.564. nu.27.&.574.nu.11
Pigri sum⁹ ad bene operādū, & diligētes ad alijs notendū p.574.n.2
PISCIS cuiusdam cum ceto pugna pa.266.nu.17
PLAto ignorātiæ tribuebat malitiā & peccata hominū p.77.n.12
POLYpi natura pag.109.num.15
PORTIO superior & inferior. pag.186.nu.6
PRÆCEpta decalogi à pluribus nos exonerant quam onerant p. 531.nume.21
Pręcepta decalogi prius fuerunt in lege naturæ & in lege scripturę data ibid.
PRÆcipit Deus hominibus vt iustitiā operētur nō propter suam vtilitatē sed propter gloriā & cōmodum hominum pa.299.n.15
PRÆdicator vide in verbo concionator.
PRÆDEstinationis signum est in bonis operibus perseuerantia 506.nume.29
Prædestinatio non est præterita p. 683.nu.4
Prædestinati salus adeò certa, ac si iam accepta fuisset p.664.nu.35
Prædestinatorū numerus vsq; ad consummationē sæculi non implebitur p.711.nu.43

Prædestinati comparantur omnibus propter obedientiam pa.337.nu. 11.& nu.13. & nu.17
PRÆLATVS clypeus est, defendens subditum nõ solum à tyrannide corporis sedà dæmonis ictibus p.343.nu.9
Prælati subuenire debent necessitatibus corporalibus subditorum pag.339.nume.38
Prælati boni qui animã ponãt pro ouib⁹ suis vix reperiũtur p.46.10
Qui prælaturas acceptãt quãto periculo se exponant p. 817.nu.29
Prælati optimi conditiones p.47. n.13.& pa.54.nu.3
Prælatus qui non dat pro ouibus suis bona temporalia difficile dabit vitam p.47.nu.13
Prelatũ coadiutorẽ sui muneris sali quando habere laudabile est pa.293.nu.29
Prælatorum & principum obliuio in remunerandis obsequijs sibi exhibitis p.300.nu.16
Prælatus in conuentu suo pacem habere non potest si sit personarum acceptor p.6.nu.16. assimilatur centri circumferentiæ ibid.
Prælatorum residentia necessaria. pa.48.nu.16
Prelatus ex officio prædicare tenetur, religiosi ex cõmissione.48.15
Prelatis subditorũ necessitates sunt impositæ & eis compati & remedia adhibere tenetur p.397.n.18
Prælatus magis dolere debet afflictionẽ subditorũ, quã bonorũ, temporalium amissionẽ p.49.n.18
Prælatus duplici indiget solicitudine p.59.num.18
Prælat⁹ subditos benigne gubernare debet p.276.n.14.& p.287.11
Prælato obedire est Deo obedire, & ipsum spernere est Deum contemnere p.572.nu.4
Prælatus non est eligendus qui nõ est mansuetus p.376.nu.38
Prælati asperitas & arrogantia, destructionis subditorum est causa p.287.nu.11
Prælatus est cor populi, & quare p. 572.num.4
Prælatorum exemplum quantæ sit efficaciæ pagin. 571. &.572. & p.819.nu.35.&.pa.820.nu.39. & pa.759.nu.58
Prælati correctio difficilis pag.573. num.7
Oportet prælatum in Iesu Christi sequela subditos anteire p.522.4
Prælatus aut dominus temporalis licet tyrannus sit, ei obedientia & obsequium propter Dei amorem debetur, & id Deo placet. pag.536.nu.35
Prelatum debere vti asperis verbis p.820. nu.38. & quando, & quomodo, p.302.nu.33
Prælatis magnam reuerentiam deberi, & eorum peccata non esse publicanda p.857.nu.23
Prælatos debere esse senes pa.899. nume.18
PRÆLIari contra fidem inimicos, in auxilium domini pergere

re est. pag. 179. num. 22
PRÆMIVM aliquorum bonorum operum tribuitur malis in hac vita, vt in æterna vita omnino puniantur bonis è contra accidit pa. 582. nu. 31
Præmium Dei & præmium diaboli cõtinuo cõtẽplandũ p. 534. 29
PRÆSentiæ Christi gratia & virtus pa. 318. nu. 4
PRÆSciti ex punitionibus Dei paruam vtilitatem educunt pag. 407. n. 6. & 408. n. 7
Præsciti in tribulationibus, ægritudinibus, & laboribus magis perueruntur pa. 664. nu. 34. contra prædestinati nu. 35
PRINCIpes dissolutorum hominum consortia fugere debent p. 114. n. 30. princeps vide Prælatus.
PROMISSA data custodientibus diuina præcepta, fidelia sunt & magna p. 350. nu. 32
Promissiones Dei quomodo intelligendæ sint. p. 361. nu. 29
PROPINquorum perditio magis dolenda quam extraneorum pag. 653. nu. 2
PROSPEritas hominem dissoluit pag. 198. nu. 4
Prosperitatẽ cum labore aliquãdo coniungit Deus p. 200. n. 10
Prosperitatis finis maxime formidãdus præcipue á malis p. 200. 12
Prosperitatis tempore aliqui Deũ diligunt, à quo aduersa fortuna recedunt p. 108. nu. 13
PROXImo qui subueniat vix inuenitur nisi quando ex eo vtilitatem educere intendit pagin. 654. num. 52
PVBLIcanus quid significet pa. 253. num. 8
IN PVRgatorio qui sunt contra suam voluntatem ibi existunt. pag. 682. nu. 43
PVRitas cordis ad orandum necessaria p. 180. nu. 26

Q.

QVARE vult Deus vt ab eo petamus aliquid p. 185. n. 2
QVÆSTIO, quid in toto orbe terrarum maius sit pa. 131. nu. 21.

R.

RACHA quid significet pagin. 304. num. 29
RATIO arcta Deo reddenda p. 368. num. 13
Ad rationem reddendam diuersis modis homines vocat Deus pa. 799. num. 46
RAZIÆ amor erga populũ Hebræum pa. 45. nu. 5
RECONciliatio cum fratre læso ante eucharistiæ sumptionẽ quo modo facienda p. 316. nu. 29
REDDIT Deus bonũ pro malo p. 260. num. 29
REGNI cœlorum nomine quid intelligatur pa. 669. num. 20. & pag. 790. nu. 2.
RELIGIO conseruat virtutes, quæ in sæculo marcescunt pag. 150. num. 11

RELIgiosus status quam securus. pa. 727. nu. 33
Religiosi maxime sunt venerandi. pa. 173. nu. 5
Religiosi suis orationibus seuera Dei supplicia de peccatoribus sumenda detinent. ibid.
Religiones quare fundatæ fuerint. pagin. 201. n. 25. & pa. 207. n. 32
Religiones aliam habent interiorem religionem, scilicet contemplationem & conuersationem cum Deo pag. 205. nu. 27
Religionis & mundi congressus ibid. nu. 26
Religioni se dedicare relicto mundo quam bonum p. 484. nu. 5. & pa. 485. vsque ad. pa. 487
Religiosi depraui mores lanceæ sunt eius oculos affigentes p. 206 nume. 28
Religiosorum scala quæ pagi. 486. num. 9
Religionis vota fræni sunt quibus passiones mortalium cohibentur pa. 296. nu. 29
Religiosus promissa vota stricte seruare tenetur, nec voluntatē propriam habere.
Religioso negotia sæcularia interdicta sunt pa. 337. nu. 16
Religiosorum habitus & capilli rasi quid significent pa. 716. nu. 58
Religiosi præcipuum studium est, soli Deo placere & fugere mundi oculos p. 485. nu. 7
Religiosorum in tentationibus remedium quod sit p. 486. nu. 10
REPREhēsio & reprehensor semper in hoc sæculo odio prosequūtur pa. 635. nu. 6
Reprehēsio vt prosit nō debet esse sine feruore & ira pagina. 303. nume. 25
Reprehensio quam necessaria sit p. 636. nu. 7
In reprehensione oportet modum seruare & qualem pagina. 636. num. 9
Reprehensio est potissimum signū addignoscēdam mortificationē alicuius p. 735. num. 54
Reprehensio omnibus amara, sed præcipue magnatibus p. 735. 55.
Reprehensionis singularis modus quo Deus vtitur pagin. 860. numer. 33.
RESVrrectio Christi dñi quomodo nos iustificauerit pagina. 16. nume. 13
Resurrectio Christi domini nō solum fuit causa exemplaris nostræ iustificationis, sed efficiens ibid. nu. 15
Resurrectio Christi domini duplicem in nobis resurrectionē operata est. ibid.
Resurrectionis nostræ signum maximum est operari hominē contra carnis inclinationem pag. 17. num. 18
REGI licet tyranno tributum debetur pagi. 822. num. 45. quanto magis catholico pagin. 823. numer. 46
Regibus incūbit tyrannitates seuere

re punire.pag.802.num.56
Quę ſit regum maior infælicitas p. 826.nume.56
Rex in ſuo regno pacem habere nequit ſi ſit perſonarum acceptor. p.6.nume.16. aſsimilatur centri circunferentiæ ibid.
Reges iuſti vocantur in ſacra pagina,& quare.pag.527.nu.8
Reges ſecundum ſubditorum merita munera conferre debent. pag. 527.num.8
REVS niſi audita eius confeſsione condemnari non debet pagi. 373.num.29
ROGATIOnes quare tali tempore celebrentur, quatuor dantur cauſę.pa.161.nu.6.&. nu.13. &.num.27.& nu.33

S.

SABBATHI feſtũ cur in die Dominica fuit tranſlatum pagi. 597.num.31
SACERdos de progenie & ſuorum nobilitate curare non debet pa.561.nume.18
Sacerdotis de remittendis peccatis dignitas quam magna ſit.pagin. 681.nu.41
Sacerdotis nomine aliquando illuſtris excellẽſque vir deſignatur pag.29.num.19
Sacerdotes nouæ legis præſtantiores ſunt ſacerdotibus priſcæ legis,ſanctioreſque eſſe debẽt,ibi dem nume.20
Sacerdotalium indumentorũ ſignificatio,ibid.
Sacerdotes nouæ legis Chriſti perſonam agunt,pag.30.nu.21
Sacerdotum eſt non ſolum iudicare ſed etiã ſanare ſpirituales animæ morbos pa.504.nu.2
Sacerdotes improbi aui diſcolori& Camæleoni comparantur pagi. 522.num.35
Sacerdotes cum primi ſint in dignitate,primi etiam in reuerentia eſſe debent pag.559.12.& pag.29. nume.20
Sacerdotibus quanta reuerentia & obedientia debeatur. pagina.29. nu.20.&.pag.559.nu.13.& pagi. 857,num.23
Sacerdotes quales eſſe oporteat p. 560.num.15.& pag.888. num.55
Sacerdotes oportet virtutibus &bonis exemplis eſſe inſignes. pagi. 561.num.19
Sacerdoti contradicere quam pernicioſum ſit pa.832.nu.10
Sacerdotum peccata non eſſe detegenda pa.857.nu.23
Sacerdotis ſtatus quam excellens, pag.887.num.44
SACRÆ ſcripturę certitudo, & infallibilitas.p.195.n.33
Sacræ ſcripturæ & diuinæ legis cognitio ad obſeruationem eius ordinatur pag.72.nu.30
Sacra ſcriptura exigit ad ſui intellectionem vt exponatur à Chriſto per prædicatorẽ aut doctorẽ pa.71.nu.28

Sacræ

Sacræ ſcripturæ cognitio extirpatione vitiorũ acquiritur. ibidem
Sacra ſcriptura afflicta corda conſolatur. pag. 74. num 1
In ſcripura ſacra numerus dualis parum, ſeptenus autem multum ſignificat, pag. 707. nu. 32
SALVOS fieri omnes homines qui carni & ſanguini renunciant vult Deus, pag. 338. 30
SACTOrum inuocatio quanti ſit momenti, pag. 741. nu. 4
Sancti omnes tã angeli quam beati & homines, virga appellantur. pag. 161. num. 6
Sancti parui pendunt ea quæ propter Deum patiuntur, Deus è contra ea extollit. pa. 65. nu. 10
In ſanctorum orationibus quas pro nobis fundunt præſertim B. Mariæ magna fiducia eſt habenda. pag. 742. nu. 6
Quare ſanctorum corpora in terris vſq; ad vniuerſalem reſurrectionem manere Deus voluerit, notanda cauſa, pag. 742. nu. 8
SAPIentia donum eſt Dei, pag. 124. num. 23
Vt ſapientia vera prædíti ſimus in duobus libris continuo legere debem⁹, & q ſunt iſti libri, p. 623. 9.
Sapiens ſine Deo ab ipſa ſapientia inſipiens fit, pag. 621. num. 7
Sapientia vincit malitiam, pa. 601. num. 43
Sapiẽtes ſine virtute & amore Dei eccleſiæ pernicioſiſsimi, pagina. 610. num. 2
Sapientia homines efficit potentes ad frenandas paſsiones & appetitus, pag. 620. num. 5
Sapientiæ vita, & quod ei vigorem tribuit eſt diuina gratia, ſine qua ſapientia mortua eſt. pa. 620. n. 5
SAPIentes gratia priuati miſerrime ſuperantur, pag. 621. n. 7
SATHanas vocatur in ſacris literis qui proximũ ſuum ſuum immerito conturbat, pag. 4. 10
Sathan per antonomaſiá, vocatur peccator, pag. 802. nu. 55
SATISfactio quid ſit, pag. 531. num. 19
SCANDalum quid ſit, pag. 461. num. 13
In eos qui ſcandalizant Dei commi natio, pag. 461. num. 13
Scandalum vide in verbo exemplũ malum.
SCIENtiam cœleſtem ſi non ad diſcimus nũquam vitam ęternã conſequuturos ſperemus, pagi, 684. num. 6
SCIPIonis ſententia de Iudicis qualitate, pag. 334. 32
SCRIBarum, aduocatorũ, & procuratorũ vitiũ pernicioſiſsimũ. p. 616. nu. 46. & pa. 729. nu. 35
SEMInatio duplex alia actionũ humanarum alia frugum inter ſe oppoſitæ, pa. 313 nu. 20.
SENEcæ ſententia de ingratitudine, pag. 803. num. 59
Senecæ ſententia de ſolicitudine bonorũ temporaliũ. p. 546. n. 24
SICitas in orando aliquãdo ex per-

permiſsione Dei ad maius meritum, aliquando propter demeritum orantium contingit pagi. 189.num.14
SILENTII virtus extollitur. pag.818.num.31
Silentij cura non tantum ad vitanda peccata, ſed ad animi trãquillitatem prodeſt pagin. 819. nume.54
Silentium vide in verbo lingua.
Propter ſimonias Chriſtiana repu blica paſſa eſt detrimentum pa. 728.num.34
SIMPLEX, in ſacra ſcriptura aliquando idem ſignificat quod perfectus aut integer pagin.307. num.2
SINECdoche figura, in ſacra pa na nimis vſitata pagin.769. numer.19
SINGVlaritas in vita & moribus non omnino vitanda nec adeò reprehendenda pa.715.nu.55
SOCIEtas deprauata, præſertim magiſtri quam perniciosa. pa.837.nu.25
SOCRAtis ſententia de recipiẽdis hoſpitibus pa.605.nu.6
Socratis ſententia de fame pa.605. nume.6
SOLItudo eſt quærenda, & quare pag.483.num.1.& pagi. 484, num.3
Solitudinis & quietis amatoribus Deus ſua dona communicat pa. 8.num.22
SORS iuſtorum & malorũ p.79. nu.17.& pa.82.nu.26
SPES firma & fiducia animæ timorẽ & anxias curas depellit.p. 6.n.17.& p.7.nu.18.nu.19.& 20
Vt ſpem & fiduciam ſeruorũ ſuorũ experiatur & manifeſtet Deus, vtque illi maius præmiũ mereãtur, non ſtatim ac calamitatibus anguntur eis ſubuenit, ſed poſt aliquod tempus pa.6.n.17.& pa. 8.num.19
Spes conſequendi gloriam ex quibus cauſis naſcatur p. 688. nu.17
Spei fructus & effectus pa.878.nu, nu.25.vſque ad.881
Ad ſperandum exhortatio ibid.
SPIRItuales boni vide in verbo bonum ſpirituale.
SPIRItus ſanctus quare dicatur paracletus p.118.nu.5
Vt Spiritus ſanctus ad Apoſtolos veniret neceſſarius fuit Chriſti domini receſſus pa.99.nu.23.& p.100.nu.25.& pa.100.nu.19.& pa.118,nu.7
Spiritus ſanctus quare dicatur ſpiritus veritatis p.124.nu.23
Spiriᵗ ſancti miſsio infallibile fuit teſtimonium quod Chriſtus dominus erat verus Deus p.202.18
Spiritus ſancti aduentus mirabiles effectus operatus eſt in cordibus Apoſtolorum pa.209.num.2
A ſpiritu ſancto verum ſolatiũ profluit & non aliunde pa.211.nu.8
Spiritus ſancti conſolatio quid ſit pa.221.nu.12
Spiritus ſancti conſolatio quare for titu-

titudinem afferat.pa.223.nu.17
Spiritus sanctus quare digitus Dei in sacris literis dicatur p.497.n.2
STATVS sublimioris dilectio damnatur.pag.227.nu.32
Iuxta suum statum quilibet debet viuere.pa.357.num.16
STRVTHIO aspectu fouet ouasua.pag.49.num.27
SVBDITI Benigne gubernãdi sunt pa.276.nume.13
Subditi obedientia pag.277.nu.15
SVMPTVS superflui pagin.99.num.23
SVPERBIA inuidiæ mater, inuidia autem odij & iræ.pagin.28.nume.17
Superbi & diuites afflictionibus & laboribus curantur.pag.729.nu.37.& pagi.730.nu.39
Superbia hominibus adeo pernicio sa vt quærat Deus inuentiones ad homines ab ipsa eripiendos.pa.702.num.17
Ad superbiam vitandam singulare remedium pag.703.nume.18.& aliud singulare & vnicum.nume.19
Superbia grauissimum est omniũ peccatorum secũdum genus, & quare pa.236.nu.26
Superbia radix est hypocrisis pag.297.num.6
Superbia semper coniuncta est cũ arrogantia ibid.
Superbia efficit homines impios & in proximos crudeles pa.425.nu.17.& pag.439.nu.23
Superbia Deo maxime odibilis p.718.nu.2
In quocunque peccato principium eius est superbia & quare.pagin.718.num.2
Superbia omnibus fauet peccatis vt ab omnibus perpetretur pag.718.nu.3
Superbia aduersus omnes virtutes bellum gerit pa.718.num.3
Superbia nostra Babyloniæ & Luciferi superbiam superat.pagin.719.num.5
Superbia quibusdam ex genere nobilitatis suę oritur p.719.num.6
Superbia comparatur ex sublimibus dignitatibus & fauoribus p.721.num.22
Superbia debet pulchritudinẽ alijs virtutibus pa.722.nu.25
Superbi inurbani & elati erga proximos pa.722.num.16.& vnde hoc eis accidat.pag.723,num.17
Superbi etiam coram Deo authoritatem suam seruare volunt pagi.723.num.19
SVRDVM quare Deus á turba separauit vt eum lucraretur pag.463.& 464
SVSPIcio pagi.375.nu.34.vide verbum iudicium temerarium.
SVSTInere idem quod expectare aliquando significat pagi.325.num.19

T.

TEMPLVM est peculiaris locus ad orandum & laudandum

dum Deum. pag. 415. nu. 30
Cum templa vera Dei simus ab omni nequitia purificemur oporter. pagi. 416. nume. 32. & pagi. 417. nu. 34
Inter hæc viua templa Dei quæ sit differentia: vide pagi. 418. numero. 38
In templum non debet quis ire nisi vt oret. pag. 24. nu. 14
In templo aliquod peccatum committere summa impudentia. pa. 425. nu. 16
Tẽplum Dei quare vocetur Christianus. pagi. 224. nu. 2. & pagi. 416. nu. 32. &. pag 766. nu. 9
TEMPO Ralia omnia cum festi natione transire debemus. pagi. 515. &. 516
TEMPVS vane perdere execratur. pag. 562. nu 22. & pagi 563. nu. 26. &, pag. 564. nu. 27
Tempus opportunum recte operãdi quod sit. p. 356. nu. 13
TENERitudo Dei erga eos qui ob eius gloriam & amorem patiuntur preiſuram. pagina. 226. num. 27
TENTATionis fructus, & vtilitas. pag. 133. nu. 26.
Tentatio, vide in verbo labor.
TERRA habet se sicut mater respectu herbarũ quas vltro producit earum vero quæ in ea seminantur vt nouerca. p. 128. nu. 2
TERRÆ sterilitate punit Deus peccatores vt ad ipsum conuertantur. pag. 168. nu. 27
TIBERII Cæsaris sententia de qualitate iudicis. p. 373. nu. 30
TIMOR Dei bonis replet habentem illum. pag. 359. nu. 24
Timere Deum est ipsum venerari. pag. 775. nu. 38
Timor Dei quam vtilis. pagi. 775. & pag. 776. num. 4. & pagi. 809 num. 5.
Tyrãnorum tormenta breuissime peruenire faciunt martyres ad portum fœlicem. p. 207. nu. 25
Tyrãnos reges Deus permittit propter populi scelera. pagin. 446. num. 4
Tyrãni & crudeles increpantur. p. 801. & 802
TITVLVS à Deo largitus maxime differt ab eo quem homines largiuntur. p. 141. nu. 17
Per tormenta quæ in sua humanitate Christus Dominus passus est vult cognosci. pag. 14. nu. 8
TRIBVlatio, vide labor.
TRISTITIA spirituale iter impedit. 116. nu. 1
Tristitiæ remedium est illam pandere. Ibidem.
Tristitia nimia mentem perturbat. pag. 62. nu. 2. & pag. 75. nume. 5. & pag. 96. nu. 14
Tristitia, vide in verbo, labor.
Tristis & lugubris mentis dolor. p. 117. nu. 2.
TVNICA vna id quod necessarium est ad vitam degendam significat. p. 366. nu. 8

V

VErbum diuinum, vide in verbo Christus.
Verbum diuinum quod à concionatore profertur, vide in verbo, eloquia diuina.
Verba Dei, & Christi Domini dulcissima sunt. pagi. 34. nu. 3. & pagi. 35. nu. 5
Verba iustitiæ tractiua sunt, & plena charitatis. p. 33. nu. 1
Verba dulcia quæ ad misericordiã inuitant, baculus sunt quo peccator sustentatur ne in diffidentiã labatur. pag. 290. nu. 20
Verborum asperitas aliquando internam animi pacem turbat. pagi. 302. nu. 23
Verbis asperis quando vti debeant prælati. Ibidem.
Verbum priusquam ex ore promatur in statera rationis est ponderandum. pag. 815. nu. 23
VERECVNdia plurimos à vitijs se abdicare facit. p. 809. nu. 6.
VERITAS iniquos vexat. pag. 97. nu. 16
VESTES singulæ, Episcoporũ, monachorum, clericorũ, & ministrorum iustitiæ quid significẽt, pag. 716. nu. 57
Vestium profanitas increpatur. p. 711. nu. 43. & quot mala pariat. pag. 549. nu. 34 & p. 550. nu. 36
VICTORIAM quare infideles cum opprobrio nostro fere semper reportant. p. 625. nu. 21
Ad victoriam ab inimicis reportandam quid faciendũ. p. 854. nu. 15
Vim inferẽdi duplex modus & flagellis, & amore. p. 244. nu. 17
VINCI hominem à dæmone culpa hominis est non potentia dæmonis. pa. 123. nu. 20.
VIPERÆ catuli matris viscera rumpunt in suo ortu. p. 257. 22
VIRGA in manu Moysis cum oraret quid significabat. pa. 140. num 14
VIRGINES nullo cultu melius ornatæ sunt quam simplici, pag. 712. nu. 46
VIRTVS ficta diù durãre nequit. pag. 341. nu. 3
Virtus laudata crescit si vera virtus est. pag. 471. nu. 6
Virtutis veræ & simulatæ discrimẽ. p. 341. nu. 5
Virtutes infusas ponendas esse ex sacra scriptura conuincitur. pag. 331. nu. 9
Virtutes omnes simul componunt verum Christianum p. 363. 34
Quanto quis virtutibus plenior est tanto maiori cura, & præcaute viuere debere. p. 719. 7
Virtute maculæ ignobilitatis extra huntur pag. 720. 8
In virtute aliena neminem confidere debere. p. 719. nu. 7
Vbi de virtute, & charitate agitur nulla ratio prosapiæ & dignitatis sæcularis habenda. p. 438. 64
Virtutis præmium est honor. pag. 618. num. 49

Virtutes falsæ magis impediunt quod Deus in mente aliqua habitet quam maxima vitia. pagi. 433. nu. 3
Virtutes falsæ quæ sunt. p. 433. 4
Virtutis fictio & sanctitatis, persistere diù non potest. p. 341. 3
Qui virtuosum laudat iustitiã exercet, qui vitiosum cõmendat iniustitiam facit. p. 470. 2
VITA redemptoris nostri comparatur agro referto suauissimis floribus. pag. 8. nu. 23
Vita tempus est hominis ad bene operãdum, mors tempus Dei ad puniendum vel præmiandum. p. 356. nu. 19
Vitæ iustorum & malorum discrimen. p. 87. nu. 11
Vita iusti improborum reprehẽsio est. p. 259. nu. 26
Vita actiua contemplatiuam præcedere debet. pagi. 314. nu. 24. & p. 640. nu. 20.
Vita hominis describitur. p. 90. 20
Vita peccatoris vmbræ aptissime comparatur. p. 402. nu. 33
Ex vitæ huius bonis, licet æternæ vitæ beatitudinem venari. pagi. 299. nu. 7
Vita actiua & contẽplatiua vespere, & mane appellãtur, & quare. pag. 314 nu. 25
Vita humana maxime pretiosa. p. 373. nu. 28
Vita actiua & contemplatiua Liæ, & Racheli cõparatur. p. 640. 20
Vita Christiana stadio apprime cõparatur. p. 511. 2
Inter huius vitæ miserias est hominem pati quæ non vult, & sic inuidere ei, qui non patitur ea quę ipse patitur. p. 699. 7
In vita spirituali à minoribus exercitijs inchoantes ad maiora ascẽdendum. p. 641. nu. 23
Vita contemplatiua hic incipit, & in cælo finitur, actiua verò hic incipit & finitur. p. 767. 1
Vita hominũ quare breuior sit his tẽporibus quam olim. pa. 892. 5
In vita & moribus singularitas non omnino vitanda, nec adeò reprehendenda. pag. 715. 55
VIVERE quilibet debet iuxta status sui conditionem. p. 357. 16
Dũ viuit homo pupillus est: & veneditionem suæ animæ dæmoni factam, dum viuit irritare potest p. 312. nu. 17
VOCATIO ad ecclesiam maximum beneficium. p. 354. 7
Vocari ad ecclesiam ex mera gratia & liberalitate diuina prouenit. pagi. 289. nu. 17
Vocat Deus ad se homines diuersimode. p. 727. nu. 30
Vocat peccatores Deus, conscientiæ morsu & cõmotione. p. 382. nu. 15 & prædicatorum vocibus. p. 383. nu. 16
VOLVPTAS, vide bonum temporale.
Voluptates omnes huius vitæ si cũ tormentis dãnatorum comparãtur nihil præponderãt. p. 69. 22

Voluptates huius vitæ non ſubſiſtunt. ibidē. nu. 23. & p. 91. n. 24.
Voluptates huius vitæ à Deo ſeparant. p. 109. 15.
Voluptas temporalis duplex. pag. 120. n. 11.
Voluptas carnalis homines effœminatos facit, ſpiritualis autem fortes & conſtantes. p. 222. n. 15
Voluptatum huius mundi amatorum pœna poſt vitæ diſceſſum. p. 228. n. 4
Voluptates huius mundi ſtuporē deguſtanti generant & deſideriū cæleſtiū tollunt. p. 231. nu. 13
Voluptates temporales breuiſsimè finiuntur. p. 241. n. 9
Voluptates huius mundi exiguæ & parui momenti ſunt. p. 268. 23
Voluptates peccatorum, amariſsima acerbitas conſequetur. pag. 358. n. 21.
Voluptatum conſideratio neceſſaria eſt, nè in illis quis offendat. pag. 236. n. 28.
Voluptatum huius ſęculi finis quis ſit, & quod ſemper conſiderandus eſt. p. 891. nu. 2. & ipſarū bonitas p. 893. nu. 8
VOLVNTAS diuina rem iuſtam efficit, & quidquid vult bonum eſt p. 126. n. 4.
Voluntas gubernatrix eſt animæ, & eius aſſeſſor eſt ratio. Ibidem.
Volūtas recta eſt cum à ratione gubernatur. Ibidem.
Volūtatis maxima vis mouēs alias potētias ad ſuos actus. p. 155. 10
Volūtas eſt vna ex pręcipuis radicibus vnde meritū noſtrū oritur.
Volūtate efficaci accedēdi ad Deū, ſummū bonum emitur. pa. 705. nu. 25. in quo maxime diuina clemētia oſtenditur. Ibidem.
VRBANITas non prohibetur à Chriſto. pag. 617. 47
Vrbanitas quamcunq; rempublicā ſeu congregationem ſummopere illuſtrat. Ibidem.
Vrbanitatem contēnens contrarius & ęquitatem efficit. p. 617. 48
Vbi vrbanitas deeſt interni exemplar reperitur p. 617. nu. 48
Vrbanitas amoris eſt cauſa. pagina 617. nu. 18
Vrbanitas in ſacra pagina cōmendatur. p. 618. & 619
VSVS licitus bonorum temporalium ſi immoderatus ſit poteſt beatitudinē priuare. pag. 234. nu. 19 p. 235. nu. 23
VXOR aliquādo eſt impedimētum ad gloriam comparandam. pag. 241. 8
Vulnera ſactiſsima in corpore Chriſti Dñi relicta ſunt, & permanebunt in æternū vt eius paſsionis & maximi beneficij memoria recens ſemper habeatur. p. 10. 28
VVLTVRIS acutiſsimus olfactus. p. 264. nu. 11
Vulturis quædam ſpecies, cuius fœminæ abſq; maris acceſſu concipiunt. Ibidem nu. 12

FINIS.

res q̄ ab irregularitate supra excepti sunt. s. sui defensor. infans. dormiēs ⁊ furiosus. ⁊ ꝑm aliquos eadē rōne ebrius aliquo casu cōtrahant
r.di. irregularitatē: ⁊ dico multa. ℣ Primū. Qui potuit q̄dē vitare mortē sed nō mutilationē occidendo inuasorē ꝑm lap. irregularis efficit: sed ver⁹ Car. i. d. cle. vnica sensit q̄ nō. q. ibi mutilatio ⁊ occisio eq̄parant quātū ad irregularitatē incurrēdā: ⁊ sic dz esse idē quo ad illā eui tandā. ⁊ hāc opinionē tene: q. i iure mutilator appellat homicida. vt di. lv. si q̄s absciderit. et di. xxxiij. maritū. Qui tñ potuit euadere mutilādo iuasorē. si occidat est irregular]: q. deest moderamē. nisi occideret ꝓter intentionē adhibita diligētia. ℣ Scōm. Qui fugere q̄dē potuit
2 sz fugiēdo se periculo exposuisset puta q. ꝓbabiliter dubitabat de casu aut velocitate cursu īsequētis q̄ ex fuga audacior fact⁹ facile pcussisset: occidēdo aut mutilādo postposita fuga nō est irregularis: q. periculo tali se exponere nō tenebat cū q̄litas tēporis ⁊ loci nō patiat⁹ pleni⁹ deliberādi. 2 filiū. ff. de exerci. l. j. ℣ Tertiū.
3 Qui occidit aut mutilat aliter q̄dē euadere nō potēs: sz ad hoc ex illicito ope deduct⁹: puta q. nocte dēpbēsus est cū muliere vel iuit ad inimicū bellū ⁊ hmōi: vt irregularis ꝓ regulas supradictas q. debat operā rei illicite: ⁊ 2 fīr ipsi patur illi bomicidiū sequēs ⁊ doctenere videt asten. li. j. ti. xxv. quā opinionē credo verā vbi iste licite īpugnaret: et 2 fīr illicite se defenderet vt q. capit iuste a ministris iustitie ꝓ maleficio: sz falsam vbi īpugnaret illicite. ⁊ 2 fīr licite se defenderet. q. iura excipiētia ab irregularitate homicidij volūtary se defendētē de licita defensione intelligēda sunt q. vbicūq; i bomicidio effectualis est pcīm est et irregularitas nō ecōuerso: vñ vbi est illicita defensio est irregularitas. ℣ Quartū quātū ad eū qui dormiēs
4 occidit Bar. in. l. pena. ff. de parrici. distinguit q. si hoc sciebat sibi euenire debuit prouidere vt iaceret sol⁹ vel nemo esset in camera: aliter est in culpa: et ꝓpter culpā tenet: sicut putator arboris q̄ nō admonuit trāseūtes. ff. ad. l. aql. l. si putator. si vero hoc nō sciebat sibi euenire parcit illi: q. dormiens eq̄parat furioso: vt. l. j. ff. de acq. pos. furiosus aūt nō tenet. ergo ⁊c. hec Bar. ⁊ sic ꝑm eū nō ē irregularis. Et si iō sic in nocte somniauit q. in die sic cogitauit: distinguūt q̄dā a simili. q. aut sine culpa sua fuit lacessit⁹. et tūc nō tenet cū sit vitiū nature. al's
5 sec⁹. d. l. pena. ℣ Quitū. Ebri⁹ si occidat vel mutilet ꝑm Mathb. zen. ⁊ Car. i. d. cle. est irregularis. q. si papa voluisset eū excipe hoc exp̄ssisset
5. q. ¶ Quito q̄rit q̄d tradiderint iura spāl⁹ de plat⁹ ⁊ clericis quātū ad ꝛbendā irregularitatē: et dico multa. ℣ Primū. Eps vel ali⁹ prelatus r. di. hīs iurisditionē tpalē dz cōstituere iudicē secularē q̄ audiat causas ꝓcipue sanguinis q̄ ꝑcipere pōt vt vnicuiq; iustitiā faciat. ⁊ ci interroganti q̄d agēdū in tali casu q̄. s. merek cām sanguinis rñdere pōt q̄ peritos cōsulat: ⁊ caueat ne ꝓpter suā responsionē directā vel indirectā ille itelligat q̄ eū debeat sanguine punire ꝑm Ray. q. si ex tali rñsione reus occideret vel mutilarei esset irregular]. ℣ pōt ēt talis plat⁹ delegare alicui ēt spāl⁹ sup aliq; maleficio puta bomicidio in sua iurisditione cōmisso vt inq̄sita ꝛitate iustitiā exequat: ⁊ si ille exequat ⁊ occidat: nō ꝓterea ille plat⁹ est irregularis. extra ne cle. vel mona. eps. lib. vj. ℣ Scōm. Prelatis
5 eccl'iasticis licitū est ob defensionē rerū ecclesie vel fidei inuocare cōtra violantes brachiū seculare ⁊ hortari tales nō q̄dē vt occidāt mutilent aut vulnerent: q. hoc esset directe ad bomicidiū prouocare: sed vt ecclesiā vel patriam liberent: ⁊ terrā ab infidelibus occupatā reducant ad christū regē sup quo ecclesia magnas facit remissiones. et si hinc inde aliq; occidant non imputatur prelato: sed peccaret nisi cōtra tales se opponeret. xxiij. q. v. de occidēdis. ij. q. viij. igit. ⁊. c. scire. ⁊. c. omni. ⁊. c. hortatu. ⁊. c. vt pridem. Pertinet etiā ad clericos disponere ⁊ inducere aliū ad bellādū legitima bella. ⁊ iter esse bello. lz manu ꝓpria bellare nō debeat et iuste pugnātib⁹ spāl⁹ subuenire suis exhortationib⁹ ⁊ absolutionib⁹ ꝑm. s. Tho. ij. q. xl.
¶ Tertium prelati ⁊ alij qui interfuit vindicte 3
sanguinis ꝑm Asten. non sunt irregulares nisi ad hoc dederint cōsiliū auxiliū vel fauorē: vel nisi interfuit tanq̄ pstates autoritatē. vt patet in. c. ex literis. de excess. pla. vbi tñ Pan. tenet q̄ sunt irregulares illi q̄ habent iurisditionē ibi exhibēdo pntiā suā: q. opē vident prestare. dist. l. si q̄s viduā. nō aūt alij prelati lz grauiter peccēt faciētes cōtra. c. sniam. ne cle. vel mo. sed dico q̄ nec illi nec isti sunt irregulares ex hoc ipso q̄ sunt presentes. sed si ex presentia faueāt nec peccāt nisi adsint ex cā iniusta puta curiositate: secus si ex pietate associādo occidēdū vel mutilādū ne desperet. ℣ Quartū. Cle 4
ricus rñdēs iudici q̄ ꝓ tali crimine debetur pena mortis ꝑm Panor. in. d. c. ex literis. post Host. est irregularis si crimē imminet punien dum de presenti: ⁊ ex suo cōsilio gnāliter spāli sequat bomicidiū. di. l. si q̄s viduā. nō aūt si ex sua responsione bomicidiū non sequat: vt quia iudex erat dispositus omnino occidere: et ille interrogatus fuit a quodā alio ⁊ hmōi: stīr nec q̄si crimen non imminet puniendū de presenti q̄uis respōdeat q̄ merek mortē: ⁊ sic intellige

septennio si nō sit doli capax. Quod etiā dictū est nō esse irregularē eū q̄ occidit se defendēs s. Tho.ij.ij.q.lxiij. dicit esse falsum: q; tūc non emanauerat. d. cle. Excipit ēt ab irregularitate is q̄ est homicida p̄missiōe. s. nō obuiādo cū possit: etiā si de homicidio delectet ꝑm Archi. sicut etiā nō est irregularis medicus p̄mittēs infirmū mori nolēs illi mederi. ⁊ diues dimittēs pauperē fame perire. xv. q. j. si q̄s nō iraꝝ. j. ℣. pticula. v. ¶ Quartū. Ois etiā homicida a casu irregularis est in casu in q̄ illi imputat homicidiū ꝑm doc. si culpa sit grauis aut saltē leuis iuxta dicta. ℟. in prin. ti. priorū. al's non. 3. q. ¶ Tertio q̄rit vtrū ois mutilator ⁊ debilitator mēbroꝝ seu mutilatꝰ ⁊ debilitatꝰ sit irregularis: et dico multa. ¶ Primū loquēdo quātū ad mutilantes. Nulli seipsum mutilare licitū est: vt. ℟. homicidiū. j. ℣. j. particula. j. dictū est: et q̄ se mutilat ex impatiētia vel credēs se deo p̄stare obsequiū puta vt caste viuat: nihilominus a p̄motione repellit ⁊ deijcit p̄motꝰ. de corpo. viti. significauit. q; talis homicida sui iudicat dist. lv. si q̄s occiderit. ⁊ di. xxiij. maritū. si ꝙo quis se vel aliū mutilet: q; mēbrū est corporis corruptiuū: nō peccat ꝑm. j. tho. ij. ij. q. lxij. nec est irregularis nisi ex mutilatione inducat deformitas vel impotētia ad ordinis executionē: vt in summa cōfes. lib. ij. ti. j. q. xlij. ¶ Secundū. Mutilatio membro extra casum infirmitatis quo ad pctm̄ mortale irregularitatē ⁊ dispēsationē parificat homicidio ꝑm notabilē glo. in cle. vnica. eo. ti. ⁊ facit. c. aliquātos. di. l. j. cum multis alijs ibidē. ⁊. c. clericis. ne cle. vel mona. ⁊. c. i archiepatu. de rap. ⁊. c. is q̄. de homi. lib. vj. Nō tū q̄libet mutilatio irregularitatē inducit ꝑm Car. post Laud. in. d. cle. vnica. sed solū cū mutilat aliq̄ de p̄incipalib⁹ mēbris ⁊ ꝑm ꝓañ. i. c. j. q̄ cle. vel vo. sola effusio sanguinis nō inducit irregularitatē. vide. j. pticula. iiij. Ex his aūt ptz q̄ de mutilatore distinguendū est vt de homicida quātū ad irregularitatem: vtrū. s. mutilauerit spōte vel a casu. et si a casu vtrū dādo operā rei licite vel illicite: ⁊ si licite vtrū adhibita diligētia vel ne. ¶ Tertium. Si mēbrū nō mutilat sed debilitat: nō inducitur irregularitas ꝑm ꝓañ. in. c. de diacono. q̄ cle. vel vo. ⁊ idē dicit in. c. clericis. ne cle. vel mona. ar. j. q. j. sicut vrgeri. q; ls mēbrū debilitatū sit q̄si inutile quo ad operationē. tū valet saltē ad decorē ⁊ in penis faciendā est mitior interpretatio ⁊ cōcor. ꝑm eū Cal. ⁊ similiter gaspar. in. d. c. de diacono. Sz hoc limita primo p cle. vnicā. eo. ti. ⁊ per. c. qui pcutit. xxiij. q. vltima. q̄n debilitatio nō est totalis: sed stat vsus eius aliqualis: vbi aūt ex toto debilitatur ⁊ inutile

4

2

3

5

operationi penit⁹ reddit inducit irregularitas p id q̄ no. Cy. in auc. sed nouo. c. de ser. fugi. vñ Bar. in. l. ij. ff. de pub. iud. in fi. dicit q̄ mutilatio ꝓprie est q̄n mēbrū ledit: ita q̄ iuū officiū exercere nō pōt: q̄ pbat in. l. idē ophilius. in ꝓn. ff. de edil. edi. trūcatio ꝙo q̄n ex toto abscindit: ⁊ idē ꝓañ. i. c. cū illoꝝ. de sen. excō. q̄ mutilatio ⁊ trūcatio vt diuersa ponūtur in. d. cle. vnica. ⁊ dr trūcatio totalis absciss̄io siue diminutio mēbri. mutilatio vero q̄n in totū mēbrū nō abscindit: Iz ex p̄cussione ipedit ei⁹ officiū et vtraq; inquit irregularitatē inducit. Limita scdo ꝑm Sul. de laud. in suo sacrali si mēbrū debilitatū sit de p̄incipalib⁹: ⁊ de his q̄ redderent bolem deturpatū ⁊ inutilē. s. penitus p̄ diuinis officijs exercēdis. vñ si q̄s alteri⁹ faciē sic deturpet vt ꝓpter scādalū sit inhabilis ad p̄missa credit cū irregularē: Iz ille vere nō sit mutilat⁹: ⁊ idē si maculā vel aliud impedimētū faceret in oculo etiā sine erutione. ¶ 4. Trunca tio digiti nō inducit irregularitatē. s. in trūcāte Iz p̄incipalū mēbroꝝ. ꝑm Car. post laud. in. d. cle. vnica. alleg. c. j. de cle. pug. i duel. q̄ loquit de mēbro q̄ mēbrū ꝓprie ⁊ stricte sumēdo est pars corpis habēs officiū separatū ⁊ distinctū ꝑm Bar. ⁊ Jo. de imo. in. l. ij. de pub. iudi. in fi. sicut man⁹ ad palpādū ⁊ pes ad ambulādū. facit. c. singula. di. lxxxix. iūcta gl. ⁊ tex. in. d. c. sicut vrgeri. ⁊ in auc. predicta sed nouo. digit⁹ aūt nō est mēbrū: Iz pars mēbri. vt in. l. nō sunt liberi. ff. de sta. ho. ⁊. d. l. idē ophili⁹. q̄ limita nisi digitus esset poller vel iudex. ar. dictoꝝ. j. particula. iij. q; hoc vsus est in ministrādo necessarius: et ꝙr horū priuatio reddit penitus inutilē. ¶ Quintū. Quātū ad mutilatos autem gl. sum. dist. l. sic dicit. Spōte. adde ⁊ sine causa: vitiati in quocūq; mēbro repelluntur a promotione: ⁊ deijciūtur iam p̄moti: vt. j. eo. penitentes. sunt ecclesiē domicide. j. eo. si q̄s. ⁊. c. q̄ partē. Si aūt casu vitiati sunt corpore. s. ab hostibus inuiti vel ꝓpter egritudinē volūtarij: siue a se siue a medicis non obest eis. extra eo. si quis a medicis. Si autē alias sunt vitiati Iz nec ꝓpria nec aliena voluntate: aut ipsi insistebant operi illicito ⁊ repelluntur. aut licito: ⁊ sic si vitiati sunt in minimis mēbris siue occultis nō repelluntur a p̄motiōe extra eo q̄ partē. ⁊. c. cunctibus. sed si in magnis ⁊ manifestis nō p̄mouētur: vt. j. eo. si euāgelica. Si ergo aliōs in p̄incipalib⁹ mēbris. s. in oculo vel manu Iz enorme vitiū nō p̄mouet: sec⁹ si modicū ⁊ q̄ nō generet scādalū: vt extra de cle. egro. vi. debi. p̄ pbyterū. extra de cor. viti. c. j. ⁊. ij. becibi. de q̄ vide etiā. ℟. corpore vitiato. ℣. j. ⁊. ij. ⁊ limita vt. ℟. ¶ Quarto querit vtrū homicide et mutilato 4. q.

inciditer dicū est: vbi de eo q̄ tū ad pcām agebat: iūc autē de vtroq; inquātū inducit penā maxime irregularitatē ex lēctione dicēdū est.

1.qō Circo q̄rit q̄ ptū sūt regule gñales ordinādi circa irregularitate circa homicidas? et dico

1.regula. q̄ sunt multe. ✠ Quarū prīa hec ē nulī iudex magr aut doctor i dubio dz aliquē irregularē iudicare. ar. ō pe. di. s. ✠ penc. ✠ Scōa. Quilibet

2 in dubio se dz irregularē reputare. vt i. c. ad audiētiā. e. ti. Ūm in foro aie maxime q̄n aliqs de hoc nō ē infamat dz sue ꝛscie relinq: vt in. c. ex lris. e. ti. Et has duas ponit ſhoſt. i. d. c. ad audiētiā. Et sic ptz q̄ i foro ptētioso vbi agit ad penā nō dz qs in dubio reputari irregularis: sec i foro aie vbi agit ad iponēdā pniam: de q̄ pañ. i. d. c. ad audiētiā. ✠ Tertia. Ad icurrēdā

3 irregularitatē ex hōicidio necesse ē iteruenire factū vel pceptū vl ꝛsiliū vl defensionē vel cooperationē occidētis: ꝛ hāc ponit Jnno. in. d. c. ad audiētiā. ſz attēde q̄ ad ꝛsiliū reducit a facto. ꝛ ad cooperationē auxiliatio. Jgit hōicidiū mētale nūq̄ irregularitatē iducit: q̄ lex pmo tiōis factū req̄rit. xv. q. j. c. vltio. ſz itellige factū ppriū vel alienū in q̄ qs participat vbo vel ſigno equalēt. vt in pcepto ratihabitione: ſil nec hōicidiū pmissionis etiā cū qs sine piculo posset liberare: ꝛ delectat ō morte: nisi forte sit

4 plat aut dns. vt. j. ✠. v. ✠ Quarta. Cām homicidij q̄ irregularitatē inducit opz esse ppinquā. ff. ad. l. cor. de sica. l. nihil itereſt. ſec de cā remota seu occasiōe: q̄ nō ideo est homicida faber q̄ cultellū fecit. de homi. tua. q̄ō fm Ber. limitat de cā remota: nisi qs aīm habuerit nocendi: tunc minorē adhibuerit diligētiā: vel nō cogitauit q̄ debuerit cogitare. e. ti. p̄bȳterū.

5 in fi. ✠ Quinta. Jnfans occidēs nō est irregularis nisi sit doli capax. cle. furiosus. de homi. et no. pañ. i. c. j. de pue. ꝛ Jo. an. ibidē. ꝛ sil dic

6 de furioso p quo facit. l. j. c. ō fal. mo. ✠ Sexta. Quātū ad irregularitatē ȝbēdā nō est in iure vel cōi doctrina canonistarū iuenire differētiā inter laicū ꝛ clericū: ſz vbicūq; irregularis est clericus: est ꝛ laicus: ꝛ ecōtra: excepto homicidio casuali: vbi aliq̄n est irregularis clericus ꝛ nō laicus: ꝛ ecōtra: q̄ aliq̄d est illicitū clerico ꝛ nō laico: vt mercari ꝛ ludere ludo clerico interdicto vel medici ꝛ ecōtra: vt celebrare diuina. vñ si ex mercatōe clerici sequat occisio adhibita diligētia ē irregularis: nō aūt laicus. Quatuor

7 alie regule habētur. ſ. homicidium. j. in prin. Circo q̄rit vtrū ois homicida sit irregularis? et dico multa. ✠ Primū ois occidēs aut mutilās pōt baptismū q̄ industriā ꝛ volūtarie etiā sine pcō est irregularis. vt no. in. c. j. de homi. ꝛ ibi ptz q̄ tex. ꝛ nō solū pmoueri nō pōt sed ēt pmotus est ppetuo deponendus. extra eo. sicut dignū. d. l. si qs viduā. etiā si interficiat sarracenum vel paganū. di. l. clericū. Et hoc sive occidat cū pcō sive sine pcō sive p se sive per aliū mādato: cōsilio: defensione: pmissione: cooperatione: animatione: auxiliatiōe. Unde in causa mortis aut mutilationis irregularis est iudex etiā iuste procedēs. dist. lj. aliquātos. et accusator ac testis ꝛ notarius sniam scribēs aut pferens: vel attestationes scribēs aut legēs dum publicātur: vel scribēs aut dictans literas pro vindicta sanguinis aduocat quoq; contra reū vel pro reo si cum effectu acculator subiaciatur talioni: assessor etiam ꝛ quilibet alius officialis. vt no. in. d. c. aliquātos. ꝛ per totū. extra ne cle. vel mo. sententiā. ꝛ in gl. in sum. dist. lj. Si tū effectus nō sequatur nullā incurrūt irregularitatē etiā ēpalem. vt dicit ȳȳ. vt expresse dicit pañ. in. d. c. sniam. ꝛ in. c. clericis. ne cleri. vel mo. vbi facit pulchrā theoricā q̄ per solā mortē aut membrorū truncationē quis irregularitatē incurrit: secus si alia sanguinis vindicta sequatur: et in. c. si aliquis. de homici. dicit q̄ ex sola volūtate nūq̄ est aliqs irregularis: q̄ etiā tenet Hoſt. q̄ indubitāter tenē quātūcūq; quis mortē attentauerit: nec ȳȳ. dictum aliquo iure cauetur gl. quoq; in. c. periculose. de peni. dist. j. dicēs talē irregularitatē intelligitur fm panor. de irregularitate cō sequēte pcām nō de indispensabili. ✠ Scōm. Item sunt irregulares omnes de familia rectoris associātes p defensione malefactor ad mortē equestres vel pedestres. ꝛ trahentes malefactorem ad cordam si inde fatetur: ꝛ occiditur: exceptotamen inquisitionis negotio. Similiter qui acuit vel defert securim: vel aliud occisionis instrumentum: vel portat scalas aut funes pro aliquo suspendendo: q̄ horū quilibet dat cām propinquā morti vel in ea cooperat. d. c. si qs viduā. di. lj. Secus de faciēte gladium vel funes ad omnē vsum non ad mortē sed casu inde sequitur. xxiij. q. v. de occidendis. ✠ Tertium. Similiter est irregularis q̄ aliq̄d facit vl dicit vt oīno moriatur citius moriat: si hoc est certū: puta voluit infirmū vt citius moriat: dicit decapitādo vt caput ponat ad cipum: ꝛ ex hoc citius ponit. vel dicit sattelliti vt se curim aptet ne pluries feriat: et sit ꝛ hmōi ar. d. c. si qs viduā ꝛ gñal ōis homicida ꝛ mutilator volūtarius etiā si occisus vel mutilatus sit paganus dist. l. clericū. excepto eo q̄ hec ob defensionē sue pſone facit cum aliter euadere nō possit: et furioso in fante ac dormiēte q̄ non sunt irregulares vt in cle. vnica. eo. ti. Et q̄ō dictū est de infante ꝑe. de anch. dicit verū etiā de maiori

Sionit. Top.
Est. 35
Tab. 6.ª
Núm. 10

DIEZ
Conciones
Tom. 4.

552